

11
6
16 N
27







IV · IVVENALIS AQVINATIS

Satyrographi opus. Interprete Joãne Britãnico viro eruditissimo. Una cum Jodoci Badii Ascēsii familiaribus explanationibus. Cũ figuris apte appositis. Insuper praeterea omniũ rerũ in margine existētiũ fin ordiné Alphabeticũ: vt facilius quaecũqz volueris inuenire possis.















Carmen Pamphili Saxi.

Tela, faces, laqueos, horrorem, fulmina, morsus,
Verbera, clamores, murmura, dicta, sales:
Qui Iuuenalis auet pernoscere funditus, immo
Affectus, animum, pectora, cor, genium,
Hunc legat, interpres non est, sed carminis auctor
Egregii uatis, uita sed egregia.
Carmina non generat, sed gignit aperta, serenat
Sensa nec exponens lucida, sed generat.
Increpat, inuehitur, castigat, corrigit, urget,
Cogit, solicitat, ducit, agit, stimulat.
Prosa canit uatis concentu dulciter, huius
Concentus prosa soluitur, & loquitur,
Denique sunt, unus sub uate Britannicus ipse est
Collectus, numeris clausus & exiguis.
Sub se collectus uates extensus in illo est:
Qui legit hunc igitur, cantus utrunque legit.

Ioannes Britanicus Brixianus Salutem plurimam
dicit Senatui, populoq; Brixiano.

CONsideranti mihi, amplissimi Patres Brixiani, ho
mines (ut placet Stoicis) hominum causa esse ge
neratos, ut ipsi inter se alius prodesse possit alii, i
mentem veniebat eum demum illiberali censendū
dum esse ingenio, qui omnia, quae aut diceret, aut
faceret, aut deniq; cogitaret, non ad aliquam aliorum utilita
tē, sed ad sui dumtaxat cōmodum referret. Nec immerito. Nā
(q & Plato sensit) illud semper nobis in animo fixum esse de
bet, nos non solum nobis, sed patriae & amicis natos esse, ut
non magis nostra, q̄ aliorum cōmoda quęrenda sint. Quare
Patres amplissimi, cum in toto aetatis meae tractu omnia tē
poȝ momenta ad percipiendam doctrinā cōtulerim, uisuq;
sim clēmētia Dei nostri eo peruenisse, ut ex his studiis aliquē
omnino retulerim fructū, putaui operaepretiū me facturum
esse, si eum non solum ad meā, sed ad communem omnium in
literis versantium utilitatē, & beneficentiam cōferrem. Sed
cum multa in hac re literaria extarent: quae non magis dele
ctabilia q̄ fructuosa esse viderētur: in quibusq; non sine ali
qua laude uersari possem: existimaui eum mihi poetam inter
pretando, cuius doctrina ex omni fere parte ad nostram in
stitutionē esset accōmodata. Iuuenalis igitur Satyras, etsi tē
poribus nostris a nōnullis aliis egregie literalis cōmentatori
bus, uel eum magna ipsoȝ laude enarratae fuerāt, aggressi
sumusq; omnino, animaduerteremus in toto ope multa ab
iis, siue incuria quadā, siue consulta opera p̄terita esse: q quae
ipsi forte itelligerent, eadē & caeteris perspicua arbitrarentur:
multaq; etiā longe aliter exposita, q̄ sensus auctoris exposce
ret. Hocq; eo libentius fecimus, q Iuuenalē eum esse nouimus
poetā, qui ueluti flagello, atq; ense peccātiū uitia persequens
saluberrimo carminia sui stilo docet a semita turpitudinū de
clinandū, honestat q; apprehendēdā ita, ut in scholis (quādo
adolescētes poeticae instituēdi sint) nihil fere utilius, fructuo
siusue legi queat. ii enim mihi tum demū probatissimi uiden
tur auctores: quoȝ doctrinā non tam ad uoluptatē, q̄ ad in
stitutionem nostrā refertur. Confido aūt in toto opere p̄ter
fortasse tria, aut quatuor ad summum loca: quae aut ingenii
mei imbecilitate, aut moȝ ignoratione ueterum: non intelle
cta altioribus ingeniis enodanda relinquo: nihil prorsus reli
ctū quod a me nō sit optime dilucidatū: multaq; etiam lōge
rectius explicata, q̄ ab omnibus aliis, qui ante me in poetam
scripsere. Quod aūt lucubrationes meas uobis ampl. Pa. dicā
das esse cēsuerim, illud me maxime impulit, q meminerā su
perioribus ānis, cū in Achilleida Statii, & Satyras Persii cō
mētarios edidissem: vobisq; nuncupauissem alteros: ita uobis
placitos fuisse: ut me non mediocris solum laus & gratulatio
uestra secuta sit: sed insuper amplissimū mihi munus publico
totius senatus consulto decretū fuerit. Qua una liberalitate,
ita me uobis prorsus deuinxistis, ut statuerim siqd unquā in
his studiis laude dignū perficerem: id totū vobis tradere atq;
dicare. Et cur nō facerē? cum haec nostra ciuitas bonaȝ sem
per artium studiis delectata sit, in diesq; uehementer delecte
tur? Quot enim ex hac ciuitate (ut a cultu diuino exordiar)
sanctissimi Episcopi, atq; etiā Cardinales? Quot uerbi diui
ni saluberimi (ut dicūt) Prędicatores? Quot iurisc̄ōsulti, uel
ueteribus legū conditoribus cōparandi? Quot Physici prae
clarissimi? Quot in omni genere doctrinę cōsumatissimi uiri
prodiere? Sed qd probatissimos ciuitatis mores celebrē? cū
ipse Plinius Iunior fateatur ipsam multū antiquae uerecūdię,
& frugalitatis retinere, ac seruare? Labores igit̄ nostros am
pli. Pa. quos forte maiori uoluntate, q̄ facultate p̄fecimus, uo
bis afferimus obsecrātes, ut quādo nihil sit tā b̄n̄factū: qd nō
uellicare malignitas possit: eos in tutelā uestrā ita recipiatis:
ut omnibus perspicuū sit Britanicū, omniaq; eius opera uo
bis esse cōmendatissima. Quod si a uobis (ut cōfidimus) fiet,
studiū profecto nostrū ad grauiora maxime excitabit. Vobis
aūt Dn̄i nostri Iesu Christi clementia incolumitatem perpe
tuam, & salutem aeternam largiatur. Valete.

Iodocus Badius Ascensius Henrico Valuphino artium bo
narum professori optimo, ac clarissimae Lugdunensiū
ciuitatis grammatico disertissimo, & amico pri
mario Salutem plurimam dicit.

CVm hisce diebus in ludo tuo Lugdunē. uiroȝ
praestantissime virgiliana Bucolica accuratius in
terpretarer: ea animaduerti diuinum illum, ac pla
ne incomparabilem artificem, in quintae Adogae
Bucolica phrasi amicitiae uerecundius inter nos in
dissolubile foedus percussimus, omnes explicuisse numeros.
Quippe in qua sibi Menalcas & Mopsus pastorales illi amici
mutuo cedunt: honores impartiunt: studioȝ paritatē exhi
bent: cōmunem amicum praedicant: munuscula conferunt: &
sexcenta id genus alia: quae & pariunt: & augent: & asseruant
amicitiam: non oscitabundus lector offenderit. Quorum qui
dem omnium nunc mihi praesertim in mentem uenit: cum
memoria repeto: q̄ iucunda studia: quasq; amicas confabula
tiones habuerimus. Tecum etenim, ut Persianum illud citē.
longos memini consumere Soles: Et tecum primas epulis de
cerpere noctes: Vnum opus & requiem pariter disponimus
ambo. Is siquidem tibi uisus sum: Ennianum quoq; uerbum
adducam: qui cum saepe libente mensam, sermonesq; tuos, re
rūq; tuarum comiter impartires. Cui res audacter magnas,
paruasq;, iocumq; exprimeres. Tu uero mihi exploratissime
cognitus es isde quo sic idem poeta subsequitur: Doctus: fi
delis: suauis homo: facundus: suoq; Cōtentus: atq; beatus: sci
tus: facunda loquens In tempore: commodus & uerborum
uir paucorum. Multa tenens antiqua sepulta: & saepe uetu
stas: Quae facit & mores, ueteresq;, nouosq; tenentem. Mul
torum ueterum leges, diuumq; prudentem: Qui multa lo
quiue, tacereue posset. Addamus ad has tuas uirtutes quoti
diana tua in me beneficia: quae me sane que sollicitum habent:
ut qui nesciam: Quae tibi: quae tali reddam pro munere do
na. Multo tamen sollicitiorem haberēt: nisi animi tui cando
rem, libertatemq; uel in cute cognoscerem. Neq; tamen idcir
co aut minus debere arbitror: aut negligentius referre cona
bor, ubi facultas erit. interea uirorum optime amice suscipe
manu has nostras in Iuuenalem tam familiares explanatio
nes: ut si quae sint satyricae musae, eas mihi non minus offen
sas ueteri possem, quam Macrobius i priore de somnio Sci
pionis libro Eleusinas deas Numenio philosopho sacra ea
rum reuelaturo offensas praedicat: quippe abs quo se prosti
tutas conquerirentur. Nullum enim uerbum praetermisit
cuius aut explanationem, aut contextum, siue ordinem non
consecutus fuerim. Quod non eo tamen animo feci, quo lite
ras bonas prostituerem. Multa etenim bonis ingeniis subti
lius explananda: multa doctis addenda: multa studiosis lati
us exponenda consulto reliquimus: sed quo bonos mores:
uel ex hoc poeta addiscere uolentibus aditum facerem. Nam
complures altioribus uacantes negociis: aut propter com
mentariorum prolixitatem: aut propter auctoris obscurita
tem, hunc poetam legere recusantes: nunc uno intuitu, & or
dinem & explanationem (si non fallor) libenter amplectan
tur. proposuimus autem Ioannis Britanici uiri eruditissimi
commentarios: ut qui maiora uelint: ad manum habeant.
Hanc autem opellam nostrā incredibili dexteritate peractā:
idcirco nomini tuo nuncupo, atq; dedico: ut quicunq; eam
uidebunt (siqui forte uidebunt) intelligant te non solum
Lugdunensibus tuis, quos incomparabili eruditionis tuae be
neficio deuinxisti: gratum ac iucundum esse: sed uel Ascensio
carissimum. Accesit Simonis Vincentii bibliopolae optimi,
& utriusque nostrum amantissimi: cui hanc operam naua
mus: plenum & totis punctis suffragium. Accipe igitur igi
tur, ut rursus dicam, amica manu uir egregie exiguum hoc
munusculum: non cuius egeas: doctior enim es, quam ut hāc
facilitatem desideres: sed ut multos mortales i literatura ru
disculos demercare Haec summa est. Vale literarum decus:
Lugduni, ad XIII. Calendas Decembris, Anno salutis no
strae. M, CCCCXCVIII.

Annotationes quædam Ioannis Britannici in Asinum Apuleii, & Siluas Statii.



Veræ mihi in animo Dominice Bonomine, & Gabriel Cimine multa quæ apud uarios auctores, in primisq; Asinum Apuleii, Sermones & Epistolas Horatii, Siluas Statii, & Plauti Comœdias, uel mendosa, uel parum curiose a cōmētatoribus explicata, legebātur: colligere, ac publicare, ut una cum cōmentariis Iuuenalis ad cōmunem studiosorum utilitatem imprimerentur. Verum instantibus impressoribus: quorum studium non minus plerunq; ad suum, quā ad aliorum commodum festinat: coactus sum in præsentia maiori huius laboris parte supersedere. Nec aliud mihi licuit, ꝗ paucula quædam apud Apuleium & Papinium annotare: quæ literatis omnino placitura cōfidimus. Reliqua alias cum plus otii dabitur, prosequemur. Principium igitur sumemus ab exordio Apulei de asino aureo. Vbi quæri a multis solet Epigramma ne sit. Et legendum At ego: an ut ego. Quare ut utrunq; discutiamus nemini uel mediocriter erudito dubium est principium factum esse de epigrammate ex iambico trimetro, quod octo constat carminibus sic.

Vt ego tibi sermone isto milesio
Varias fabellas conseram, atq; aures tuas
Beneuolas lepidulo susurro permulceam,
Modo si papyrum ægyptiam tu arguta
Nilotici calami inscriptam non spreueris
Inspicere, figuras hominum in alias imagines
Conuersas, & in se rursum nexu mutuo
Refectas: ut mireris hic exordior.

Legendumq; esse ut ego, nō at ego. ut sit sensus & ordo: Exordior figuras hominum conuersas in alias imagines: ut Apuleius conuersus fuit in asinum: & rursum in se refectas mutuo nexu. nam & in seipsum ex asino reformatus est & refectus: mutuo nexu: hoc est alterna ligatione, ut modo in aliam transeant imaginem, modo in pristinam redeant. ut mireris: idest ita conuersas in alias imagines, & rursum in se refectas ut mireris: ut possis mirari: quasi dicat mirum tibi uideri possit ita conuerti: & rursum in se reformari. Exordior autem hæc: ut ego tibi sermone isto milesio uarias fabellas conseram: sicq; rationem affert quare exordiatur has figuras mutatas: ut scilicet opus componat ex uariis fabellis: & proinde eum delectet: ut omnino legendum sit ut, non at. Modo, si papyrum: hoc est si modo papyrum ægyptiam non spreueris inspicere illud addo fortunasq; superfluum esse: atq; ideo tollendum, nam nec uersus dictionem patitur, nec fortunæ hominum in alias mutantur imagines, sed tantum figuræ.

Illud præterea legitur in primo Modico securius: in quo duo emendanda esse contendimus, falluntur enim qui legunt mordico securius, cum omnino modico securius legendum sit: ut sit aduerbium: idest paulo incautius & imprudentius, tanquam qui nihil timerem, qui enim nihil timent in mādendis cibis secure comedunt. ut sit sensus & ordo: Ego minimo minus interii dum gestio contruncare modico securius offulam grandiorem polentæ caseatæ in conuiuas æmulos: emendate ēt legendum est inter conuiuas, non in conuiuas.

In eodem quæri solet an legi debeat conuectore illo tuo: cum reuera conuectoris appellatur, qui eodem uel vehiculo vel naui vehatur: & hic Socrates quem conuectorem appellat, non naui vectus sit, sed pedibus iter cum eo fecerit: quare illic indubitato legendum est conuentore a conueniendo: hoc est simul ueniendo sicut aduentorem alibi appellat, qui aduenit quem etiam uernaculo sermone Auantorem appellamus: quasi qui crebro ad officinas nostras adueniat.

Apud eundem in primo legitur. Plane quod est mihi summe principium: ego diligenter pensitatis uerbis arbitror legendum præcipuum. ut sit sensus & ordo: Fotis emito istis nummulis fœnum & ordeum equo, qui me strenue uexit: quod est mihi summe præcipuum, hoc est quod mihi maximæ est curæ.

Item in secundo legitur: Quid cum frequenti sobole spiritus cumulat uerticem. ubi quæritur spiritus ne an aliter legendum sit: quare non ignorandum ab Apuleio capillum spiritum in capite capi pro capillo in spiram & reuolutionem multiplicem collecto & cumulato: quemadmodum uidimus in numismate Diuæ Faustinæ, cui in capite capillus duplici ordine in gyrum ductus accumulatur. a spira deducto uocabulo media producta sicuti a turre turritus a crine crinitus Est autem spira (vt exposuimus apud Iuuenalem) collectio funis in orbē & anguē dicimus collectū in spirā: hoc est gyrū & reuolutionem. Et circulum illū eminentē in basi columnæ.

In eodem in tertio legitur: Specta denique quam paruis, quamq; futilibus tanta res procuretur Herculis. ubi nos corrigimus herbulis. vt sit sensus: Specta ꝗ paruis. ꝗ futilibus herbulis tanta res procuretur. sequitur enim anethi modicum cum lauri foliis immissum.

Apud eundem in tertio sic legitur: Ain inquit Vulpinaris amasio: meq; sponte asciam cruribus meis illidere compellis? Siginer meum ipsa lupulis conseruo Thessalis? vbi mendas duas esse tollendas diximus: ut legatur: An inquit Vulpinaris non Ain. Item non Siginer, neq; signer. sed sic agnum meum. vt sit sensus. An Vulpinaris amasio: meq; compellis ascia crura mea lædere, sic agnum meum conseruo lupulis Thessalis: hoc est sic amatorem meum trado meretricibus Thessalis: vt recte metaphoricos dixerit lupulis: quia agnū nominauerit amatorem.

Apud eundem in tertio sic scribit: Respicio pilæ mediæ, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso uere meditulio Hipponæ Deæ simulachrum residens ædiculæ, corrigo in ipso fere meditulio.

Apud eundem in quarto vbi de Cupidine loquitur scriptū est sic: Qui malis suis moribus contempta disciplina publica flammis, & sagittis armatum per alienas domos nocte discurrens. vbi quæri solet, quid tria illa verba significent contempta disciplina publica. Quare ut locus omnibus sit perspicuus: ita nos intelligimus Cupidinem nocte per domos alienas discurrere, & adulteria multa committere contempta disciplina publica: idest contemptis legibus: quibus cauetur ne tempore noctis cum armis discurratur, neue adulteria, & id genus flagitia committantur.

Apud eundem in quinto sic legitur: Sed prius, inquit, sexties moriar, ꝗ tuo isto dulcissimo connubio caream: vbi nos legendum esse centies contendimus, & nō sexties. vt sit sensus: Ego me centies prius neci tradidero, ꝗ tuo isto connubio caream. vt sit quasi prouerbiale dictum. Nam sic dicere solemus: Prius millies moriar, ꝗ tibi iniuriam faciam.

Apud eundem in sexto ubi mentio fit de curru donato a Vulcano Veneri sic legitur: Lunæ tenuantis detrimento cōspicuum, & ipsius auri damno pretiosum. vbi pro Lunæ tenuantis limæ legendum esse dicimus. Nam Apuleius ostensurus est currum illum duplici ratione in pretio fuisse: & ipso artificio & materiæ abundantia. ait ergo currum conspicuum esse detrimento limæ tenuantis: hoc est detritu & politione pulcherrimum. pretiosum autem damno ipsius auri: hoc est iactura magna auri: quasi in quo multum auri fuerit, & veluti magnum damnum.

Apud eundem in septimo sic scriptum est: Prætereunte me Oraro fueram aggressus. ubi nos pro prætereunte me prætereuntē, & pro Orato Orico, ut dicat Hemus se aggressum fuisse procuratorem principis prætereuntem Orico: hoc est prætereuntē & transeuntem iuxta Oricum. Nam oricum ciuitas est Macedoniæ, quam totam Hemus se uastasse prædicat. Et hæc uera est lectio,

Apud eundē in septimo legitur Sed plane concinnatū solutum, & solitarium ob indiciuæ præmium occupasse. ubi mendum esse dicimus: ut legendum sit cōcitatum & non cōcinnatum. Nam ille peierauit se occupasse: hoc est apprehendisse asinum, & solutum, & solitarium concitatum ad fugā: ut præmium indiciuæ: hoc est indicii consequeretur.

Apud

Apud eundem in octauo legitur: In profundam Romam cupidinis sese paulatim n: scius praecipitauit: corrigo in profundam ruinam cupidinis. modica enim literarum mutatione commissum est mendum.

Apud eundem in octauo scriptum est: Arreptum seruulum eius, qui causam tanti sceleris luxuriae suae praestiterat: ubi duo ita corrigimus: ut tollatur eius: & pro luxuriae uxori legatur, ut sit sensus & ordo: Dominus eorum arreptum seruum, qui causam tanti sceleris praestiterat uxori suae: ut se suspenderet, in puteumque se cum infantulo demitteret alligauit arbori ficulneae.

Apud eundem in octauo scriptum est: Et illico me tumida parte deligatum tradidit Philebo: ubi nos corrigimus: & illico me tomicem sparteo deligatum tradidit, ostendit enim asinus se statim nouo domino traditum fuisse deligatum capistro sparteo. Nam tomex restem & funiculum significat. Vitruuius in septimo ait asseres tomice, religandos. ab eodem tomices ex sparto hispanico commendantur: quod uocabulum deduci uidetur a graeco [illegible] .i. a sparto.

Apud eundem in nono legitur: Asellus iners, & nihilominus morbo detestabili caducus: ubi aliqui alioquin literati falso exponunt morbum comitialem dici & morbum caducum: quare putaui illud sciendum morbum illum, quo non modo homines, & uaria animantia uexantur, comitialẽ dici non caducum. Cum caducus is dicatur, qui cadat. morbus enim non cadit sed homo. Vnde dicimus & poma caduca ꝙ cadant. & bona fortunae caduca, sed non morbum caducum.

Apud eundem in nono legitur: magnas & postremas domino illi fundorũ clades annuncians: corrigimus sic: magnas & postremas domino illi filiorum clades annuncians. Nam tres liberi eius occisi fuerant.

Apud eundem in decimo legitur. Dedi nõ venenum, sed somniferum mandragorae illum. Quid si legatur mandragorae succum.

Apud eundem in decimo legitur: Sed bene ꝙ utrinque secus sermone prolato, iactare medium quaeritur: corrigimus: Sed bene, ꝙ utrinque secus sermone prolato, facto remedium quaeritur.

Apud eundem in decimo legitur: Atque haec omnia perfacile obediebam. nos corrigimus: obibam. Vt sit sensus: Hęc omnia facile faciebam. i. exequebar.

Apud eundem in eodem legitur: Citato & intorto genere, gesticulatione alacri demonstrabat. lego ego: citato & intorto itinere, & non genere.

Apud eundem in vndecimo sic scriptum est: Sopor circumfusus oppressit, nec dum satis consperam. Quid si legatur cõsopiueram. i. nondum coeperam dormire.

Apud Papinium in prima Silua legitur: Nec ferro, aut aere laborat sub genio, lego sed genio, ut sit commendatio ipsius Domitiani, qui ut Deus magno esset oneri ipsi terrae, ut sit sensus: Humus non ferri, aut aeris põdere tantum premebatur: quantum pondere genii, hoc est ipsius Domitiani.

Apud eundem in Epithalamio Stellę legitur: Et de pieriis uocalem fontibus undam. Qui locus, quia siccis (ut aiunt) pedibus praeteritur a commentatoribus: uisum est lectorem monendum: poetam intelligere ab ipsis musis non solũ ignẽ, sed & aquam in nuptiis adhibitam: hocque ex ueteri ritu quo illud custodiebatur: ut ignis & aqua adhiberentur: quia hae duae res humanam uitam maxime continent. unde Valerius Flaccus in ultimo libro: Ignem Pollux, undamque iugalem Praetulit.

Apud eundem in Tyburtino Vopisci legitur: An emissas per cuncta cubilia nymphas. nos corrigimus lymphas. ut intelligamus describi lymphas calidas: quae per parietes cubiculorum mittebantur ad calefacienda cubilia. De qua re ita Seneca ad Lucilium: Quid loquar suspensura balneorum & impressos parietibus tubos, per quos circunfunderetur calor: quo ima simul & summa fouetur aequaliter.

Apud eundem in Soteriis Rutilii Gallici legitur haec carmina: Tunc Deus Alpini, qui iuxta culmina dorsi Signat Apollineos sancto cognomine lucos: Respicit (heu tanti pridem securus alumni: Progressusque morans) hinc mecum epidaurea proles: Hinc alti gaudens datur aggrediẽda facultas Ingentem recreare uirum tentemus adorti. Quorum sensus cum aliquantulum obscuritatis habeat: uisus est mihi ad communem studiosorum utilitatem illustrandus. Sensus est ergo talis: apollo, qui iuxta Vercellas ad radices alpium colebat. unde Vercellae apollineae sunt nominatae a Martiale: sentiẽs Rutilium Gallicum aegrotare ad eum uenit, uocato secum filio suo Aesculapio: quem ad praestandam ei ualetudinem mira hortatur arte. Est autem ordo: Tunc Deus qui signat lucos apollineos sacto cognomine iuxta culmina Alpini dorsi, respicit subaudi Gallicum aegrotantem: aut (quod magis placet) Aesculapium: & ait Hinc mecum epidaurea proles: hinc it quam subaudi ueni. Alti gaudens: corrigo altis gaudens ut eum sic laudando ad officium excitet: quasi dicat q rebus tantum magnis gaudens: hoc est uiris primariis: aut (quod non displicet) grauibus morbis opitulatis. Datur aggrepienda facultas: offertur, inquit, res capienda & digna uiribus tuis, cum sit Rutilius uir magnae auctoritatis, Tentemus inquit adorti recreare ingentem uirum, reliqua illa: Heu tanti pridem: dicuntur per parẽthesim a poeta: quasi q doleat Apollinem tanti alumni fuisse tam immemorẽ. Tota quae haec oratio est Apollinis usque ad illud carmen: Dixerat inueniunt positos &c. Securus: negligens & parũ curans alumnum suum Rutiliũ. Progressusque morans: hoc est tardans progressus ad medendum.

Apud eundem in eisdem Soteriis legitur: Hunc igitur (si digna loquor) rapiamus iniquo Nate Ioui: ubi per Iouẽ iniquum intelligimus Plutonem: qui iniquus est, cum tales studeat habere animas. Iouem autem appellari Plutonem docet Ausonius sic. Aut Iouis Elisii, qui catamitus eris. Sic etiã Iunonem dicimus Proserpinam. Papinius in secundo lib. de Glaucia: Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Apud eundem in eodem legitur: Neu filiis flamma caminos Vreret. corrigo uillis flamma.

Apud eundem de pietate Abscantii in Priscillam leguntur carmina. xiii. illhc: Sera quidem tanto. quorum sensus cũ a commentatoribus silentio praetereatur: & aliqua tamen egeat interpretatione: uisus est mihi explicandus. Sensus est ergo: Scio quidem tardam esse meam cõsolationem: cum annus iam praeteriuerit: ex quo Abascantius amisit vxorem, Sed tunc inquit in recenti dolore solamen erat flere miserias amici, & cum eo dolore. Quod si uoluissẽ in ipso primo uulnere, cum amisit vxorem consolari cum nullo quidem modo potuissem: immo, inquit, ne cantus quidẽ Orphei uel musarum ualerent mulcere tantum dolorem. Sicque pietate Abascantii commendat.

Item in eodem legitur: Sic plena maligno Afflantur fumẽ ta noto: sic alta senescit Imbre seges nimio. lego uineta: & nõ fumenta.

Apud eundem in Epicedio in patrem legitur: Tuus vt mihi uultibus ignis Irrubuit. Cuius loci sensus est: tres, inquit, menses praeterire postquam vultus meus rogo tuo calefactus rubuit: ex quo mortuus es: & cinerem uidi tuum oculis meis humentibus. cũ interea nihil prę dolorẽ potui scribere.

Apud eundem in eodẽ leguntur quinque illa Carmina: cur magis incessat superos. quorum sensum ita explicamus: Poeta ostẽdit non minore se affici dolore amisso patre, q̃ aut mater, quae amisit filium, aut uxor quae iuuenem maritum. leguntur que cum interrogatione. Cur magis incessat superos. i. de Diis cõqueratur, & conuitio afficiat, q̃ ego? Liceat: id est si liceat, si non retineatur.

In eodem sic legitur: Ex phrygium silicem. In quo interpretes aiunt poetam intelligere de Hecuba, quae conuersa fuerit in lapidem: sed cum hoc nullis auctoritatibus possit fultẽ tari, arbitror intelligendũ de Niobe: quae (ut notum est) conuersa fuit in lapidem sipylum. fuit enim ex Sypilo, vrbe Męoniae, quae Phrygiae contermina est.

In eodem legitur: Saltusque ingressa uiriles Non formida/

ea temeraria Chalcide Sappho, lego Leucade non Chalcide: et refertur q ad historiam. Nam ad templum Acciacum, quod in sinu ambracio est, petra praerupta esse fereb tur: unde qui se demitterent in mare, amoris summa leuarentur. id egisse Sappho scribit Strabo ex Menandri auctoritate, ideo temeraria q se ex Leucade delecerit.

Apud eundem in Epicedio in filium legitur: Mens flumine tanto Inferior. cuius loci sensus est: Mens, inquit, mea inferior tanto flumine. i. quae tanto infringitur fletu, & superatur ac per hoc inferior: nihil reperit dignum quod canteet.

In eodem sic legitur: Infantem lingua simium, salibusque proteruum. corrigo nimium.

Apud eundem in Epicedio in Glauciam melioris legitur: Cum tibi quas uestesq ue nō gestamina mitis Festinabat herus. Ego uero corrigo: Quas tibi non uestes, quae non gestamina mitis Festinabat herus

Item in eodem legitur: Nunc quanquam Hectoreos cineres, Troiamq perosus Turribus e Phrygiis esset missurus Vlysses. corrigo flesset.

Item in eodem legitur: Desertas exutus opes: placet magis ut legatur: Desertas exosus opes.

Apud eundem in Epicedio psitti vrsi legitur: Qualis bellis iam casside uisa Parthenopeus erat: corrigo missa: ut sit qualis erat Parthenopeus in bellis casside missa pro demissa: hoc est deposita.

Apud eundem de lachrymis Hetrusci scriptum est: Et inferna regimen timet Aeacon urna. lego rigidū pro regimen.

Apud eundē de coma Earini legitur: Haud ullo cōcussum Vulnere torpens De sexu transire iubet. corrigo: Haud ullo concussum vulnere corpus.

Apud eundem ad Claudiam uxorem legitur: Cui mite solum trans aequora uectae Ipse Dioneae monstrauit Apollo columbae. lego Dionea columba non Dioneae columbae: ut sit augurio columbae. Constat enim Parthenopen secutam esse augurium columbae: cum ex chalcide delata est in Italiam. unde in quarto libro ad fulium Menecratem: Tu ductor populi longe migrantis Apollo, Cuius adhuc uolucrem laeua ceruice sedentē Respiciens blande felix Eumelis adorat.

Apud eundem in consulatu Domitiani: Mecum altera saecula condes: Et tibi longaeui reuocabitur ara parentis. corrigo Ara Terenti: ut dicat ipsum Domitianum victurum, tam diu ut uisurus sit alteros ludos saeculares, qui centesimo & decimo quoq anno celebrabant in campo Martio: in eo loco qui Terentus dictus est: vbi ara fuit Ditis & proserpinae consecrata. De qbus Valerius lib. secūdo. & Festus Pōpeius.

Apud eundem in Epulo Domitiani legitur: Non centum insigne columnis: Sed quantae superos, caelumq Atlante remisso Sustentare queant, super hoc vicina Tonantis Regia. ubi duo corrigimus: ut legamus: Quantae superos: non quante. Et stupet: ubi scriptum est super.

Apud Plautum in Captiuis legitur: Nam hoc pene iniquū e comico coragio: conari de subito nos agere tragoediam. ubi commentatores male locum intelligentes alii exponunt desubito nos unam esse dictionem, eamq ueterem. alii alia multa deliramēta astruunt. nos uero corrigimus: Conari de subito nos: ut duae sint dictiones de subito aduerbiū & nos pronomē. ut sit sensus. Hoc pene iniquum est nos conari de subito agere tragoediam e comico coragio: hoc est statim ex stilo comico transire ad tragicum. Desubito ergo legendum est & nos: ut fiat distinctio dempta litera t. Nec mirum aut Vna tantum literae interpositione, aut imutatione, aut ademptione praeclara hominum ingenia plerunq defatigari. Quā multi enim transuersi feruntur apud Amphytrionem in fine comoediae illic: Haec sola sarcam gestat meorum familiarium: vt nos in commentariis Iuuenalis super eo: Sarcophago contentus erit: docuimus legendum esse: Haec sola sana mihi restat meorum familiarium. Occurrebant praeterea multa alia apud ipsum auctorem, quę ut mendosa castigaturus fueram. Verum cum pylades noster, quem graece, latineque apprime doctum agnoscimus, id oneris susceperit: ut omnes eius comoedias solertissima diligentia recenseat: omnesq uersus ad pristinam pedum legem reducat: ac ueluti totum auctorem in aliam iam imaginem conuersum reformet: multisq adhibitis tum nouis, tum ueteribus exemplaribus iam plusquam tria millia mendorum ex eo sustulerit: cum noua etiam & mirabili commentatione: omnia mihi silentio praetereunda duxi. cum ipse omnibus cumulatissime sit satisfacturus

Ad Lectorem



Ector cum forte in manus absolutos cōmentarios sumpsissemus: eosq transcursim legeremus: offendimus nonnullos ab impressoribus commissos errores: sed minutos tamen. Inter quos isti sunt.

In primo commentario ubi mentio fit de Victoria ut Colitur pax, atq Fides, Victoria, Virtus: scriptum est mutilato sensu: Eam enim filiā. Tu uero scribe: Fam enim filiā fabulantur Arcades fuisse Pallantis, qui fuit Lycaonis.

Et super illo Pensilibus plumis: Nec illud obstandum: corrige obstabit.

In secundo ubi de mollicie sacerdotum Mineruae scriptū est: Malum & delicatorum. corrige Mollium.

In tertio scriptum est: Haec ubi quae torta ueherunt conditamenta. Tu distingue & corrige condita meta: ubi metā tortam uasculum intelligit: quo condita coctana mittebant.

In sexto ubi de serpente argentea fit mentio: scriptum est mutilato & abscido sensu: Dextra parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis, pars uero laeua ceruicis. Tu adde: Rapacis lupi capite finitur, easq formas animalium draco connectit uolumine suo, capite redeunte ad Dei dexteram, qua conspicitur monstrum. de quo dracone nunc poeta uidetur intelligere: eundem etiam serpentē in imagine Isidis extitisse docet Valerius Flac[us] libro quarto Argonauticon: Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.

In Vndecimo scriptum est: Sonet enim arcae potentiorum aduersus rapinas. Tu corrige solent.

In terciodecimo illic: Sed cēses te nunc delitias ponendū extra conuiuia. corrige communia.

Item alibi: pannum inuenies positum pro pannis.

Item in undecimo scriptū est Tirynthis oppidum: tu corrige Tiryns.

Index vocabulorũ omnium in margine poſitorum ſm ordinem alphabeticum.

SAtyra carmen est (vt Diomedi placet) apud Romanos maledicum, ad hominum vitia carpenda, comoediae priscae charactere compositum: a qua in hoc tantum differt, q illa iambicis, & eiusmodi uersibus cõstat, & psonis introductia nouae fere comoediae par est: & vitia hoium cum denominatione cõtinet personarum. Haec autẽ idest Satyra in exametros assurgit, libertate simplex. Neq enim personas aperte noiat. Priscae comoed ę princeps & inuentor fuit Susarion Megarensis Tripodiscius Philini filius: qui cum prauae mulieri cõiunctus esset: abeunte muliere in pompa Dionysiorum theatrũ ingressus, quatuor cecinit carmina iambica: quae sola ex omnibus eius scriptis extant: Audite populus Susarion: haec dicit filius Philini Megarensis Tripodiscius: malũ sunt mulieres: sed tamen o populares non adest inuenire domum sine malo. Sic enim prima comoedia scõma habebat apertum. Licuit itaq aperte sic uituperare usq ad tempora Eupolidis, unde Horatius: Eupolis, atq Cratinus, Aristophanesq poetae: Atq alii: quorum comoedia prisca virorum, Si quis erat dignus describi, q malus, aut fur, Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioquin Famosus multa cum libertate notabant. Sed cum poetae abuti licentius stilo, & passim laedere ex libidine coepissent plures bonos: nequisquam in alterum crimen infamiae poneret: lata lege per Alcibiadem siluerunt. Ex prisca igitur comoedia, quae maiore lasciuit licẽtia Satyra, quae (auctore Quintiliano) tota nostra est, manauit. In q primus insignem adeptus laudem est Lucilius: qui quosdam (vt scribit Fabius) ita deditos sibi amatores habuit: ut eum omnibus poetis praeferre non dubitarẽt: quãuis Horatius (nõ sine tamen suspitione aemulationis) eum in sermonibus suis lutulentum fluere diceret: & aliquid esse quod tollere possis. Secundus post hũc Horatius: qui etiam Lucilio multo tersior, ac purus magis habetur: & ad notandos mores magis praecipuus. Tertius Persius annumeratur: qui (iudice Fabio) multum & verae gloriae, quamuis vno libro meruit. Quartus vero Iuuenalis habetur: qui & vetustate carminis & Satyrae dignitate seruata ita cõmendatur: vt si aliis omnino praeponendus non sit, certe uel eis par habendus. Satyrã nomen accepisse a variis causis scribunt, Diomedes grãmaticus, Porphyrio, & Acron: idest a Satyra lance: quę infertavariis, multisq primitiis in sacra inferebatur: & a copia & saturitate rei Satyra vocabatur. Siue a lege Satyra, quę vno rogatu multa simul comprehendit: q scilicet & Satyra multa poemata comprehendantur: cuius Satyrę legis Lucilius meminit in primo: Per Satyrã aedilẽ factũ, qui legibus vlnat. & Salustius in Iugurtha: Deinde quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Siue a satyris, q similiter in hoc carmine ridiculae res, pudendaeq dicuntur: quę velut a satyris Diis siluestribus proferuntur & fiunt: hocq verisimilius. Nam in comoedia prisca, quae in vitia hominũ apertius (ut dictum est) inuenitur, salibusq, & iocis absoluitur, Satyri introducti sunt Dii siluestres, & procaces ioculatoria & lasciua inter se iactantes. Hi sunt (ut auctor est Polux) Satyrus canus, Satyrus impubis, Satyrus adolescẽs, & Silenus pater, atq id genus psonae fictae. A Satyris igit introductis Satyra noiata est: quod nomẽ haec, quae tota (ut diximus) nostra ẽ, & ab illa antiquiore defluxit, accepit, seruauitq. Hoc poematis genere Iuuenalis sexdeci scripsit Satyras.

Iunii Iuuenalis Vita.

IVnius Iuuenalis, quibus parentibus natus fuerit, pro comperto non habetur. Ex Aquino oppido Volscorum oriũdũ fuisse docet ipse in fine tertiae satyrae: Et quoties te Roma tuo refici pperãtẽ reddet Aquino. Tẽporibus Traiani satyras suas scripsisse nemo, nisi parũ peritus diffitet. Nec audiẽdi sunt, qui existimarunt eum regnante Domitiano floruisse: cum is poeta scribente iam defunctus fuisset. Quod abunde satis ipse multis in locis indicat, ut illic in secunda satyra Qualis erat nuper tragico pollutus adulter. Nam cũ ait erat nuper: planissime ostendit eum mortuum fuisse. praeterea in tam apertam eius reprehensionem viuentis non insurrexisset. Et alibi in eadem Satyra: Cum tot abortiuis foecundam, Iulia vuluam Solueret, & patruo similes effunderet offas: ubi intrepide demonstrat ab eo violata fuisse fratris filiam: quod neutiquã fecisset, si tunc temporis uixisset. Et alibi decessisse apertissime docet: Cum iam semianimum laceraret Flauius orbem Vltimus, & toto seruiret Roma Neroni. Et alibi: Sed olim Prodigio par est in nobilitate senectus, Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum. Quibus oĩbus satis constat post mortem Domitiani poetam scripsisse. Qua uero aetate, quoue loco mortuus fuerit, cũ certi nihil habeatur, aliis inquirendum relinquimus. Nec aliis assentimur qui eum in Paride histrione, & delitioso Domitiani in exilium actum fuisse autumant, & ibi mortuum: deq eo intellexisse Sydonium Apollinarem, cum ait: Nec qui consimili deinde casu. Ad vulgi tenuem strepentis auram Irati fuit histrionis exul. Neque enim fieri potuit: ut a Paride in exilium missus fuerit: cum Satyras suas (vt diximus) scripserit sub Traiano: & Paris gratia: & auctoritate tantum valuerit apud Domitianum, unde cum Sydonius: nec Iuuenalem, nec aliũ quẽquam nominauerit: de quouis alio intelligere potuit.

Argumenta Satyrarum Iuuenalis per
Antonium Mancinellum.

Prima docet Satyre causas, formamq libelli.
Qui simulant Curios Satyra patuere secunda.
Ex urbe Vmbritii digressum Tertia narrat.
Quarta quidem Crispinum odit, caluumq Neronẽ.
Ganeo quae tolerat parasitus Quinta notauit.
Sexta haec insidias mulieres pandit abunde.
Septima demonstrat Romam nil ferre poetis.
Nobilis octaua propria uirtute uocatur.
Turpia qui tolerant Nona carpuntur auari
Cura hominum Decima, rerumq libido notantur.
Arguit Vndecima uates conuiuia lauta.
Bissena arguitur Satyra captator auarus.
Tertia post decimam solatur damna dolentes.
In decima quarta dant praua exempla parentes,
Numina diuersa Egypti Penultima monstrat.
Vltima militiae felicis praemia narrat.

IOANNIS BRITANNICI COMMENTARIA IN SATYRAS IVVENALIS.

IOAN. Brit.

SEmper ego auditor tātū? Tēporibus Iuue. magna in vrbe poetarū copia vigebat: qui fere quotidie aliqd recitabāt. Ad hos audiēdos rogabātur & noti & amici. Vñ scribit Tranquillus Augustū recitantes benigne & patienter audiuisse: nec tñ carmina & historias: sed & orationes & dialogos Horatio itē: Hic spōsum vocat: hic auditum scripta relictis. Omnib⁹ officiis. Hoc tamen multis molestū oino erat: vñ est illud Plinii: Magnum puentū poetarū annus hic attulit toto mēse Aprili nullus fere dies fuit: quo nō recitaret aliqs. Iuuat me q̄ vigent studia: pferūt se ingenia hoium & ostētant: tamen ad audiēdū pigre coeūtur: plerique in stationibus sedent: tēpusq; audiēdo fabulas cōterunt: ac subinde sibi nunciari iubent: an iam recitator intrauerit: an dixerit pfationē, an ex magna pte euoluerit librū. Et paulo inferius: Nūc ociosissimus qsq; multo ante rogatus: & idētidē admonitus: aut nō venit: aut si venit, quaeritur se diē, q3 non pdiderit, perdidisse. Idē ēt indicat Cor. Tacitus de claris oratoribus loquens de poetis: Rogare vltro: & ambire coguntur: vt sint qui dignent audire: & ne id quidem gratis. Poeta igit̄ veluti audiendorum diuturna carminū alienorum molestia affectus erumpit: non tñtam audiēdi fastidium indicās suū, q̄ diutinā ignauiā suā accusans: q̄ ipse nihil adhuc scripserit: cum & ipse possit scribere. Sed cum varia sint poematum genera, in quibus versari possit: Satyram ait se velle potius q̄ aliud genus poematis tractare i adhibita ratione: q̄ ampla sibi ad scribendum suggeratur materia. Principiū igit̄ more satyrico ex abrupto fecit. vt Persius: O curas hoium. Horatius: Qui sit Mecoenas? ¶ Semp: hoc dicit cū ex nimio audiēdi fastidio: tū ex diuturno silētio quasi qui magnā aetatis suę partem p inertiā absumpserit cū nihil interea ipse scripserit. ¶ Auditor tm̄? subaudi extrinsecus ero .s. alienorum scriptorum: & nunquā ego sicut caeteri aliqd scribā, & recitabo? ¶ Reponā? non ignoro a cōmentatoribus hunc locū variis exponi modis: ut alii dicant reponere idē esse: qd reficere & resarcire, ut sit sensus: Non ne aliquando scribendo resarciam hoc tempus quod aliis audiendis consumpsi: ita enim poetae reponere dicūtur. Alii vero reponere idem esse quod scribere, scribendo enim reponimus rem de qua agitur: vnde si talia non scripsisset: haud reposita nobis essent: & reseruata. Alii inquiunt repono q̄nq; est retro appono: & quasi acceptam coenā restituo. vt si qs mihi hodie conuiuium apponat: ego cras ei reponam large ac liberaliter. Et in hunc sensum hoc verbo vsus est Iuuenalis, cū inqt: Semp ego auditor tm̄ nunq̄ ne reponam? Ignauiā enim seipsum accusat: & vt mos satyricorum est. ex abrupto incipit. Semp ne eorum quae alii apponunt ero auditor, nunq̄ ne ipse aliqd reponam. i. restituā. Quęcūq; etsi ex aliqua parte cōuenire videntur. Ego tamen hoc sumptū eē a debitore con tēderim: q cum pretiū creditori reddit, reponere dicit̄. vnde Seneca i epistola. lxxxi. ad Luciliū: Ergo nec quod debet creditori suo reponere qsq̄ scit alius q̄ sapiens. Differentiā eni facit inter referre & reponere. Nā referre inqt est vltro q̄ debeas afferre. Reponere aūt est creditori suo tm̄ reddere, quantū debeas. Idē li. vi. de beneficiis: Ideo nō est trepidandū q̄ cito reponamus. loquitur. n. de beneficio referendo. Vñ Plautus in Persa: Des mihi nūmos sexcentos: quos ego cōtinuo tibi reponam in hoc triduo: aut quatriduo. In ea significatione est ēt illud Horatii in epistola ad Mecoenatē: Inspice si possum donata reponere laetus: hoc est reddere & restituere. Ergo inqt poeta: cum alios poetas audiuerim: eorūq; sim debitor: tanquā qui ab eis multa acceperim: nunq̄ ne eis reponā: nunq̄ ne eis reddā quantum acceperim: ac p hoc nunquā ne & ego scribā? Reponere rursus capit̄ quasi pro renouare & reparare: sicut exposuimus apud Persium in vltima satyra: Neu dicta repone paterna: sed hoc nihil ad rem. ¶ Vexatus toties: nam (ut diximus) nō sine aliqua animi molestia audiebātur recitantes. ¶ Theseide: recitatione Theseidos, i. gestorum Thesei. de qbus multa Plutarchus & Diodorus li. v. & Ouidius in meta. Nā Theseus Herculis certaminū imitator & virtutū aium adiecit ad ea certamina q̄ laudē & gloriā sibi essent allatura. Filius fuit Aegaei & Aethrae Pitthei filiae, aliq Neptunū eius fuisse patrē tradunt. ¶ Codri: nomē est poetae sui tpis: quē in tertia Satyra pauperē fuisse ōndit: Lectus erat Codro procula minor. ¶ Rauci: clamosi: vt referas ad fastidiū poetae: q̄si, q nimio eius clamore offensus sit. nā Raucus τομεσον est: vt & p eo q sit voce magna & sonāti ponat̄. vnde Virg. appellat cicadas raucas. i. clamosas, & valde strepitus. Ouidius in Fastis: Ecce rudens rauco Sileni vector asellus: Intēpestiuos edidit ore sonos. Virg. Cygnos bene canentes raucos appellat: Dant sonitum rauci per saxa liquētia cygni. Mart. Perlegat vt tumidus rauca te voce ma/

Repo/nere

Rau

IVNII Iuuenalis Aquinatis. Satyra Prima.

SEMPER Ego auditor tantum?
nunquam ne reponam
Vexatus toties rauci theseide
Codri? / Poeta
Impune ergo mihi recitauerit ille
togatas?
Hic elegos? impune diem cōsum
pserit ingens
Telephus? aut summi plena iam margine libri
Scriptus & in tergo, nec dum finitus, Orestes?

gister. Porphyrio exponens illud in satyris: Rauci: male ait Sulliū & Capriū delatores & causidicos fuisse: & iō raucos appellatos q̄ corentione iudicio clamarēt. Et p eo cui vox sit oblisa & contusa nimio clamore. Quintil. Et raucas fau/ces ac l. tus fatigatā deformi cātico reficere. Solinus de grui bus loquēs: Volatus desidia castigat: voceq; cogit agmē. Ea vbi obraucata est succedit alia. ¶ Impune ergo mihi: ergo in quit alius mihi recitauerit togatas: & alius elegias: & alius alia: & ego nō reponā? Sic. n. verbū reponam repetendū est vsq; ad illud: Nota magis nulli domus est sua. ¶ Impune: pas/sim & cū voluit. Nā impune dr̄ sine punitiōe: & quæ sine pu nitione fiūt, passim agunē. Vnde Horatius in vltima episto la. Sed mēte recepta Obturem patulas impune legētibus au res. Et in arte poetica: Ne spisse risum tollāt impune coronę. Nā poetæ dicunē passim scribere, cū diuersa scribunt. vnde illud Horatii. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim. ¶ Ille. Lalius. ¶ Togatas. s. comœdias. Erāt. n. togatæ & pal/liatæ: togatæ romanæ erāt ab habitu togæ, q̄ romana ē: pal liatæ vero græcæ a pallio: qđ græcoꝝ est. Togatarū autem quatuor sunt genera. sunt. n. tog tæ quæ ptextatæ dicunē: in qbus Imperatores negotia agebāt publica, & reges Roma ni vel duces inducunt, psonæ dignitate & sublimitate tra/gœdiis similes. Prætextatæ aūt dicunē, qa fere regū, vel ma gistratuū in eiusmodi fabulis acta cōprehendunē: quoꝝ ha/bitus est ptexta. Secundū genus togataꝝ tabernariæ dicunē humilitate psonarū: & argumentoꝝ similitudine comœdiis pares: in qbus nō magistratus reges ue: sed humiles hoies & priuatæ domus inducuntur: quę quia olim tabulis tegerent cōiter tabernariæ sunt appellatæ. Tertium genus Attellanę ab Attella ciuitate Oscorum: in qua primō cœptæ: argumen tis, dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis græcis. Quar tum Planipediæ, quæ græce dicuntur mimi. dictæ ob humi litatem argumenti ac vtilitatem actorū: qui non cothurno aut socco vtuntur in scena, aut pulpito, sed plano pede. vel ideo q̄ nō ea negocia cōtinent, quæ in psonatum turribus, aut in cœnaculis habitātiū sunt: sed in plano & humili loco. lege Diomedem grāmaticū, & Dona. in Teren. ¶ Hic alius. ¶ Elegos: elegi versus sunt impariter iuncti: exametro. n. & pentametro constant. Quis autē eorum inuētor fuerit, Grā matici (auctore Horatio) certant, & adhuc sub iudice lis est. Instituti aūt primo fuerūt deflendo desiderio mortuorum: mox ad amores traducti: sed tñ nomen retinuerunt a flebili cantu: quo olim mortuos deplorabant. nā ελεγος idem est q̄ luctus. vnde Sapho: Elegia flebile carmē. ¶ Ingēs Telephus: ingens tragœdia de Telepho. Qui (vt auctor est Diodo. in quinto) Herculis & Auges filius fuit Hunc Teutrantus rex Mysiæ successorem regni instituit: qui cum bello troiano aui dius græcos a Mysia arceret: vite implicitus ab Achille per/cussus in femore sinistro: consulto oraculo accepit: nullo mo/do posse sanari: nisi ab eodē repeteretur: a quo vulnus ac/cepisset. Ad Achillem profectus, nouo genere medicinæ, & tunc primū excogitatæ: hoc est rubigine, siue ab ærea, siue a ferrea cuspide fuerint, sanatus est. Ita enim (auctore Plinio lib. xxv. cap. iiii. & xxxiiii. cap. xv.) depingebatur eam decu tiens ex gladio. hinc nata est fabula: q̄ eadem repercussus est cuspide, qua fuerat ab Achille vulneratus. Ouidius: Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti: Vulneris Auxilium Pe lias hasta tulit. Alii vero tradiderunt sanatum fuisse non ru/bigine, sed herbarum remedio per Achillem. vnde Claudia. ad Adrianum: Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Notat igitur sui tēporis poetas, qui longo verborum amfra ctu & Telephi & Orestis tragœdias scripsere, apud veteres Actius scripsit fabulam Telephi. ¶ Orestes scriptus. i. tragœ/dia de Oreste: cuius magnitudinem tantā fuisse satyrice ostē dit: vt ne volumine quidē ipso quāuis extrema paginæ, par/te: & a tergo scripto contineretur. Orestes. n. Agamenonis Mycenarum regis filius, & Clytemnestræ: cum accepisset pa trem ab expeditiōe iliaca reuersum: ab Aegysto adultero, & Clytemnestra interemptum: sibiq; ab eisdem insidias tendi: capta opportunitate vtrunq; necauit, Cuius parricidii con scientia exagitatus in insaniā & furorem versus: videre sibi videbatur matrem ardētibus facibus & serpentibus atris insequētem. Vnde Virg. Armatam facibus matrem & serpē tibus atris, Cum fugit, vltricesq; sedent in limine diræ. Cæ terum cum monitu Pyladæ, vt furiis liberatur, Apollinis tē plū ingressus est: & inde exire vellet: ei furias occurrisse tra/dit Pacuuius. ad qđ respexit Virg. Vltricesq; sedent in limi ne diræ. Omitto qūo in tauricā regionē: vbi Iphigenia erat sacerdos Dianę peruenerit: indeq; abrepto eius simulachro cū sorore sua in Italiam Ariciam vsq; cōfugerit. De Oreste mul tæ scriptæ fuerūt tragœdię. vnde Virg. Aut Agamēnonius scænis agitatus Orestes. Orestem tragœdiā cantauit in Sce na Nero, auctore Tranqllo. Orestem aūt sic dixit tragœdiā de Oreste: vt alibi Atreum. i. tragœdiam de Atreo: cuius & alueolos & lenam pignerat Atreus. ¶ Plena iam margine ple na ēt exteriore parte paginæ: quæ solet ad ornamentum li/bri relinqui vacua. Margo aūt capitur pro extremitate om/nium rerum: vnde dicimus in margine ripæ. Pli. loquēs de te studinibus: Sed rostri margines acuti. Apule. lib. iiii. Meta. Ripæ fluuialis marginē densis arboribus sceptā video. gene re aūt muliebri enūciauit vocabulum: cum & masculino in/ueniatur. Oui. Longo margine terrarū porrexerat Amphi/trytes. ¶ Summi libri. i. magni. ¶ Et in tergo: ostendit Pli. Iu/nior in ea epistola: quæ incipit Pergratum est mihi: ad Ma/crū: Ea volumina quę ēt in tergo scripta fuissent, Opistogra pha fuisse appellata: ab οπισθεν. i. retro: & γράφω scribo. sic enim scribit. Electa quoq; cōmentarios centum sexaginta reliquit opistographos qdem & minutissime scriptos. Vul/pia. de bonoꝝ possessione fm tabulas sic ait: Carthæ appel/latio & ad nouam carthā defertur & deletitiā: proinde & si opistographo quis testatus sit: hinc peti pōt bonoꝝ pos/sessio. Qđ ergo scriptum dicit poeta in tergo: græci Opisto graphon appellauere. Quod ostēdit & Porphy. apud Hora tium in epistolis his verbis: Nemo te ornabit, atq; describet Sed aut carie cōsumeris: aut fient ex te opistographæ episto læ. Nam apud veteres libri in volumina cōplicabantur ita, vt interiori tñ parte scriberentur: dicebanturq; uolumina q̄ inuoluerentur. vnde Iune. Quæ psaltria penem Maiorē q̄ sint duo Cæsaris Anticatones. ex quo apparet libros soli tos colligi in volumina vñ contra dicebant euolui, cū expli cabātur. Carpens ergo poeta longas poetarum ambages in scribendis fabulis: ostēdit nō solum tota volumina interio re parte: sed ēt exteriore contra cōsuetudinem scribi: cū libri (vt dixi) in volumina colligerētur, nec scriberentur in tergo Quod & Martia. ostendit alloquens librum: Ad salariorum curras scrinia protinus licebit: Inuersa pueris arāde charta. In tergo igitur. i. exteriore parte membranæ. Inde illud est Sidonii Apollinaris ad Cōstantinum iam copiosum: Te ni fallor pulsat exēplar. Iam uenit ad margines vmbilicorum. Iā tps est (vt satyricus ait) Orestē nēm vel supra terga finiri.

¶ Iodoci Badii Ascensii familiarissima Iunii Iuue nalis Satyrici, eiusq; interpretum explanatio.

Semper ego auditor tantū. Quatuor in hac Sa tyra prosequtur poeta. Primū ægre ferens q̄ to/ties poetas recitantes audiuerit: nec quicq; scri/psserit: & ita illis vicē quodāmodo rependerit: innuit sibi quoq; scribēdū esse. Deinde aiaduer tens ēt se po[illegible] ac oratoriç artis peritū: infert se quoq; pos se scribere. [illegible] siderans fabulas fere oēs descriptas ee: & ni/hil ad bonos mores cōducibilius, q̄ vitia rephendere: quorū tunc prouētus fuit maximus. Nā (vt inqt.) Nil erit vlterius qđ nostris moribus addet. Postremo loco aio complectens quā vtilitatem prisca illa, qua Lucilius gauisus est, libertas bonis moribus attulerit: dolet sibi pscriptā esse legem: cui tñ se ob temperaturum cōducit. Primū facit in principio. secūdū ibi, Nota magis &c. tertiū ibi: Cur tñ hoc potius & quartū ibi: Securus licet &c. ¶ Incipit ergo ex abrupto & quadā indi/gnatione animi qppe ægre ferentis: q̄ cū ipse quoq; scribere posset,

Opisto graphū

Volu/ men

ASCē.

Diuisio Satyræ

posset.hactenus.i. ad medium vsq; ætatis: auditor tantũ fue
rit. Cohortans ergo sese ad scribẽdũ inquit: Nunqd sup. ego
q sum uir peritus fabularũ & artis dicendi. eo sup. tm̃ audi/
tor alioꝝ sup. recitãtium opera sua. Ne. i. an: an nunq̃. i. ne se
mel saltẽ in vita. reponã. i. emendatius quid scribam: aut scri/
bendo illis paria faciam. aut qd debeo rependã. Ego inquã
vexatus. i. molestia affectus toties Thesei. i. fabulas de The
seo vulgatissima, Codri. i. illius poetæ rauci. i. dissoni ob ni/
miam recitatione raucescentis. q. d. minime. Ego sup. ero tam
patiens: tam iners: & tam ignauus: vt ille. i. quiuis poeta vul
garis. recitauerit. i. frequenter pronũciauerit viro perito. im
pune. i. passim vel libere sine pariũ redditione. rogatas. i. co
mœdias factas de togatis. i. de romão populo, & hic. i. alius
sup. recitauerit ipune elegos. i. ver siculos hexametro & pẽ/
tametro constãtes: & de miseriis mortuoꝝ: aut misere aman/
tium. Vel construit sic: Ergo ego auditor tm̃ & ille recitaue/
rit mihi impune. i. passim togatas. hic. i. alius elegos. & ingẽs
Telephus. i. maxima tragœdia de Thelephó. cõsumpserit dũ
recitatur diem. i. tp̃s vnius diei, sicut Martialis dicit. Audiẽ
toto sæpe poeta die. Aut Orestes. i. tragœdia de Oreste. scri/
ptus. i. cõscripta. & . i. ẽt. in tergo. i. i dorso mẽbranæ. & mar
gine. i. extremitate libri summi. i. mẽbranæ summæ existente
plena. q. d. minime gentiũ. hæc familiar issime potui. Cæteꝝ
q̃a cõstitui non solũ auctorẽ ipsum: sed ẽt interpretes eius: q
interdũ difficiliores arguñt explanare: dicã primo loco cur
non inuocẽt Satyrici. secũdo cur ex indignatione incipiant.
Tertio qua spẽ indignatiõis hic noster: & qua alii (quos ha
bemus) inceperint: pgressurus ad singuloꝝ increpationem.
Non inuocãt qdem poetæ: si mõ poetæ dicendi sunt: Satyr.
ei: q̃a familiari stilo de rebus humilibus vtpote de hoium vi/
tiis loquuntur Sed vt monet Flaccus in arte: Nec Deus inter/
sit nisi dignus vindice nodus inciderit: hoc est poeta non di
cet aliqd gestum esse opa solius Dei: nec iuocabit Deũ: vt di
citur: aut fiat qd humanis operibus & dici & fieri posset. In
cipiunt vero ex indignatiõe quadã: qua significãt se hoium
vitia ferre non posse: ne odio cuiuspiam: aut maleuolentia &
petulãtia animi scripsisse censeãtur. Quod vitiũ a se remo/
tissimũ contẽdit Horatius: ostẽdens se ad Satyram scribẽdã
natũ: nec posse dormire si non scripserit. Neminẽ insontẽ vel
le lædere. Et quia Satyra est carmen maledicũ: maluit opus
suum sermones q̃ satyras appellare; tametsi fateatur se saty/
ras scribere dicẽs: Sunt qbus in Satyra videor nimis asper
&c. Ideoq; leuiter cũ quadam interrogatione: non tñ sine in/
dignatione quadã ad amicum sic exorditur: Qui fit Mecœ
nas &c. Persius aũt petulanti splene cachinno, & acerbissi/
mus irrisor: & vehementissimus vitioꝝ explosor p̃fationem
a iconmate & irrisione incipit dicens: Nec fonte labra prolui
caballino. Et Satyrã ab exclamatione acerrima: O curas ho
minum: o quantũ est in rebus inane. Auctor vero noster Iu/
uenalis: quãuis oratiõe satis supq; (si dicere audeo) fluat: aio
tñ vehementissime in vitia excandescens incipit ab aposiopi

Aposio/
pisis

si. i. obticentia: qua vti solent vehementissime irati: cũ non in
ueniant qd satis malum minentũ: aut imp̃centur. vt pri. Aenei.
Neptunus in ventos: Quos ego: sed motos præstat cõponere

Figuræ
quibus
vtitur
poeta

fluctus. Dicitur aũt ab apo p̃positiõe græca: & siopo verbo:
quod significat sileo. Vtitur p̃terea figurata interrogatione:
quæ nullam rñsionẽ nunq̃ mere contraria sunt: & quia sola
non sunt: est etiam cõtentio. i. sñiarum repugnantia: q̃a alios
impune recitare, & se nunquã conrẽdunt. Vtitur ad hoc em/
phasi: qua vtimur cum p excellentiam aliquid alicui attribui/
mus: aut p maius minus excludimus: ad quam significandam
pronomina cum verbis primæ vel secundæ p̃sonæ necessario
exprimuntur secus nõ vt: Et tu puer propheta altissimi vo/
caberis: quasi per excellẽtiam. Ego sum panis viuus i quia nõ
alius. Tytire tu patulæ &c. quia nos patriã fugimus. & Ge/
or. pri. Cũ iam sacræ deficerent siluæ: quia si sacræ: ergo po/

Semper
Ego

tius aliæ. Et hic semp ego auditor tm̃. Ego inquam fabularũ
peritissimus: quia Nota magis nulli domus est sua, q̃ mihi lu/
cus Martis. Si ergo ego: ergo potius alius. Præterea vt ex or
dine dicam: singula vocabula videntur suam vim habere &
signãter posita. Semp enim habet vniuersalitatẽ & antithe/
tum. Ego emphasim. Auditor indignitatẽ & contemptum,
Nam si audio a voce, quæ græce audes dicitur, deducitur:
Auditor videtur esse inertie vocis captator: & nihil ad rẽ re/
spiciens: quo nihil vilius. Tantũ habet vim exclusiuam alte/
rius cõmodi. Nunquã vniuersalitatẽ in negando, & antithe
tum semp. Tunc autẽ eleganter plus significat, q̃ non: quan/
do ponitur pro non: hoc est cum alio aduerbio tẽporis par/
ticularis. vt. ii. Aenei. Nunquã oẽs hodie moriemur inulti. &
in Eunucho: Nunquã ædepol quicquã tamdiu &c. Ne præse
fert indignantis interrogationẽ. Reponam vtilitatẽ & indi
gnitatem. Nam si ignominiosum & inglorium est non posse
ponere. i. primũ quid excogitando effingere: quanto ignomi
niosius erit non posse reponere. i. iterato ponere: hoc est scri
bere vel paria facere. Quocirca ·ltius repetam vocabuli hu/
ius naturam. Dicit enim Calderinus sic: Reponere & impu/
ne cum in varias significationes accipiantur: a Iuuenale vsur
pata sunt non secus q̃ ab Horatio. Repono: reficere: & resar
cire est quod fuit detractũ. Iuuenalis. Meliora ac plura repo
nit Persicus orborũ lautissimus. Virgilius. Hæc rapta p vir
ginitate reponit. Papinius: Qui damna doles aliena repono
Infelix lachrymas: scilicet meas q̃s reparo & renouo. Martia
lis: Qui amissum somnum in vrbe in prouincia reparabat.
Ingẽti fruor, improboq; somno. Et totum mihi nunc repo/
no Quicquid ter denos vigilaueram pannos Surgentem fo/
cus excipit. Quamuis quidam Martialis sensus nulla habita
ratione repono pro scribo traduxerit: cum dormiens nihil
minus agat, q̃ scribat. Inde reponere poetæ dicuntur: cum
auditas fabulas scribunt. Nam ita tempus audiendo consum
ptum reponũt. i. reparant & farciunt. Horatius in arte: Scri
ptor honoratum si forte reponis Achillem. Scriptum iam sci
licet ab Homero. Et ibidem: Fabula quæ posci vult & specta
ta reponi. Impune sine pœna dicitur: quæ autem sine pœna
fiunt, passim aguntur. Qua ratione Horatius impune pro
passim vsurpauit in arte poetica: Ne spissæ risum tollat impu
ne coronæ. & cætera. Hæc ille. Georgius Val. sic: Pono scri/
bo plerunq; significat. vt apud Persium: Ecce modo heroas
sensus afferre videmus Nugari solitos græce: nec ponere lu/
cos Artifices. Ponere sculpere & pingere. Horatius: Solers
nunc hominem ponere nũc Deum. Nam de sculptore aut pi/
ctore loquitur. Repono autẽ reuoco: reprimo: siue cohibeo.
Statius: Quoties iam torta reponã Fulmina. Repono red/
do. Horatius: Inspice si possum donata reponere lætus. Plau
tus in Persa: Des mihi nummos sexcentos: quos pro capite il/
lius pendam: quos tibi continuo reponam in hoc triduo aut
quatriduo. Repono depono. Martialis: Vllus si pudor ẽ re/
pone cœnã. Repono reduco & reficio. Virgilius in secundo
Georgicorum: Et quantum longis carpent armẽta diebus:
Exigua gelidus tanrũ ros nocte reponet. Repono supagge/
ro. Idem in tertio eiusdẽ: Atqui nõ massica Bacchi Munera
non illis epulæ nocuere repostæ. Repono scribo. Horatius:
Scriptor honoratum. vt supra. ita & hic exponẽdũ est. Hæc
ille. Verum vt aperiamus causam tantæ diuersitatis: Re in
cõpositione interdum vacat: vt qñ compositum pro simplici
accipitur: vt docet Valla, vt redeo pro eo. Interdum signifi/
cat contrarium simplicis: vt quando iungitur dictioni clau/
suram: aut velamẽ importanti. Vnde recludo & claudo: rese
ro & sero: reuelo & velo: retego & tego: retexo & texo: fere
cõtraria sunt. Interdum & id quidẽ proprie significat itera
tionẽ. Ponere autẽ quid sit notum est. nam interdum poni/
mus nummos accepturo eos: aliquando escam comesturo.
Aliquando ponimus primam effectionẽ: aut figuram. quod
effingere aut protrahere vocãt. Reponere est iterum ponere
seu quia, qui quod accepit reponit: reddit: & satisfacit: ideo
dicunt q sit reddere: & qui escas vnde prompserat reponit:
tollit eas: dicunt q sit deponere. Et qui quod positũ id est se
mel pictum aut scriptum est reponit, iterato scribit aut pin/
git. ideo sic quoq; accipitur: & sic de aliis. Si ergo accipitur
reponã hic: id est reddam. Sensus est: Ero ne semp auditor?
& ita obnoxius iis: qui mihi sua carmina recitarunt, & nunq̃

reponam.i.faciam illis paria etiam scribendo saltem : quod
scriptum est. Vel in malã partem: vt significet se affectum in/
iuria ab improbis recitatoribus de quibus in uerbo recita/
uerit dicitur. & ita velle rependere vicẽ: nec sinere amplius impu/
ne eos recitare: vt pro pœna quadã sit: & quasi genus vindi
ctæ scribẽdo eos cogere audire: nec semp recitare. Sin accipi
tur pro scribo: vtroq; modo stat pondus indignitatis. Nam
si (ut Tullius inquit) Acceptor bñficii debet imitari agros fe
races: qui longe plus q̃ acceperint, conferunt: q̃ indignũ erit
eum, qui semp audiẽdo obnoxius factus est nunquam repo
nere. Vel si in malam partem erit lacessitũ & prouocatum: im
mo uexatum toties nihil posse referre. Et si gloriosius est in/
uenire q̃ inuẽtis vti. Et vt Horatius in arte inqt: Rectius iliacum
cum carmẽ deducis in actus. Quam si proferres ignota indi/
ctaq; primus: Ignominiosissimũ erit eum qui semp audiue/
rit: immo audiẽdo uexatus sit: nõ posse saltẽ reponere: idest
emendatius quod semel scriptum est rescribere. Emendatius
dico: quia id operæpretium est vt laudẽ assequaris. vnde Li/
uius in prologo primo: Noui semper scriptores: aut in rebus
certius allaturos aliquid se: aut scribẽdi arte rudem vetusta
tem superaturos credunt & non immerito: quia nisi melius
scripseris, frustra rescripseris. Nã quia facilius est vti inuẽtis:
& ea imitari: ideo lex amabœi carminis vult vt sequens: aut
xa/ plus aut cõtrarium dicat. Sed hæc alias. Vexatus aũt (ut A.
Gellius docet) præcipuam uim habet. Nam frequẽtatiuum
uidetur a veho: sed quod illius significationẽ seruat vector
vectaris dicitur. Vexari autẽ est uiolẽter huc illucq; impelli:
pties aut maxima animi molestia affici. Toties aduerbium multi
auci plicandi est. Raucum dissonũ: aut malum significat poetam.
aelei, Quinetiam Theseide affectanter dixit. Nam noua & inau/
dita licet non faeunde dicta vtcunq; delectant: nota aũt rau
ce & male pronunciata audientẽ cruciãt. Ideoq; Virgilius
circa principium tertii Georgicoꝝ significat se nolle vulga/
ta dicere his uerbis: Cetera quæ vacuas tenuissent carmina
mẽtes. Omnia iam vulgata &c. Nihil aũt vulgatius Thesei/
de.i. fabula de Theseo. Nomina enim librorum formantur
vt patronimica fœminina. vt Ilium ilii ilias æneus: sic enim
græce dicitur: ænei æneis Achilleus achillei græce achilleis.
Theseus thesei theseus. Masculina aũt apud nos contra hñt
ei in i lõgum: & addũt des: At æneides. Vir. Sit satis æneide
&c. alibi ab Aenea fit æneades &c. Hanc fabulam prosequtur
Mancinellus. Codri quoq; nomẽ signanter protulit. Nã aut
sui, aut operis sui aut vtriusq; cõtẽptum præ se fert. Si enim
dicimus cum Mancinello eẽ illum miserum & pauperẽ poe/
tã: cuius meminit auctor alibi: Lectus erat Codro &c. certũ
est uilem esse: quia raucum: & contẽptibilem. Sin Georgium
Vallam secuti: dicimus p Codrum argute intelligi quemuis
nobilẽ romanum: significatur uilitas operis eius: quia nobi
les laboris impatiẽtes raro bona opera edunt: sed interdum
fragmẽta uersiculorum quæ Persius p cõtẽptum utẽs dimi
nutiuo elegidia uocat, dicẽs: Elegidia crudi dictarunt proce
res. Ratio autẽ quare p Codrum quemuis nobilem intelli/
gat hæc est: q sicut romani nobiles troiugenæ, aut romuli/
dæ uocari gaudebant: ita Atheniẽses codridæ propter nobi
le facinus eius Codri: cuius meminit Vir. in Buc. dicẽs: Aut
Alconis habes laudes: aut iurgia Codri. De quo quidẽ facto
ipune Georgius Valla loqtur. Impune, siue vt Calderinus accepit
pro passim.i. p singulos fere passus accipiatur: siue vt Manci/
nellus & Geor. Val. pro eo quod est frustra & incassum siue
in natiua & propria significatione: quæ est sine punitione &
pœna: mirabilem vim habet. Nam ægre ferendum est: quod
ab aliis passim fit: abs te nusquã posse fieri. Indigna ẽt res est
te tam stolidum & ignauũ esse: vt eorum uexatio & assidua
recitatio sic incassum fiat: & nequeat te ad scribendum com/
pellere. Inertis aũt & ignaui hominis est toties uexatũ rau/
ca recitatione non sumere uindictam uicissim sua recitando:
& sinere alios impune.i. sine pœna recitare. Mutatur autem
œ diphthongus in u vt pœna punio pœnus punicus: mœ/
go nia munio. Ergo item habet illationẽ summe amaritudinis
vt apud Augustũ de testamento Virgilii: Ergo ne supremis

potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? er/ Mihi
go ibit in ignes: &c. Mihi rursus emphasim habet. Recitaue/ Recita/
rit: frequentia. est enim frequẽtatiuum a recito: & insup uim uerit
habet p præpositionem. Significat autẽ summam molestiã p/
pter improbitatem & importunitatẽ recitãtium. De qua ali
bi: Et Augusto recitantes mẽse poetas. Et Horatius in epi/
stolis: Hic sponsum vocat: hic auditum scripta: relictis Om/
nibus officiis. Et in fine de arte poetica ostendit malos poe/
tas tam auide recitare: & tam rauce: ut recitando enecent au
ditorẽ. Præterea idem in sermonibus ostẽdit, nonnullos præ
diuites pecuniam ad fœnus dare ea lege: vt si soluendo non
sint, auditum ueniant. Erat ergo summæ molestiæ audire
ineptorum nugas. Ille in hoc vim habet q copiam significat. Ille
Est enim idẽ ac si diceret: Quiuis quantumlibet ineptus. Solet
habere hoc pronomẽ significationẽ rei notissimæ: vt Alexã/
der ille magnus: Plato ille philosophus diuinus &c. Toga/ Toga/
tas quoq; affectate dicit: per quas humilem compositionẽ si/ tas
gnificat. Togatæ enim sunt fabulæ: siue comœdiæ de popu
lo romano humiliore facili stilo compositæ. dico humiliore:
quia de nobilibus fiebant prætextatæ. Pretexta enim est ue/
stis nobilium romanoꝝ: & toga vulgarium. Vnde p togatos
romanos intelligimus. vt primo Aeneidos: Romanos rerum
dominos, gentẽq; togatam. inde Varro togatorum.i. roma/ Toga
norũ doctissimus appellari solet. Et dicitur toga a tegendo.
Est enim vestis oblonga: qua cæteræ teguntur: qua tempore
pacis vti solebant: ideo pro pace poni solet. vt apud Cicero/
nẽ: Cedãt arma togæ: cõcedat laurea linguæ: Et apud Mart.
Claro militiæ Fronto, togæq; decus. Hic.i. quiuis alius. ean/ Elegos
dem vim hẽt quã ille: Elegos ẽt per cõtemptum dixit sicut to
gatas. Nam sicut togatas vtcunq; quiuis græcarum literarũ
imperitus facere poterat: fiebant enim de argumẽto Roma/
no ita: vt elegos.i. versiculos de mortuis aut misere amanti/
bus. Proprium enim argumentũ elegiacoꝝ versuum est que/
rimonia. Vñ Horatius in arte poetica: Versibus impariter iũ
ctis querimonia primũ: Mox ẽt voti compos sñia clausa est.
Eorum aũt facillima videtur. compositio quia secũdo quoq;
versu põt claudi sñia: & ideo breues sunt & modici contex/
tus. Vnde Horatius ibidem: Quis tamen exiguos elegos emi
serit auctor: Grãmatici certãt, & adhuc sub iudice lis est. Cõ
temnit ergo togatas & elegos propter vtilitatẽ: sequẽtia p/
pter prolixitatem. Diem cõsumpserit: pondus habet ppter
amissionem temporis quo nihil ptiosius & propter diuturni
tatem. Nam sicut diecula pro paruo tempore: ita dies pro ma
gno capi potest. vnde diu aduerbium: Vel reuera satis longũ
est diei tempus: quod audiẽdo cõsumptum dolet. sicut Mar.
Auditur toto sæpe poeta die. Consumi autẽ est hic sumi: vt
nihil remaneat reliquum. Ingens Telephus.i. ingens tragœ/ Ingens
dia de Thelepho: cuius historia materiam tragicis præbuit: Thele/
sicut tãgit Hora. in arte: Telephus & Peleus cum pauper & phus
exul vterq; &c. Plus autem est ingens q̃ magnum. ingẽs enim
dicitur quasi sine gẽte.i. genere: quod excedit genus debitæ ma
gnitudinis. & ideo parasitus gnato assentator ille apud Te/
ren. in Eunucho: Cuius est de magnis maiora loqui: vbi de
Thraso dixerat: Magnas vero Thais agere gratias mihi? re/
spondit: Ingentis. quod secũdum Donatum ibidẽ plus est q̃
si magnas diceret, Thelephi ergo recitatio: quia fabula fuit i
gens & notissima tædium pepit. eam Mãcinellus recitat. Ple
na iã margine: & scriptus in tergo Orestes: amplissimã fabu/
lam & vulgatissimã de Oreste significãt. vñ Virg. in. iiii. Ae/
nei. Sæuis agitatus Orestes. Mutat autẽ genus poeta. Nam
margo solet masculinũ poni. sicut apud Stat. iiii. Thebaide:
Soluerat hesperii deuexit margine libri. Preterea Terentius
qa Eunuchũ p fabula accepit: dixit in plogo Eunuchũ gene
re fœminino. & Virg. in. v. qa cẽtaurũ p naui dixit: Cẽtau/
ro iuehit magna: hic tñ dr: Scriptus in tergo Orestes &c. de
quo Calderinus ex vsu antiquoꝝ hoc ait: qui in pugillarib?
mẽbraneis scribebãt ita: vt scripta possent deleri tanq̃ ex ta/
bulis. Qui vero interiore pagina nõ cõtẽti in tergo scribebãt:
dãnabãt: tanq̃ loquaces & nimii. Mar. Scribit in aduersa Pi/
cens epigrãmata charta. Et dolet auersa qđ facit ille Deo.

¶Nota

IOAN. Brit. ¶ Nota magis nulli: tam multi inquit tēporibus nostris existunt scriptores: qui quotidie opera sua mihi recitēt: vt nulli magis nota sit domus sua: q̄ mihi est lucus Martis: & alia huiusmodi fabulamenta p eos sæpe recitata: vt hoc totum ad multitudinē recitātium referat: quos audiuerat: simulq; ostendat se etiam posse scribere: q̄n docti & indocti passim scribāt. ¶ Lucus Martis: hoc est historia de origine vrbis. Nam in luco Martis sacro ad Albā inclusa Rhea ab Amulio patruo: tanq̄ per spetiem honoris sacerdos electa Romulum & Remum vrbis cōditores: incertum stupro, an ex Marte cōceptos enixa est. De hoc multa Iustinus libro xliiii. Liui. primo ab urbe cōdita: & Diony. i. Lucus item fuit Martis in Pōto: vbi vellus aureū seruabatur. Mart. Custodem scytici fuisse luci. Qui autem Athenis appellatus est Areopagus, non lucus, sed Martis villa dicitur.

Nota magis nulli domus est sua, q̄ mihi lucus
Martis, & Aeoliis uicinum rupibus antrum
Vulcani. Quid agant venti, quas torqueat umbras
Aeacus, unde alius furtiuæ deuehat aurum
Pelliculæ, quantas iaculetur Monychus ornos,
Frontonis Platani, conuulsaq; marmora clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem a summo, minimoq; poeta.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ, priuatus vt altum
Dormiret. stulta est clementia, cum tot ubiq;
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.

¶ Et Aeoliis vicinum rupibus antrum: multi hoc loco dubitant: de quo antro Vulcani poeta intellexerit. Nōnulli enim Hieram putant vnam ex septem insulis Aeoliis intelligi: quas Itali vno vocabulo Vulcanias appellant. Nam existimatur natura solis ignea: per occulta commertia, aut mutuari Aetnæ incendia: aut subministrare. Sed cū oēs Deo ignium sacratæ sint: Hierā volunt Vulcano præcipue sacratam: cum plurimū colle eminētissimo nocte ardeat: de hacq; poeta intellexisse. verū hoc nō pcedit: cum. n. dicit Antrum vicinum rupibus Aeoliis: ostēdit antrum ipsum inter septem insulas nō numerari: sed segregari ab eis: vicinumq; & proximum esse ita: vt de hiera nequaquā sit intelligēdum. vnde nos exponimus antrum Vulcani vicinum rupibus Aeoliis Aetnā montē Siciliç qui Vulcano sacer est: & ex quo insulæ (vt diximus) aut accipiunt incēdia: aut ei subministrant. Estq; vicinus rupibus Aeoliis: q ēt Cyclopes tulit: nūc assiduis ignibus flagrat. Sacrū fuisse Vulcano docet Soli. his verbis: vulcano Aetna sacer est. In Aetnæ vertice hiatus duo sunt: crateres nominati. per quos eructatus erūpit vapor: præmisso prius fremitu per æstuātes cauernaꝝ latebras &c. Sic & Valer. Flaccus in. ii. Argonau. Accipe ait bellis, mediçq; vt puluere pugnæ Sit comes Aetnei genitor: q̄ flāmea gessit Dona Dei: hoc est Vulcani. nā non minus Aetna mons dictus ē a poetis domus Vulcani, q̄ Lemnos & insulæ Aeoliç: vnde Vale. Flaccus: Lēnos cara Deo: nec fama notior Aetnç: Aut Lipares domus. Montē aūt Aetnā vicinum esse Aeolis testatur sic Strabo: Imminet autē Aetna littori Catanensi: & Liparitanis insulis: quas pleriq; Aeolias vocāt. Ita vt oino de Aetna intelligendū sit: de cuius incēdio, rationibusq; incendii multi scripserant ante Iuue. sicut Virg. Cuius carmē licet multum mēdosum adhuc extat: in quo perpetui ignis multas ostēdit rationes: docetq; a poetis falso traditū sedē esse vulcani, his versibus: Principio ne quem capiat fallacia vatum: Sedes esse dei, tumidisq; e faucibus ignem Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis. Poetæ. n. cecinere Vulcanum in antro Aetnæ habitare. & ex faucibus suis ignē euomere. vnde Iuue. Aetnā appellauit antrum Vulcani. Ait ergo nulli domum suā magis esse notam: q̄ sibi est descriptio Aetnæ: & eius incendii: qđ est vicinū rupibus Aeoliis. Insulæ aūt Aeoliæ septem sunt numero in freto Siciliensi Ephestiæ nominatæ. i. vulcaniæ: Lipare: Hiera: Strōgile: Didyme: Eriphusa: Phœnicusa: Euonymos: dictæ ab Aeolo: qui ibi tēporibus iliacis regnauit. ¶ Quid agāt vēti: q̄ natura sit ventorum. Horū enim alii sunt frigidissimi: quales a septentrione spirant. Ii enim & reliquos cōpescunt, & nubes abigunt. Alii humidi: vt Auster: Africus, & ꝑcipue Auster Italiç. Alii sicci: vt Corus & Vulturnus, Alii niuales: ut Aquilo & Septentrio. Grādines Septentrio importat, & Corus. Aestuosus Auster. Tepidi Vulturnus & Fauonius. Saluberrimus autē omnium Aquilo: noxius Auster & magis siccus. Ventus aūt est (vt quidā diffiniunt auctore Seneca) aer fluens in vnam partē: quia nunq̄ aer tam imobilis est: vt nō in aliqua sit agitatione. Victru. vero sic diffinit: Vētus autem est aeris fluens vnda cum incerta motus redundantia. De ventis igitur multi scripserant: vt Sene. in naturalibus. Veteres quatuor tātum seruauere per totidem mūdi partes. Ideo nec Home. plures nominat. Mox aūt posterior ætas octo addidit: rōne nimis subtili, & cōcisa. Sūt ergo bini in q̄tuor cœli partibus. de quibus abunde lib. pri. Pli. Victr. & Gellius (vt diximus) Sene. in naturalibus: Ordo autem talis est: vt potius inferioribus q̄ superioribus cōiungantur: Platani Frontonis clamant qđ agāt vēti &c. Sicq; ostendit in ædibus Frontonis varia quotidie a poetis recitari. ¶ Quas torqueat vmbras Aeacus: aliqui hūc locum simpliciter accipiunt. i. quæ de inferis scribant apud quos Aeacus iudex sit constitutus, Cæterum ad id poeta respicit: quod scribit Plato in Gorgia suo. sic enim inducit Iouem loquentem: constitui tres alios meos iudices: duos qdē ex Asia: Minoem. s. & Rhadamanthū. vnum vero ex Europa: Aeacum. qui mortuos iudicabunt in triuio. ex quo portant viæ: altera ad beatoꝝ insulas. altera ad tartarū. & Asiaticos quidē Rhadamāthus iudicabit. ab Europa igitur qui venerint Aeacus. Minoi aūt cōmittam: vt iudicet si qđ aliis occultum existat: vt sic iustissime procedat iudicium: rectaq; sit animarum transmissio. Ait ergo poeta sibi notum esse ex frequenti poetaꝝ recitatione: aeacum iudicem esse apud inferos: qui animas europeas iudicet tm̄. ¶ Torqueat: iudicet, & puniat. Ouid. Noxia mille modis lacerabit vmbra, tuasq; æacus in pœnas ingeniosus erit. ¶ Vnde alius furtiue deuehat aurum pelliculæ. i. expeditionem argonautarum: videlicet vnde Iason aureū vellus sustulerit. Cuius rei historia nota est ex Diodoro in. v. Strabo autem lib. xi. aurei velleris fabulam sic interpretatur. Apud Colchos torrētes deferre aurum: quod barbari perforatis tabulis, pellibusq; villosis excipiunt: vnde fabulæ ortum est figmentum. De argonautis autem apud latinos scripsit Vale. Flaccus: apud Græcos vero Orpheus prius: mox Apollonius. ¶ Furtiuæ: hoc est quç furtim & inscio Aeeta subrepta fuit. Nam furtiuum appellamus quicquid furtim surripitur. vnde Pli. lib. xix. sic scribit: Rutam furtiuam tantam prouenire fertilius putauit: sicut apes furtiuas pessime. ¶ Quantas iaculetur Monychus ornos: pugnam dicit quæ fuit inter Lapythas & Centauros populos Thessaliæ: quæ historia ita se habet. Cum enim (vt diximus in Achilleida) Perithous Hippodamiam duxisset vxorem: circumuicinos populos omnesq; Deos conuocauit ad nuptias præter Martem. Quare indignatus centauros iam vino calefactos ad rapiendam Hippodamiam cōcitauit aduersus Lapythas: eo certamine ferūt Centauros deletos fuisse. Sed hoc veritas habet. Centauros (vt scribit Stra.) aut funditus a Perithoo deletos fuisse: illorum agro prorsus desolato: aut ipsarum nomine gentium, nusq̄ amplius existēte: nec tali eorum conuentu perdurante: si quid tamē adhuc restat adunatum, mentione non insigniri. ¶ Monychus nomē est proprium Centauri. Ouid. Fecerat attonitos noua res heu dedecus ingēs Monycus exclamat. Luca. Aut te iactantem Monychon ornos. dictio est composita. μονος enim solus dicitur: & ονυξ vnguis. equinos enim pedes Cētauri habuisse feruntur. Home. aūt sæpe dat hoc epitheton equis: q solidis sint vngulis & nō fissis. ¶ Ornos: Orni arbores sunt

quæ maxime i montibus prouenīūt. Virg. Cantando rigidas deducere mōtib⁹ ornos. ⸿ Frōtonis platanis: partē posuit p̄ toto. i. ędes Frōtonis. Hic ē ille Frōto: de quo & Mar. Vota tui breuiter si vis cognoscere Marci Clar. militię Frōto, togæq; decus. Militauit sub Tito, i euersiōe Hierosolymor. nā vnus fuit ex libertis & amicis eius: de quo multa Iosephus li. vii. de bello iudaico. Frōtonū cognoīa a frōte sūt dicta: sicut Capitonū a capite. auctor est Ci. in primo de natura Deor. Est aūt sensus: i ædibus Frōtonis quotidie poetæ aliquid recitant ita: vt tota domus quotidie assiduis clamoribus resonet: ac per hoc sciat quæ a uariis poetis tractētur. Nā nobiles Romani ædes suas recitātibus cōmodabāt. unde & alibi: Maculonus cōmodat ædes. Et Cor. Taci. de claris Oratoribus loquēs de poetis sic scribit. Nā & domum mutuatur: & audieoriū extruit: & subsellia conducit: & libellos dispergit &c. Per Platanos aūt ędiū luxū & magnificentiam ostēdit. Platanus. n. umbre gratia ex alieno petebatur orbe. tam late. n. rami uagabantur. vt ēt in scamnis patulis arboris epularentur qndecim conuiuæ: adsistentibus ēt ministris: vmbræ causa alebāt. vnde illud Virg. i iiii. Geor. Iamq; ministrantē platanum potantibus umbras. Tantū q; honoris postea increuit: vt uino īfuso enutriretur: cōpertū maxime id prodesse radicibus. qđ primus excogitauit Hortensius. Lege Pli. libro. xii. cap. i. A Platano est possessiuum plataninus: sicut a balano balaninus. ⸿ Marmora conuulsa: quæ assiduo recitantium clamore ex parientibus cōuelli: & labefactari videntur. Nam potentiorū parietes marmorum crustis integebātur. Sene. ad Lucilium: Vt parietes adiectis tranimaria marmoribus fulgeant. & alibi ad eūdem: Quid loquar marmora: quibus tēpla: quibus domus fulgent. Primus aūt fuit Mamurra Formianus p̄fectus fabrorū Cæsaris i Gallia: q Romę crustis marmoreis parietes domus suę in monte Cælio operuit. auctor Plin. ⸿ Clamant: resont: reboant. ⸿ Columnę ruptæ: ita dictum: vt illud Virg. Et cātu querulæ rumpunt arbusta cicadæ. & illud: Fregie subsellia uersu. & illud: Soluētur risu tabulæ. ⸿ Assiduo lectore: assiduo lectoris & recitatoris clamore. ⸿ Expectes eadē: cum indignatione legēdum, q non solum docti scribant: sed ēt indocti. iuxta illud Horatii: scribimus idocti: doctiq; poemata passim. ⸿ Et nos ergo manū, sensus est: Cum docti ingt & indocti scribāt: possumus ergo & nos scribere: cū & grāmaticē & rhetoricē didicerim⁹. Erit aūt ordo: Ergo & nos scribemus: manū. n. ferule subduximus: & cōsiliū dedim⁹ Sillę. Pōt ēt alius eē sensus vt sit: Ergo & nos iā grāmaticē & rhetoricen didicimus: vt sileamus, & nihil scribamus: cū oēs, & docti, & idocti pariter scribāt? vt oīo sensus sit nimia indignatione intercisus. Estq; legēdum ea interrogatiōe: qua cōtrarium uidemur velle facere. q. d. num didici grāmaticē & rhetoricen: vt sileam: & nihil scribam? vt oīno hæc extrinsecus subaudiamus. Et ita dictū est: Et nos ergo manū: sicut illud impune ergo mihi. ⸿ Ferulæ subduximus. i. subtraximus: ac p hoc iam a grammaticis eruditi recessimus. ⸿ Ferulæ: uirgæ qua manus puerorū ferūtur, de qua Colu. Nec manibus mitis ferulas: nec cruribus æque. & infra: Capparis, & tristes binulæ ferulæq; minaces. Martia. sic in apophoretis: igratæ nimiū pueris, gratæq; magistris. Est aūt ifirmissimū virgultum fœniculo perquā simile. vnde Pli. Foliis fœniculo, inani caule, natura eadem q̄ anetho, & fructu similis. De hac multa & Theophra. Nulli (auctore Pli.) fruticū leuitas maior q̄ ferulæ, ob id gestata baculorū vsum senectuti præbet. ⸿ Cōsiliū dedimus Syllæ: ostēdit (vt diximus) artem oratoriam se ēt didicisse: in qua cum versaretur, sæpe exercitationis gratia suasorias declamauit. Nam i scholis suasoriæ tractādę proponebant adolescentibus. Deliberat Agamemnon: an Iphigeniam imolet negante Chalcante nauigari posse. Item deliberant Athenienses an trophea p̄sica tollant Xerse minitante reditorū se, nisi tollerent. deliberat Cice. an p̄mittente salutem Anto. orationes suas cōburat. Itē deliberat Sylla an deponat dictaturam p̄mittēte Senatum punitatem. Ait igr̄ Iuue talem declamādo suasoriā suasisse Sillæ vt dictaturā deponeret. nā dare consiliū Syllæ est suadere. Quinti. lib. iii. Cū Cice. dabimus cōsiliū: vt Anto. roget. ⸿ Priuatus vt altum Dormiret: hęc erat ratio suasionis: vt deposita dictatura quā sibi ipse ad cētū & viginti annos asciuerat: tāq̄ grauissimis solutus curis altius dormiret. Nā Sylla cū impium eius rogatiōe Sulpitia trāsferet ad Mariū indignatus ex Asia in Italiā reuersus est. & ante urbē aduersariorū septuaginta amplius millia ad portā collinā occidit. Ingressus vrbē quatuor millia inermiū nulla seruata fide in uilla publica interfici iussit. Marii cineres erutos i Tyberim piecit. Post tantā hanc crudelitatē: p summū animi & corporis cruciatū expirauit Puteolis. cū dictaturam deposuisset. morbus aūt quo consumptus phthiriasis est appellatus. i. pedicularis α πωτων φθειρων: quos pedes & pediculos vocamus: corpore seipm erodente: & suppliciū sibi gignēte. vñ est illud Sereni: Sylla quoq; infelix tali lāgore peresus Corruit: & misero se vidit ab agmine pasci. Quā fœditatē ne vi sentes intelligerēt: somno dissimulabat. De quo Pli. ita scri. lib. vii. Age nō exitus vitæ eius oium p̄scriptorū ab illo: calamitate crudelior fuit: erodēte seipso corpore: & supplicia sibi gignēte? qđ vt dissimulauerit: & supmo somno eius, cui imortuos quodāmodo est: credamus ab vno illo inuidiā gloria victā? ad qđ poeta v'r alludere: cū ait: Vt altū Dormiret eo genere morbi ostēdit Pli. lib. vii. & Apuleius. iii. Floridorum: Pherecydem orationis p̄saicæ auctorē cōsumptū esse. Alcmā ēt: vt docet idē Pli. li. xi. ex clarissimis græcię poetis eadem facultate obiit. ⸿ Priuatus: deposito imperio. ⸿ Dormiret altū. i. p̄fundo somno. Hora. Ter vncti trāsnato Tyberim somno: qbus est opus alto. ⸿ Stulta est clementia: antipophora est: quasi aliqs dixerit chartā non esse pdēdā: & ipse rñdeat. Stulta est hęc clemētia. i. stulta & ridicula est benignitas tanti facere, tam modicā chartæ iacturā. & ita extenuat nō sine summa animi modestia vires ingenii sui: quasi sciat paucos fore a qbus opus suum legat. Matt. Scribere versiculos miseras & pdere chartas. Clemētia aūt p̄prie est lenitas superioris aduersus inferiorē: & temperātia animi in ptāte vlciscēdi. auctor Sene. ⸿ Periturę: quā scio perituram: cū nemo lecturus sit carmen meū. ⸿ Cū tot vbiq; Vatibus occurras: cum tam multi poetæ passim scribant.

¶ Nota magis nulli: in hac secunda parte ostēdit auctor se quoq; posse scribere: vt potissime historiarū, fabularū q; peritū & rhetorices eruditū. Duo. n. sunt ad poeticen necessaria: res & verba: sed rē nouit ex historiis & fabulis: verba ex declamatiōibus rhetoricis. Sed aiaduerte lector inuidiam & cōtemptum eorū qui solas fabulas sectant: & scribunt: auctorē solum fabularū se peritū iactare Cum tñ bona & utilia scripturus debent philosophiæ non esse ignarus. uñ Hora. in de arte poetica: Rē tibi socraticæ poterunt ostendere chartæ. Ordo igitur est: Nulli. i. non vlli: vlli sua domus non est magis nota. q̄ lucus Martis. i. quo filius Martis Romulus a lupa nutritus dicit: est sup. notus mihi. Ne vero calumnier a grāmaticulis: qbus hæc expono q datiuum vlli p̄ constru xi: sciant hoc factū oportuisse vt relatiuū suum habeat antecedens: quo sine non haberet locū in cōstructione. Sed pgamus: & nulli ē magis nota domus sua: q̄ antrum Vulcani: in quo Vulcanus dñatur: qui fulminis faber est uicinū rupibus. i. rupturis saxorū. Aeolis: in qbus Aeolus rex vētorū regnabat. Platani. i. arbores illæ a latitudine dictæ propter vmbras cōsitæ. Frontonis: illius viri doctissimi ad quē poetæ cōueniebant. & quo se ēt A. Gellius cōuenisse testatur. q; p &. marmora. i. podia marmorea. cōuulsa: hypboliceos dicit. i. exhausta & cauata frequēti reuerberatione vocis recitātiū. & columnę marmoreæ in hortis illius deambulacrū facientes. ruptæ assiduo lectore. i. recitatore vel tritæ a lectore: q carmina affixa legeret. clamant. i. referūt & indicāt semp qd venti agāt. quas vmbras. i. aias Aeacus filius Iouis & iudex infernalis torqueat. & uñ. i. a quo loco. qa a Colcorū insula ali⁹: uidelicet Iason deuehat. i. subuehat: & capsula auferat aurū pellicule furtiuæ. i. aurei velleris furtim sublati. & quātas. i. magnas, ornos. i. tales arbores, Monych⁹. i. ille cētau

rus

rus hñs vngulas pedum solidas more equorum. iaculetur .i. prouciat in hoste. Expectes .i. expectare posses. eadem .i. easdem fabulas iam dictas a summo & minimo poeta. Quia vt dicit Horatius in epistola ad Augustũ: Scribimus indocti, doctiq; poe.mata passim, & in poetica: Qui versus nescit tñ audet &c. Ergo cũ ita sit: q͂ oẽs scribant. & .i. ẽt: nos subduximus .i. supposuimus ẽm Mãcinellum: vel subtraximus ẽm alios. ferulæ .i. ligno ex ferula: quo p̃ceptores triuiales feriũt manum .i. ẽm Mancinellum. nos tulimus & pp̃ssi sumus ferulas: vt grãmaticẽ disceremus. vel nos (vt Calderinus sentit) metu verberum subtraximus ferulæ manum. qđ minus placet: quia dischōli & a studio auersi manum sic subtrahũt. vel ẽm Georgium: q argute sentit: subtraximus ideo qa iã in ludo grammatico emeriti: & satis eruditi nobis videbamur: q̃d maxime cõtextui quadrat. vult enim dicere se grãmatices peritũ euasisse. & nos dedimus Syllæ dictatori cõsilium. vt priuatus .i. abiens a dictatura. dormiret altũ .i. profundo & quieto somno: hoc est nos declamauimus sub rhetoricis: & puenimus ad summã pfectionẽ. nam pfectissimis auditoribus dabatur declamandum thema aliquod in genere deliberatiuo summopere arduũ. quale erat: An conducat Syllæ deponere dictaturã: quã sic tenebat: vt rusticus lupũ auribus tenens: nam neq; diu tenere poterat. Nullum enim violẽtum est ppetuum: neq; dimittere propter crudelitatẽ cõmissam. Vnde tot hostes sibi comparauerat, vt priuato nihil tutum foret. Est aũt pfundum nomẽ pro aduerbio .s. pfunde positum. Cum igitur occurras .i. quilibet occurrat: sicut & ego. tot vatibus .i. tot poeticẽ profitentibus. stulta est clementia parcere chartis perituris .i. ideo nõ scribere: qa scripta tua pereant: vt Mancinellus sentit. vel potius perituris ẽt si nihil scripseris. Nulla .n. inuidia aut impietas est chartas vetustate & carie perituras scriptis: licet nõ sane cõditis occupare. Hæc de textu. redeamus ad ampliorẽ explanationẽ. Nota magis nulli: hiperbole est. Nihil enim notius cuiq̃ esse solet domo sua: & tñ sibi notiorem dicit lucũ Martis per quem oẽm historiam romanorũ intelligit. Est autem lucus silua incædua .i. quæ cædi aut amputari ob religionẽ nõ põt. In locis enim religiosis: aut propter sepulturam: aut propter numina visa gẽtiles lucum faciebant: quem qdem a contrario sensu a lucendo dictũ putãt: eo q minime luceat. alii a luce numinis: quia nullus lucus sine numinibus credebãt: nec templũ sine luco fiebat.

Lucus Martis

Lucus aũt Martis varie exponitur. Nã erat lucus Martis dictus locus ille vbi Romulus asylon cõstituit: vt Asconius Pedianus asserit. Erat p̃terea lucus Martis (vt dicit Varro) in via Appia Romæ iuxta tẽplũ Iunonis lucinæ: q̃ vel a luco illo: vel ab eo q venientibus in lucẽ p̃est Lucina dicta est: approbãte Ouid. in ii. Fastorũ sic: Gratia Lucinæ dedit hæc tibi noĩa lucus: Aut q principiũ tu Dea lucis habes. Est p̃terea lucus Martis: vbi Remus & Romulus filii Martis a lupa nutriti sunt. vt Liui. in .i. ab vrbe cõdita late declarat. & Vir. in primo Aenei. tangit sic: Donec regina sacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolẽ. Quã historiam sic pstrinxit Iustinus lib. xliii. Post multos Albanæ vrbis reges ad postremũ Numitor, & Amulius regno potiti sunt. sed Amulius cũ in ętate potiorẽ Numitorẽ oppssisset filiã eius Rheam in ppetuã virginitatem: ne qs uindex regni sexus uirilis ex genere Numitoris orirẽ, demersit: abolita iniuria specie honoris: vt non dãnata: sed sacerdos electa viderẽ. Igiẽ inclusa in loco Marti sacro duos pueros: incertũ stupro an ex Marte cõceptos, enixa ẽ. Quo cognito Amulius Multiplicato metu p euẽtu duos pueros exponi iubet: & puellã vinculis onerat ex quorũ iniuria decessit. Sed futura origini romanæ pspiciẽs pueros lupę alẽdos obtulit: q̃ amissis catulis distẽta vbera exinanire cupiẽs nutricẽ se infantibus p̃buit. Cũ sępius ad puulos veluti ad catulos reuerterẽ: rẽ Faustulus pastor aiaduertit: subtractosq; ferę iter greges pecorũ agresti vita nutriuit. Martios pueros fuisse: siue q in luco Martis enixi sunt: siue q a lupa: q̃ in tutela Martis est nutriti: manifestis argumẽtis creditũ est, hæc ille & plura alia. Sũt tñ q credãt Faustuli vxorẽ meretricẽ fuisse & lupã & vocatã: sicut nos locũ meretricũ lupanar vocamus: sed longũ esset singula psequi.

Aeolus

Aeolus rex vẽtorũ dictus putaẽ, qa cum (teste Varrone) apud nouẽ insulas Siciliæ: & Italiæ ppinquas tpe belli troiani regnaret: ex cõsurgẽtibus nebulis futuros vẽtos ita veridice p̃dicebat: vt eos a rudibus sit creditus in sua ptãte habuisse. Pli. aũt dixit eũ vẽtorũ rõnẽ inuenisse. Sunt q cęsa silua dicũt eũ mare vicinũ ventis exposuisse: & ob dictum vẽtis imperasse. Certũ est eas regiones vẽtos generare plurimos: sicut Aetnã, Siciliã, Vulcani antrũ fulmina. nã vapores pingues & sulfureos exhalãt.

Vulcanus

Vulcanũ aũt fabricare Ioui fulmina ob id fingiẽ. Quid agãt venti: sic ostẽdit Geor. Val. i. quos voluant turbines cetera: qa alii pestilẽtes sunt vt Auster. alii aquas in glaciẽ cõuertunt vt Boreas, alii arborũ & seminũ fœtus educũt vt Zephyrus.

Venti

hæc & id genus alia apud Arist. in libris metheororũ legas. Motus aũt huius cã prima & p̃cipua sunt stellæ & planetæ: sicut Iuppiter: q mouet a septẽtrione salubres vẽtos: Sol ab oriẽte: Luna ab occidẽte: Mars a Meridie. Signa quoq; vẽtos pariũt. nã tria signa q̃ hñt calidas qualitates: q̃ ignea triplicitas appellanẽ: Aries: Leo: Sagittarius oriẽtales mouent vẽtos. Altera triplicitas: Taurus: Virgo: Capricornus terrea: vẽtos excitat meridianos: q̃ qualitates hẽt frigidas & siccas. Tertia qualitates calidas & humidas hẽt: aeria ab hoc appellata: Gemini: Cãcer: Libra occiduos. Tria vero reliq̃ signa, q̃ dicuntur aquea triplicitas: qualitates hñt pituosas, vẽtosq; exuscitãt septẽtrionales.

Aeacus

Aeacus Iouis & Aeginæ filius: qui ex Endeide Chironis filia Thelamonẽ & Pelea habuit: tãtæ dum viueret fuisse dẽ iustitiæ: vt apud inferos aiarũ creditus fuerit a Plutone delectus iudex. vnde Hora. Quã pene furuæ regna Proserpinæ: Et iudicãtẽ vidimus Aeacum. Socrates apud Platonẽ Iouis dicta referens: Ego igiẽ inqt: vtpote q ante uos hoc p̃uiderim cõstitui iam meos filios iudices: duos qdem ex Asia: Minoẽ & Rhadamãthũ. vnũ vero ex Europa: Aeacũ. hi ergo posteaq̃ mortui fuerunt: iudicabunt in prato quodã: ibiq; in triuio: ex quo geminę extãt viæ. altera qdẽ ad tartarũ. alia vero ad insulas beatorũ. & asiaticos qdem Rhadamãthus, eos vero q ab Europa veniẽt æacus iudicabit. Minoi vero ad id munus iniungã: vt ipse diiudicet si qd alĳs ambiguũ fuerit: vt iustissime pcedat iudiciũ: recteq; fiat transmissio aiorũ. In Socratis vero apologia addit ẽt Triptolemũ ingens: Qui illic iudicare phibenẽ: Minos, Rhadamãthus, æacus, Triptolemus. Hæc oĩ. Geor. Val. Errat ergo Seruius, q Europæ filios dicit: qđ tñ Diodorũ Siculũ asseruisse Lãdinus affirmat. Strabo dicit Rhadamãthũ antiq̃ssimũ Cretæ regẽ fuisse: & primum legibus Cretẽses instituisse. Cuius imitator Minos deinde extitit, fratremq; habuit: ex huius imitatiõe Rhadamãthum appellatum. Sunt q horũ triũ officia diuidant: & Radamantho inquisitionem attribuãt. Iuxta illud. vi. Aenei. Gnosius hæc Rhadamãthus hẽt durissima regna: Castigatq;, auditq; dolos, subigitq; fateri. Quæ quis apud supbos furto lætatus inani Distulit in seram cõmissa piacula mortẽ. Minoi iudiciũ. vñ Hora. Cũ semel occideris, & de te splẽdida Minos Fecerit arbitraria. Aeaco vero executionẽ: Vñ hic q̃s torq̃at vmbras. Sed Valla exponit .i. quas iudicet. & Hor. dicit iudicantẽ vidimus Aeacum, Oẽs nimirũ sunt iudices. Quod iõ fictũ reor: qa credebãt idẽ studiũ & exercitiũ fore defunctis: qđ fuit viuentibus. vnde. vii. Aenei. Quæ gratia currũ, Armorũq; fuit viuis: quæ cura nitẽtes Pascere equos: eadẽ seq̃tur tellure repostos. Quia ergo optimi dũ uiuerẽt iudices erãt: tales nũc quoq; finguntẽ.

Monychus

Monychus apud Lucanũ nõ dicitẽ ornos iaculatus: sed Rhœtus. dicit .n. lib. vi. Aspera te Pholoes, frãgẽtẽ Monyche saxa: Teq; sub æthereo torquentẽ uertice vulsas Rhœte ferox: quas uix Boreas inuerteret ornos. Oẽs autẽ centauri possent dici monychi .i. vnius vnguis uel solidi vnguis: quia finguntur a parte media sursum uersus humanã effigiem habere: & deorsum equinam: qđ ideo fictũ est: q sunt populi Thessaliæ qui primi in eqs conspecti de longe videntibus partim hoĩes: partim

equi videbātur. Tangit aūt poeta breuiter quę a poetis se/ re describi solent: vt maris tēpestate; quas agunt vēti. sicut Virg. pri. Aenei. Aut nauigatiōes. Vñ alius furtiuę deuehat aurum Pelliculæ. Aut in ferorum pœnas. sicut Vir. i. vi Vnde hic quas torqueat vmbras Aeacus. Aut bella sicut Virg. in sex vltimis libris. & ideo hic Quantas iaculetur Möychus ornos: quas in bello contra Lapychas iaculatus est. Aut mirabiles rerum ortus. Vnde hic. Nata magis nullis &c. Ferule manū subduximus: qd sit subduceř exposuim⁷.

lo obsistēte ola gerebat dictator. Quod aūt dicit, Priuatus vt altū Dormiret. alludit iqt Calderinus ad historiā. nā (vt Pli. scribit) pedicularē morbū in quē icidit Sylla: somno dissimulabat. ne adireř. Valla dicit q̄ pfundior in paupere somnus est. Vñ Statius: Inuitat tenues ad dura cubilia somnos. Lucanus: In quorum pectora somno Dat vires fortūa minus Charte. i. libro ex chartis. Dī aūt græce hic chartes: latine hæc charta. Sunt. n. pluscula nomina alterius generis apd̄ græcos, q̄ apud nos: sed fere terminationem mutāt: vt chataracta: catapulta: margarita: charta: cera: amphora. Panther & lnyther q̄ nos fœminina: ipsi masculina pferūt sed & antiquorum plurimi apd̄ nos hic lynter dixerūt: Probo & Capro testibus. Frequēter aūt secūda psona p quāuis ponit̄. vt iiii. Aenei Migrātes cernas. i. qlibet cernat. & hic occurras .i. qlibet occurrat. vel cū ego occurrā. vel loqtur de se: q̄si de alio: cum o tu iuuenalis occurras: sed primus modus placet.

Cur tamen hoc libeat potius decurrere campo,
Perquem magnus equos Auruncæ flexit alumnus, *Luci.*
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.

Ferula Ferula aūt vti præceptores triuiales testatur Columella dicēs: Ferulęq̄ minaces. minātur enim scholasticis. & Martialis: Testesq̄ ferulę sceptra pædagogorum. Ingenui tñ uapulabant pellibus anguillarum: ut auctor est Pli. Sylla Syllæ historiā sic quoq̄ colligit Geor. val. Sylla gētis patricię. i. de patribus, seu senatoribus ortus vsq̄ ad quęsturę sue initia vitā libidine: & vino coinquinatā continue produxit. postea lugurthe cathænas iniecit: Mariū superauit: Cinne dñatū fregit Sulpitiū proscripsit: Seruum Sulpitii, qui dñm prodiderat de Tarpeia arce pcipitari iussit: Mithridatē cōpescuit: cūq̄ ex omni Europa: & Eubœa reppulit: & intra auitū regnū coegit. Pugnauit ante vrbē ad portā Collinā: vbi Romanorum octoginta millia susa dicūt. Mox vrbē ingressus: quatuor hoium millia: quę se ei dederant: nulla fide seruata: inermia bellator: scilicet strenuus occidit. Plurimi quoq̄ tūc insontes: & q eius sequebātur nutum: occisi sunt ab hoc naturæ efferato monstro. Hos qdam supra nouem millia fuisse tradunt. Deinde infamē illam pscriptionis tabulam produxit: quā octoginta hoium millia quidā scribunt continuisse. Secunda inde tabula qngentos dicit̄ habuisse. M. Marium Caii fratrē necari iussit oculis prius effossis: & deinde membris minuti amputatis: Carinatē marii ptorē iugulauit. Tāta denique cædes facta: non vt vrbs modo ipsa: sed & cuncta Italia illius cruenta rabie ac peste, tremulentoq̄ furore sanguine inundauerit: fortis ad uitia: & secura facinora satis strenuus. Fides ei nulla: nullus Dei timor: nullaq̄ clementia. Quatuor legiones marianæ partis fidē eius fluxam & uanā secutas trucidauit: misericordiā, quæ in ipso nulla erat, frustra iplorantes. Quinq̄ pnestinorum millia fide prius data trucidauit: & spargi p agros iussit: vt iacerēt insepulta. Quin & aduersus fœminas distrinxit enses. Multorum virorum abscissa capita ad se iussa deferri spectauit illudens. Caii Marii cineres eruptos sparsit in Tuberim. Sed tandē Dei in se iram sensit vltricem. Cū enim dictaturā: quā sibi asciuerat deposuisset: laruis vexatus sępe nocturnis: ē e lecto aliqñ tractus in pauimentū: eūq̄ aliqñ in sublime eleuatū: in terramq̄ demissum a laruis: seminecem famuli in lectū reportarunt: ac tandē spiritum rabie ac cruore plenū (vt scribunt quidā) vomuit. Alii vitæ exitū fuisse adhuc atrociorē scribētur: erodēte. n. se corpore & supplicium gignēte cædis & calamitatis multorum vermiculis: quos pediculos dicimus: ferunt absumptū. ēt Sereno docēte sic: Sed qs nō pareat Pherecydis fata tragœdi: Qui nimio sudore fluens aīalia tetra Eduxit tur pi miserum: quæ morte tulerūt. Sylla quoq̄ infelix tibi languore peresus Corruit: & fœdo se vidit ab agmine vici. Hoc de vita & morte eius Georgius. Ne qs aūt tardiusculus credat Iuuenalē dedisse veraciter Sylle viuenti cōsiliū: vt dictaturā deponat: sciat. xii. iperatores iter Syllā & Iuuenalē fuisse neq̄ vult dicere qd hoc re vera fecerit: sed qd pro themate fīcto declamauit. i. exercuit ingeniū suum in scholis rhetorū q artē rhetoricā docebāt argumētando p vtraq̄ parte: pbando scilicet modo qd vtile esset: deponere mō qd inutile. Si hec verba nō intelligis lector nihil itelligis Dixi aūt difficillimū esse thema: ppterea qd neq̄ satis cōmode tenere poterat dictaturā: neq̄ dimittere erat aūt dictatura summus magistratus summaq̄ dignitas post exactos reges supra cōsules: ptores: tribunos eqtū: uñ imperatores orti: q ppetuam dictaturā occupabant. Dicta aūt est to q ex dictamine nū

taracta: catapulta: margarita: charta: cera: amphora. Panther & lnyther q̄ nos fœminina: ipsi masculina pferūt sed & antiquorum plurimi apd̄ nos hic lynter dixerūt: Probo & Capro testibus. Frequēter aūt secūda psona p quāuis ponit̄. vt iiii. Aenei Migrātes cernas. i. qlibet cernat. & hic occurras .i. qlibet occurrat. vel cū ego occurrā. vel loqtur de se: q̄si de alio: cum o tu iuuenalis occurras: sed primus modus placet.

Cur tñ hoc potius: rōnem affert: quare potius Satyrā, q̄ aliud poematis genus sit scripturus. ordo aūt erit & sensus Edā. i. dicā & manifestabo. cur tñ potius libeat mihi decurrere hoc cāpo. Hoc campo: hoc genere poematis satyrici: sumpta metaphora ab iis q equos & currus agunt p spatiosos cāpos. Magnus alumnus: periphasis ē Lucilii: q ex Aruca Rutulorum ciuitate natus: primus apud latinos scripsit Satyrā: In eo mira fuit (vt docet Quin.) eruditio & libertas: atq̄ inde acerbitas: & abūde salis. natus autē est anno anteq̄ Carthago iditionē Romanorum p Scipionē redacta est: mortuus quo anno Furius Bibaculus poeta natus ē Cremone: & Cymbri superati sunt a Mario. Alumnus: is pprie dr̄ q alitur Plinius: Italia alumna oium terrarum. eadem & parens. Ouid. Pax nutrit Cererē: pacis alūna Ceres. Nō ignoro ab diuo Augustino nominari Iouem alumnū: quasi qui omnia alat. Pli. item lib. xxiiii. cap. xvii. passiua significatione posuit sic Alia deinde Adamātidem Armenię Capadocięq̄ alumnam Verum apud auctores tali significatione: aut nunquā: aut rarenter inuenias, vnde falluntur: qui putāt Italiam dictā Alumnā a Plinio q alat: cum hoc dicat Italiam tanquam filiam ab omnibus terris alimēta accipere: eandemq̄ tanquā matre omnibus pbere. sed cum hoc longe clarius sit q̄ a nobis indigeat explicari, plura non addemus. Flexit equos: pstat in translatione: quia dixit campo, equos ergo: i. stilum suum. Si vacat: si otium est ad audiendum. Dicimus enim mihi non vacat per impersonale. i. otium non est. Et ego vaco. i. otiosus sum: & habes otium. Seneca: Nō vacat mihi verba dubie cadentia cōsectari. Et paulo inferius: Nō vaco ad istas ineptias: ingens negocium in manibus est. Vaco itē capitur pro operam do. vt Cicero vacat diligenter studiis liberalibus. Item vsurpatur pro careo: vt Ego vaco culpa.

IOAN. Brit.

Lucil⁹

Alūnus

Cur tamen &c. Hæc est tertia pars principalis huius Satyræ: in qua auctor ostendit causam cur potius satyram q̄ aliam quauis rē scribere velit: & ea est quod munera videat in hominibus vitia: quorum plurima enumerat: quæ potius exagitanda cōcludit q̄ fabellas sectandas. Ordo est: Tamen o vos auditores: satyrici enim quasi verbi diuini declamatores: quos prædicatores vocant: ad populum loqui se fingunt. vnde & sermones Horatii dicti. igit̄ tamē. i. tametsi iam exploratum est quod debeam velle scribere: & qd sciā: & quod possim scribere: tamen quia non constat quid mihi potissimum scribendum sit. o vos auditores mei si vacat. i. si otiū vobis est: & si vos placidi. i. beneuoli admittitis rationem quā daturus sum. ego edā. i. expresse dicam: Cur: i. qua ratione: quāobrem libeat sup. mihi decurrere. i. me exercere potius in hoc campo. i. in satyrica palæstra: per quem magnus alumnus Aurūcæ vel Aruncæ. i. Lucilius pricēps satyræ nouæ in Aurunca parte Italię alitus: vt plures itelligūt. flexit equos sup. suos. i. exercuit vires ingenii sui. de hac metaphora postea dicam. Potest autē hyperbati sequentis ordo esse: difficile est satyram non scribere.

ASC

Cum

IOAN. Brit. ¶ Cum tener vxorem: vna est ex rōnibus: quare potius Satyram, q̄ aliud genus carminis sit scripturus. Est. n. sensus & ordo: Difficile est nō scribere Satyram: cum tener spado ducat vxorē. & cætera. i. difficulter te cōtineas, qn Satyrā scribas, sequit̄ enim: Nā qs tam patiēs. & illud facit indignatio versum. Quasi dicat ēt si nolis: non possis tibi tēperare: quo minus Satyrā scribas. ¶ Ducat spado: indignatio est in libidinem mulierum: quę cū a Domitiano (auctore Trāquillo) reuocata esset lex Iulia in adulteros: mechis suis nubebant: ne supplicio afficerentur. Inter moechos autē erant & spadones. Martia. Quod nubis Proculina concubino: Ne lex Iulia te notare possit. Non nubis Proculina: sed fateris. & alibi: Cur tantū Eunuchos habeat tua Gellia quęris Panniche: Vult futui Gellia: non parere. Alibi: At prius o mores & spado moechus erat. Alibi: Cū sene cōmunem vexat spado

Cum tener uxorem ducat spado, Meuia thuscum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma,
Patricios omnes opibus cum prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat,
Cum pars niliacę plebis, cum verna Canopi
Crispinus, tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ,
Difficile est satyram non scribere. nam quis iniquæ
Tam patiens vrbis, tam ferreus, vt teneat se?
Causidici noua cum veniat lectica Mathonis
Plena ipso, & post hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comesa
Quod superest, quē Massa timet, quē munere palpat
Carus, & a trepido Tymele summissa Latino,

scebant: patricii sunt appellati. ¶ Prouocet: possit opibus prouocare & se superiorē ostēdere. ¶ Grauis: molesta: & minime grata qualis solet esse iuuenibus. ¶ Sonabat: tondendo. ¶ Cū pars: indignatur Iuuenalis Crispinum hoiem Aegyptium ex seruili conditione ad censum equestrem esse puectū. Nā Domitiano fuit gratissimus eiusq; cōsiliorū particeps. cum Iuuenalis vbiq; insectatur: & præcipue ea satyra: Ecce iterum Crispinus. e diuerso Marti. laudat: Sic placitum videas semper Crispine tonantem: Nec te Roma min⁹: q̄ tua Memphis amet. Ordo aūt est: Cum Crispinus pars niliacæ plebis: vt sit expositiue pars. ¶ Pars niliacæ plebis: idest seruus ex plebe. q. d. ex infimo loco apud Aegyptios natus. hincq; est potissimum indignatio. ¶ Niliacæ: Aegyptiæ. Nilus. n. fluuius est Aegypti. ¶ Verna alumnus. Inter seruum & vernā hoc interest: q̄ seruū appellant̄. qui in potestatem nostram venerunt, aut iure belli, aut ære comparati. Vernæ vero qui domi ex ancillis nascuntur. nā & ii in seruitute sunt. omnis. n. ancillæ foetus domini est. Dicti (auctore Festo) q̄ tpe veris nati sunt: q̄ id tempus ad foeturam sit valde aptū. Inde dicimus vernaculum omne quod intra parietes domesticos alitur: vt gallinā vernaculam: equum vernaculū: & linguā vernaculam. ¶ Canopi: Canopus ciuitas est Aegypti, dicta (auctore Strabone) a Canopo gubernatore Menelai, qui ibi sepultus est. Quin. docet primo libro antea Canobon ab Aegyptiis vocitatam. ¶ Ventilet: hinc pendet ois poetæ fremitus: q̄ homo Aegyptius, & seruili cōditione: ea sit mollicie: vt annuli æstiui sint etiā ei ponderosi. ¶ Ventilet: quasi refrigeret annulum eximēdo illum e digito. & in aera leuiter iactando. Nam uentilare est in aerem aliquid iactare. Apuleius i Asino aureo: Aureos refulgētes manu mea uētilabā. Inde dicimus uentilare frumētū: & ventilabrū instrumentū iactandi frumēti. Ventilare ēt est ventū facere. Tranqllus in Augusto: Atq; etiam aliquo ventilanti cubabat. ¶ Aurū ęstiuum: idest annulos quos tempore æstatis gestabant. nam eo delitiarum peruenerant Romani: vt annulos haberēt alios æstiuos: alios hyemales: ac si dicat leuem bracteam: & filum aureum. nam quod tempore ęstatis per leuitatem gestamus, æstiuum appellamus: vt vestes æstiuas. In annulis autē (vt scribit Pli. lib. xxxiii. cap. i.) alii pondera & magnitudinem auri ostentabāt. Aliis plures q̄ vnum gestare labor erat. Alii bracteas inserebant leuiore materia: & propter casum gemmarum totam solicitudinem amputabāt: quibus pro annulis vtebantur. per annulum autem aureū ostēdit poeta Crispinum equestris fuisse & census & dignitatis. Nam annuli (vt scribit Plinius) distinxere alterum ordinem a plebe: vt semel coeperant esse celebres: sicut tunica ab annulis senatū tantum. Sed annuli plane medium ordinem, tertiumq; plebi, & patribus inseruere. ¶ Humero reuocāte lacernas: idest rejectis lacernis in humeros: quasi nimis ponderosis. tali habitu fuisse & Colossum Domitiani ostendit Statius in prima Silua: It tergo demissa Chlamys. Humeri (auctore Pli.) hominis tantum sunt: Armi quadrupedum. ¶ Tyrias: purpureas, nam Tyrus insula fuit Phoeniciæ: præalto mari septingentis passibus diuisa. Nunc vero (auctoribus Plinio, & Quinto Curtio) Alexandri oppugnantis operibus cōtinēs. Omnis eius nobilitas Conchilio, atq; purpura cōstat. ¶ Lacernas: lacernæ conficiebantur ex variis coloribus: vnde apud Martialem in distichis loquuntur lacernæ coccinæ: Si Veneto, prasinoue faués: qui coccina sumis: Ne fias ista transfuga sorte vide. Item Lacernæ beticæ loquuntur

Dydymus Aeglē. Simul ēt poeta ridet legem ipsam: cui iam excogitata est fraus. Nam cum reuocata sit ad pudoris sanctitatem tuendam: mulieres impudenter spadonibus nubebant: q̄bus oblectatæ fuerant. Spado aūt & Eunuchus dictiones sunt grææ: idemq; significant. dicit̄ autem Spado a σπάω: q̄d est auello & aufero: q̄ ab eo testiculi auellant̄. Vlpia. ait Spadonum noie eos etiam contineri: qui natura spadones sunt. Eunuchus autē dicitur ab εὐνὴ. i. cubili. & ἔχω custodio: quod genus hominum adhibebatur seruandis cubilibus regum & principum. ¶ Tener: nam spadones molles sunt: & effoeminati. ¶ Meuia thuscum: alia indignatio in mulierum impudentiā: quæ tpibus Domitia. in uenerationes & pugnas theatrales descendebant, vn̄ Mart. Hæc iam foeminea vidimus acta manu. Statius in Siluis: Stat sexus rudis, insciusq; ferri: Et pugnas capit improbus viriles Credas ad Thanaim, ferumq; Phasim Thermodontiacas mouere turmas. Meuia autem nomen est impudicæ mulieris: & pro quacūq; ipudenti muliere ponitur: q̄ in venationes: & pugnas theatrales descēderet. ¶ Aprum thuscū: emphasim habet: q̄si q̄ cæteris esset ferocior. Mart. Thuscæ glandis aper populator, & ilice multa Iam piger: Aetolæ fama secunda feræ. ¶ Nuda māma: habitū expressit procūbentis in vulnera feræ. sic. n. māmæ e sinu exeruntur. Illud autē est fatuū: quod aliqui ad ritum Amazonū referunt: quę sibi dextram mamillā adurebant. simpliciter. n. locus est accipiēdus. Mamma eadē dicitur & mamilla & papilla & uber. Māmam item veteres pro matre acceperunt: sicut Tatā pro patre. Mart. Māmas atq; tatas habet Afra: sed ipsa Tatarum dici, & māmarum maxima māma potest. ¶ Patricios oēs: de Cinamo tonsore sui tpis intelligit: qui muneribus mulieris locupletatus est vsq; ad censum equestrē: mox dānatus in Sicilia exulauit. de quo sic Mart. Qui tonsor fueras tota notissimus vrbe: Et post hæc dominę munere factus eques. Siculas vrbes, Aetneaq; regna petisti Cinname: cū fugeres tristia iura fori. Qua nunc arte graues tolerabilis inutilis annos? Quid facit infelix & fugitiua quies? Non rhetor: non grāmaticus: ludiue magister: Nō Cynicus, nō tu stoicus esse potes. Vēdere nec vocē siculis, plausumq; theatris. Q̄d superest: iterū Cinname tōsor eris. ¶ Patricios: nobiliores denominatos a patribus. Nā cōdita vrbe Romulus centū elegit senatores: q̄bus reip. curā demandauit. hos patres ob venerationem appellauit. Aucta mox ciuitate: reliqui reges numerum senatorum ampliauerunt: eosq; patres cōscriptos appellauere. vnde hoc postea seruatum est: vt Senatores patres conscripti nominarentur. Qui ergo ex his patribus na

sic: Non est lana mihi mēdax: nec mutor aheno: Si placeant tyriæ: me mea tinxit ouis. Lacernæ aūt tum albæ: tum purpureę sumebant̄ in spectaculis. Martia. Spectabat modo solus inter oēs nigris munus Horatius lacernis: Cum plebs & minor ordo: maximusq; Sācto cū duce cādidus sederet. Toto nix cecidit repente cęlo, Albis spectat Horatius lacernis. Alibi i distichis: Amphitheatrales nos cōmēdamur ad vsus Cū tegit albentes nr̄a lacerna togas. Idē in qnto: Edictum dn̄i Deiq; nostri: Dū laudat modo Phasis i theatro: Phasis purpureis rubet lacernis. & paulo ifra: Illas purpureas & arrogātes iussit surgere lectius lacernas. ꝛ Gēmæ maioris. i. pgrāde gēmā: vt sit descriptio annuli leuioris bracteę: cui lapis pgrandis sit isertus. Appellatione gēmę itelligimus oēs lapillos pretiosos. Sabinus tn̄ ad Vitelliū ait: Gēmas esse perlucide materię, velut Smaragdos: Chysolitos: Amethystos. Lapillos aūt cōtrarie supioribꝰ naturę. vt Obsianos: Vedubientanos. Margaritas aūt nec gēmis: nec lapillis cōtineri. ꝛ Nam qs tam patiēs: qs. n. inquit possit pati tantā vrbis iniquitatē i vt nō moueat ad scribendū: Est aūt ratio: quare sit difficile nō scribere: cum etiā alia sint notatū grauiora. ꝛ Vt teneat se: tēperet sibi ne scribat. ꝛ Causidici noua: hinc maxime mouet poeta ad scribēdā satyrā ꝙ sub Domitiano frequens: & pene plublice accusandi rabies existeret: quę oi bello ciuili grauiꝰ togatā ciuitatē cōficeret: adeo aures Imperator delationibus patefaciebat: vt nihil ppemodum tutum eēt ita: vt delator delatorē timeret. Vnde sic conquerit̄ Plinius in Panegyrico de Domitiano: Vidimus delatoꝝ iudiciū: quasi grassatoꝝ: quasi latronū: nō solitudinem illi nouerant: sed templū: sed forum insederāt: nulla iam testamēta secura: nullus status certus: nō orbitas: nō liberi pderant. Multi igit̄, inter quos & Causidici, cū i ea re quæstū & principis grām esse cognoscerent̄ relictis actiōibus forensibus ad delationes se cōferebāt, vt Matho, & Pompeius, Falco: q̄ iisdē tpibus accusabant. vt alibi notatura Iuue. Sęuior illo Pompeius tenui iugulos apiere susurro. Causidicū fuisse Pōpeiū ostendit Plinius epistola: q̄ incipit: Cōsulis an existimēt te in tribunatu causas agere decere. Notat igit̄ oēs delatores sub psona Mathonis: quē ex paupere diuitē factū eē videri vult quęstu delationū: Pauperē fuisse ostēdit alibi Iuue. Matho deficit. Martia. Parua rogas magnos: sed non dant hęc quo ꝙ magni. Vt leuius pudeat: iā Matho parua roga. Eū alibi. Iuuena. ostēdit vilē causidicū: Dic tibi qui sis Orator vehemens, an Curtius, an Matho. ꝛ Lectica: ea pprie dicebāt̄ lectica qua gestarent̄: nō tam primores viri, q̄ matronæ. Instar cubiculi erat. & Lecticarii dicebant̄ serui: q lecticam gestabant humeris. græce exaphoꝝ dixere lecticam: quæ a sex seruis: octophoꝝ uero: q̄ ab octo gestaret̄. In ea erāt & fenestræ. unde alibi: Clausa lectica fenestra. Trāquillus i Augusto: Accena in lecticulā se lucubratoriā recipiebat. Alibi Iuuenalis: Latis specularibus antrum, nam antrū appellat lecticam: cui specularia adhibebant̄. Quēadmodum & nr̄a ætate vidimus fœminam quādam primariam gallicā gestari, lectica, ex corio cocto cū fenestris: adhibitis specularibus vitreis. ea aūt gestabatur non a seruis: sed a duobus equis mediam lectica intercipientibus. Lecticam aūt velis. auleisue circūseptam fuisse docēt & Plutarchus i Eumene sic: Quo accepto Eumenes incitatis lecticariis: cursu delatus: ex vtraq; Lecticæ parte summouit auleum: magna lęticia manum protendens. Et Mart. lib. ii. Quem grex togatus sequit̄ capillatus: Recensq; sella, linteisq; loris. nā p lectica sellam poni manifestū est. ꝛ Noua: nuper comparata delatiōibus: cū antea eēt paupere. ꝛ Plena ipso: quasi qui cōmodius gestaretur solus: vt delicatus & luxuriosus. ꝛ Delator: de Marco regulo intelligit: q (ut scribit Plinius in epistolis) oīum bipedum fuit nequissimus. Multorū enim nobiliū sub Domitianū cædes molitus fuerat. Cassios eni & Camerinos accusauit: q sub Nerone intercēpti sunt. Et hunc (vt ipse refert) tam Bebius Massa, q̄ Metius Carus valde timebant. Nā Regulo intēperanter lacerāti Herēniū Senetionē: r̄ndit Carus: Quid tibi cū mortuis? Nunquid ego Cassio: aut Camerino molestus

sumꝰ quos ille sub Nerone accusauerat. ꝛ Delator. occultus accusator. nam deferre est occulte accusare. Mart. Ecce reum Carus te detulit: adsit agellus. ꝛ Magni amici. i. iperatoris: hoc est iperatoris amici & familiaris. nā magna amicitia appellat̄ imperatoris: vt alibi poeta: In quoꝝ facie miseræ magnæq; sedebat Pallor amicitię. vt ostendat ne amicos quidē iperatoris tutos fuisse a delationibus. ꝛ Rapturus: absumpturus. nā partē bonoꝝ delatiōibus cōsequebant̄ nobilibus ipsis. aut in exiliū ejectis: aut trucidatis ab iperatore. ꝛ Nobilitate comesa: nobilibus a sumptis. & laceratis ab iperatore. Nā (auctore Trāquillo) nihil pēsi habuit: quin predaret̄ omni modo. bona viuoꝝ, ac mortuoꝝ vsquaq; & accusatore, & crimine corripiebant̄. Satis erat obici qualecūq; factū, dictumq; aduersus maiestatē pricipis. Hinc est, ut alibi ꝯquerant̄ poetæ: Vnde fit, vt malim fraterculus esse gigātū. Eius crudelitatē i Panegyrico Traiani sic taxat Plinius: Cū nuper imanissima bellua: velut quodā specu inclusa: nunc ppinquoꝝ sanguinē lamberet: nunc se ad clarissimoꝝ ciuium strages, cedesq; proferret & cætera. De eius sæuitia sic & Cor. Taci. i vita Iulii Agricolæ: Præcipue sub Domitiano miseriaꝝ pars erat: videre & aspici: cū suspiria nr̄a subscriberent̄: cū denotandis tot hoium palloribꝰ sufficeret sæuus ille vultus & rubor: a quo se contra pudorē muniebat. ꝛ Quod superest: quod adhuc ab iperatore nō est corrosum & correptū. ꝛ Massa: Bebiū Massā intelligit & ipsūꝰ delatorē. Sensus est aūt: Bebius ipse Massaq; delator erat: delatorē timebat apud principē: q tātopere delatores fouebat. De Bebio Massa sic Pli. in ep̄la ad Macrinū: Legati rursus iducti iterū me iā p̄sentem aduocatū postulauerūt: implorantes fidē meā: quā erāt cōtra Bebium Massam experti. De Massa Bebio sic meminit Cor. Taci. in vita Iulii Agricolę: Et Massa Bebius tum reus erat. Mox nostræ duxere Heluidiū in carcerē manus. ꝛ Carus: delator & ipse fuit, de quo (ut ante diximus) Mart. Ecce reū Carus te detulit: adsit agellus. Pli. li. pri. ad Voconiū (ut paulo ante dictū est) eius sic meminit: Agnoscis eloquētiā Reguli: lacerat Herēniū Senectionē: nā intēperāter qdē: ut dixerit ei Metius Carus: Quid tibi cū mortuis? Nunqd aut Cassio: aut Camerino molestus sum? ꝛ Palpat: cui munere blandit̄. Nā palpare, siue palpari idē est qđ blādiri: Horatius: cui male si palpere recalcitrat vndiq; tutus. Luciliꝰ: Hic vbi me uidet subladit̄, palpat̄ caput scabit. Indē dicūt̄ Palpones adulatores. Persius. Ius hēt ille sui palpo. ꝛ Trepido Latino: Latinus mimus fuit: cuius iocis & uxoris Thymeles mimę plurimū delectatus est Domitia. vnde Mar: Qua Thymelē spectas: derisoremq; Latinū: Illa fronte precor carmina nr̄a legas. Nam constat (auctore Donato in andriā Terē.) uiros, mulieresq; solitas agere comœdias. ꝛ Summissa: ad placandū. s. nō ad coitū. Ait. n. a superiore quē palpat munere nō coitu. Impudicā tn̄ etiam extitisse in. vi. Saty. innuit illic. Quē toties texit perituri cista Latini. Ostēdit aūt poeta: ne psona qdē gratā ipatori fuisse tutā a delatiōibus. Nā Latinus timēs delatorē: ei clāculo submitebat vxorē ad placādū. Nō ignoro a nonnullis: q ætate nr̄a i liberalibus studiis postremas partes nō ferūt: lōga uetꝰ boꝝ cōtētione disputatū: Thymelē mimā fuisse: q̄ iīdē vt Latinꝰ a Domitia, populoq; fauorabilr̄ spectarent̄. Sed nō vxorē Latini: q̄ oia cū friuolis fulciāt augmētis: nihil video cur adhuc potius vxorē Latini nō credā: q̄ aliā mulierē. Cū p̄sertim Iuue. ostēdat zelotypū fuisse Thymeles. Credibiliꝰ enī est Latinū zelotypum fuisse vxoris, q̄ alterius, q corpus vulgaret. Sed cū res nō magni sit momētiꝰ, vnicuiq; sua sit existimatio. Illud tn̄ cōstat mulieri nomē inditū ab arte scænica. θυμέλη enim pulpitū: siue scęnā significat: & θυμελικός: histrionē. nā & ipsa placuit Theatris. Vnde Apuleius i apologia appellat Choragiū thymelicū. i. scænicū apparatū & instrumentū his verbis: Quid. n. si Coragium thymelicum possiderem: num ex eo argumētarere etiam vti me cōsuesse Gragidii syrmate histrionis: vbi Choragiū accipitur p apparatu: siue instrumento scænarum. Non me fugit a Fulgentio Choragium falso interpretari funus virginale.

Cum

ASCē. ¶ Cum tener vxorē &c. vel sic verba iacēt: sed scies lector suiam nō fore completā donec dicetur: difficile est satyram non scribere. Abundantia ergo virum est prima & potissima ratio. vnde dicit: Cum sup. ita sit. q̄ spado. i. emasculatus & castratus. tener. i. mollis & lenis: quasi sine barba. ducat vxorē. & cum Neuia vel Meuia mulier infamis. figat. i. transfigat venabulo suo aprum. i. suem siluestrem. thuscū. i. ex thuscia: vbi pingues & feroces in primis sunt. & teneat venabula. i. cuspidem qua venatores vtuntur. māma sua existente nuda. i. nudata: quia dum manus ad figēdum aprum eleuatur: cū sinus sit laxior, nudatur & patefit ex alto spectātibus māma sinistra: & ideo singulari vsus ēgestū, habitūq; venatricis depingens. Et cum sup. ita sit quod vnus videlicet cinamus. quo tondente: dum is existens tonsor me tōderet. barba grauis: idest molesta sonabat propter habilitatem & artificium tondentis: mihi iuueni: & ideo non dicam grauis. i. ponderosa: quia non est iuuenibus barba ponderosa: sed molesta: cum imberbes puellis gratiores sint. Et cū ita sit quod Crispinus existens pars Niliacæ plebis. i. vnus ex seruis ægyptiis: qui a Nilo Romā adducebant̄. & cū ipse Crispinus verna. i. seruus verno tpe ex ancilla genitus. Canopi. i. illius ciuitatis in Aegypto. ventilet. i. exponat vēto aurum æstiuum. i. virgulas aureas: siue annulos leuiores: qbus tpe æstiuo delicatissimi vtebant̄. & hoc digitis sudantibus. & humero eius reuocante. i. repellente lacernas tyrias: idest chlamydes: aut obolas purpureas ex purpura tyriā. quæ p̄tiosissima erat: quia dibapha. i. bis tincta. nec pro & non: & non queat sufferre: idest sustinere. pondera: idest ponderositatem & molem gēmæ: idest lapilli maioris in annulo hyberno. Cum inquit hæc fiant: difficile est non scribere Satyrā. Nam pro qa: qs est tam patiens. i. tolleratiuus iniquæ. i. scelerosæ vrbis Romæ scilicet. & quis est tā ferreus. i. tam durus: & tam sine affectione: & quasi improuocabilis ad indignationem. vt teneat. i. contineat se intra pelliculam suam: nec satyram scribat: vel teneat se a risu & indignatiōe. cum noua lectica. i. hominis noui: qui nunquam fuit magistratus lectica. i. gestaculum in qua portabantur nobiles & prędiuites romani. Mathonis illius viri causidici. i. qui causas dicendo ad diuitias peruenerat, veniat. i. obuiam portetur. plena. i. referta. ipso: qa pinguis erat. & cum sup. veniat post hunc scilicet Mathonem delator magni amici, non solum parui. i. qui ne magno quidem amico parcat. i. Regulus rapturus. cito. i. ppe diem: postpaulū: seu paulopost. de nobilitate comesa. i. comesta: hoc est de nobilibus iam fere per delationē deuoratis & cōsumptis. illud quod superest: idest reliquum est: hoc est eos qui reliqui sunt: quem delatorē tā immanē. Massa alius delator: sed minor timet: & quem carus illis etiā delator palpat: idest palpando placat: idest mollitur per adulationem. tractat munere. i. donis secrete datis. tractum est ab equis: qbus dum eos palpamus. i. dū eis palmas per dorsum ducimus quodammodo blandimur: ad quod respiciēs Horatius in primo secundi sermonum dixit de Augusto: vtens voce deponētali cum datiuo: Cui male si palpere recalcitrat vndiq; tutus. Et similiter Plautus in Amphitryone: Obseruato te quam blande mulieri palpabitur. Accepit ergo poeta hic actiue: & in actiua voce cum accusatiuo: & quem etiā palpat munere Thymele: mulier illa scœnica summissa. i. clā & secrete missa. ab Latino marito suo trepido: idest præ timore trepidante: tametsi Cæsari admodū carus sit. Sequētia eandem constructionem habent: vt dicemus. Sed repetamus hanc partem: Cur tamen hoc potius &c. Auctor vti

Palpor Palpo

tur metaphora: idest translatione cuius lex est, vt sit psistens in verbis: & conformis in rebus. Si enim dixero amicos fictos esse similes hirūdinibus: quia veniente hyeme: idest aduersitate abeunt: peccabo quia dicendum erit: auolant: qđ hirundinum est. Hoc autem loco quia dixerat decurrere cāpo: quod equorum est in curruli certamine: ideo permansit in metaphora dicens: Per quem magnus equos Aruncæ flexit alumnus. Vtitur autem signatis vocabulis: quia decurrere est incipientium de carceribus suis currere vel deorsum

Metha phora

currentium. flectere autem equos est eius: qui iam ad metam peruenit. ergo modeste sibi incepturo prius dat: & vrbane Lucilio posterius: vtpote iam victori in satyrico campo: quem magnum vocat. Et magnum vocamus eum cui similis non est: vt magnus dominus: & laudabilis nimis: Magnus Alexander: Pompeius: Carolus &c. Amplus autem est in honore. Clarus sanguine. Altus natalibus: vt miles alto loco natus. Alumnus et nutritor dicitur: licet Valla refragetur: quia Plinius dicit Italiam alumnam. & Plini. Libyam. Sunt autem qui negant Lucilium Aruncum fuisse: & ideo dicit Valla: quod locutus est per synecdochē accipiēdo partem pro toto. Auruncam: vel (vt quidam legunt) Aruncam partē Italiæ p Italia. Probus autem dicit eum loqui: aut de quodam Turno, aut de Lęlio: aut de Sillio Satyricis: & Iuuenali contemporaneis: qui omnes ex Arunca fuere. sed sine dubio de Lucilio locutus est: qui si Aruncæ natus nō est: nutritus tamen esse potuit. Nō placet autem vt dicat edā sup. quod scripsi: idest proferam. sed edam: idest eloquar cur satyram libeat scribere: & est verbum compositum ab e & do: quod aliquando accipitur pro dicere. vt in Bucol. Attamen iste Deus qui sit da Tityre nobis: idest dic nobis. Inde edere aliquando expresse loqui: aliquando sententiam nostram e manibus nostris in lucem dare. vt in principio carminū Horatii: Mecœnas atauis edite regibus. Hinc liber etiam editur dum emittitur. Cum tener vxorem &c. Lex Iulia grauissime animaduertebat in adulteros: quam Domitianus iam obsoletam in pristinum vigorem vocauit: quamobrem multæ diuites mulieres iis nupserant: cū quibus consuetudinem veneream habuerant. Delicatissimę autem quibus aut parere: aut abortū facere durum erat: habebāt rem cum spadonibus: idest emasculatis seu castratis: vt non parerent. vnde Martialis: Cur tantum Eunuchos habeat tua Gellia quęris Pannice: vult futui Gellia: non parere: Idem alibi Dyndymo: de quo quidam hunc locum intelligunt dictum: Cum sene communem vexat spado Dyndymus Aeglem: Et iacet in medio sicca puella toro. Viribus hic operi non est hic vtilis annis: Ergo sine affectu prurit vterq; labor. Supplex illa rogat pro se miserisq; duobus: Hunc iuuenem facias: hunc Cytherea virum. Cytherea ne ignores Venus est. Bene autem poeta vita molestissime ferenda primo loco taxat. Nam si matrimonium vocatur: quia mulier ducitur: vt mater fiat: quid magis detestandum q̄ spadonem ducere vxorem: cui genitalia euulsa sunt. Distinguit autē Vulpianus ponens duplicem spadonem: & dicens: Spadoni mulier nupserit distinguendum arbitror: castratus fuerit necne: vt in castrato dicatur dotem non esse: in eo qui castratus non est: quia matrimonium: & dotis actio. Quid etiā plus contra officium & honestatem, q̄ vt mulier in arena: hoc est in publico spectaculo aprum figat: de qua Martia. Hęc iam fœminea vidimus acta manu. Quid prætera intolerabilius q̄ vt vilissimus tonsorum adulatione & delatione ditatus sit: vt prouocet: idest ad iram incitet iactando diuitias suas, omnes patricios: idest nobiles ex patribus: idest senatoribus natos. Vel quod vilissimus seruorum ad eas delicias peruenerit: vt oneri ei sit vestis purpurea: aut annulus maioris ponderis. Vnde Plinius de annulis: Alii pondera eorū ostentant: aliis plures q̄ vnum gestare labor est: alii bracteas inserunt leuiori materia. De mollibus autem vestibus idem sic: Nec puduit hos vestes etiam viros leuitare vsurpare propter onera æstiua: intantum a lorica gerenda discesserunt mores: vt oneri sint etiam vestes. Si ergo hoc vitio dabatur teneris vtpote nobilibus: quanto magis vilissimo seruorum. Delator: occultus accusator. magni: idest imperatorii. amici: idest (vt prius diximus) etiam pręcipui amici sui &c. Represserat autem Domitianus in initio imperii sui delatores: sed postea eosdem ita excitauit: vt sic de eo Tranquillus scribat. Bona viuorum & mortuorum vsquequaque quolibet & accusatore & crimine corripiebātur. Satis erat obiici qualecunque factum: dictumque aduersus maiestatem principis.

ANT. ¶ Cum te summoueant: alia est scribendæ satyræ indigna/tio: q. s. multi uetularũ cõsuetudine locupletarentur. Nam cum uetulis prurientibus officium suũ præstitissent: ab eis postea defraudatis liberis hæredes scribebantur. Mar. Insectaris anus: o quantum cogit egestas. quibus uerbis inuit ta lia adulteria: licet iucũda nõ fuissent: fructuosa tamẽ extitisse.

ara dignitatis eximiæ cum titulo gentium sexaginta: q; sin/gulæ singulas statuas ibidem erexerant. Lege Strabonem in. iiii. ¶ Rhetor: pro oratore posuit. Nam rhetor appella/tur, qui Rhetoricam docet. Orator uero, qui secundum ar/tis præcepta loquitur.

ASC. ¶ Cum te submoueant: aut submoueant. Recitat aliud ge/nus sceleris: ob quod difficile sit Satyram non scribere & cõtinere: quin aut rideat aut indignetur. Quia uero sententiæ patent. Ordo est: Cum. i. quandoquidem ita fit q sup. ũ submoueant. i. dam de loco hæreditatis tuæ depellant & detrudãt te: q merentur testamenta. i. inscribi hæredes matronarum diui/tum. noctib⁹. i. adulterio & coitu nocturno: hoc est mœchi & adulteri: qui pupillos expellunt hæreditatibus suis: quos optima. i. dexterrima: para tissima: siue facillima uia. i. ratio summi. i. maximi processus ad diuitias sup. acquirendas: uidelicet Vesica. i. uulua: siue membrũ libidinis. uetulæ. i. matronæ prouectæ ætatis: q propter speciẽ non amatĩ beatæ. i. bñ habentis: hoc est diui/tis. euehit. i. exaltat in cælũ. i. per hyperbolẽ ad summam di/gnitatẽ. Vel cælũ. i. ad domum imperatoriam: ad quã diui/tes effecti admittebantur. Non si Domitianus se dominũ & Deũ iussit appellare: uoluit nimirũ & domum suam cælum uocari.

Sũmoueant: a bonis tu/is paternis. ¶ Noctibus: no/cturno concubitu. ¶ Meren tur testamenta. i. bona quæ per testamẽtũ assequuntur. ¶ Quos euehit: ordo est: Quos Vessica uetulæ beatæ expositiue optima nũc uia summi processus euehit i cæ lum. ¶ Vesica: pruritus & libido. ¶ Vetulæ beatæ: diui/tis & opulentæ. Papinius in

Cum te summoueant, qui testamenta merentur
Noctibus, in cælum quos euchit optima summi
Nunc uia processus uetulæ uessica beatæ.
Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem,
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis hæres
Accipiat sane mercedem sanguinis, & sic
Palleat, vt nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

Siluis: Iam se (quisquis is est) inops: beatus Cõuiuam ducis esse gloriosum. Proper. Noli nobilibus: noli cõferre beatis. ¶ Euehit in cælum. i. ad excelsissimos opulentiæ gradus p/ducit. & proinde tanquã Dii habentur. ¶ Optima nunc uia adiuuandum gestu. vt sit per irrisionem dictum. ¶ Summi processus: summi progressus ad diuitias. ¶ Vnciolam Procu leius: aut (vt recitauimus apud Persium) Patrimonium in duodecim partes diuiserũt ita: vt nomine assis totum cõ/tineretur. Vnde dicit hæredem te reliquit ex asse. i. ex toto. As autẽ in duodecim partes diuidit: Sextãtem, quæ sexta est pars assis. Quadrantem, quæ quarta. Trientem, quæ tertia Quincunx a numero est unciarum. Semis dimidium assis. Septunx a sptẽ & uncia. Bes dempto triente. Dodrãs qua/drante. Dextans sextante dempto. Deunx dempta vna vn/cia. Vncia autẽ erat minima pars & duodecima assis. Est er/go sensus: Adulteros pro membri sui qualitate: & laboribus accipere p̃mia: Proculeius ergo tanq̃ male mẽtulatus: unã tantũ accipit vnciam patrimonii ex testamento: Gillo autẽ impense Draucus reliquum patrimonii accipit. i. deuncem, quod est totũ dẽpta vna uncia: quæ iam debent Proculeio. Per Proculeium aũt intelligit uirum bonũ, & parum mentu latũ. per Gillonẽ autem bene mentulatum. ¶ Quisq; hæres legendũ est cũ irrisione Satyrica: & adiuuandũ gestu. æquũ inquit est: vt vnusquisq; p qualitate mẽbri laboribusq; suis accipiat partes patrimonii. ¶ Mercedem: expositio est. ¶ Sã guinis: nã semẽ hominis (vt tradunt physici) nihil aliud est q̃ sanguis cõcoctus. & ideo mutat colorẽ. ¶ Inguinis: Inguẽ ab auctoribus accipitur pro parte genitali: tam in mare q̃ in fœmina. Vnde Mar. Accessi quoties ad opus: mixtisq; moue mur Inguinibus. Trãquillus in Nerone: Viroriiq;, ac femina rũ ad stipitem deligatorum inguina inuaderet. Cor. Celsus lib. vii. dicit testiculos dependere ab inguinibus per singu/los neruos. Ouid. in fastis: Et tumidum cornu durius inguẽ erat. Idẽ in eodẽ: Quiq; rubro pauidas inguine terret aues. ¶ Palleat: adulteri eñi exhausti sanguine intemperato coitu pallẽt nõ minus q̃ qui pedibus anguẽ calcauere. ¶ Vt nudis: ordo est: Et sic palleat: vt pallet ille qui pressit anguem calci bus nudis: aut vt pallet Rhetor dicturus ad aram lugdunẽ sem. ¶ Ad aram lugdunensem: hoc aũt est ex historia. Nam Caligula edidit in Gallia Lugduni miscellos ludos. & hoc certamẽ quoq; græcæ, latinæq; facundiæ: quo certamine fe runt victoribus premia victos cõtulisse: eorũdem & laudes cõponere coactos. Eos aũt q maxime displicuissent: scripta sua spongia linguaue delere iussos: nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. Qui ergo in hoc certa/ Lugdu/num men descendebant: incerti euentus rei pallebãt. Lugdunum autem ciuitas est Galliæ: quam nunc vulgo Leonum appel lant. quo ter & quater ex Itallia & Gallia mercatores singu lis annis conueniũt: mutua tractantes mercimonia. Eã con/didit Numãtius Plancus (vt tradit Euse.) vbi Arar Rhoda no cõmiscetur: ibi fuit templũ ab uniuersis Gallis communi impensa in honorem Augusti Cæsari extructum ad erat &

Proculeius adulter alioquin vir bonus: habens mẽ/brũ virile paruũ: hẽt ex testamento: videlicet vetulæ. vncio lã. i. solũmodo paruã vnciã. i. duodecimã partẽ hæreditatis & eam imunitã. sed Gillo vir bene mẽbratus habet deuncẽ. i. vndecim vncias: hoc est. xi. partes hæreditatis. Nã q/q. i. quilibet hæres sic institutus. accipit sup. partes suas. i. portio nes hæreditarias. ad. i. iuxta mensurã inguinis. i. mẽbri viri/lis. Voluit dicere: accipit: sed satyrica petulãtia: & quodã ri/su ac morsu subinfert. sane. i. certe. iustũ ẽ vt accipiat: q; mer cedem sanguinis: q; vsq; ad sanguinis emissionem: vt vetu/lis placeant, coeũt, omne etiam sperma ex sanguine fit. & p pter exaustũ sanguinẽ palleat sic. vt. i. queadmodũ sup. pal let is: q pressit. i. conculcauit anguẽ. i. serpentem. nudis calci bus. i. pedibus. a parte totum. aut sup. pallet: vel palluit rhe/tor dicturus. i. qui erat dicturus orationẽ compositã. ad. i. apud. vel iuxta aram lugdunensem. i. Lugduni ad confluen tem cõstructã. De iis, q diuitias fœdo cõmertio Vetulas; ex mulabant erat Caridemus: in quẽ sic Martialis: Nunc secta ris anus: o quãtum cogit egestas. Proculeius secundũ Calde rinũ vir optimus fuit: cuius meminit Horat. in carminibus dicens: Viuet extento Proculeius æuo: Notus in fratres ani mi paterni. Is enim eques Romanus tantæ pietatis in fra/ Procu/leius tres fuit: vt bona cum eis iterum æqua portione diuiserit: cũ bellis ciuilibus attriti pauperes essent. hic autẽ pro optimo viro & minime mentulato ponit. Gillo pro mẽtulato. Pres/sit q calcibus anguẽ: imitatio est illius secundi Aeneid. Obstu puit: retroq; pedẽ cum voce repressit: Improuisum aspris Veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens &c. De ora toribus lugdunensibus adde cum Geor. ex cõmentariis Cæ sfaris. Lugduni galli oratores quotannis concionem habere Lugdu/nenses solebant: considebant in secreto loco & controuersias habe bant vndiq; cõueniebant: eorumq; iudiciis, decretisq; pare bant: Disciplina hæc in Britannia reperta: atq; inde i Gal/liam translata esse existimatur. De ciuitate autem Lug/dunensi: vnde secundum Plinium tertia pars Galliarum denominata est: ex variis auctoribus hæc habeto. Ex Stra/ Lugdu/num bone inde situ orbis: Lugdunum in colle conditum. vbi Arar amnis Rhodano commisceatur: tenentur imperio am pliori & supra reliquas, excepta Narbone, ciuitates flo/ret virorum ordine. Nam & vsu magno est illis empo/rium. Monetam argenteam atq; auream eo in loco Roma/ni signant duces. Templum etiam ab vniuersis Gallis com/muni

mini designatum ĩpensa: & Augusto Cęsari dedicatũ ante hãc urbẽ ędificatũ eẽ: ubi fluuiorum est coitio. Adest & ara dignitatis eximiæ: gentiũ .xl. numero inscriptum habẽs titu lum: earũq; singularũ statua una. Alia subinde locata est ara. Hanc urbem Segosianorum presidem constat: quæ in Rhodani & Dubidis fluuiorum medio iacet. Reliquę dehinc gẽtes vergentes ad Rhenũ partim a dubide: partim ab Arare discernunt &c. Hæc Strabo. Ex quibus cõstat Lugdunum olim vt nunc floruisse: & emporium atq; mercatũ monetariumq; vt nunc habuisse. Aram autem cuius hic mentio fit: vbi cœnobium monachorum de ordine sancti Benedicti: nunc est i quod Athanaeum vocant constructam. Vrbemq; in colle sitam fuisse: cui foro Veneris nomen est: quam deletam incendio fuisse Seneca sic in epistolis testatur: Liberalis noster nunc tristis est: nunciato incendio quo Lugdunensis colonia exusta est: Et infra: Nusquam tam infestum vlli exarsit incendium: vt nihil alteri superesset incendio. Tot Lugduni pulcherrima opera: quæ singula illustrare singulas Vrbes possent vna nox strauit: & in tanta pace: quantum ne bello quidem timeri potest: accidit. Quis hoc credat. Vbiq; armis quiescentibus cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit: Lugdunum quod ostendebatur in Gallia quæritur. Omnibus fortuna quas publice afflixit: quod passuri erant timere permisit. Nulla res magna non aliquod habuit ruinæ spatiũ: in hac vna nox interfuit inter vrbem maximam & nullam. Denique diutius illam tibi perisse, quam periit narro. Et paulo post: Huic vrbi ab origine sua centesimus annus est: ætas ne quidem homini extrema Planco deducta. In hac frequentia loci opportunitate conualuit. Quæ tamen intra spatium humanæ pertulit senectutis. hæc ibi. Multa enim & aeria bella pro Romanis gessit: vnde Cornelius Tacitus lib. xvii. historiæ Augu. Frustra aduersus Heduos quæsita belli causa: iussi pecuniã atq; arma deferre: gratuitos insup cõmeatus præbuere. Quod Hedui formidine: Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio Italica: & ala taurina abductæ: cohortes .xviii. Lugduni solitis sibi hybernis relinqui placuit. Manlius valens legatus italicæ legionis: quãquã bene de partibus meritus nullo apud Vitellium honore fuit. Secretis enim criminatiõibus infamauerat Fabius ignarum: & quo incautior deciperet palã laudatũ. Veterẽ iter Lugdunẽses Vienẽsesq; discordiã pximum bellum accenderat. Multæ insup clades crebrius, infestiusq; q̃ vt tm̃ pp Neronẽ, Galbẽq; p ugnaret. Et Galba redditus Lugdunẽsium occasione ire verterat. Multus cõtra in Viẽnenses honor: vnde ęmulatio & inuidia: & vno amne discretis cõnexum odiũ. Igitur Lugdunẽses extimulare singulos militũ: & in euersionẽ Viẽnensium impellere. Obsessam ab illis coloniam suam adiutos Vindicis conatus: cõscriptas nuper legiones in p̄sidiũ Galbæ referendo. Et vbi cãs odiorum prætenderant: magnitudinem prædæ ostẽdebant. Nec iã secreta exhortatio: sed publicæ p̄ces irẽt vltores: excinderent sedẽ gallici bellici. Cũcta illic externa & hostilia se coloniã romanã: & partem exercitus & psperarũ, aduersarũq; rerum socios: si fortuna cõtra daret: iratis ne relinqueret. his & pluribus in eundẽ modum ppulerant: vt nec legati qdem duces partium restringi posse iracundiam exercitus arbitrarentur. Cum haud ignari discriminis sui Viẽnẽses velamenta & infulas præferentes: vbi aginẽ incesserat armagenua: vestigiaq; pręsentãdo flexere militũ animos. Addidit Valens tricenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas, dignitasq; coloniæ valuit: & verba Fabii salutem, incolumitatemq; Viẽnẽsium cõmendantis equis auribus accepta. Publice tamen armis multati: priuatis & promiscuis copiis iuuere militẽ. Sed fama constans fuit Valentẽ magna pecunia emptũ. Is diu sordidus: repente diues mutationem fortunæ male tegebat. Sic ille. Plura alibi legas. Manifestum est autẽ post incẽdium prioris vrbis in colle (vt diximus) constructæ eã: quæ nunc est inter Ararim: quem Sagonam vocant: & Rhodanũ paulo post cõditã fuisse. quod monumẽta antiquissima Diis manibus dedicata: quæ nunc quoq; passim visuntur, testificantur amplissime. Sicut aũt (Cæsare testante) ad priorẽ illã ciuitatem cõueniebant vndiq; oratores iudiciis: atq; decretis parituri: ita ad eam quæ nũc visitur pulcherrima: vndiq; conueniunt a galliarum primario archiepiscopo sententiam habituri. Prima enim illic sedes est. Vt vero cætera transeam: vnũ addã iscriptũ sarcophago iposito parietibus Fani sancti Petri diuarum monialiũ Lugduni a parte exteriori: Vbi aræ huius fit mẽtio I O M. Q. Ioui optimo maximo. Quintus. Adginnius Vrbici filius: Martinus Sequanus sacerdos romę augur ad aram ad confluentem Araris & Rhodani flãmen duumuir in ciuitate Sequanorum &c.

Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira?
Cum populum gregibus comitũ premat hic spoliator
Pupilli prostantis: at hic damnatus inani
Iudicio. quid enim saluis infamia nummis?

QVID referam quãta: alia indignationis causa in spoliatores enim cum pupillorum: tum puĩnciarũ inuehit. Quid referam? quid dicam? quantũ mihi æstuent præcordia: cum videam quẽdam: qui spoliis pupilli locupletatus: eo delitiarũ peruenit: vt lectica magno grege comitum sequente per vrbem gestetur. Quem autem poeta designet: nulla extat certa historia. Illudq; falsum est: qd̃ de Cecilio classico aliqui tradiderũt. In omnes spoliatores nullo modo dici posse videtur: cum dicat hic spoliator: quasi qui temporibus suis oĩbus esset notissimus. Prostantis: differentia est inter pstare, & prostituere. Nam pstare verbum est neutrum absolutum: & significat turpitudine corporis quæstum facere. Prostituere aũt est actiuum significatq; (quod proprium est Lenonis) marẽ vel foeminã publicæ libidini gratia quæstus exponere: vnde & scortũ ipsum appellamus pstibulũ, vel q prostet: vel q ante stabula hæ sedeant: q̃ dicunt cõmuni vocabulo pstibula: sicuti ante Alicarię meretrices appellabant: in Cãpania solitę ante pistrina Alicariorũ versari qstus gr̃a. Premat populũ: hinc maxime indignat poeta: q rapibus pupilli locupletatus: tãto per vrbem fastu & põpa icedat, premat ergo calcet & vrgeat populũ, cũ gestet lectica. Vnde & alibi: Et ingenti curret sup ora liburno. Gregibus comitũ: vel clientũ: vel seruorũ. nam comitẽ accipere debemus (inquit Vulpianus de iniuriis) eũ qui comitet & sequat. Et (vt ait Labeo) siue liberũ, siue seruũ siue masculũ, siue feminã. Et ita comitẽ diffinit: qui frequẽtandi cuiuscũq; eã: vt sequeret destinatus est. Inter comites vtiq; & pædagogi erant. At hic dãnatus: indignatio in auaritiã sui tpis: cum publicam: tũ priuatã. Conqueriturq; iudicia vana esse & iniqua. Hocq; maxime ppter Mariũ priscum hoiem Beticũ. Hic. n. cũ Africã puinciam: cui pconsul p̄fuerat spoliasset. nã ob innocẽtes codẽnãdos: interficiẽdos ẽt pecunias acceperat: accusantibus Afris, Cornutus Tertullus septingẽta milia: q̃ acceperat Marius: ærario inferẽda censuit: Mario vrbe, Italiaq; interdicẽdũ. Notat igit poeta iniquitatẽ sui tpis: detestans maxime auaritiã (vt dixi) & priuatã pariter & publicam: cum id qd̃ puincialibus restituendũ fuit: in ærariũ ut delatum. At hic Marius: adiuuandũ gestu: & eo risu: quo solemus rem nefandã improbare. Vt sit sensus: Tãtum abest, vt hic Marius q condẽnatus est, solicitudine angat: vt etiã hilare & splendide viuat: q̃si qui talẽ cõdẽnationem paruifaciat. Sicq; innuit ex bonis puincialium apud eũ magnã partẽ esse relictã. Ordo aũt est: At hic Marius dãnatus inani iudicio ab octaua hora bibit exul: reliq̃ dñr per parenthesim. At hic Marius ita dictum a poeta: quasi viueret pręsensq; esset. Inani iudicio: inane iudicium appellat qd̃ prouincialibus nihil profuerit: cum eis pecunia nõ sit restituta: sed in ærarium delata. Quid. n. saluis ifamia nũmis: antipophora est: quasi aliquis dixerit: Inane iudiciũ non est appellandum o poeta: quando graui infamia sit aspersus. & proinde respondeat: Quid nocet infamia saluis nũmis? Ironice aũt enunciãdũ & vultuose: vt ostendat hoiem improbum infamia a vitiis nõ absterreri.

Quid referã &c. Tangit alias causas indignatiõis suę subuario modo dicẽs, Quid. i. ad quid: ad quã vtilitatẽ referam

IOAN. Britt.

Prostare

Prostituere

Prostibulum: Alicarię meretrices

Com.

ASCẽ.

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Diis
Iratis, at tu victrix prouincia ploras.
Hæc ego non credam venusina digna lucerna?
Hæc ego non agitem? sed quid magis heracleas,

.i.recte? Vel enarrem.q.d.ad nullam: cum notum esse debeat quanta ira ardeat: iecur meum siccum.i.exsiccatum ex frequenti ira: quæ est accensio sanguinis circa cor. cum hic.i.quilibet. vtpote Irus aut alius. Credo tamen poetam ingeniosum artificem allusisse ad nomen Iri dicentem: quanta ira &c. Spoliator pupilli.i.orbati parente.prostantis.i. ad Venerem amore lucri expositi.premit populum gregibus.i.multitudine comitum.i.clientum & seruorum secomitantium. at.i.sed cum videam sup. q hic.i.alius sit damnatus iudicio inani.i. parum reo nocenti: & nihil actori conducenti, Quia uero non est uerisimile iudicium datum cōtra furem dānatū repetundarum.i.de pecuniis ab actoribus repetitis restituendis parum illi nocere: efficitur infamis & fur probatus. Respondet ad hoc poeta ironicos: & ex opinione dānatorum talium loquens. enim pro quia: quia quid sup. est: aut nocet infamia saluis nūmis.i.dum nummi sint salui.q.d.nihil: & id quidem secundum eos: non secū dum se loquitur poeta: vnde vultuose proferendum est, qd autem nihil videatur nocere probat exemplo.

IOAN. Brit. ❡ Exul: nā (vt dictum est) vrbe & Italia ei interdictum est in biennium. ❡ Ab octaua.i.statim post octauā horā.nā come disse ante nonā horā mensæ destinatā hoīs erat dissoluti & luxuriosi.post nonā igitur comedebāt. Mart. Imperat extructos frangere nona toros.i.lectos discubitorios. vnde & Cic. in vltima epi.noni libri sic scribit: Accubueram hora nona. ❡ Ab: a & ab plerūq; pro post ponuntur. Pli. Cōceptu decimo die dolores capitis. A itē elegāter vsurpat: cū inter partes dissidētes volumus significare alterutrius ppugnatores: & amicos: vt quia a Sylla erāt in Marium arma sumpserūt. & qa a me nō erūt: ergo cōtra illos ero. In alia ēt significatione accipit: cū in seruis munus operāq; discernit. Nam cū Romani ex seruis suis: aliis vterentur ad iter: vt mitterent eos quo liberet: eos appellauere a pedibus: vt ita dicerent: voca a pedibus: trade hoc a pedibus. A pedibus venerūt ita: vt semper extrinsecus intelligant serui. vt sit: Serui a pedibus venerūt: & voca seruos.s.a pedibus: & sic reliqua. Mart. Cur non mensa tibi ponit a pedibus? i.cur a te mēsa non ponitur a pedibus.i.seruis a pedibus: vt sit datiuus casus. Eosdem circūpedes appellat Cice. tertia actione in Verrē: Circūpedes autem homines formosos & literatos suos esse docebat. Verres inquit: Cicero condicebat suos esse circumpedes, Maleoli fuisse negabat. vnde & poeta in.vi. Satyra: Admotum a pedibus.i.seruis a pedibus. Aliis aūt ad literas exscribendas cū dictarent: quiq; libellos a supplicibus datos exciperent: curā q; haberent. illos a manu: hos a libellis dixere. Suetonius in Cæsare: Philemonē a manu seruū: qui necem suam per venenum inimicis promiserat: non grauius q̄ simplici morte puniit. Idē in Augusto: Gallo a manu q; p epistola prodita denarios quingentos accepisset: crura effregit: Amanuēses etiā eosdem appellauit in Nerone. Idem in Domitia. Epaphroditum a libellis capitali pœna cōdemnauit. Idem in Claudio: Suspexit Polybiū a studiis: qui sæpe inter duos cōsules ambulabat: sed ante oēs Narcissum ab epistolis: & Pallātē a rōnibus: hoc est qbus vteret ad studia sua: hoc est q legerēt & percurrerēt: cū studiis vocaret. Græci eos Anagnostas appellāt, αναγινωσκω.n.idē est q lego: & q scriberent epistolas: quiq; oium rerū rationes colligerent: vt accepti & expensi. ❡ Fruitur Diis iratis: ille dicit frui Diis iratis: qui licet eos infensos sibi ob scelera habeat: nullam tamē ab iis sentit punitionem: sed interim per omnia vitam hilarē agit. Marius ergo licet Deos haberet iratos ob flagitia sua: tamen summa hilaritate viuebat: nullū ab iis sentiens incōmodū. Idē etiā dictum est a Iunone apud Sene. cōquerente Herculē abuti ira sua: Superat inquit & crescit malis, iraq; nostra fruitur: in laudes suas mea vertit odia.q.d. licet ei irata sim: nullū tamē ex hoc sentit incōmodum. ❡ Prouincia victrix: quæ obtinuisti, vt Marius damnaret. Prouincia dicit quasi procul victa ab Italia. Nam Italia puincia non appellat: sed quę extra Italiam sunt. vnde Pli. Iunior: Italicus ne es, an puincialis? Pli. li.iii. de naturali historia scribēs de Gallia Narbonēsi: Italia, inquit, verius est q̄ puincia. Et idem alibi in.xix. loquens de cucumeribus: In Italia virides & q̄ minimi: in prouinciis q̄ maximi & citrini, aut nigri. Col. lib. iiii. Nō puincialis, sed Italicus ager est. Apud Colu. titulus est de natura prouincialiū vinearū: vbi intelligit oēs vineas pter Italicas. ❡ Ploras: pecunia non restituta tibi. Conqueritur ēt Sallu. in Iugurthino: puinciales sæpe spoliari: his verbis: Non peculiatus ærarii factus est: neq; per vim sociis ereptæ pecuniæ: quæ q̄q̄ grauia sunt: tamen pro consuetudine iam pro nihilo habentur. ❡ Hæc ego non credam: sensus est: Ego nō credam huiusmodi sæculi nostri scelera digna carmine satyrico: quale Hora. multa lucubratiōe scripsit? ❡ Venusina lucerna.i carmine satyrico: quo maxime Horati. vitia tpis sui est insectatus. Venusia aūt ciuitas est in confinio Apuliæ: & Lucaniæ. Patria Horatii. qd ipse ostēdit in sermonibus: Sequor hunc Lucanus, an Appulus anceps. Nā Venusinus arat, finem sub vtrumq; colonus. ea sita est in via Appia. ❡ Lucerna: carmine lucubrato. ❡ Agitem: insequar: notem? ❡ Sed qd magis: tacitā obiectionē diluit. Rñdet.n. iis qui possent dicere: longe satius esse si scribant fabulæ. ❡ Quid magis: subaudi scribam & fecter carmine. ❡ Heracleas.i. erumnas & fabulas de Hercule confictas. de qbus multa Diodo. in.v. Heracleas aūt legēdū est: nō autem herculeas. ηρακλης.n. græce dicit, Hercules latine. & possessiuū Heracleus penultima pducta. hac ratione: q apud græcos Heracleus scribitur per diphthongū ει sicut Aeneas: & spondæus, & Medæa: quæ diphthongus conuertit in e lōgam apud latinos. Heracles aūt interpretat Iunonis gloria. ηρα.n. gręce Iuno latine. & κλεος gloria: quasi Iunone persequēte magnā sit gloriam adeptus. Venusia

ASC. ❡ Nam Marius priscus exul.i. qui exulabat propter spoliationem Africæ: ab octaua sup. hora.i. voluptuosus. indulget genio suo & agit lætum conuiuiū incipiens ab hora octaua: cum secundum ritū romanū solūmodo hora nona inciperēt discumbere: & frangere toros discubitorios, Nam octaua hora palæstris & exercitantibus corpora debebatur. Nec ante nonam licebat meretrici publice pstare. Vnde a Persio nonaria dicta est. quāuis ergo Marius esset dānatus: quia plus surripuerat, q̄ restituerat bibit.i. potat: & lętum vultum agit ab octaua hora. & fruitur.i. ad voluptatem vtitur, Diis iratis: idest qui ipsi Mario visi sunt irati: quia permiserunt ipsum damnari. quem locum: quia aliter intelligo, q̄ alii, sic expono: Marius cum proconsul esset videbatur Diis fauentibus omnia agere: & tamen propter proconsulatum & magistratus onera erat haud dubie multis curis implicitus: ita vt præ solicitudine exporrigere frontem & hilarem cōuiuiū agere non posset. damnatus autem & priuatus magistratu illo: visus est Deos iratos habere: sed fruitur Diis iratis: quia capit voluptatem ex damnatione sui. bibit enim & obsonat libere, & secure etiā ab octaua hora. at: idest sed. tu prouincia: videlicet Africa victrix in iudicio: quia damnatus est Marius. ploras quia nihil vtilitatis consecuta es. Pecuniæ enim ablatę: quę tibi restitui debebāt ex auaritia publica senatus in ærarium, seu fiscum conuersæ sunt: quod hodie in multis locis conspicimus: vbi si quis furem rerum suarum deprehenderit nihil sibi: sed domino loci recuperauerit. Quia vero talia sūt iniquissima: ideo indignabundus poeta infert, non credam idest putas q non credam: quasi dicat non debes id putare: quia credo maxime. hæc: idest huiuscemodi scelera digna. supple esse lucerna: idest diligenti lucubratione & aperta taxatione venusina: idest Horatii: qui erat venusinus? & putas q ego non agitem: idest persequar hæc? quasi dicat: non debes putare. Sed quid sup. putas vt debeam agitare. Nūquid heracleas: idest fabulas de heracle: idest hercule Iunonis gloria: quasi dicat minime.

Aut diomedeas, aut mugitum Labyrinthi?
Et mare percussum puero, fabrumq; volantem?
Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi
Ius nullum vxori, doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso,
Cum fas esse putet curam sperare cohortis
Qui bona donauit præsepibus, & caret omni
Maiorum censu, dum pervolat axe citato
Flaminiam, puer Automedon nam lora tenebat
Ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ.
Nonne libet medio ceras implere capaces

IOAN. Brit. ¶ Aut Diomedeas: fabulas, & q̄ de Diomede & sociis eius narrant. Nam Diomedes Tidei & Deiphiles filius, Aetoliæ rex: cũ bello troiano Venerẽ trãsfixa manu vulnerasset conã tẽ Aeneæ filio suo auxiliũ ferre: id passus est incõmodi ut Venus in ultionẽ sui furorẽ libidinis Aegialæ uxori eius imiserit. Quæ correpta amore Stheneli cuiusdã calamistrati: quẽ Diome. domi tanq̄ bonorũ suorũ gubernatorem relique rat: cũ eo cõcubuit: & ab eo adiuta maritũ e bello Troiano redeuntẽ nõ admisit. Ille vero seu ab vxore fugatus, siue pudore vxoris adulteratæ in Italiam nauigauit ad Daunũ regem Appuliæ: vbi Arpos & beneuentũ condidit. Mox eũ ferũt in insulas q̄ duæ sunt Diomedeę appellatæ e regione promontorii Gargani cõtra Italiam nauigasse: ibiq; nũq̄ visum: socios in fluctibus submersos, in aues eẽ a Pallade cõuersos, q̄ Diomedeæ Dicunt. De q̄bus Pli. lib. x. ca. xliiii. Oui. Stra. & Soli. Virg. Et socii amissi petierũt æthera pẽnis: Fluminibusq; vagant aues. eas Iuba cataractas vocat. & eis esse dẽtes oculosq; igneo colore, cætero cãdidas tradẽs. ¶ Aut mugitũ labyrinthi. i. fabulã vulgatã de Theseo, de quo multa Diodo. in v. & Plutar. i eius vita. Quę fabula ita se hẽt: Androgeus Minois filius, cũ Athenas consensu oium Atheniẽsiũ cõcessisset regnãte ægeo: superetq; athletas oẽs: in amicitiã venit filiorũ Pallantis. At ægæus veritus, ne aliq̄ñ a Pallantis filius pp amicitiã androgei auxilio Minois pellereẽ regno: Androgeũ positis insidiis pficiscẽtẽ Thebas obtrũcat. Minos accepta iniuria bellũ atheniẽsibus indixit. Supatis iperauit: vt. vii. pueros: totidẽq; virgines singulis annis Minotauro, quoad viueret, vorandos mitterent. inter hos cũ Theseus mittereẽ: præcepit ægeus gubernatori: si Minotaurum superaret filius: vt albis velis domũ rediret: nigris si periisset. Theseum in Cretam delatũ, Ariadne Minois filia eius pulchritudine capta: occidẽdi Minotauri rõnem, Labyrinthiq; egressum docuit. Mugitum igiẽ intellige Minotauri, qui in Labyrintho Cretensi custodiebaẽ, quiq; a Theseo fuit interfectus: erat eni biformi specie. ¶ Labyrinthi: Labyrinthus ædificii genus fuit: qd' itinerũ ambages, occursusq;, ac recursus iexplicabiles continebat: crebris inditis foribus ad fallendos occursus: redeundũq; i errores eosdẽ. Labyrinthos q̄tuor docet fuisse Pli. Primũ in ægypto. Hincq; tradunt Dædalũ sumpsisse exemplar eius Labyrinthi, quẽ fecit in Creta. Sed cẽtesimã tñ portionẽ eius imitatũ. Secũdus hic fuit ab ægyptio Labyrinthus. Tertius in Lẽno. Quartus in Italia. oẽs lapide polito fornicibus tecti. ¶ Et mare pcussum puero: hoc est fabulã cõfictã de

Dædalus Icaro, & Dædalo eius patre. Dædalus enim atheniensis fuit (vt scri. Diodo.) Mitionis filius pclarus architectus, q a patria fugit: dãnatus ab ariopagitis ob inuõi cędẽ. Talus. n. sororis filius: cũ ab eo erudireẽ. Ingenii icumine rotã primũ figularẽ adinuenit. Mox cũ serpẽtis maxillã inuenisset: secuissetq; modicũ ligni: imitatus serpẽtis dẽtiũ spissitudinẽ: serram ferreã excogitauit. Inuenit pterea torni. Cũ igiẽ pluribus in rebus hoibus pfuisset: & pinde celebris eius esset apud oẽs fama: ab Dædalo inuidia vrgẽte interẽptus est: q̄ñ ei turpe eẽt gloria vinci ab adolescẽte. Dãnatiõe igiẽ sugiẽs i Cretã venit: Minoi ob artẽ fuit gratus. Labyrinthũ eni (auctore Plinio) ei (vt diximus) extruxit. Sed cũ Pasiphae Minois vxor tauri pulcherrimi amore deperiret: ei Dædali arte supposita in boue lignea inclusa: decantatũ fabulis Minotaurũ genuit. Fertur Minos iratus: cũ eum ad suppliciũ quæreret: nec is inueniretur: præmia inuentẽtibus proposuisse: Dędalus desperata nauigatione: alas sibi a Pasiphae absconditus fabricauit, & Icaro filio suo. Sed cum Icarus altius iter, vt adolescens, peteret: liquefacta calore solis cera: laxatisq; alarum compagibus in mare decidit. Pater uero in Siciliam ad regem Crocalum delatus est. Percussum igiẽ mare puero: subaudi Icaro, a quo postea Icarum mare denominatũ cõstat. ¶ Fabrũq; volantem: Dędalum. Sed hæc omnia fabulosa sunt. Historia autem hoc habet: Vela Icarũ & malum: antemnãq; Dædalum inuenisse: & proinde fictum eos volasse supra mare. Dædalus item (auctore Plinio) diciẽ iuenisse fabricam materiariã: & in ea Serram: Asciã: Perpendiculum: Terebrã: Glutinũ: Ichthiocollã. ¶ Cum leno accipiat: fœdã sui tpis auaritiã notat: quo multi mariti pecunię cupiditate ducti vxores suas ab aliis tractari permittebãt. Idẽ edocti dissimulare turpitudinis conscientiam: suspiciẽdo. i. lacunaria: aut stertẽdo, cum mœchus ingrediebatur. Idem etiam ab Horatio notatur. Sed iussa coram non sine conscio Surgit marito, seu vocat institor, seu nauis Hispanię magister, Dedecorum pretiosus emptor. i. qui magno pretio emit adulteria. Sensus est: Cur hæc ego magis fabulamenta secter: cum mihi ad reprehendẽdũ tam multa obscęna occurrãt: vt maritus vxoris suæ pudicitiã vendat? ¶ Leno accipiat: Domitia. (auctore Tranquillo) probrosis fœminis lecticarum vsum ademit: iusq; capiẽdi legata hæreditatesq;, nã multi adulteri plerũq; pteritis liberis bona sua relinquebant mœchis suis. Sed cum postea p legem Domitiani mœchæ adulterorũ suorũ bona capere non possent: ea bona maritis: qui tanq̄ vxorũ suarũ lenones erant relinquebanẽ. Ait ergo Iuue. Iuuentæ legi inuentã fraudem. ¶ Leno. i. ipse maritus: qui, dissimulato vxoris adulterio eam tractari ab adultero pmittit. Nam leno (auctore Vulpiano) is diciẽ: qui mulieres quæstuarias pstituit: & is q alterius negociationis nomine hoc genus vitæ exercet: vt puta si quis cauponam exercens: in ea corpora quæstuaria hẽat: vt multi solent sub prætextu instrumenti cauponii pstitutas mulieres habere. ¶ Si capiendi. i. qa ius capiendi legata: & hæreditates sublatum est vxoribus lege Domitiani. ¶ Lacunar: appellatione Lacunaris, & laquearis (nam vtrũq; accipimus in eadem significatione) intelligimus tabulata pensilia cœnationum, reliquorumq; ædificiorũ. Sene. lib. xiiii. epistolarũ: Nec in hunc vsum pinus: aut abies deferebaẽ longo vehiculorum ordine vicis intrementibus: vt ex illa lacunaria auro grauia penderent. Idem in eadem: Hodie vtrũ tandem sapiẽtiorem putas: qui versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat: vt subinde alia facies: atq; alia succedat: & toties tecta: quoties fercula mutentur. ¶ Stertere: differentia est inter stertere & dormire: vt quiq; stertit, dormiat. sed nõ omnis qui dormit, stertat. est enim stertere dormiendo strepitũ per nares emittere. ¶ Naso vigilanti: quia reuera nõ dormiat: sed somnum simulet. ¶ Cum fas esse putet: Cornelium Fuscũ designare videẽ: qui puer aurigæ officium præstiterit Neroni. Nã id in gratiam eius, qui eodẽ aurigandi studio tenebatur: multi ex nobilibus faciebant. Putabat. n. Nero pudorem aurigationis suæ tolli posse: cæterorũ nobilium multitudine aurigantiũ temporibus postea Domitiani cohortum prætorianarũ præfectus: bellum gessit aduersus Dacos: vbi occubuit. Vnde alibi. Et qui vulturibus seruabat viscera Dacis Fuscus marmorea meditatus prędia villa. Nobilem fuisse Fuscum ostendit Tacitus his verbis: Procurator aderat Cornelius Fuscus ingens ætate: clarus natalibus: Post Neronis tempora senatorio ordine deposito se in otium quietis cupiditate contulit. Sicq; poeta Fuscum notat nõ sine summa indignatione: q cũ fœdam egerit adulescentiã: audeat postea dignitatibus & honoribus se dignũ putare: quasi poeta innuat hoies tñ vitiosos ad honores puehi & sublimari. Nã (vt diximus) Fuscus pfecturã cohortũ ptorianarũ adeptus est: cũ

Leno

indignus videri possetiam fœdata adolescētia aurigatiōe.
Alii ēt sunt cōmentatores:qui nō de Fusco:sed de Tigillino
intelligendum putent:q Neroni gratissimus fuit: & pfectus
cohortis pↄtorianæ:is ætatē suā ipudice & libidinosam egit.
Tigilli/ De quo sic scri. Tacitus: Ophonius Tigillinus obscuris pa/
nus. rētibus:fœda pueritia:ipudica senecta:pfecturā vigilū & p
tori: & alia præmia virtutū: q velocius erat vitiis adeptus:
crudelitatē mox:deinde auaritiā: & virilia scelera exercuit:
corrupto ad oē facinus Nerone:quædā ignaro ausus:postre
mo eiusdē desertor & pditor. Idē paulo iferius sic ait: Tigil
linus accepto apud Sinuesanas aqs supremæ necessitatis nū/
cio inter stupra cōcubinaꝶ & oscula:sectis faucibus cōcidit.
Idē alibi: Nedū ille sænicus Tigillino.s.cū pellicibus suis co/
mitāte arma contra cieret. De eo itē sic Iosephus de bello iu/
daico: De Nerone referre recusaui:quēadmodum dehonesta
rit iperiū neqssimis hoibus Minphidio & Tigillino: & in/
dignissimis libertoꝶ pmissa rep Hinc ergo apparet Tigilli/
nū gratissimū fuisse Neroni: & bona sua cōcubinis & pellici
bus cōdonasse.potuit ēt i gratiā principis aurigare. Sed cū
in ambiguo sit:de quo poeta potissimū intelligat. Vnusqsq;
si neutrum hoꝶ pbabile visum fuerit:aliqd per se qđ ad lo/
ci explanationē faciat,excogitet. Satis est hūc locū ex iis esse
Cohors apud poetā:de qbus adhuc qrendum sit. Cohortis: cohors
pars decima est legionis. Nā in legiōe decē cohortes eē debe/
re tradūt:q de re militari scripsere. Cōstabatq; equitibus &
peditibus:sed maiora semp peditū numero.lege Vegetiū, &
Modestū. Præsepibus.i. equis alendis:si ad aurigationē re
feras.si aūt ad stupra cōcubinarū:præsepibus expone Lupa/
naribus: & pellicibus ipsis, Cicero in Pisonem: Verū audis in
psepibus:audis in stupris:audis in cibo: & vino. melius autē
est referas ad aurigationem: q bona impēderit alēdis equis.
Nā sequitur: Dum peruolat axe citato Flaminiā puer Autu/
medon Dū peruolat:cōsumpsit inquit bona maioꝶ: dum
in gratiā Neronis aurigat: & aurigæ officiū præstat ipsi Ne
roni. Qui(auctore Trāquillo)Sporum suū augustaꝶ orna/
mentis excultū:lecticaq; vectum: & circa conuentus merca/
tusq; Græciæ:mox Romæ circa sigillaria comitat̄ est idēti/
dē exosculans. Et licet Tranquillus lectica vectū scribat: po
tuit tñ & curru vehi. Dum puolat:ppositionē detractā no
mini addidit verbo:vt sit dū volat per Flaminiam. Flami/
niā,i.viā quam Caius Flaminius Lepidi collega deuictis Li
guribꝰ ab Roma Ariminū vsq; strauit. Puer Autumedō.i.
ipse Fuscus auriga:siue Tigillinus:vt Autumedonē posue/
rit pauriga:q Diorei fuit filius: & auriga Achillis: vn a poe
tis vsurpari solet pauriga. Ouidius: Tiphis & Autumedon
dicar amoris ego. Ipse tenebat.i.Fuscus, seu Tigillinus.
Cum se iactaret: hoc est cum ipse Nero per multa lasciuiæ
blandimenta comitaret̄ Sporꝶ: & sæpe oscularet̄. Nā iactare
se alicui:est seipm illi dare:ingerere:insinuare. Amicæ lacer
natæ.i. Sporo:quē ideo appellat amicā lacernatā: qa cū pdi/
te eū amaret:conatus est exectis testibus ēt in muliebrem na/
turā trāsfigurare: eū ēt cum dote & flāmeo p solēni nuptia/
rū celeberrimo officio deductū p vxore habuit.ergo amicā
lacernatam genere fœminino poeta per cauillationē appella
uit:ac si diceret:amicæ masculæ: hoc est amicæ quę vir oino
erat. Nā lacerna vestis est virilis:de qua antea: Tyrias humero
reuocante lacernas. Nonne libet medio ceras implere capa/
ces:aliā affert indignatiōis cām ad scribendū Satyrā. Nō ne
inqt ēt in quadriuio: & ppatulo libeat mihi scribere:quasi lo
co minime scriptoribus cōuenienti: cum poetæ secreta & se
cessus soleant qrere. Cum iam Regulus:q p falsa testamenta
est locupletatus:tāto fastu vehatur per vrbē: vt petulantius
nihil sit. Sicq; poeta conquerit̄ in pretio & honore dūtaxat
illos esseq p scelera ad eximias opes puenere: qualis fuit ipse
Marcus Regulus:de quo supradiximus illic: Magni delator
amici. De eo sic Plinius Iunior: Aspice Regulū: qui ex paupe
re & tenui,ad tātas opes p flagitia processit: vt ipse mihi di/
xerit: cum consuleret q̄ cito sexcenties sestertium impletu/
rus esset:inuenisse exta duplicata:qbus portēdi miles & sex/
centies habiturum, & habebit:si modo,vt cœpit,aliena testa

menta(quod est improbissimum genus) falsis his quoꝶ sunt
illa dictauerit. Hunc laudat Marti.assentādo, cum diues &
potens esset.vt ēt Plinius docet: eundem etiam testamētoꝶ
captatorem ostendit:oiumq; bipedum nequissimum appel/
lat. Non ne libet:non ne impetus est? Sic alibi: Vltra Sauro
matas fugere hinc libet. Ceras capaces: tabellas ceratas: in
quibus antiqui scribere solebant. Capaces:amplas: & quæ
multa capiant:cum & materia ampla sit.
CAVT sup.agitem magis Diomedeas.i. fabulas de Dio/ ASC.
mede & sociis eius. Aut fabrū.s. Dædalū architectū: aut Ica
rum filium eius volantem.i.fictum a poetis volasse propter
celerem fugam. Cum tamen leno.i.maritus fungēs officio le/
nonis in coniuge sua.accipiat bona mœchi.i.adulteri cōmi/
scentis cum vxore sua.si nullū.i.nō vllū. si nō est vxori.i. nō
habet vxor vllū ius capiēdi sup.hęreditatem ab adultero:qa
hoc vetuerat Domitianus. & iō inscribebant̄ mariti hære/
des:qui erāt lenones.i.(vt galli dicūt) ruffiani de vxoribus
suis dissimulātes se nescire. Vnde subdit.leno inquā doctus
.i.expertus & consuetus spectare.i.frequenter aspicere. lacu
nar.i.cōnexionem trabium in tabulatis:quæ qdem a solidi/
tate solaria vocāt. Tūc aūt spectabat qñ mœchus cōiugem
amplexus deosculabat̄.aut doctus stertere.i.stertendo dor/
mientem simulare.naso vigilanti.i. ipse vigilans & faciēs na
sum stertere. ad.i.iuxta.calicē.i.pocula:qbus se potum simu/
labat dormire: & tangit fm Mancinellum præcipue Tigilli
num. Pręterea non putē hæc esse digna lucerna venusina. &
sequar potius dictas fabulas. Cum iam dictus leno Tigilli/
nus:aut quiuis alius homo pditus adulatione. putet esse fas
sperare.i.merito expetere sibi curā cohortis.i.pfecturæ præ
torianæ.q donauit bona.i.diuitias suas.præsepibus.i.ad au
rigaturā: vt Neroni cōplaceat alendis. & qui sup. caret omni
censu maioꝶ.i.equis:q nullo patrimonio potens: sola adula
tione ad diuitias puenit:quas in alendis equis cōsumpsit: vt
Neroni complaceat. Caret ergo censu maioꝶ.i. patrimonio
sup.eo tpe.dū.i. quo tēpore ipse existēs puer Autumedon.i.
iuuenis auriga Neronis:sicut Autumedon erat vir fortis &
auriga Achillis.peruolat.i.quasi volando percurrit axe.i.illa
parte rotaꝶ citato.i.a parte totum accipiēdo: concitatis &
cōmotis velociter rotis.puolat.i. volat per Flaminiam sup.
viam.a Caio Flaminio stratam. Ideo aūt hoc fecit: qa fretus
erat auxilio Neronis. Nam tenebat lora.i.frena equoꝶ exco/
rio facta. dum ipse.i.principalis videlicet Nero:cuius currus
agebatur ab eo:sicut currus Achillis ab Autumedonte. iacta
ret.i.frequēter se iniiceret amicæ lacernatæ.i. in amplexum
spori.i.pueri emasculati:quē Nero vt verā coniugē solēniter
duxerat.ergo amicæ lacernatæ.i.induēdæ veste virili.i. ma Prosta
sculi:quo Nero vt muliere abutebat̄. Pupilli pstantis: pstare re.
est ante lupanar stare: & expectare aduentantes ad stuptum Prouin
qđo in Italia olim pueri imberbes pstabant. Prouincia dicta cia
est:quia pro,i.ante victa:vel quia porro.i. longe ab Italia vi
cta.ad quam regendam & tenendam in obedientia mittebā
tur proconsules. Quia vero difficile est aut victos,aut longe
positos regere:ideo prouincia p duro & difficili negocio sæ Lucer
pe capitur. Venusina lucerna: Probus dicit q Venusii fiebāt na
laternæ leues:quæ vili precio vendebantur: & ita fm eā poe
ta opus suum vili consta re fateret̄:sed nihil pcedit. Scienus
autem lucernam a luce dici correpta tñ syllaba. Vnde ppter
tersam & apertā reprehensionem Horatii potuit lucernā di
cere. Sed mea snia est: vt vigiliā & lucubrationē horatia: nā
intelligas. Res enim diligenter & quasi a pugilātibus factę
sicut orationes Demosthenis:dicunt̄ lucernas olere. Si legis
heracleas:est versus spōdaicus. Heracles enim cum apud græ
cos habeat iatliterā primam pducit: & secundam si vis posi/
tione: & tertiā more græco. Herculeius autē,siue Herculeus
dicatur,qa latinū est,eandē corripit. Sicut aūt a Priamus fit
Priameius:ita a noiatiuo Hercules fieri pōt Herculeius. &
ita aut heracleas aut heracleias legi posse sentit Manci. sed
priameius antepenultimā producit qdē:sed corripit penulti
mam. qđo si herculeias legatur versus non constet. lege ergo
secundum Probū heracleas, Cætera manifeste exposita sunt,
Nonne

Quadriuio? cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atq; inde patens, ac nuda pene cathedra,
Et multum referens de Mecœnate supino
Signator falso, qui se lautum, atq; beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.
Occurrit matrona potens, quæ molle calenum
Porrectura viro miscet sitiente rubetam,
Instituitq; rudes melior Locusta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si uis esse aliquis. probitas laudatur, & alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,
Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quem sponsæ turpes? & prætextatus adulter?
Si natura negat, facit indignatio versum
Qualemcunq; potest, quales ego, vel Cluuienus.

Nonne libet medio &c. Alia scelera quæ sine satyrica taxatione videre nõ põt enarrat dicẽs: Nõne libet. i. placet: cum quadã animi affectione. iplere scriptura. s. satyrica. ceras capaces. i. igẽtes pugillares vel tabulas ceratas. & hoc medio. i. in medio. quadriuio. i. loco publico: quo ex quatuor partib' plures cõueniunt, q. d. manifeste & nemine contradicente.

IOAN. Brit. Quadriuia

Ex-phororum

¶ Quadriuio: quadriuia dicuntur spatia vnde quatuor viæ delectantur: sicut triuia: vnde tres. ¶ Cum ferat: hinc est omnis idignatio. ¶ Sexta ceruice. i. exaphoro: hoc est lectica gestata a sex seruis: qui lecticarii (vt diximus) appellabant. ¶ Hinc atq; inde patens. i. cuius latus neutra ex parte sit stipatum: cũ solus sit in lectica. Nam delicati erat, & luxuriosi solum gestari: vt supra de Mathone causidico aut reuera patẽs: idest qui ab vtraq; parte pateret: & conspici posset. ¶ Cathedra. i. lectica: quam etiã sellam appellãt. Mart. lib. iiii. in Afrum salutantem: Nec vlla cathedra est: Cui non mane feras irrequietus aue. ¶ Pene nuda: pene vacua: cum in ea nemo esset præter eum. Nam & littus nõ dum in quo nulli sint habitatores appellamus. Papinius in siluis: Nec littora pauper Nuda tenes. i. vacua: & sine ædificio. Alii aũt (quod omnino placet) intelligunt nudam: idest detracto velamento: vt conspiciatur. nam lecticæ ita se habebant: vt ab vtroq; latere possent aperiri. Multum referẽs: multum delitiis Mecœnatem reddens: ac si dicat: mollis & delicatus: qualis fuit Mecœnas. eum enim delicatum fuisse ostendit Seneca his verbis: Quõ Mecœnas vixerit notius est q̃ vt narrari nũc debeat: quõ ambulauerit: quomodo delicatus fuerit. Nõ oratio eius æq; soluta est, q̃ ipse discinctus. Item non statim hæc cũ legeris hoc tibi occurret: hunc esse q solutis tunicis in vrbe semper incesserit. Nam ẽt cum absentis partibus Cæsaris fungeretur signum a distincto petebat. Alibi Iuuena. Vestem purpureã teneris quoq; Mecœnatib' aptam ab Horatio Malthinus appellatur. μαλθα enim cerã mollẽ significat. Demissis Malthinus tunicis obambulabat.

Supin'

¶ Supino: molli & delicato. Mart. Nusquã delitiæ supiniores. i. molliores. Supinus item pro supbo & erecto ponitur. Persi. Italo q honore supinus Fregerit Heminas Areti ædilis iniquas. Supinũ ẽt dicimus cũ quis versa facie ad cælũ cubet. ¶ Signator: signatores ait Pedianus eos esse: q aut testamentis: aut causis se subsignabãt. Hi aũt testes erant: quos septem esse oportebat: qui testamentis signacula imponebant: atq; se subscribebãt: nequa fraus fieri posset. possunt autem oẽs testes (vt tradit Iustinianus imparor) vno annulo signare testamentum. ¶ Falso: aduerbiũ est. i. falso signator. vt sit falsarius signator. ¶ Lautũ: delicatum, & diuitẽ. Nã lauti appellant: qui in victu delicatiora & electa sectantur: a politioriq; cultu domestico viuũt. ¶ Exiguis tabulis: modicis testamẽtis. i. quæ modico verbo℞ amfractu cõdita essent. & oia bona vni relinquerent non adhibita multa scriptione: iuxta qđ dictũ est illud in Satyra. xii. Atq; oia soli Forsan Pacuuio breuiter dabit. i. paucis verbis: cum eum relinquat hæredem ex asse. ¶ Gemma vda. i. annulo signatorio: qui saliua humectatus imprimitur ceræ. Nã multi signauere gemma annulo inserta. multi & auro tm: vt Claudii Cæsaris principatu reptum. ¶ Occurrit matrona potens: ita dictum: quasi ei ambulanti occurrat matrona venefica: vel occurrit in mentem mihi venit. vt sit adest ẽt matrona venefica: quæ reprehendenda est mihi. Et p hanc quãcunq; veneficam nonnulli intelligi volũt: quæ tpibus poetæ veneficia misceret. Alii vero specialiter de Agrippina Claudii vxore: in qua opinione & nos sumus: intelligi volunt: quæ (vt scribit Tranquillus) Claudium maritũ medicato sustulit boleto post adoptatum Neronẽ. Nam poeta ita plerũq; de mortuis loquitur: ac si viuerent, p̃sentesq; essent. vt de Crispino: Mario Prisco: Mathone causidico. ¶ Potẽs: vtpote Claudii imperatoris vxor & mater Neronis. Nam matrona semp dicitur de nobilioribus. Sueto. in Vespasiano sic ait: Agrippinã timens potentem adhuc apud filiũ. aut potens: q (vt auctor est Cornelius tacitus) summam terũ ex arbitrio diu moderata fuerit. ¶ Porrectura molle calenum. i. venenum vino inditum. Nam venenum vino misceri tpibus Iuuenalis maxime in vsu erat. Martia. Diceris hac cælebs factus quater esse lagœna. i. veneno lagœnę infuso. ¶ Molle: lene & suaue. Vir. Tunc & mollissima vina. ¶ Calenum: vinum cãpanũ: a Calibus ciuitate Campanię. de qua Virg. lib. vii. O uiq; Cales linquunt. Tota. n. Campania (auctore Plinio) optimi vini est feracissima. ¶ Rubetam: veneficum ex rubeta. Ranæ. n. rubetæ (vt scribit Pli. lib. viii.) & in terra: & in humore viuunt plurimis refertæ medicaminibus: quæ deponere quotidie: & resumere pastu dicuntur venena tãtũ sibi reseruãtes. Idẽ in. xxxii. Sũt quæ in vepribus tm viuũt: ob id rubetaℜ nomine, quas Græci phrynos vocãt. grandissime cunctarũ: geminis veluti cornibus plenæ veneficiorũ. Idẽ lib. xxv. cap. ix. Sunt & ranis venena rubetis maxime. ¶ Viro sitiente: pro sitienti. vt sit casus pro casu. sic Ouid. Et fas omne facit fratre marita soror: pro fratri. Et Vir. Hæret pede pes. i. pedi. & alibi: Nec sospite dirũ Optabis nato funus p sospiti nato. ¶ Locusta. i. ipsa matrona tanq̃ Locusta magistra. (Est. n. casus noiatiui). Nã Locusta mulier fuit veneficii peritissima: q̃ imperãte Nerone velocissimũ & p̃sentaneũ venenũ coxit: qđ Britãnico cœnanti dedit: quo gustato statim concidit. ¶ Melior: peritior cæteris. ¶ Instituit: docet. ¶ Rudes ppinquas: rudes alias matronas vicinas. Alludit aũt ad historiã. Nam & Nero Locustæ pro nauata opera impunitatem, prædiaq; ampla, sed & discipulos dedit. ¶ Efferre: verbum est funebre. Terentius: Effertur, Imus, ad sepulchrum venimus. ¶ Nigros: propter venenum. ¶ Per famam & populum. endiadyo est. i. per famam populi. nã varius solet esse populi rumor orta veneficii suspitione. ¶ Aude aliqd: mira excandescenti. a hoc dictum: adiuuandumq; est gestu: vt & rei indignitas: & indignatio dicentis exprimatur. Nõ est ingt mirum si tam multa flagitia fiunt in vrbe: cum iam nullus sit in pretio: nisi qui sit impense sceleratus. vt sit sensus: Si vis in vrbe Roma in aliquo esse pretio: aude aliquid dignum carcere, aut exilio. vnde Pli. Iunior ad hãc s̃niam sic ait. In ea ciuitate in qua iampridem non minora præmia: immo maiora nequitia, & improbitas, q̃ pudor, & virtus hñt. Sicq; poeta improbos tẽporis sui mores notat. ¶ Breuibus Gyaris: hoc est paruis insulis: qualis est Gyarus vna ex Sporadibus. Nam damnati in insulas modicas relegabant: tanq̃ ad pœnam grauioris exilii. vnde illud in satyra decima: vt Gyari clausus scopulis, paruaq; Seripho. Titus (auctore Tranquillo) delatores assidue in foro flagellis, ac fustibus cæsos, ac nouissime traductos per Amphiteatri arenã: partim subuci mancipari iussit: partim in asperrima insularum auehi. ¶ Criminibus debẽt hortos: dupliciter hic locus exponi potest: vt sit sensus: Romani, inquit, debere uidentur (vt recitauimus ex sententia Plinii) ingentia premia improbis,

Cales

Rub

& sceleratis: vt ex eo pendeat: Aude aliquid breuibus Gyaris: vel sic. quod magis placet: Si inquit improbus, & nefarius fueris: opes & dignitates adipisceris. nam alii scelerati, qui hortos delicatos: magnifica prętoria, & alia huiusmodi bona possident: debent ea omnia criminibus: quia adepti sunt illa per crimina & flagitia. Estq; trãslatio a debitore: q creditori debet pecuniam mutuo acceptam. Sic enim dicimus industriæ magistri: omnem doctrinam tuam debes. Et patriæ conseruatio Ciceroni debetur. Vnde est etiam illud Plinianum in septimo: Versum heroicum Pythio oraculo debemus. vt sit sensus: Agnoscimus beneficio oraculi Pythii versum heroicum nos habere. & illud in octauo: Corporum tutela pecori debetur. Tale est illud Iasonis ad Medeam in vii. Meta. O cui debere salutem Confiteor coniux. erit ergo sensus: Scelerati homines agnoscũt bona, quæ possident beneficio scelerum se esse adeptos.

orti

¶ Hortos: qui ad amœnitatẽ tantum, & voluptatem parantur: variis consiti arboribus, & numero tantum pluratiuo. Hortos magnificentissimos habuit Mecœnas in Exquiliis. Itẽ Lucullus: in quibus Messalina vxor Claudii occisa fuit.

ræto/ ium

¶ Prætoria: hoc loco magnifica in agris ædificia intelligit. vnde Trãquillus in Calligula: In extructione prætoriorũ atq; villarum. Idem in Tito: Cuncta prætoriorum suorum ornamenta: operibus, ac templis destinauit. Mart. Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum. Prætorium etiam appellamus imperatoris tabernaculum in castris: vnde præfectus prætorii. & Cohors prætoriana: quæ circa pretorium vigilaret, Atq; assideret. ¶ Mensas: citreas intelligit. quæ tantæ erant taxationis: vt tanto auro rependerent. Mart. Accipe felices athlantica munera siluas: Aurea q dederit dona minora dabit. ex Athlãte enim monte Mauritaniæ mittebantur harum sumptus fœmininæ: vt docet Pli. lib. xiii. viris exprobrant: cum ipsis luxus margaritarum exprobraretur a viris. eæ pcipuo erant in pretio: quæ caudas pauonum vndatim immitterent. Vñ Seneca de tranquillitate: Placet mensa non varietate macularum conspicua. ¶ Argentum vetus. i. pocula argentea antiquis (vt ait Seneca) nominibus artificum nobilia. ea & Archetypa dicebant. ἀρχαῖος enim antiquũ significat. & τύπος formam. Pli. item scribit: Subito ars cælandi argenti exoleuit: sola iam vetustate censetur vsq; attritis cælaturis: vt ne figura quidem discerni possit. ¶ Et stantem extra pocula caprũ: nam variæ in poculis figuræ excidebant: maximeq; caper: quod animal sit sensum Baccho. Mart. in. viii. Stat caper in phiala Thebani vellera Phrixi Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror. Ea aũt vasa Anaglypha sunt appellata ab asperitate & cælaturis eminentibus. ¶ Stante extra. i. extãtem & cælatura eminentẽ. Ouid. in Metamor. Sed altius Extantem signis. multæq; in pondere massæ Ingentẽ manibus tollit cratera duabus. Vir. in. v. Cratera impressũ signis. ¶ Quẽ patitur: alia indignatio scribendæ Satyræ: turpitudinẽ sui tẽporis notat. Duo enim reprehẽdit: & q Soceri, vt libidinentur nurus suas pretio corrumpant. & q nurus lucri cupiditate soceris suis nefando concubitu obsequanẽ. Alii vero (qd' nõ placet) exponunt: deprehendi soceros: q pecunia nurus corrumperẽt: vt pueris sui facerent copiã: quibus postea deprehensis ipsi soceri abuterenẽ.

orrũ/ ere

¶ Corruptor: stuprator. nã corrumpere plerũq; accipitur p adulterare & stuprare. Tranqllus in Cæsare: Constans opinio est plurimas & illustres fœminas corrupisse. Idem in Domitia. Fratres filiã adhuc virginẽ non multo post alii collocatã vltro corripit. Idem in eodẽ: Nec d fuerunt, q affirmarẽt corruptũ Domitia. & a Nerua successore mox suo. i. stupratum. Corrũpere item capitur: cum aliquẽ pretio inducimus ad aliquid inhonestum faciendũ. vnde dicimus corruptum esse iudicẽ. Corrumpere ẽt dicimus: cum aliquem a virtute in vitia deflectimus: vñ appellamus mores vrbis esse corruptos. i. deprauatos: & a prioribus vestigiis obliquatos. ¶ Auaræ: quę magis lucro, q̃ pudicitiæ consulat. ¶ Quem. s. poetarum. ¶ Patitur dormire: silere, & non moueri ad Satyrã scribendã? ¶ Quẽ sponsæ turpes? quem. i. poetam patiũtur dormire, & nõ excitari ad Satyram? aliud enim obscęnissimum vitium sui tẽporis notat: hoc est viros viris nubentes. Nam multi reperiebantur: qui solemni nuptiarum ritu nuberent. qd & a Nerone factum fuisse scribit Tranqul. qui ita Doryphoro liberto: vt ipsi Sporus denupsit: voces quoq; & eiulatus vim patientium virginum imitatus. Alibi Iuue. Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotẽ. & paulo infra: Quæ causa officii: quid quæris? nubit amicus. Sponsas igitur turpes intellige viros: qui viris nuberent. ¶ Adulter prętextatus: illud ẽt conqueritur poeta: q pueri in ea ætate: quæ ab omni turpitudine maxime resilire debet: iam adulteria nouerint. qd & ætate nostra nõ sine quadam naturæ iniuria fieri videmus. Præte/

xta

¶ Prætextatus. i. puer adhuc. Nã prætexta vestis erat: qua pueri vsq; ad quartumdecimum ætatis suę annum vtebantur dicta (auctore Macrobio) q ei purpura prętexerenẽ. amicitiam puerilem prętextatam appellat Mart. Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis: Et prætextata cultus amicitia. vt autem prætexta vteretur ætas puerilis. Institutũ fuit Tarquinii Prisci: qui deuictis Sabinis triumphũ egit: filiumq; suum annos. xiiii. natum: q hostẽ interfecisset: bulla aurea & prętexta donauit. vnde hęc ingenuorum puerorum insignia esse cœperunt. Cum antea instituto Tulli Hostilii tertii Romanorum regis: prętexta esset magistratuum. Bulla vero gestamẽ triumphantium sumpto vsu ab Hetruscis superatis. Sed de hoc supra latius dictum est ex auctoritate Macrobii. ¶ Si natura negat: tam multis inquit: tamq; variis contaminata est ciuitas vitiis. vt si a natura negatum sit carmen ad ea exagitãdo: ipsa tamẽ animi indignatio carminis faciendi rationem subministret. bene autem ait: Si natura negat. Nam ex sententia Democriti poetica natura magis q̃ arte constat. In qua persuasione ẽ & Cicerone pro Archia vbi ait: Cæterarũ rerum studia & doctrina & præceptis & arte constare: poetam natura ipsa valere: & mentis viribus excitari: & quasi diuino quodam spiritu inflammari. Est autem sententia generalis: quam tamẽ sibi accommodat: vt dicat ipsã indignationẽ posse vel facile vnicuiq; etiã rudi versum subministrare posse. ¶ Qualemcunq; potest: scilicet facere etiam si non sit decora elegantia. ¶ Quales ego. vel Cluuien⁹: sensus ẽ & ordo: Indignatio facit versum qualemcunq; potest: & talem qualem ego facio, vel Cluuienus facit. Satyrice autẽ meritum suum se nominando extenuat: vt licentius Cluuienũ notet: vt malum poetã sui temporis. Solent enim poetæ breuiter & vrbaniter p traxitum hoies notare. vt alibi Laufeiã. vt mulierẽ bibacem, & ebriosam notat: Quãtũ Laufeia bibebat. Horatius Damalim: Non multi Damalis meri Bassum Threicia vincat amysthide.

ASC

¶ Cum. i. quia ita ẽ q signator. i. sigilli ipressor. falso. i. p falsitatem & dolos imprimens vbi non deberet. quę fecerat se lautum. i. mundum & splendidum. & beatum. i. bene habentem & diuitem. & secundũ opi. vulgi felicem. exiguis. i. modicis tabulis sup. testamẽtariis. & gemma. i. sigillo insculpto in gemma vda. i. madefacta saliua ne cera adhæreat. i. qui factus est diues ex hoc q sigillo suo signauit falsa testamenta vel alioꝝ testamenta vsurpauit sibi, vt Regulus secundum Plin. cum ergo talis falsarius olim pauper & abiectus. ferat. i. porteẽ iam sexta ceruice. i. hexaphoro: scilicet lectica: quã sex ferebant. patens. i. apertus. ut uideaẽ ad iactantiã. hinc atq; inde. i. utrinq; siue ab utraq; parte: ac pro & cathedra eius existente sup. pene. i. quasi. nuda. i. discooperta & oib⁹ conspicua. referens. i. repręsentans multum de Mecœnate equite illo amico Virgilii & Horatii: cęterorũq; poetaꝝ bonoꝝ. supino. i. molli: & sibi indulgẽti. Sic. n. Mãcinellus & Calderinus ptinaciter asseuerãt: Valla cõtra. dicit. n. supino. i. supbo, siue erecto &c. Si uacat audire sniam nostrã: Pronus & supinus contrario modo se hñt. nam pronus est cui facies in terram incumbit: vnde Ouid. Pronaq; cum spectant animalia cætera terras. Supinus autẽ cui os sublime, & ita erecta est ceruix: quod apud Hieronymũ signũ est supbiæ. Quod autem Calderinus dicit supinum non legi pro elato aut superbo: vt apud Persium quidem dicentem: Italo q honore

supinus:

supinus:cum ibi pro molli capiatur. longe(quod cum venia
eius dico)oberrat. nam cui nõ vero similius videbitur queq̃
honor ch:bito potius superbum & elatum effici:cum id na
tura vocabuli exigat potissimum q̃ mollem. quod vero au
ctoritate Senecæ Mãcinellus asserit Mecœnatẽ solius mol
liciei argutum esse:& nusq̃ de superbia notatum:fatemur q
dem ipsum pro modestia laudatũ ab Horatio cum nemine
fastidiret: tamen eundem incessum:eũdemq; habitum pom
posum:quem Mecœnas per molitiem habuit:i potuit Re/
gulus aut quis alius ex humili fortuna ad diuitias ingentes
euectus ad summã superbiam habere. & ideo dixit referens
multum de Mecœnate supino.i. erecta ceruice:& luxurio/
so habitu incedente:q:a consimilem retulit habitũ, & similem
erectionem ceruicis:signũ maximæ superbiæ in homine hu
mili loco nato: quod i his qui sunt regali ꝓsapia geniti tole
rabilius est:qualis fuit Mecœnas. vnde i principio carminũ
Horatii:Mecœnas atauis edite regibus.sed procedendũ est
mihi. Occurrit supple cogitationi meę matrona.i mulier ma
trimonio data:potens.i. valde diues & p diuitias plurimũ
valens quæ porrectura.i,talis quæ debeat porrigere eo q
diues. vel porrectura:quãdo ẽ porrectura: quale illud mol
le & suaue, miscet.i. commiscet ipsum. rubeta.i. veneno rubẽ
tę:& hoc viro sitiente.i. dum videt virũ sitire. Siciens enim
auide & sine disquisitiõe bibit:& ita venefica mulier captat
opportunitatem ne deprehẽdatur:& vt frustra conetur. Est
aũt sic meglior constructio,q̃ dicendo sitiente p sitienti:ab
latiuum pro datiuo poni. Sunt enim ablatiui i designatiõe
sequelæ positi. posset forte viro bis cõstrui semel cum por
rectura in datiuo:& semel cum sitiente:& id absolute in ab
latiuo.q; pro &. & quædam melior Locusta.i. quædã vene/
fica peritior q̃ illa prior Locusta:quæ erat tẽpore Neronis.
instituit.i. per institutiones suas edocuit propinquas.i. vici/
nas suas. rudis vel rudes.i. imperitas & ignaras veneficii. ef
ferre.i. facere exportare per famam & populũ.i. fama id no
tificante & populo patiẽte hoc est manifeste & impune. ma/
ritos nigros.i. a se veneno iſectos & luridos effectos. Est au
tem Locusta nominatiui casus:vt docet vltima syllaba quę
breuis est Non est ergo ordo melior.i. peritior mulier Locu
sta.i. q̃ fuerat Locusta melior.i. quędam uenefica peritior q̃
illa prior. Per excellentiam enim potest Locusta pro uenefi
ca poni. sicut Hector pro viro forti apud Ouidiũ dicentẽ:
Illic & multos Hectoras esse putat. Melior autem bonitate
artis non morum.i. peritior. Quod aũt non sit dictum p en
diadem per famã & populum.i. per infamiam populi:sed si
cut dixi:per famã & populum.i. populo sciẽte & non damã
te. immo quodam modo assentiente:patet per sequentia. est
enim ac si dicat quis:Qui potest fieri vt populus sciat:& nõ
petat vindictam, & respondeat poeta. tñ abest vt malefici
modo puniantur:vt ẽt honoribus accumulentur. Vnde in/
fert. Aude.i. audacter effice. aliquid.i. aliquod facinus dignũ
in malã partẽ capitur. breuibus Gyaris.i. exilio in Gyaron
quod est grauissimũ. Vel potius distingue vt tria dicat:Pri
mo dignũ breuibus.i. exilio:vel deprehensione ad breuia.i.
maria uadosa & scopulis, arenisq; plena : unde difficillimus
est exitus. De qbus Virgili. i primo Aenei. In breuia, & Syr
tes vrget miserabile visu. Secundo dignũ Gyaris.i. exilio nõ
unius illius insulæ ad quã noxii delegabant:sed plurium. si/
cut Horatius: Si tribus antyciris &c. moris enim est:i dignã
tes vnam rem in plures efferre. Tertio & dignũ carcere.i. in
carceratione perpetua. si vis esse aliquid.i. haberi in aliquo
ꝓtio: vel esse aliquid.i. effici magnæ reputationis. Nã aliqd
aliquando magnum quid significat. sicut alibi. Est aliqd sese
unius dominũ fecisse lacertę. Et apud Persium Saty. ii. Sese
aliquem credẽs Italo q; honore supinus Fregerit Heminas.
Sunt qui legant aliquis:qd idem est. Probitas.i. uir probus
laudat:q:a(ut dicit Valerius maxi. lib. iiii.)magno ubiq; pre
tio uirtus ęstimatur. Virtus enim est tã pulchra:ut ẽt a malis
laudetur. usq; adeo ut Persius pro summa pœna malis fieri
exoptet uirtutem:ut uideant, intabescãtq; relicta. Probitas
ergo:idest uir probus:laudatur etiam ab improbis, & alget:

idest frigore conficitur. nemo enim vel trita lacerna virum
bonum donauerit. Sciunt enim multi quid agere debeãt:&
ita laudant bonos:sed agere nolunt. Vnde dicit Ouid. Lau
damus ueteres: sed nostris utimur annis. Ipsi autem diui/
tes debent criminibus suis : uepote per quæ eas acquisiue/
runt:uel debent criminibus:idest criminosis hominibus:qui
bus obnoxii sunt propter scelera : q̃ per ipsos perpetrarunt:
uel quorum complices sunt. debẽt inquã hortos uoluptatis:
scilicet causa:arboribus cõsitos. Prætoria:idest prætoribus
digna ędificia:aut forte pretiosa sedilia in hortis cõstructa:
& mensas ex pretiosissimo ligno :aut forte ex marmore. &.
argentum vetus:idest veteris cælaturæ. vel a vetere & lau/
dato artifice sculptum. vel reuera vetus:quia argẽtum quo
veterius, eo melius. & caprum.i. signum capri stãtem extra
pocula:idest eminentem vel signũ eminens in exteriori par
te poculi:quod inaurari solet:vt tangit Mancinellus:quem
patitur &c. Affert alias causas indignationis suæ:ex quibus
infert difficile esse Satyrani non scribere dicens. Quem cor/
ruptor auaræ nurus idest q cohortatur eam vt sinat se viola
ri. & quæ facile assentitur:quia auara patitur dormire:idest
non solicitum esse de Satyra scribenda. & quem sponsæ tur
pes i. infames & adulteræ:vel reuera masculi:qui nubebãt
viris:vt sponsæ. patiuntur sup. dormire. & quem adulter p̃
textatus.i. puer nobilis adhuc imberbis. qui uestitur scilicet
prætexta:patitur dormire? q. d. neminem quia si natura ne/
gat versum:idest si quis nõ est omnino natus ad carmen:ta/
men indignatio de tot sceleribus facit versum:si non elegã/
tem:qualemcũq; potest: talem sup. quales versus ego sup. fa
cio vel Cluuienus minus eruditus poeta ille facit. Credo iã
omnia etiam mediocri ingenio fretis cõstare:sed quia imbe
cilioribus hanc operam narro:repetam pauca. Ceras capa
ces dicit:quia in tabulis ceratis antiquitus scribebant potis/
simum carmina cõponentes:vt delere possent. Quadriuiũ
est locus publicus:quo quatuor viæ concurrunt. eo aũt po/
pulus conuenire consueuit publica carmina auditurus quæ
vulgares poetæ cõposuerant. Vnde in Bucolicis:Num tu in
triuiis indocte solebas Stridẽti miser stipula disperdere car
men. Gemma vda.i. madefacta ne cera adhęreat. Nobiles. n.
& ꝓdiuites sigillum, siue(qd vulgo dicunt)signetum:in gẽ
mis insculpi fecerãt. Corruptor nurus:vidilicet socer. Cau
sa uero ob quã nurum suam corrũpi velit: non est auaritia:
quia tunc diceret corruptor auarus:sed longe turpior, quam
Calderinus sic recitat:Vxores a viris coactæ pueros molles
in adulteria alliciebant: vt iis dephensis viri abuterẽtur. vñ
Martialis ad Gallũ:Subdola famosæ moneo fuge retia mœ
chæ:Leuior o conchus Galle cytheriacis. Idẽ alibi:Vxorem
nolo Thelesinam ducere:quare? Mœcha est:sed pueros dat
Thelesina volo. Eãdem de causa dixit & pretextatus adul/
ter. Nec vacat quod dicit: Nurus auaræ : quia cum vxor sit
iam ꝓfecta:facilius nurus:idest vxor filii pueres allicit. Nec
alliceret tamen:cum non sit filia:sed nurus:vnde non posset
honeste cogi:nisi esset auara. Turpes sponsæ: idest masculi.
Nam si meretrix nubat non ob id erit turpis:idest in honesta
sponsa:quia honestior est q̃ prius:Per transitum autem tan/
git more satyrico ineptitudinem Cluuieni in carmine.
Quod autem mutauit numerum dicens:Quales ego: metrũ
fecit vel respexit ad pluralitatem:subauditur autem versus:
quia qualis quantus &c. volunt conformari cum sequenti.
Addamus ad ea quæ Mancinellus dicit ibi:Si natura negat:
quod poeta videtur imitari Virgilium in Bucolicis dicen/
tem:O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ Spiritus:
& quantum sat erit tua dicere facta. Non me carminibus vin
cet:nec Thracius Orpheus : Nec Linus : huic mater : quãuis
atq; huic pater assit &c. In quibus Virgilius non præfert se
Orpheo:Lino:& Pani:sed dicit se tam vberem habiturum
materiam:vt pulchritudine eius fretus nõ possit ab illis vin
ci. Sic etiam Iuuenalis non dicit sibi negatum a naturã car/
men:sed quamuis esset negatum:dicit se posse versum confi
cere ex indignatione tot scelerum:& ex hubertate materiæ.
vnde subdit quæ sequuntur.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Nauigio montem ascendit, sortesq; poposcit,
Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.
Quicquid agunt homines, votũ, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri farrago libelli est.
Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore videbis
Armigero. simplex ne furor sestertia centum
Perdere? & horrenti tunicam non reddere seruo?

¶ Ex quo Deucalion: sensus est & ordo: Quæcunq; vitiorum genera valuerunt inter mortales: ex quo genus humanum instauratum est a tempore Deucalionis: votum: scilicet ira: timor: & cæteri affectus: sunt farrago & materia nostri libelli. Pollicetur se de omni genere vitiorum esse dicturum: quæ inter mortales viguerunt: vsque a temporibus Deucalionis. ¶ Deucalion ascendit montem: nota est fabula carmine Ouidii. Temporibus enim Deucalionis & Pyrrhæ eius vxoris diluuium fuit: quo vniuersus orbis submersus est. Deucalion vero solus cum Pyrrha in cacumẽ montis Parnasi fugiens: illic tandiu fuit: quo ad æquor desedit. Mox cessante diluuio in planum descendẽtes oraculum Themidis de instauratione humani generis consulerunt: acceperuntque ossa matris post terga iaciendasic enim posse genus humanum recuperari. Cum igitur dii anxii fuissent vbi nam possent ossa matris inuenire. Demum intellexit Deucalion terram matrem esse omnium rerum: lapides vero ossa terræ dici. Itaq; cum ab vtrisq; lapides iacti essent post terga: quia viro iacti sunt in viros: qui a muliere in feminas conuersi sunt. Sicq; humanum genus est reparatum. Veritas vero alia est. Nam (ut scribit Iustinus libro vndecimo) Amphiteonis Athenarum regis temporibus aquarum illuuies maiorum Græciæ partem absumpsit: superfuere quos refugia montium cœperunt: aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus euecti sunt: a quo propterea genus humanum conditum dicitur. ¶ Montem: Parnasum. ¶ Nimbis tollentibus: imbribus æquor augentibus. Nimbi sunt proprie imbres repentini, præcipites, & improuisi. Pluuiæ vero sunt iuges. ¶ Sortes: oracula Themidis. ¶ Caluerunt anima: secundum eos locutus est: qui igneã animam esse dixerunt. ¶ Quicquid agunt homines: omnes inquit animi affectus quibus hominum mentes perturbantur. & sic a ratione discedunt: sunt farrago & argumentum operis nostri. ¶ Votum: desiderium, & appetitio alicuius boni. Poeta alibi: Quid tam dextro pede concipis: vt te Conatus non pœniteat votiq; peracti. ¶ Timor: opinio magni mali impendentis. ¶ Ira: ex philosophis quidam (vt scribit Seneca in primo de ira) dixerunt iram breuem insaniam esse. vnde Horatius: Ira breuis furor est. Alii vero (vt scribit Cicero in Tusculanis). Iram libidinem esse vlciscendi eius: qui videatur fecisse iniuriam. Seneca in secundo de Ira ita diffinit: Ira est cõcitatio animi ad vltionem volũtatis iudicio pergentis. ¶ Voluptas: duplicem scimus esse voluptatem: & honestam, & inhonestam. Honestam: cum illam ponimus ad demonstrandam animi hilarem affectionem. vt si dicamus: Ex lectione Plinii non solum fructum: sed & mirificam cepi voluptatem. Inhonestam: cum ex turpi aliqua re dicimus nos voluptatem summam cepisse. ¶ Gaudia: scribit Seneca ad Lucilium: Gaudium nisi sapienti non contingere. est enim (vt inquit) animi elatio suis bonis, viribusq; fidentis. vulgo tamen sic loquimur: vt dicamus magnum gaudium nos ex illius cõsulatu: aut ex nuptiis: aut ex partu vxoris percepisse: quæ adeo non sunt gaudia: vt sæpe initia futuræ tristitiæ sint. gaudio autem iunctum est nõ desinere: nec in cõtrarium verti. Itaq; cum dicit Virgilius: Et mala mentis gaudia. diserte quidem dicit: sed parum proprie. Nullum enim malum gaudium est: voluptatibus hoc nomen imposuit. & quod voluit expressit. Cicero in quarto Tusculanarum appellat gaudium: cum animus ratione mouetur, placide atq; constanter. Cum autem inaniter & effuse animus exultat: tum illa lætitia gestiens: vel nimia dici potest: quam Stoici ita diffiniunt sine ratione animi elationem. ¶ Discursus: animi nostri vagationes: quibus ad varias rapimur cupiditates. Nam hominum mentes rationis oblitæ transuersæ feruntur: eaq; cupiunt & appetunt: quæ plerũq; magis nocent, q̃ prosunt. potest etiam in rebus honestis discursus existere. Discursus ergo ad animum: non ad corpus referas, vt sit: Ipsi affectus & perturbationes animi: quibus quasi quibusdam furiis mens hominis nunc huc: nũc illuc agitatur. potest etiam referri ad labores matutinos salutandi potentiores. per verbum enim discurrendo salutandi officium peragebant. Martialis libro septimo: Discursus varios: vagumq; mane: & fastus & aue potentiorum. Idẽ

Aue

alibi: & matutinum portat ineptus aue. Seneca in libro de Tranquillitate sic scribit: Circuncidenda est conuersatio qualis est magnæ parti hominum domos, & theatra, & fora perertantium. vnde sequitur: Sportulæ deinde forumq; iurisque peritus Apollo: Atq; triumphales. sed prior sententia magis placet. ¶ Ferrago materia & argumentũ. metaphoricos autem dictum. Nam Ferrago proprie est id quod ex

Ferrago

pluribus satis pabuli causa datur iumentis. dicta secundum Varronem q primum in ferracea segete seri cœpta: aut q ferro cæsa sit. ¶ Libelli nostri: operis nostri. ¶ Et quãdo vberior: subaudi fuit, q̃ nunc & ætate nostra: ac si dicat nunquã fuere plura vitia ad reprehendẽdum. ¶ Vitiorum: idest animi prauitatum. ¶ Maior sinus: metaphora sumpta a nauigantibus: quorum vela quanto maiorem explicant sinum: tanto maiorem vim ventorum excipiunt. ¶ Alea quando: subaudi magis vexauit, vel habuit, vel aliquid tale. In alea sunt Talus, Tessera, Alueolus, & omnia id genus: quæ in varietate fortunæ consistant. Est enim alea ipse casus, siue euentus ludi. Plautus in Curculione: Talos poscit sibi in manum: prouocat me in aleam, vt ego ludam. Ouidius de nuce: Quatuor in nucibus non amplius alea tota est. Martialis: Alea parua nuces: & non damnosa videtur. vnde & Alea aliquando pro fortuna & euentu ponitur. Liuius: Nec tam celebrem aleam vniuersi certaminis timens. sic etiam illud Plinianum de Cicerone: Extra omnem aleã ingenii positus: idest extra omnem sortem & euentum ingenii: vt non possit euenire: vt quisquã sit Cicerone p̃stantior. vt sit metaphora ab alea: idest ludis: qui oẽs sunt in fortuna & casu. Apuleius in quarto Metamorpho. Ancipitis Machinæ subiit aleam: idest fortunam & dubium euentum. ¶ Neq; enim loculis: tanto inq̃t studio aleæ tenentur: vt in ludum descendant: non cum modica pecunia: sed tota arca. Loculi enim capsulæ sunt: & re

Loculi

ceptacula nummorum & annulorum: & id genus prætiosarum rerum. Alibi: Gemmaq; princeps Sardonicus, loculis, quæ custoditur eburnis. Horatius in sermo. Vt hæres iam circum loculos, & claues lætusq;, ouansq; curreret. Apuleius in quarto Metamorpho. Iubet decem aureos (ut ipse habebat) ex loculis annumerari. Fiebant ex ebore & ligno. Martialis: Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet: argentum vilia ligna ferant. Ii autem, vt modici, in arca continebantur. Loculis etiam alia seruari legimus, vt illud apud Plinium in septimo: Pollicem Pyrrhi in dextro pede cum reliquo corpore cremari non potuisse tradunt. Conditũq; loculo in tẽplo. Loculo etiã efferri mortuos docet Diuus Lucas in euãgelio: Noli flere, & accessit & tetigit loculum: idest ipsum pheretrum. ¶ Casum tabulæ ad: dubium ludi euentũ. nam huiusmodi ludi, fortunæ, & casu (vt diximus) sunt subiecti. Casum autem a cadendo dicimus: q omnis casus positus sit in fortuna, nam in tabulam iacti tali casu efficiũt: aut

Venerem

Venerem: aut Caniculam: aut aliud punctum: sicq; cadere dicitur punctum, qd fortuitu non industria venit. Vnde Terentius in Adelphis: Quasi cum ludas tesseris: si illud maxime quod est opus, iactu non cadit. illud quod cadit forte: id arte, vt corrigas: idest qd euenit. Cicero libro primo de diuinatione: Quatuor tali iacti casu Venerem efficiunt: non etiã centum Veneres: si quadraginta talos ieceris casu futuros putas? Idem alibi: Dixi multa de casu vt venereũ est. ¶ Tabulæ: lusoriæ scilicet in qua iaciuntur tali fritillo. alio vocabulo ipsam tabulam alueolum appellamus. ¶ Prælia quanta: in rixas & altercationes: quæ sæpe inter collusores oriuntur. Vnde est illud apud Tranquillum in Augusto: Nos mi Tiberi quinquatriis satis iucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies forumq; aleatoriũ cal. fecimus. frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ouidius item in tertio de arte amandi loquens de ludis: Ira subit deforme malum: lucetque cupido: Iurgiaq; & rixæ, solicitusq; dolor. Crimina dicũtur, resonat clamoribus æther: Inuocat iratos & sibi quisq; Deos. An assiduum ludentium certamen: quemadmodum Virgilius nocturnos concubitus prælia vocauit. ¶ Dispensatore armigero existente illic armigero: hoc est seruo; armigero: qui officium præstat dispensatoris domino luden-

Armiger ti. Nam armigeri serui erant: qui dominum suum sequentes scutum: reliquaq; arma gerebant. Plautus in Casina: Potius quam illic seruo des armigero nihili atq; improbo. Et paulo post eundem scutigerulum appellat sic: Qui (malum) homini scutigerulo dari iubet. Trãquillus in Augusto: Germanorum manuum vsque ad cladem Marianam inter armigeros circa se habuerat. Ait nũc poeta eum fungi officio dispensatoris: vtpote qui ludenti domino nummos subministret.

Dispensator Nam dispensator e seruis eligebatur, qui æs dispensabat: curamq; habebat vniuersæ rei domesticæ. de quo illic sensit Iuuenalis: Et qui dispenset frangit sibi eum greci Oeconomon appellant. vnde ab ære dispensando dictus est.

Stipendium Nam pecunia pendebatur. Vnde & Stipendium æs quod dabatur militibus dictum quod stipem pendebant. & sic

Dispendium Dispendium: quod in dispẽdendo solet minus fieri damnum significat, Contra compendium est lucrum. Vnde Dispendio-

Cõpendium sus damnosum: Compendiosus lucrosum significat. ¶ Simplex ne furor? an non inquit ille censẽdus est extra omnes rationis terminos: qui centum sustinet sestertia ludo Aleæ perdere: & seruum frigentem negligit nec vestit? ¶ Sestertia: Sestertium primum fuit quarta pars denarii: quod tempore quindecim decusses is valebat hoc est decem asses. fit autem a semis & tertium: eo quod contineat in se asses duos & dimidium tertii. dicimus etiã genere masculino sestertios. ¶ Horrenti: frigenti. Persius: Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

ASCẽ. ¶ Ex quo Deucalion & cætera. Ostendit quam facile sit Satyram scribere præsertim temporibus suis: quia vberrimã farraginem, idest materiam ex multis & diuersis vitiis accumulatam, quæ Satyræ debetur, nũc quilibet habere potest. Nã Satyricus potest taxare omnia vitia a diluuio Deucalionis vsque ad tempora sua: & ita si nulla vitia nunc cõmitterentur: non deessent argumenta Satyræ. & insuper tãta nunc est inquit copia vitiorũ. vt maior neq; vnquam fuerit: neq; futura sit. Oordo est: Votũ: idest desideriũ boni futuri. Timor: idest metus de malo futuro. Ira: de iniuria illata. Voluptas: de delectabili pręsenti. Gaudia, discursus: idest quæuis aliæ commutationes & perturbationes animorum: immo quicquid homines agunt ex eo tempore: quo Deucalion ascendit nauigio mõtem Parnasum. & hoc nimbis: idest aquis & ventis tollentibus: idest eleuãtibus æquor: idest mare prius æquum. & poposcit: idest exquisiuit a Dea Themide. sortes: idest respõsa quomodo reparare posset genus humanum. q; pro &. & saxa mollia: idest mollificata. & in carnem versa: caluerunt: idest calida: hoc est: viuẽtia facta sunt paulatim anima: idest spiritu vitali. Et Pyrrha coniux Deucalionis ostendit maribus: idest masculis natis ex lapidibus proiectis ab ipso Deucalione. puellas: idest fœminas nudas & productas ex lapidibus a se iactis: tota inquit illud est farrago: idest accumulata & vndiq; congesta materia libelli nostri: idest compositionis modicæ cuiuslibet Satyrici. Non enim de se tantum loquitur: sed de quocunq; Satyrico. Vtitur autem diminutiuo aut pro primitiuo: aut quia respexit ad quod Satyrici in vna re non persistent: sed de vitio in vitium saliant more Satyrorum. Et cum ita sit: de quocunq; vitio scribere possumus: quãdo supple fuit: vel ab eo quod sequitur: quãdo p̃ tuit vberior: idest maior copia vitiorũ: quã supple nunc? quasi dicat nunquam. Et quãdo sinus: idest receptaculum auaritiæ: patuit maior: idest extensior, quam nunc? quasi dicat nunquã. Et quando alea: idest ludus aleæ: patuit maior quam nunc? Neque enim itur: idest iam vulgo progreditur ad casum tabulæ: idest ad ludum fortuitum in tabula: vbi alea vel talo luditur. & hoc loculis: idest crumena: & (vt dicunt) bursa comitantibus: idest insequentibus. hos: idest huiusmodi tam auaros animos: sed luditur scilicet a plerisq; area posita: idest deposita ad ludum. Quanta: idest quam magna: quasi dicat maxima prælia: idest maximas rixas & concertationes. Videbis: idest quilibet qui illic erit videre poterit. Ponitur enim secunda persona pro quauis: & indicatiuus pro optatiuo: aut subiunctiuo: hoc est videbis: pro quiuis videat: idest in illo ludo supple cum dispẽsatore armigero: idest qui gerit arma domini sui: vel dispensatore existente armigero & dicẽte. Est ne simplex: idest modicus furor? quasi dicat minime: immo multiplicissimus furor est te perdere in ludo aleæ centum sestertia: idest centies duas libras & semis. Sestertius enim vel sestertium est nummus: qui olim erat dipondius: idest duorum pondo vel duarum librarum & semis. Consuetudo enim Romanorum sicut & aliorum quorundam adhuc est: erat semis præponere: & significabat dimidium deesse ei quod sequebatur. vt semistertius: & per syncopam sestertius. Et non reddere: idest non dare accipiendo compositum pro simplice. vel non reddere: idest non restituere: eo quod tunicam suam domino præstiterit seruus amissa tunica sua. Vel non reddere: idest persoluere quam promisisti: & debes mihi seruo tuo horrenti: idest frigore contrementi. tunicam: idest interiorem vestẽ qua carere non possum. Vel legamus generaliter: Est ne simplex furor quemuis dominum perdere centum sestertia: & non reddere seruo horrenti tunicã? quasi dicat minime simplex est: immo quam maxime multiplex & intelligitur: Id tamen mihi facis. Horrere est aut subito timere: aut frigore quodammodo tremere. Vnde Persius: Scis comitem horridulum trita donare lucerna. Repetamus nunc pro imbecillioribus pauca vocabula. Ex quo: idest post quam vel post quod supple tẽpus: sicut dicimus ex illo: idest post illud supple tempus. & ex meridie fit vespera: idest post meridiem. Non enim dicit circũstantiam causæ materialis. Nimbi: nimbi enim videntur nubes ventis permixtæ in aere sicut procella in aquis: & ita p̃ vtrisq; accipitur. Aequor dicitur ab æqualitate: & ita etiam terra æqua: idest plana & non aspera Aequor a Virgilio appellatur. ergo erat æquor priusquã nimbi tollerent: idest eleuarent. Nam tollere etiam educare significat. vt in Terentio: Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Sortes etenim in hac significatione singulari caret. & est genus diuinationis: sed hic accipitur id quod præcessit pro eo quod secutum est. Nam Themis ex sortibus responsa dedit: & ea poposcit Deucalion: Paulatimq; anima: quidam animis: quidam vero animas legunt. Sed repperi in bonis codicibus anima. Caluerunt: & venit caluerunt a calesco calescis: quod est frequentatiuum, & non a caleo cales. vt docet significatio. Laurentius Valla autem ne quid ei resido cet in sco non carere præteritis: sed ea vsurpare a perfectis sui primitiui: salua significatione ipsorum in sco: quæ nõ est cõnotare inchoationem secundum eum: sed passionem intrinsecus prouenientem. Caluerunt ergo: idest intrinsecus: idest a virtute itrinseca calida facta sunt. vtpote animata id est per animam. saxa mollia: idest iam mollificata & quasi in carnem versa. Et maribus ex Deucalionis lapidibus formatis.

per quod innuit: quod etiam sacra scriptura attestatur, viri
lem sexum ante fœminum productum esse: & fœmininum
in adiutorium & solatium masculini datum. & ideo osten/
dit maribus puellas: nudas autem quia iam recenter produ/
ctas. Nudum est quod nunquam tegitur: nondum autem
erant tectæ. Nudatum vero quod cooperitur: vnde facies
dicitur nuda & caput nuda
tum. Alea aliquando accipi/
tur pro dubio euentu. Vt hic
est extra aleam belli aut inui/
diæ: idest extra periculum cō
stitutus. Bene dicit itur per
verbum impersonale: quod
(vt docet Seruius) generali/
tatem importat: quasi dicat
ab omnib⁹ fere. Armiger nō
est vir belliger: qui in armis
bella gerit: sed minister eius
qui vbi pugnandum non est:
gerit arma quædam: vt ha/
stam & galeam: & omnia si/
milia arma: quæ hominibus
conueniunt ad se protegen/
dum: & corpus suum ab ho/
stibus defendendum. Lusu/
ri autem curabant adesse ar/
migerum: ne a perdentibus
obruerentur.
1. ℭ Quis totidem erexit vil/
las: nimium & multiiugum
in extruēdis villis luxum no/
tat. nam non vna contenti
villa plures extruebant: mar/
moribusq; adornabāt. Villa
proprie est ædificium erectū
ruri. Plinius: Neq; fundus vil
lam quærat: neq; villa fun/
dum. ℱ Quis fercula septem:
in luxum ciborum & lauti/
tiam priuatam insurgit. Sic
Seneca: Deinde ad cœnas lau
ticia transfertur. & illic com/
mendatio ex nouitate: & so/
la ordinis commutatione ca/
ptatur. Est ergo sensus & or/
do: Quis auus fuit: idest quis
ex antiquis, tam luxuriosus:
vel in cibis: vel ædificiis: vt nunc pene omnes sunt? ex fruga
litate igitur & simplicitate antiquorum damnat luxuriam,
& ciborum, & ędificiorum sui temporis. Nam frugalitas an
tiquis fuit (auctore Valerio) quasi quædam mater bonæ va
letudinis: inimica luxuriosis epulis: & aliena nimiæ vini abū
dantiæ: & ab omni imoderato Veneris vsu auersa. ℱ Septē
fercula: idest septem iura. Dicitur autem ferculum a feren/
do, Prisciano teste libro quarto. per quod vas ipsum epula/
tum proprie intelligitur. hic vero iura accepimus. ℱ Cœna/
uit secreto? non conqueritur q̄ in propatulo non cœnent:
quod ab antiquis factitatum est: qui mos temporibus Iuue/
nalis: & multo ante desinerat: sed quod intra priuatas ædes
multiiugæ, luxuriosæq;. & lautæ parētur cœnæ. Secreto er
go: idest in domo priuata. Est autem Iuuenalis sensus. Quod
quamuis antiqui illi luxuriarentur: nullus attamen fercula
septem cœnabat vti suo sæculo agebatur. Valerius item li/
bro secundo ait: Quod maximis viris prandere & cœnare
in propatulo verecundiæ non erat: nec sane vllas epulas ha/
bebant: quas populi oculis subiicere erubescerent. ℱ Septem
fercula: varia & diuersa ciborum genera. numerum posuit
finitum pro infinito. Commendatur Augustus a Tranquil/
lo q̄ cœnam ternis ferculis: aut cū abundantissime senis prę
beret. Appellatione autem ferculorum intelligimus epulas

Quis totidem erexit villas? quis fercula septem
Secreto cœnauit auus? nunc sportula primo
Limine parua sedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne
Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies, iubet a præcone vocari
Ipsos Troiugenas. nam vexant limen & ipsi
Nobiscum? da prætori, da deinde tribuno.
Sed libertinus prior est, prior inquit ego sum.
Cur timeam, dubitem ve locum defendere? quis
Natus ad Euphratem, molles. quod in aure fenestræ
Arguerint, licet ipse negem? sed quinq; tabernæ
Quadringenta parant. quid confert purpura maius
Optandum, si Laurenti custodit in agro
Conductas Coruinus oues? ego possideo plus
Pallante, & Licinis, expectent ergo tribuni.
Vincant diuitiæ, sacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.
Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum
Maiestas, & si funesta pecunia templo
Nondum habitas; nullas nūmorum ereximus aras,
Vt colitur Pax, atq; Fides, Victoria, Virtus,
Quæq; salutato crepitat Concordia nido
Sed cum summus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid facient comites, q̄bus hinc toga, calceus hic est,
Et panis, fumusq; domi? densissima centum
Quadrantes lectica petit, sequiturq; maritum
Languida, vel pręgnans, & circunducitur vxor.
Hic petit absenti nota iam callidus arte
Ostendens vacuam, & clausam pro coniuge sellam.
Galla mea est inquit, citius dimitte, moraris.
Profer Galla caput. noli vexare, quiescit.

generali vocabulo. Horatius: Multaq; de magna superessent
fercula cœna. Seneca detestans luxum sui temporis: Hodie
vtrum tandem sapientiorem putas: qui versatilia cœnatio/
num laquearia ita coagmentant: vt subinde alia facies: atq;
alia succedat. & toties tecta quoties fercula mutentur: hoc
est epulę. Fercula etiam appellantur quæcunq; feruntur in
pompa triumphorum ludis,
& sacris. vnde Cicero in Of/
ficiis: Cauendum est: ne tar/
ditatibus vtamur ingressu
mollioribus: vt similes pom/
parū ferculis esse videamur.
Tranquillus in Cæsare: Pon
tico triumpho inter pompæ
fercula trium verborum præ
tulit titulum, veni, vidi, vici.
ℱ Nunc sportula primo: con/ Sportula
sueuerant diuites Romani:
vt liberalitatem, & munifi/
centiam suam ostenderent:
ad rectam cœnam admitte/
re pauperes cliētes: a quibus
comitati fuissent. Rectam
autem cœnam intelligo: q̄
apud diuitem splendide &
laute cœnarent. Sequit enim
Votaq; deponunt quāquam
longissima cœnæ. nam cum
dominis cœnare consueue/
runt. vnde Tranqllus in Ne/
rone ait: Publicæ cœnæ ad
sportulas sunt redactæ. Sed
cum ea consuetudo forte fa/
stidiosa videretur: rectā cœ/
nā reuocauit Nero ad spor/
tulam. Postea vero Domitia/
nus sportulam ad cœnam re
ctam. vnde Martialis libro
octauo: Promissa est nobis
sportula: recta data est. Ve/
rum apparet id non serua/
tum mortuo Domitiano, cū
poeta hæc scripsit. Daban/
tur igitur obsonia plerunq;,
& pecuniæ ex sportula. vn/
de Tranquillus in Domitia/
no ita scribit: Atq; inter spe/
ctacula muneris largissimum epulum septimontiali sacro/
rum quidem die senatui: equitiq; panarius plebei sportellis
cum obsonio distributis. Martialis: Dat Baiana mihi qua/
drantes sportula centum. Cæterum sportula non dabatur
tantum ex priuato: quantum etiam ex publico vectigali cli/
entibus & pauperibus: dabaturq; etiam in nuptiis. Apule/
ius in secunda Apologia: Quippe ita placuerat in suburba/
na villa potius: vt iungeremur: ne ciues denuo ad sportulas
conuolarent. Cum igitur hanc tantum pauperes captarent:
conqueritur Iuuenalis: nunc tantam esse Romanorum aua
ritiam: vt & nobiles diuites & magistratus eam quoque ca/
ptare non pudeat. Sportæ autem & sportellæ, & sportulæ
(auctore Asconio Pædiano) erant receptacula: in quibus
nummi seruabantur. denominatæ a sparto herba iberica. ex
qua conficiebantur. Plautus in Menechmis: Sportulam ca/
pe, atq; argentum: eccos tris nummos habes? Verum sportu
la non tantum pro receptaculo nummorum: quantum etiam
pro muneribus, quæ clientibus (vt diximus) darentur, po/
nitur. vt sit continens pro contento. ℱ Nunc: hoc tempore:
hac ætate nostra auarissima. ℱ Parua: conqueritur poeta im/
minutam esse prioris sportulæ liberalitatem. Primo limine:
primo ædium ingressu. ℱ Turbæ togatæ. i. quam viliores & Togæ
pauperes clientes deberent capere. Nam (vt scribit Asco/

nius Pedianus)toga communis habitus fuit & marium, &
fœminarum.iuxta quod appellauit Virgilius:Romanos gē
tem togatam.Sed postea prætexta honestorum tātum fuit:
toga viliorum. Vnde pauperes clientes: vt viles cum ibant
salutatum sumebāt togam.Martialis:Mane vel a media no/
cte togatus ero.Eiusdem distichon est in Apophoretis: cui
inscriptio est toga:Si matutinos facile est tibi rumpere som
nos:Mentita veniet sportula multa toga. ¶ Ille tamen: qui
sportulam dispartitur. ¶ Faciem prius inspicit: hinc appa/
ret sportulam non omnibus pauperibus: sed tantum iis con
sueuisse dari:qui in officio fuissent circa diuitem,faciem etiā
intuetur:an ex clientibus sit:qui cum domino salutauerit.
¶ Suppositus:subditicius. & loco alterius positus. ¶ Falso
nomine:expositio est subditicii. ¶ Agnitus:ex clientibus do/
mini. ¶ Iubet a præcone vocari: hinc est omnis poetæ indi/
gnatio:q̄ sportula nunc nobilioribus erogetur: quæ antea
dumtaxat dabatur(vt diximus) pauperibus. ¶ A præcone:
Præco Præco is dicitur:qui iubente magistratu: clara & elata voce
aliquid ad populum enunciat a præcinendo. Idem etiam di
cebatur Curio.Martialis in epistola secundi libri: Epigram
Curio mata Curione non egent,vt sit:Epigrammata non egēt vo
ce aliena: cum per seipsa se aperiant & manifestent. Apule/
ius in primo limine hoc eodem vocabulo vtitur. Non qui/
dem curiosum:sed qui velim scire:vel cuncta,vel certe pluri
ma:vt sit sensus:Non sum quidem præco:qui velim quæ au/
diuerim vulgare.quo more(vt dixi)clara voce enunciat iu/
bente magistratu ad populum. ¶ Ipsos troiugenas: satyrica
indignatione dixit ipsos: quasi quos rei pudere deberet.
¶ Troiugenas: nobiliores quasi quorum origo sit a Troia/
nis:ironicos autem dictum. ¶ Vexant:celebrant, & frequen
tant. ¶ Et ipsi: quasi dicat & ipsi, quos pudor rei absterrere
Prætor' deberet. ¶ Nobiscum:scilicet clientibus. ¶ Da prætoris: ver/
Præto/ ba sunt dispensatoris. Veteres omnem magistratum cui pa/
rium reret exercitus prætorem appellauerunt: q̄ præiret exerci/
Prętọ/ tui (teste Varrone) a quo & in castris tabernaculum ducis
ria por/ prætorium est appellatum:& porta prætoria in castris:qua
ta exercitus in prælium educitur: quia initio prætores erant:
qui nunc consules:& ii bella administrabant.Eum etiam(vt
tradit Liuius libro quinto)prætorem dixerunt: qui ex pa/
tribus creatus ius in vrbe diceret:penes quem magistratum
omnis publici,priuatiq; iuris potestas:vt & nouum ius con
dere:& vetera abrogare facultas esset.Idq; ob magistratus
honorem ius honoratium est vocatum. Cum tamen regia
illi essent insignia: vt appatu consulibus par videretur: li/
ctores non amplius sex habuit. de quo Pompeius de origi/
ne iuris sic scribit: Prætor creatus est cum consules auoca/
rētur bellis finitimis:neq; esset qui in vrbe ius redderet.Isq;
vrbanus est dictus:q̄ in vrbe ius diceret.Post aliquot dein/
de annos:non sufficiente eo prætore: q̄ multa turba etiam
peregrinorum in ciuitatem veniret:creatus est & alius præ
tor:qui peregrinus appellatus est. Capta deinde Sardinia:
mox Sicilia,& Hispania:deinde Narbonensi prouincia:to/
tidem prętores:quot prouinciæ in ditionem venerant,crea
ti sunt.Cicero in secundo de legibus:Iuris disceptator: qui
priuata iudicet:iudicariue iubeat prætor esto. Iuris ciuilis
Tribu/ custos esto:huic potestati parento. ¶ Tribuno: tribunorum
nus duo extitere genera: tribuni scilicet plebis: & tribuni mili/
tum. Tribuni militū dicti sunt: q̄ terni ex tribus tribubus,
Ramnium,Lucerum, Ticiensium olim ad exercitum mitte/
bantur. Tribunorum autem militum officium est milites in
castris continere:ad exercitationem producere: claues por/
tarum suscipere:vigilias interdum circuire: frumentationi/
bus commilitonum interesse:frumentum probare:mensuræ
fraudem coercere:delicta castigare: principiis frequenter in
teresse: querelas commilitonum audire: valetudinarios in/
spicere,ex his etiam erant Tribuni: qui dicebantur ærarii ab
eo(vt scribit Varro)q̄ attributa illis erat pecunia:quam mi
Aes mi/ litibus redderent. Idq; quod attributum erat dicebatur æs
litare militare.De tribunis ærariis sic Trāquillus in Cæsare:Tri
bunos ærarios: quod erat tertium: scilicet genus iudicum

sustulit. Tribuni plebis in monte sacro a plebe creati sunt:
qui eam defenderent: cum plebs a patribus secessisset. anno
fere decimoseptimo post reges exactos. De tribunis multa
leges apud iurisconsultos:Liuium: Vegetium: Appianum:
Modestum:Varronem:Festum: Gellium: & Plutarchum.
¶ Sed libertinus prior est:Verba sunt Iuuenalis Libertinum
more satyrico ridentis: qui magistratui nō solum se æquet:
sed etiam præponat:adiuuandum autem est pronunciatio/
ne. Libertinus autem generaliter est accipiendum: idest ipsi
Libertini.Nec mirum libertinos eo potentiæ dignitatisque
fuisse prouectos.Nam(vt scribit Plinius libro trigesimose/
ptimo capitulo decimoseptimo) prætoria ornamenta a se/
natu decreta sunt iubente Agrippina Claudii Cęsaris liber
to:vt cum laureatis fascibus remitterentur illo: vnde pedi/
bus cretatis aduenissent,ad qđ omnino poeta respexit. vn/
de sequitur:Vincant diuitiæ:sacro nec cedat honori Nuper
in hanc vrbem pedibus,qui venerat albis. ¶ Prior est: i se po/
tiorem magistratu facit. sequitur enim: Prior ego sum. Li/
bertini dicuntur (auctore Caio de statu hominum) qui ex
iusta seruitute manumissi sunt. ¶ Defendere locum: tueri lo/
cum meum.sicq; poeta moraliter ostendit homines per diui
tias efferri in superbiam. ¶ Natus:subaudi sim. ¶ Ad Euphra/ Eup
tem:in Armenia:idest ex seruili sim cōditione.Nam Euphra tes
tes fluuius est (auctore Strabone) qui ex Nimphate mon/
te Armeniæ defluit in mare Rubrum. prius tamen Babylo/
niam per medium diuidit:& Tygri coniunctus Mesopota
miam facit:illinc serui multi mittebantur. ¶ Molles quod in
aure fenestræ Arguerint:idest quam rem: scilicet me natum
esse in Armenia:siue Cappadocia:quæ sunt conterminę. Ar
guerint molles fenestræ:idest ostenderint & probauerint. i.
mollia aurium foramina.Nam in Oriente(vt scribit Plinius
libro vndecimo capitulo trigesimoseptimo)viris aurum ge
stare in auribus decus existimabatur. Idem in procemio li/
bri duodecimi:sic ait loquens de vnionibus: Ad hoc excogi
tata sunt aurium vulnera. vnde & Diuus Hieronymus ad
Principiam virginem sic:Illæ etiam solent auribus perfora/
tis rubri maris pretiosissima grana suspendere. quæ autem
ad ornamenta aurium gestabantur Inaures appellatæ sunt. Inau
Plinius libro nono capitulo quinquagesimoquinto: Anto/
nia Drusi murenę quam diligebat Inaures addidit.Plautus
in Pœnulo:Quia incedunt cum annulatis auribus, Vnde &
in pentatheuco Mosæ sic scriptū est:Dixitq; ad eos Aaron:
Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarū
vestrarum auribus,& afferte ad me. vnde & Apuleius in li/
bro de dogmate Platonis:Platonem quoq; puerum in auri/
bus gestasse aurum sic scribit:Auri tantum reliquit, quātum
puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. ¶ Licet ipse ne/
gem:etiam si velim ipse negare me ex seruili conditione esse
& Armenum. ¶ Sed quinq; tabernæ: hinc stultam hominis
& elationem ostendit: qui diuitiis & bonis tantum fortu/
næ gloriatur.Quinq; inquit sunt mihi tabernæ:quæ parāt
mihi quadringenta:idest quæ ex vectigali & prouentu red
dunt mihi quadringenta: scilicet sestertia:quæ summa erat
census equestris.qui enim eam summam habebant inter equi
tes Romanos numerabantur Tiberii edicto. vt scribit Pli/
nius libro trigesimotertio capitulo secundo:Qui constitut
ne cui ius gestandi annuli aurei esset:nisi cui ingenuo ipsi,pa
tri,auoq; paterno sestertia quadringenta census fuissent. &
lege iulia theatrali in quatuordecim ordinibus sedendi.Ro
mæ autem quædam ædificia quinq; tabernæ appellantur, Quin
iuxta forum:ædes septem dictæ sunt. Liuius ab urbe con/ taberı
dita libro trigesimosexto: Pluribus simul locis circa forum
incendium ortum. Eodem tempore septem tabernæ: quæ
postea quinq;. & argentariæ, quæ nunc nouem appellantur
arsere. ¶ Quid confert purpura maius:sensus est:Nobilis ipse
qui per prætextam designatur(Nam, vt diximus ex aucto/
ritate Pædiani,prætexta erat honestorum: idest nobilium:
toga viliorum. Et, vt ostendit Plinius, pro maiestate pueri/
tię erat prętexta. & curiam:idest senatores distinguebat ab
equite)quid confert? quid affert? quid inuenit quod maius

optet,q̃ q̃ ego possideo. si ipse nobilis: qui per Coruinum
designatur i ad paupertatem redigatur? idest quid inuenit
ipse nobilis & senatorsi pauper sit, quod maius possit sibi
optare: q̃ quod ego possideo. quasi ostendat non solum se
censum equestrem: sed etiam senatorium suis opibus supe/
rate. Nam cum census equester esset quadringentorum mil
lium vt diximus:senatorius erat(auctore Tranquillo in Au
gusto) octingentorum: quam tum summam cum Augustus
ampliasset:duodecies cẽties sextertium taxauit. Videturq̃
poeta alludere ad M. Valerium Coruinum: qui ad centesi/
mum annum vitam perduxit: exactaq̃ iam ætate i in agris
eos coluit. Purpura.i.equestris dignitas quæ vestibus desi/
gnatur purpureis. Purpura:idest prætexta,quæ ideo præ
texta dicebatur:q̃ purpura(auctore Macrobio) prætexere
tur. Purpura autem piscis est ex genere concharum: ex cuius
faucibus liquor(vt scribit Plinius)elicitur aptus ad tingen/
das vestes. Murex item eiusdem generis est: & conchilium.
ostrum etiam in eadem significatione accipimus. Virgilius:
Tyrioq̃ ardebat murice lana. Idem: Vt gẽma bibat, & Sar
rano dormiat ostro. Iuuenalis: Horum ego nõ fugiam cõchi
lia:idest vestes purpura tinctas. Si custodit oues:si in pau/
pertatem prolapsus est: vt pascendæ sint sibi oues alienæ.
In agro Laurentii:Laurentum oppidum fuit prope Laui/
nium in antiquo latio. de quo Strabo libro quinto: Sunt
præterea magna illic campi æquora & pascuis apta. Vtque
Liuius libro primo ostendit: Lauini quoq̃ incolæ Lauren/
tes dicebantur. Cõductas:non proprias sed alienas. Cor
uinus:nobilis,qualis fuit familia Coruinorum: quæ cogno/
men sumpsit a Valerio Coruino: qui consule Camillo Furii
Camilli filio singulari dimicans certamine aduersus præfe/
rocem gallum:eum confecit adiuuante coruo: qui galeæ Va
lerii insidens vnguibus & rostro in gallum insiliebat ita i vt
parta victoria Valerius Coruinus sit cognominatus. Pal/
lante: Pallas ex Arcadia fuit(auctore Tacito) libertinæ cõ/
ditionis: quem vnum & Narcissum alium libertum adeo
dilexit Claud. (auctore Tranquillo) vt decreto quoq̃ se/
natus non præmiis modo ingentibus: sed & questoriis, præ
toriisq̃ ornamentis ornari libenter passus sit. tantum præ/
terea acquirere & rapere, vt querente eo quondam de fisci
exiguitate: non absurde sit dictum abundaturum si a duo/
bus libertis in consortium reciperetur: eum postea Nero ve
neno sustulisse creditus est: quod immensam pecuniam lon/
ga senecta teneret. Tacitus etiam libro duodecimo scribit
Pallantem Claudii libertum fuisse: eiusq̃ auctoritate ado/
ptionem in Domitium:idest Neronem festinatam: qui obstri
ctus Agrippinæ vt conciliator nuptiarum ipsius: scilicet
Agrippinæ & Claudii: ac mox stupro eius illigatus stimula
bat Claudium consuleret reipublicæ Britannici pueritiam
robore circundaret & cætera, Nam ei Claudio consentien/
te senatus decreuit sestertium centies quinquagies. Lege
epistolam Plinii iunioris ad Montanum. Hic habuit fra/
trem nomine Felicem: quem Claudius destinauit ad Iudæ/
os: qui & eorum prouinciam cum Samaria & Galileam, &
per eum procuraret. Iosephus. Et Licinis: plurali est vsus:
quoniam plures hoc nomine diuites fuere. Licinum diui/
tem fuisse ostendit Persius illic: Nunc Licini in campos: nũc
Crassi mittit in ædes. Iuuenalis alibi: Dispositis prædiues
armis vigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet at
tonitus Pro electro, signisq̃ suis, phrygiaq̃ columna. Eius/
dem sic meminit Seneca in epistolis: vbi notat eos qui assi/
due suum statum variant i Licinium diuitiis: Apicium cœ/
nis: Mecœnatem diuitiis ꝓuocat. Eum vnum (vt diximus
apud Persium) fuisse ex Augusti libertis principis indulgen
tia prædiuitem placet intelligere. Scribit enim Tranquillus
sic: Multos libertorum in honore & vsu maxime habuit: vt
Licinium: Enceladum: aliosq̃. Non ignoro Crassum (aucto
ribus Valerio, & Plinio) cognomento diuitem primum om
nium Romanorum diuitem fuisse. Sed nunc de diuitibus
qui paulo ante fuissent loquitur. Fuit & Licinorum domus
inclyta & diues, Plinius libro tertio epistola ad Marcum ita

ait: de Plinio scilicet auunculo suo: Referebat ipse potuisse
se cum procuraret in Hispania vendere hos commentarios
Laertio Licino quadringentis militibus numarum &c. Et
Tacitus libro decimoquarto: Licinium Gabulum prætura
functum scribit. & libro vigesimo i Marcum Licinium con/
sulem. Et libro decimoseptimo: Licinum Proculum Otho/
nis familiarissimum, atq̃ prætorii præfectum. Expectent
ergo tribuni: Verba sunt Iuuenalis indignantis impudentẽ
& petulantem superbiam in homine seruili. Ergo: cum di/
uitiis affluã. Vincant diuitiæ adiuuandum ꝓnunciatione
& irrisione. Nimirum inquit diuitiæ præferri debent. Hora
tius quoque Satyra tertia libro secundo sic ait: Omnis enim
res virtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris Diui/
tiis parẽt: quas qui cõstruxerit. Ille clarus erit: fortis: iustus:
sapiens: etiam rex. Honori sacro: idest tribuno. Nam vete/ Honor
res lata lege sanxerunt: vt tribuni inuiolabiles sacrosanctiq̃
haberentur: statuendo, vt qui Tribunum læsisset: eius caput
Ioui sacrum esset: familia ad ædem Cereris venum iret. eum
autem hominem sacrum appellauere: quem populus iudica/
uit ob maleficium: & qui eum occidit patricidii non dam/
natur. Nam lege tribunitia cauetur siquis eum qui sacer sit
occiderit parricida ne sit. Siquis ergo tribunum: vt sacro/
sanctum violasset: morte pœnas pendebat. Sacrosanctum
dicebatur (auctore Festo) quod iureiurando interposito
erat institutum: vt siquis violasset: morte pœnas penderet.
Nuper: idest qui non diu venit in vrbem. Nam nuper dici/ Nuper.
tur de longiori tempore. vt illud Liuianum in epistola: Nu/
per diuitiæ auaritiam, & abundantis opes, desiderium per
luxum, atque libidinem pereundi, perdendique omnia in/
uexere. Hoc enim potuit esse supra centum annos: ex quo
luxus & libido vrbem inuasere. Cicero in secundo de Na/
tura Deorum: Atq̃ illa mirabilia, quod ea quæ nuper idest
paucis ante sæculis, medicorum ingeniis reperta sunt. De
breuiore etiam tempore dicimus, vt de anno, vel mense, vel
diebus paucis. vt si dicam: Cremonæ, quæ nuper in ditionẽ
Venetorum venit, studia virtutum maxime coluntur. Pli/
nius: M. Perpenna, & nuper L. Volusius Saturninus omni/
um quos in consulatu sententia rogauerant superstites fue/
runt. Item Cicero in rhetoricis ad Herennium: Et quoniam
nuperrime dictum facile memoriæ mandatur. Pedibus al/
bis: pedibus cretatis: idest argentea creta illitis: per quod vę
nalem fuisse ostendit. Nam (vt scribit Plinius libro trigesi/
moquinto capitulo decimosexto). Est quoddam genus cre/
tæ, quæ argentaria appellatur: nitorem argenteum red/
dens: est & vilissima: & qua pedes vænalium seruorũ trans/
mare aduectorum denotare instituerunt maiores. Vnde
Tibullus: Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Ouidius in
amoribus: Ne tu siquis erit capitis mercede retentus: Despi/
ce gypsati nomen inane pedis. Quandoquidem: adiuuan/
dum pronunciatione: i.dest quãdoquidem diuites pro Diis Maie/
ipsis habentur. Maiestas sanctissima: subaudi est: idest coli/ stas
tur. & in maxima est veneratione. Nam Cicero libro secun/
do de Oratore ait: Si maiestas est amplitudo ac dignitas ci/
uitatis i is eam minuit: qui exercitum hostibus populi Ro/
mani tradidit. Maiestas: appellatur secundum Valerium
honor sine honore. Magna enim erat Catonis maiestas etiã
sine honore: idest sine dignitate aliqua. Ergo maiestas ho/
nor est siue amplitudo & dignitas quædam per quam ho/ Pecunia
minem ipsum in veneratione habemus. Pecunia: vocati/
uus est casus, dicta a pecude quod nota pecudis feriretur.
auctor est Plinius. Funesta: exitiosa. Nam multis exitio est:
dum aut paratur per pericula: aut custoditur. dom. Dice/
bat Socrates (Laertio teste) Opes atq̃ nobilitatem non so/
lum nihil in se habere honestatis: verum & malum omne in
oboriri. Et Iuuenalis Satyra decima: Sed plures nimia con/
gesta pecunia cura Strãgulat: & cuncta exuperans patrimo/
nia census. Vnde & Plinius ait aurũ ad perniciẽ vitę repertũ. Pax
Vt colitur pax: antiqui enim (vt docet Cicero in secundo
de natura Deorum) eas res quarum maior vis erat: vt Fi/
dei, Mentis, Virtutis, Honoris, Pacis, Opis, Salutis, Cõcor
dia,

diç, Libertatis, Victoriç, Deorum nomine appellauit. quia vis erat tanta: vt sine Deo regi non posset: vnde ipsa res Deorum nomen obtinuit. quo ex genere Cupidinis & Voluptatis & Iubentinæ Veneris vocabula consecrata sunt vitiosarum rerum: neque naturalium. sicque vtilitatum magnitudine constituti sunt et Dii, qui vtilitates quasque gignebãt, atque his quidem nominibus, quæ paulo ante dicta sunt, quæ vis sit in quoque declaratur Deo, Paci templum erexit magnificentissimum Vespasianus, & Titus filius. Auctor est Plinius, Iosephus. & Trãquillus, Domitianus auxit, Papinius in Siluis: Et Pacem propria domo reponit. In eo vasa templi Hierosolymitani & vniuersa donaria constituere, atque vniuersi fere suas illuc diuitias quasi in thesaurum congerebant. opus fuit cunctorum tota vrbe maximum atque pulcherrimum. temporibus autem Commodi imperatoris totum de improuiso exarsit. Herodianus.

Fides ¶ Atque Fides: Numa Pompilius Fidei solemne instituit, ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussit: manuque vsque ad digitos inuoluta rem diuinam facere. ad quod Virgilius respexisse videtur illic: Cana Fides. significantes Fidem tutandam, sedemque eius etiam in dextris sacratã esse. Cicero aũt in libro de natu. Deo. scribit Fidẽ i Capitolio ædificatã pˀrime a M. Aemi. Scauro: ante aũt ab Attilio Collatino erat Fides cõsecrata. Videto etiã Saty. xiii. i pricipio. Fides (ut scribit idẽ Cicero in partitionibus) est firma opinio. Vnde dicimus fidem christianam: idest firmam opinionem de Christo corde ea credimus, quæ oculis non cernimus. Vnde diuus Augusti. scribit fidem virtutem esse, qua creduntur, quæ non videntur. dicta (vt idem Cicero est auctor in Officiis) a fio: quod id fieri debeat: quod promissum est. Fides item est fida mandatorum executio. Et Seneca epistola octuagesimanona, inquit: Fides sanctissimum humani pectoris bonum est: nulla necessitate ad fallendum cogitur: nullo corrumpitur præmio. Vre inquit: occide: non prodam. Templum Fidei fuisse in Capitolio ostendit Cicero in tertio Officiorũ his verbis: Qui igitur iusiurandum violat: is fidem violat: quam in Capitolio vicinam Iouis optimi maximi: vt in Catonis orationem est: Maiores nostri esse voluerũt.

Victoria ¶ Victoriæ templum in honore Victoriæ extructum fuisse ab Arcadibus i colle Auentino docet Dionysius in primo libro: a quibus & sacrificia eidem sunt constituta. Eam enim filiam fabulantur Arcades fuisse Pallantis, qui fuit Lycaonis.

Virtus ¶ Virtus: uirtus & affectio animi constans, conueniensque laudabiles efficiens eos: in quibus est. Tullius libro quarto Tusculanarum & libro quinto ait: Bonum autem mentis virtus est: ergo hanc beatam vitam contineri necesse est. hinc omnia quæ pulchra, honesta præclara sunt virtuti ascribuntur. Virtuti autem & Honori Marcellus separatis ædibus simulachra statuit: vt Valerius libro primo ostendit. Liuius autem libro vigesimonono sic ait: Aedem Virtutis eo anno ad portam Capenam. M. Marcellus dedicauit: Septimodecimo anno posteaquam a patre eius primo consulatu vota in Gallia ad Clastidium fuerat. Vtque Cicero libro secundo Tusculanarum ait: Virtus ex viro appellata est. Viri autem ꝓpria virtus maxime est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt: mortis, dolorisque contemptio.

Concordia ¶ Concordia: nõnulli in hac persuasione ferunt Concordiam sub imagine Ciconiæ coli. Inter quos fuit Georgius Merula præceptor meus vir eruditissimus: qui in commentariis suis sic scriptum reliquit: Ciconia auis est: quæ (vt Diuus Ambrosius scribit) Romano vsu pia vocatur: ob hanc videlicet causam: quod ciconiarum pulli parentibus iam senio confectis & longa ætate inualidis, & opem, & alimenta ministrant in mutuam compensationem. Nam & græci antipelargosim retributionem appellant: deducto vocabulo a ciconia: quam illi pelargon dicũt. Prouerbium græcum est: antipelargin pro referre gratiam. Vnde in regum sceptris superne ciconiam figurabant: inferne vero hippopotamum: quippe significantes vim iustitiæ parere: quando hippopotamus animal sit violentissimum. Ciconiam autem esse auem piam his verbis indicat Petronius Satyricus: Ciconia etiam grata peregrina: hospita, pietatis cultrix. quod & Solinus confirmat his verbis: Eximia illis inest pietas. Etenim quantum temporibus impẽderint foetibus educandis: tantum & ipsæ a pullis suis inuicẽ aluntur. Angelus vero Politianus i miscellaneis suis scribit Cornicem eam esse: qua Concordiç effigies representarentur vtius uerba hæc sunt: Cornices, inquit Helianus græcus scriptor: qui libro de animalibus tertio de hac aue scribit, inter se fidissimæ sunt. & cum societatem inierint, maximo se opere diligunt. Neque id genus animalia videat quisquam licenter misceri & temere: quin hoc quoque dictitant: qui res istiusmodi callẽt: altera extincta comparem uiduam degere. Cæterum id quoque audio veteres in nuptiis post hymenæum cornicem inuocare: signumque id Concordiæ dari iis consuesse: qui liberorum quærendorum gratia conuenissent. tum qui sedes auium, & uolatus obseruant, inauspicatum esse captantibus auguria: dicunt vnius tantum cornicis obsequium. Sic ille. additque: Sed in nummismatis aureis duobus Faustinæ Augustæ manifestam prorsus imagunculam nuper mihi Laurẽtius Medices ostendit cum titulo ipso Concordiç. non possem huic opinioni nõ suffragari: nisi id obstaret quod cornix rostro non crepitat, quod facit ciconia. Nã (vt scribit Plinius) fuere qui ciconiis linguas non esse confirmarent. vnde rostro tantum crepitat. Solinus Plinium secutus sic scribit: Aues istas ferunt linguas non habere: sonum autem quo crepitant: oris potiusquam vocis esse. vnde Ouidius in Metamorphosi: Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro, quid de hac historia sentiendum sit: alii diiudicent. Ego vero puto locum simpliciter esse accipiendum: vt dicat Romæ coli Concordiam, quæ cum a nido nostro: hoc est domiciliis nostris discedit: magnos faciat strepitus, nulla etiam illic potest esse quies: Vbi Cõcordia non est. Ergo salutato nido: hoc est destituto domicilio. Nam salutare domum dicimur: & cum venimus: & abimus. vnde dicimus: Ille abiit non salutato hospite. Et ille abiens mihi salutem dixit: hoc est vale vnde Cicero ad Volumnium vltima epistola septimi libri ait: ego vero multam salutem, & foro dicam & curiæ, tecumque viuam multum. & cum omnibus nostris amatoribus. Concordiæ autem ædem a diuersis Romanorum extructam fuisse constat, eam enim vouit Camillus: vt scribit Plutarchus in vita eius his verbis: Postridie autem congregati decreta tulere: vt Concordiæ (quemadmodum Camillus vouerat) in foro & in contione ingens pro rebus bene gestis templum moliretur. De quo Ouidius primo Fastorum: Cãdida te niueo posuit lux proxima templo: Qua fert sublimes alta moneta gradus. & paulo infra: Furius antiquum populi superator Hetrusci vouerat: & uoti fecerat ille fidem. Postea vero Cn. ille Flauius scriba Appii Cæci Annio Libertino patre genitus: qui dies fastos publicauit: æream fecit in græcostasi. qui tunc supra comitium erat. Inciditque in tabula ærea eam ædem trecentum quatuor annis: post Capitolinam dedicatam. Hæc Plinius libro trigesimotertio. De ea sic Liuius libro nono: Flauius scriba ædem Concordiæ in Area Vulcani summa inuidia nobilium dedicauit. ex quo apparet ædem illam Concordiæ Capitolinam, fuisse eam: quam iuxta templum Iunonis Monetæ (vt dictum est testimonio Ouidii) Camillus vouerat. Tertium templum Concordiæ Tyberius dedicauit: auctor est Tranquillus. ¶ Sed cum summus honor: auaritiam sui temporis taxat: & maxime prætorum auaritiam carpit: quorum quidem honor summus erat. tantum etenim aucta erat prætoris auctoritas: vt quod prætor ipse edixisset ob ipsius honorem ius honorarium vocaretur. hinc & Ouidius libro primo Fastorum ait: verbaque honoratus libera prætor habet. Vtque ostendimus etiam auctoritate Festi: Initio prætores erant, qui postea consules: & bella administrabant. Præterea de honore Cicero de claris, oratoribus sic ait: Honos præmium est virtutis iudicio, studioque ciuium delatũ ad aliquem, qui eum sententiis & suffragiis adeptus est, is

mihi & honestus & honoratus videtur. Sensus enim est, Si diuites, inquit, & magistratus, qui sportulam captauere fini to anno computant quantum lucri sibi attulerit sportulae ratio. quid facient comites, quasi dicat in hoc comites magis occupati esse debebunt. Vtpote quibus tota vita inde pendeat. ¶ Summus honor: praetor & tribunus propter illud: da praetori: da deinde tribuno. ¶ Computet: dinumeret & subducat. ¶ Quid referat: quid emolumenti afferat. ¶ Comites: clientes & togati: Nam (vt diximus) comites ii dicuntur secūdum Labeonem: qui frequentandi cuiuscunq; causa: vt sequerentur, destinati sunt. ¶ Hinc: ex ratione sportulae. ¶ Toga est & calceus: ex sportula enim omnia sibi coemebant: quae & ad victum & cultum pertinerent. Vnde Martialis libro tertio: Sportula nulla datur: gratis conuiua recumbis: Dic mihi quid Romae Gargiliane facis? Vnde tibi toga est? & fuscae pensio caellae: Vnde datur quadrans, unde vires Chiones? ¶ Fumusq; domi: satyrice fumum dixit ligna viridia: ex quibus magna vis exit fumi, nam talia paupe ri emenda sunt. ¶ Densissima lectica: nouam captandae sportulae notat artem. multi enim mariti collocatas in lecticis vxores suas: aut languidas, aut praegnantes circūducebant, multi etiam lecticas vacuas simulantes in iis esse coniuges aegrotas: eoq; modo sportulam captabant. ¶ Densissima id est frequens lectica: vt ostendat id fieri a multis: non autem multis stipata. ¶ Centum quadrantes: idest sportulam ipsam: ex qua (vt diximus) dabantur interdum nummi. Martialis: Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum. Interdum obsonia: ut diximus ex testimonio Tranquilli. ¶ Sequiturq; maritū: scilicet existens in lectica. ¶ Maritum: pedibus praecedentem. ¶ Hic: alius. ¶ Absenti: uxori. ¶ Arte nota: fraude iam omnibus manifesta. ¶ Sellam: lecticam. Tranquillus in Nerone: Interdū quoq; clam gestatoria sella delatus in Theatrum. Idem in Othone: Tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit: ac deficientibus lecticariis laxato calceo restitit, Nam instar (vt diximus) cubiculi erat. vt alibi: Namq; facit somnum clausa lectica fenestra. Tranquillus in Augusto: A coena in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. ¶ Inquit: scilicet maritus. ¶ Galla mea est: scilicet
Galla vxor. Galla item est arbor glandifera. Galla etiam instrumentum est sutorium: cuius ita meminit sutor quidā apud Macrobium: cum interrogarentur quo artificio se tueretur: vrbane respondit: Gallam subigo. Galla item nominatus est pater Masinissae regis Masiliorum. ¶ Citius dimitte: Verba mariti: vt cito dimittatur erogata sportula. ¶ Moraris: idest si moraris ad dandam sportulam: ait citius dimitte nos: vel moraris cum interogatione, & leni increpatione, vt sit maritus qui leniter increpet dispensatorem: q nimis cunctetur ad dandam sportulā. ¶ Profer Galla caput: verba dispē satoris volētis videre an sit intus Galla. ¶ Noli vexare: dicit maritus noli vexare: noli inquietare: dormit enim lassa.

SCē. ¶ Quis totidem erexit villas: taxat luxuriam: idest superfluitatem Romanorum in extruendis villis: idest domibus rusticis. villa enim non est (vt Galli dicunt) vrbs aut oppidum: sed quaeuis domus in agro posita. Item taxat luxuriā coenarum & impudentiam in sportula petēda. Id enim etiā hodie contingit: vt quae prodigaliter & immodeste sua consumunt ac profundunt: aliena impudenter petant sicut is de quo Sallustius, Profusus sui: appetens alieni. Sed ne quis duriusculus, licet Mancinellus aperte dicat, adhuc ignoret quod sit sportula: altius repetam, Romani praeter caeteros mortales gloriae & honorum cupidi: vt multis noti & conspicui essent: constituerunt clientibus & familiaribus: qui prima luce venirent se salutatum: & salutatos deducerent in forum centenos qudrantes: quos in sportula afferuari iusserunt, Nam & sporta & sportella & sportula receptaculum est elemosynarum seu munerum. sed accipiendo continens pro contento ꝓ munere ipso accipitur. sed coeperunt diuites pro sportulis rectas coenas dare. Nero autem constituit: vt centū quadrantes: & nō coena recta: idest plena daretur. Vnde duabus primis horis diei occupati erāt in salutādis diuitibus: sicut dicit Martialis: Prima salutantes atq; altera sucipit hora. Coeperunt enim ditissimi quiq; salutatoribus suis ampliora munera dare Vnde multi diuites prima luce ditiores se salutatum ibant: & magna munera eripiebant e faucibus pauperum clientium & familiarum: & eadem pro parte suis salutatoribus impartiebant. quod aegre fert poeta: eo q non habeant rationem dignitatis suae. Nā cum vilissimis hominibus libertinae conditionis saepe contendere: & nonnunquam ab eis vinci non erubuerunt. Contra luxuriam: idest abundantiam & superfluam amplitudinem villarum: quae granaria aut possessiones a gallis vocantur: erat lex cēsoria (vt dicit Plinius) praecipiens ne Romani plus verrerent q̄ ararent: idest ne plus occuparent aedificiis: quorum aream verrunt: idest scopis mundant ministri q̄ ararent. Contra superfluitatem autem mensarum institutum erat: vt publice coenarent: quia antiqui volentes frugales haberi: comperti sunt in secreto prodigaliter vixisse. Potest autem textus hic dupliciter legi. Aut quod ipsi antiqui etiam in secreto quidam coenauerint: sed non tot fercula. Aut quod ipsi non in secreto coenauerint: vt nunc. primo modo construitur sic: Quis auus: idest quis antiquorum erexit totidem villas: vt supple nunc erigunt: quasi dicat nullus. Quis auus: idest quis antiquorum coenauit: idest coenando consumpsit. secreto: idest in loco occulto. septem fercula: idest septem genera cibariorum: quae seorsum afferuntur: vt nunc supple coenant, quasi dicat nullus. quia licet quondam etiam in secreto coenauerunt: non tamen septem fercula. Secundo modo sic: vt etiam dicat nullus: quia aui (licet atavi & proaui forte in secreto coenauerint) neq; in secreto coenauerunt. neq; tot fercula. Sportula: idest elemosyna centum quadrantum. parua: idest exigua. sedet: idest sita est. nunc: idest postquam Nero coenas rectas ad sportulas reuocauit. Cuius contrarium postea fecit Domitianus, sed nondum fecerat in primo limine: idest in primo introitu domus: ne intromissorum litigia domino molestiae sint. sed inquam rapienda: idest violenter occupanda turbae togatae: idest romanis: qui non salutabant: neq; sportulam petebant nisi togati essent. & ideo nobiles purpura dimissa togam salutaturi accipiebant: & postea dimittebant. qd' conqueritur Martialis dicens: Quid faciam Romae: cui non licet esse clienti: Dimisit nostras purpura vestra togas. Ille tā quem noscis: videlicet balneator, seu custos balneoꝝ secundum Martialem inspicit priusquam det faciem tuam. & trepidat: idest cum timore disquirit. ne: idest vt non venias ad sportulam. suppositus: idest clam loco alterius positus. & poscas nomine falso: idest simulato & non tuo: quod tibi verum nomen est. Tu agnitus: idest postquam fueris inspectus & bene notus: accipies supple sportulam & non prius. Turpe autem merito esset nobilem a balneatore inspici: & agnosci. Iubet autem balneator auctoritate domini sui. Ipsos troiugenas: idest nobiles romanos: qui iactant se de illis Trioianis: qui cum Aenea i Italiam profugi venerant originem trahere. vocati a praecone: idest a publico proclamatore. Vsq; adeo eos non puduit sportulam petere: quia tamen hoc minus verisimile videtur addit. Nam pro quia. &: idest etiam. ipsi troiugenae: idest a Troia oriūdi nobilissimi Romani. vexat: idest pulsant & frequentant cum molestia. nobiscum: idest sicut & nos pauperes. limen: idest illud transuersum in pede hostii: vbi dictum est sportulam sedere. uexant inquam limen porrigentes manum & clamantes. praetor sic: Da praetori supple sportulam suam. Deinde dicit tribunus: Da tribuno sportulam suam. sed libertus alicuius diuitis: vt Crispinus ille, de quo dictum est: Cum ius esse putet &c. enim pro quia: est prior, & dicitur per parenthesim. Vel lege potius sic: Sed libertius prior est: idest sed ponamus quod aliquis libertinę conditionis est prior, tunc ipse inquit: ego sum prior. i. ante praetorem & tribunum. Priori autem debebatur sportula: quia tamē verisimile est qd' debeat ꝑtori aut tribuno cedere: quod illi potest etiā ab astātibus dici: subdit ipse dicēs: Cur timeā aut dubitē defēdere, i.

protegere

protegere meum locum: quem occupo iure præuentionis: quamuis sum supple natus ad: idest iuxta Euphratem: idest fluuium illum in Mesopotamia secundum Georgium: vel in Cappadocia secundum Calderinum. Vnde quia tot serui Romam concesserant: Martialis cappadocas posuit pro seruis dicens: Quid te cappadocum sex onus esse iuuat. Vel secundum Mancinellum in Assyria: & omnes verum dicunt: quia ad omnes alluit Euphrates. Propter dictum tamen Martialis placeret Calderinus nisi videretur poeta de eodē loqui cū diceret: Aegyptus atq; arabarches. Vnde intelligi placet de Arabia. quod: idest quam rem scilicet me natum esse ad Euphratem. fenestræ: idest aperturæ seu fissuræ in aure: idest quas habeo in auriculis meis more patriæ. arguerint: idest probauerint arguendo mendacium contradicentis. quamuis: idest tametsi. ipse: idest egomet. negem: idest velim negare: quasi dicat ego egregie fateor sum libertinæ conditionis. Potest autem esse vt is de quo loquitur poeta aliquando ostentauerit fissuras auricularum ad gloriam: quia illis probauerit se tanquam captus esset in aures: siue aurum in auriculis gestasse: quod ingenuitatis signum est. Non est autem (vt docet Laurentius Valla) auricula parua auris: sed chartilago illa, quæ eminet ad aures: in qua erant fissuræ: nō in aure. Libertinus vero secundum eundem est adiectiuum & absolutum. Vnde non debeo addere dum dico hic libertinus est: cuius sit: quia idem est. ac si dicam: hic est libertinæ conditionis. & est tam manumissus, q̃ ex manumissis natus. sed libertus est substantiuum & relatiuum. Nec plene ponitur sine correlatiuo, aut subiecto eius: vt hic libertus Neronis. Et omnis libertus manumissus est. hic igitur in aure dicitur pro auricula. & libertus pro eo quod est libertinus diceretur: si legeretur. Sed libertus enim prior est: prior inquit & cætera. Vnde docti legunt: Sed libertinus prior est &c. Quia vero libertinus de vtroque dici potest: & speciale habemus pro manumisso: cepit quod Suetonius dicit generale illud pro altero capi: vt videlicet is libertinus dicatur: qui patronum non habet: sed ex habente patronum: hoc est manumisso natus est. sed redeo ad ordinem verborum: Sum igitur inquit libertinæ conditionis, & ob eam inferior quā prætores: & tribuni: & cæteri nobiles Romani. sed quinq; tabernæ quas ego scilicet possideo in foro. parant: idest cōparant mihi singulis annis quotannis quadrigenta supple sestertia: idest censum equestrem per quem recipior in quatuordecim primos gradus theatri. vt postea dicetur: Quid optandum: idest inter ea quæ sunt optanda. purpura: idest nobilitas eorum: quibus conceditur purpura. confert maius: idest accumulatius bonum: quasi dicat nihil: cum ex illis habeat & honorem & diuitias. Non potuit poeta dicere magis propter metrum: magis enim corripit primam. Nec latina lingua patitur duo adiectiua simul construi sine coniunctione: ideo non dixit: Quid maius optandum: sed diuisit. Si: idest & si: idest quāuis. Coruinus: idest ille nobilis custodit in agro Laurenti: idest in antiquo latio terra fertilissima oues conductas: idest alienas ad hoc conductas: vt diues videretur. quod dictum est non ex sententia poetæ: sed ex scommate & irrisione petulantis hominis ex seruili conditione. Quod si re vera ita intelligi placet: quod Coruinus custodiat. expone: idest quod faciat custodire: oues conductas dimidio lanæ & fœturæ: quia Coruinus quidem pascua habuit pinguia: sed caruit ouibus. & ideo alienas ad æquas portiones pascendas susceperat. licet ergo ille inquit agrum sine pecore habeat: quid hoc ad me? ego possideo plus Pallāte: idest quam pallas ditissimus libertus Claudius & Licinis illis diuitibus. Quidam sequentem locum diuersis attribuunt: vt dicat: Libertinus ille qui hactenus locutus est: ergo cum ita sit quod affluam diuitus: & sim ditior etiā tribunis: tribuni expectent donec supple accepero: & sequentia dant poetæ: quia tamen omnia dependent ab illud ergo: quod illatiue seu cōtinuatiue ponitur. mallem omnia poetæ dare: vt satyrice concedat: quod maxime negandum censet. ergo si ita est: q; tu tam diues es: iustum est sup. (& hoc per ironiam intellige) vt tribuni expectent. & diuitiæ supple vincat dignitatem: nec pro & non. & q; is, qui venerat nuper: idest superioribus annis. in hanc: idest nostram vrbem romanam. pedibus albis: idest gypsatis: quod signum serui vænalis est non cedat: idest nō det locum honori sacro: idest dignitati tribunitiæ: quę sancta & sacra: idest veneranda est iustum inquam est quandoquidem: idest quoniam ita est. qd maiestas: idest summa dignitas: diuitiarum sup. est sanctissima: idest maxime inuiolabilis inter nos Romano scilicet. Etsi: idest quamuis. o pecunia funesta: idest funerum causa plurima. nondum habitas: idest coleris. templo: idest fano, vel ædificio tibi sacrato, & quamuis nullas: idest non vllas. non ereximus adhuc vllas aras nummorum: idest ad honorem nummorum. vt, idest quemadmodum. Pax colitur: idest veneratur, & adoratur in templo Pacis. atque pro &. Fides colitur: idest adoratur in templo Fidei. & Victoria in templo Victoriæ. & Concordia quæ crepitat: idest ore suo (nam rostrum negant dici nisi fuerit incuruum) crepitum seu sonitum facit. nido salutato: idest dum nidus salutatur. Colebatur enim in forma Ciconiæ: uel Cornicis. vt bene recitat Mancinellus. Sed cum summus honos: hic iterum redit poeta ad castigandam ineptam petitionem sportulæ: cum res vilissima sit: cum non contineat: nisi centum quadrantes: quibus præstabat vna cœna recta. Vnde Martialis: postquam Domitianus instituit pro centum quadrantibus cœnam rectam in sportulam dari inquit: Centum miselli valere quadrantes. Lautissima enim sportula non dabat nisi centum quadrantes: vt hic dicitur vnde idem Martialis: Dat baiana mihi quadrantes sportula centum. & tamen prætores & tribuni non habentes rationem dignitatis suæ: tam auide petebant eas: ac si res magna esset. Vnde indignatur poeta dicens: sed demus supple quod re magna liceat publico & nobili, cum priuato & paupere controuersiam agere: tamen supple nō licet pro sportula: quia cum ita sit quod summus honos: idest summus magistratus computet quid: idest quātum pecuniæ sportula referat: idest reddat ei anno finito. & quantum addat rationibus: idest redditibus: & prouentibus: siue vectigalibus solitis: hoc est cum nobilissimi annumerent sportulam ad diuitias suas. quid facient comites: idest sequaces & clientes: qui comitantur gratia sportulæ: idest quantum illi poterunt habere? quibus supple comitibus. toga: idest vestis exterior tegens interiora indumenta mœchanicis forte artibus apta. est hinc: idest ex hac sportula. calceus: idest indumentum pedum est hinc: idest ex alia. & quibus est hinc panis: idest domui omne nutrimentum necessarium: & fumus: idest omne quod necessarium est ad ignem seu decoctionem: hoc est cum clientibus (non sunt autem clientes satellites, siue apparitores: gallice sergens: sed qui se fidei & tutelæ alicuius diuitis & potentis commiserunt) & comitibus, seu familiaribus nihil detur nisi ex sportula: & tamen dominus computet sportulam inter redditus suos annuos. quid facient ipsi: idest quomodo poterunt viuere. quia lectica densissima: idest in qua fertur vir amplissimus in dignitate: vel in qua fertur mulier ægra: aut grauida cum prole maxima. non petit nisi centum quadrātes: idest viginti quinque asses: qui si quadrantes tunc vocauerunt: quos nunc quatrinos vulgus italicum vocat: non sunt nisi viginti quinq; albi minores monetæ gallicanæ. Quod autem debeat potius intelligi de lectica in qua feruntur plurimi liberi siue infantes: patet quia dicit: que pro &. Vxor languida: idest ægra. Vel prægnans: idest grauida sequitur maritum & circūducitur: idest ducitur in circuitu: vt respiciatur eius miseria. hic: idest alius: qui non habet coniugem præsentem, vt tamen sportulam habeat: petit absenti: idest pro coniuge absente: tanquam præsens esset lectica. & hoc facit callidus: idest subtilis & astutus. sed arte iam nota: idest cognita distributori ostendēs scilicet pro coniuge: idest loco coniugis quam fingit esse in sella. i. in lectica in qua sedere posset (dicitur enim a sedendo sella quasi seda) sellam vacuā & clausam, & inquit cum quadā cōfidentia ad ipsum distributorē,

seu elemosynarium: vt non fiat inquisitio. Galla mea: idest vxor mea: sic vocata. est supple in hac lectica clausa. dimitte .i. da mihi portionem & sportulam meam: & sine me abire. cum autem id statim non faceret dispensator dispensans: ait petitor. moraris: detines me hic. Ille autem sciens astutiam qua multos deprehenderat vacuas cellas aduexisse simulantes se coniuges aduehere, inquit, O Galla profer: idest produc & extolle caput supple tuum. Ad quod marito dispēsator. noli vexare: idest molestare eam. quiescit: idest capit requiem post longam infirmitatem. Repetamus pauca. Pedibus albis .i. cretatis vel gypsatis: quod signum est serui transmarini & venalis. Vnde Ouidius: Nec tu quisquis erit capitis mercede retentus: Despice gypsati nomen inane pedis. Et Tibullus: Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Gypsum autem Galli vulgo plastrum vocant. Funesta pecunia: quae funerum saepe causa est. vnde tertio Aeneidos: Polidorum obtruncat, & auro Vi potitur: quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames. quid non cogis quasi dicat ad nihil non cogis. Et dicitur funesta a funere. Funus autem de funibus ceratis quae cremantur dum cadauer ducitur.

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
Sportula. deinde forum, iurisque peritus Apollo,
Atque triumphales inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Egyptius, atque arabarches,
Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
Vestibulis abeunt veteres, lassique clientes,
Votaque deponunt, quāquam longissima coenae
Spes hominum, caules miseris, atque ignis emendus.
Optima siluarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantum ipse iacebit.
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, una comedunt patrimonia mensa.
Nullus iam parasitus erit, sed quis feret istas
Luxuriae sordes? quanta est gula, quae sibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
Poena tamen praesens, cum tu deponis amictus
Turgidus, & crudum Pauonem in balnea portas,
Hinc subitae mortes, atque intestata senectus.
It noua, nec tristis per cunctas fabula coenas
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

IOAN. Brit. ¶ IPSE dies: ignauiam pariter & auaritiam diuitum Romanorum carpit. qui hoc modo diem consumerent, vt clientibus semper comitantibus primo sportulam captarent: mox in forum: vt otiosi transirent: vbi statua fuit Apollinis eborea. vnde sequitur iurisque peritus Apollo. Et statuę omnium triumphales: quae per multum otium viserentur: vt per Apollinem & statuas triumphales solum forum intelligas Augusti: in quo omnia haec erant. Sicque per summam indignationem diuitum (vt diximus) notat auaritiam: qui circunductis per varia vrbis loca clientibus tam ingrati sint: vt ne quidem eos in coenam: quam summis votis sperauerant, inuitent: sed eos omni spe coenae destitutos a se amittant. ¶ Distinguitur: diuiditur. ¶ Pulchro ordine: ironicos. ¶ Sportula: scilicet petitur. ¶ Deinde forum: scilicet Augusti: quod is inter publica & plurima opera extruxit cum ęde Martis vltoris. Fori extruendi causa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quae videbatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. Itaque festinantius: nec dum perfecta Martis aede publicatum est: cautumque: vt separatim in eo publica iudicia: & sortitiones iudicum fierent. Haec Suetonius. ¶ Iurisque peritus Apollo: forum ipsum Augusti (ut dixi) intelligit. Nā ibi statua Apollinis eborea fuit. vt docet Plinius libro septimo capitulo quinquagesimo tertio. Vnde facete poeta peritū iuris Apollinem nominauit: quasi qui assidue lites audiendo iuris factus esset peritus. Non placet vt intelligas de templo Apollinis: quod extructum fuit (auctore Tranquillo) in ea parte palatii: quae a fulmine desiecta fuerat. Vbi Colossus erat Apollinis aereus quinquaginta pedum in bibliotheca templi: sed de foro (vt diximus) Augusti. Ibi enim, & nō in templo Apollinis, iura reddebant. Et illic erat statua (vt dictum est) Apollinis eburnea ita: vt videretur potuisse iura ciuilia discere. Ad quod etiam respexit Horatius loquens de Garrulo tracto in ius: Sic me seruauit Apollo: idest iudices sedentes in foro Augusti. ¶ Atque triumphales: scilicet imagines petuntur. ac per hoc ipsum forum Augusti. Nam ibi (auctore Tranquillo) statuas omnium triumphali effigie in vtraque fori sui porticu dedicauit. Legimus tamen & in aliis foris ante Augustum statuas poni solitas. vnde Scipio Nasica (auctore Plinio) statuas quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat, sustulit. ¶ Inter quas: indignatur poeta, quod inter statuas triumphales, quae non solum in foro: sed etiam passim per totam vrbē erectae erāt, Crispinus Aegyptius & conditionis libertinę statuā triūphalem habuit. Nam de Crispino intelligere omnino videtur, cum sequatur Aegyptius atque arabarches. ¶ Nescio quis: satis contumeliose dictum nescio quis: quasi vilis & ignobilis. ¶ Aegyptius atque arabarches: bene autem dixit Aegyptius: atque arabarches, Nam Aegyptus & Arabia conterminae sunt ita: vt poeta videatur nescire recte discernere patriam eius: dictumque est cum contemptu patriae: quasi dicat vndecunque fuerit patria ei fuit barbara: & ipse vir barbarus. ¶ Arabarches: Arabum princeps. irrisorie dictum. aut princeps Arabum: hoc est seruorum: qui essent Romae ex Arabia. ita etiam Cicero ironicos quendam appellat Arabarches in quadam epistola ad Atticum: Vellem & te ex Theophane respicere: quonam animo in me sit Arabarches. ¶ Titulos: imagines cum titulis & inscriptionibus suis. Non tantum meiere fas est: hinc maxime apparet poetae indignatio. est enim sensus: Adeo inquit statua illa Crispini contemnenda est: vt non solum vrina respergenda sit: sed etiam spurciori re. Tali enim nota affici solent: quae maxime contemnuntur. vnde Tarentini alterum ex legatis Romanorum vrina respersserunt. Nero item (auctore Tranquillo) in ludibrium religionis Deam Syriam vrina contaminauit. ¶ Meiere dicimus & meiere & mingere. Persius: Extra meiete, Discedo. Iuuenalis: Et fusco iam micturiente. a mingo. Horatius: Veniant mictum atque cacatum. ¶ Vestibulis: a domo diuitis recedunt: quos comitati sunt per multos labores. hincque est omnis poetae indignatio. Vestibulum autem quid fuerit docet sic Gellius in noctibus atticis: Qui domos amplas antiquitus faciebant: locum ante ianuam relinquebant: qui inter fores domus & viam medius esset. In eo loco qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur consistebant. & neque in via stabant: neque intra aedes erant. Ab illa grandis loci consistitione: & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt spatia grandia ante fores aedium relicta in quibus starent, qui venissent priusquam in domum intromitterentur. vt ue in compositione valde significat. Vt illud Horatii: Ve pallida lecto Desiliat mulier. Et apud Varronem in re rustica: Quod quae postea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillae. Persius: Vt ramale vetus vegrandi subere coctum. alii vero a vestiendo dictum putant vestibulum: quod primas partes aedium vestiat. vel a Vesta Dea, cui omnis aedium introitus sit consecratus. De vestibulis etiam sic meminit Victruuius in sexto. Communia autem sunt, quibus etiam inuocati suo iure de populo possunt venire. Virgilius: Vestibulum ante ipsum: primoque in limine Pyrrhus. ¶ Lassi: longa erratione dum comitantur diuitem. ¶ Clientes: dicuntur quasi colentes: qui patritios colant: a quibus defenduntur. patroni autem dicti quasi patres. Clientelas & patrocinia instituit Romulus. ¶ Veteres: hinc

conqueritur

conqueritur maxime Iuuenalis: q; in veterem clientem & familiarem sint tam ingrati. ¶ Deponunt: abiiciunt. ¶ Coenae: scilicet recte. ¶ Quamquam longissima: idest quae sibi in animo diu aluerunt. ¶ Spes hominum: acclamatio poetae in miseriam clientum: qui diu sperauerant se apud diuitem coenaturos. ¶ Caules: caulem accipimus saepenumero pro brassica. sed generale est vocabulum: significat enim scapum ipsum in herbis & leguminibus. dicimus enim caulem ciceris: caulem fabae: & caulem betae: idest scapum ciceris: fabae: & betae. ¶ Interea: dum pauperes clientes infeliciter coenant domi suae. ¶ Optima siluarum: in sordidam gulam romanorum insurgit: qui opiparas sibi solis coenas pararent: nullo prorsus adhibito: nec cliente: nec parasito. ¶ Vorabit: indignatione satyrica dictum: quasi magnus helluo. ¶ Rex horum: rex alias regnatorem: alias diuitem significat: alias nomen habet: vt hoc loco ad aliquid dictum ad significandos clientes: qui aeque, ac parasiti dominum sequuntur vt coenent. Nam sicut parasitus est regis: & libertus patroni: ita rex est parasiti & patronus liberti. Vnde Terentius: Nemo pro merito gratiam regi refert. Parasitus apud Plautum in captiuis ita loquitur: Nam postquam meus est rex potitus hostium. appellat enim parasitus Philopolemum regem suum: apud quem saepe coenabat. Terentius alibi: Regem pro diuite posuit. Regem me esse oportuit. idest diuitem. ¶ Vacuis toris: lectis discubitoriis. Nam antiqui tribus stratis lectis epulabantur. Horatius: Saepe tribus videas lectis coenare quaternos. Terentius: Dedit lectulos pedibus ligneis faciedos vbi pot. tis vos. Martialis: Imperat extructos frangere nona toros. ¶ Vacuis: quia solus coenat: vt sordidus. ¶ Nam de tot pulchris: hoc dictum est i profundam gulam, & luxuriam ciborum. est enim sensus: Tam laute, tantoq; impendio epulantur diuites Romani: ut vna coena absumat patrimonia. Vnde Seneca i detestationem gule sic clamat: Nunc conuiuiorum vigebit furor, & foedissimum patrimoniorum exitium culina. ¶ Vna mensa: vna coena Orbibus latis: mensis citreis orbicularis. de quibus supra illic: Praetoria mensas. ¶ Antiquis: idest quae fuissent multorum per successionem dominorum. Vnde Seneca: Placet mensa non varietate macularum conspicua: nec per multas elegantium dominorum successiones ciuitati nota. ¶ Nullus tam parasitus erit: ita, inquit, diuitum auaritia adoleuit. vt soli tantum coenent & laute & delicate: neq; vllo adhibito parasito: qui saepe loci causa a diuitibus in coenam admittebatur. fit autem parasitus ἀπὸ παρὰ quod est iuxta: & σῖτον cibus. est enim is qui nobiles & potentes sectatur gratia gulę: paratusq; ad omnia assentari: unde apud Terētium de Gnatone parasito: Quicquid dicunt laudo: si negant nego: aiunt aio. Inde est parasitor verbum. Plautus in Amphytrione: Amanti parasitor, hortor asto, admoneo, gaudeo. Et ante supparasitabor patri. ¶ Sed qs ferat istas? non cessat conqueri poeta diuites Romanos auaros pariter esse & luxuriosos. auari inquit sunt pauperibus clientibus, quibus nihil dant: luxuriosi vero sibi, qui tam delicatis, tamq; pretiosis epulis saginant. monet autem poeta nihil magis esse vitandum, q̃ istam luxurię & sordium turpem societatem. ¶ Sordes: auaritiam. cum nihil dant clientibus. Sordidi appellantur auari. Sumpta metaphora a sordibus vestium: q; non minus hominum vita auaritiae morbo commaculetur, q̃ uestimenta maculis & sordibus. Nam sordes proprie opponuntur mundiciis & lauticiae. Vnde Terentius: Harum videre ingluuiem, sordes, & inopiam salus est adolescētulis. Vnde etiam sordere apud veteres vsurpatum est pro sordidum esse. Actius in Aegystho: Cui manus materno sordet sanguine sparso. Sordere etiā capitur p eo quod est putere, & male olere. ut illud Virglianū: Sordent tibi munera nostra: idest tibi putent & sordida videntur: id est foeda & immunda. Poni autem sordidos pro auaris docet sic Cicero ad Actium: Propter quosdam sordidos homines, qui beneficia Caesaris vendunt. Horatius: Sordidus a tenui distabit victus ofella, & alibi Sordidus ac diues popu

Caulis

Rex

Parasitus

Sordes
Sordes
Sordidus

li contemnere voces. ¶ Luxuriae: tantae lauticiae & tanti apparatus cum ventrem suum pretiosis & multiiugis cibis opimet. ¶ Quanta est gula: acclamatio in derisionem gulae. quasi diues non possit sibi ventrem implere: cum omnino modicae rei sit capax: nisi integrum aprum sibi apponat. Seruilius Rullus (vt scribit Plinius lib. octauo) pater eius Rulli: qui in Ciceronis consulatus legem agrariam promulgauit: primus Romanorum solidum aprum epulis apposuit. ¶ Totos: integros. Tiberius tamen (auctore Tranquillo) vt parsimoniam publicam exemplo quoq; iuuaret. dimidiatum aprum apposuit. ¶ Animal propter conuiuia natum: veluti acclamatio in detestationem gulae: quo vno vitio nihil putat homini turpius. & ideo multo carmine id insectatur: quasi inquit aper ob nullam aliam sit natus rem, q̃ vt delicata de se praebeat pulpamenta. Videtur ad id respexisse quod scribit Varro in secundo de re rustica: Suillū pecus donatum a natura dicunt ad epulandum. ¶ Natum: quasi ad hoc specialiter genitum & inuentum. Horatius: Natis in vsum laetitiae scyphis Pugnare Thracum est. ¶ Poena tamen praesens: quasi punitionem desideret poeta tantae gulae: sed poena inquit ab eis non abest. nam ex nimia repletione contrahunt morbos: quibus etiam moriuntur. Tale etiam est dictum apud Pliniū loquentem de ebrietate: Hinc pallor, & genae pendulae, oculorum vlcera, tremulae manus effundentes plena vasa. Et quae sit poena praesens, furiales somni, & inquies nocturna. Seneca ad Lucilium: Multos morbos multa fercula fecerunt. ¶ Praesens: subita & praesentanea: quae non diu sit expectanda. Vnde praesentissimū periculum: praesentissimum venenum: idest subitum & pręsentaneum: quod statim: scilicet occidat. praesens etiam significat, non modo quod est huius temporis, sed etiam alterius. Quintilianus loquens de Cicerone iam mortuo ait: Postea vero q̃ triūuirali proscriptione consumptus est: passim qui oderant, qui inuidebant, qui emulabantur, adulatores etiā praesentis potentiae non responsurum inuaserunt. ergo pręsentis potentiae, quae tunc erat pręsens, vt praeteritum respiciat. ¶ Cum tu deponis amictum: cum in balnea descendis. Nam tunc ex nimia repletione & cibo crudo in balneis vis morbi inopinata obrepit. iuxta autem balnea locus erat qui graece Apodyterium: latine vero spoliatorium vocabatur: ἀποδύω. n. idem est quod exuo. vbi qui balnea ingressuri erant: vestes deponebant apud Capsarium: qui (ut scribit Vulpianus) mercede seruanda in balneis vestimenta suscipiebat. ¶ Turgidus: nimia repletione. Aemulatio est persiana: Turgidus hic epulis, atq; albo ventre lauatur. ¶ Crudū pauonem: idest inconcoctum: non perfectum in stomacho. Nam crudum dicimus quod ad maturitatem non peruenerit: vt poma cruda. Et quod coctum non sit: vt caro cruda Martialis: Accusas, rumpisq; coquum: tanquam omnia cruda Attulerit. Crudum item hominem qui cibum non conficiat. Horatius in sermonibus: Nāq; pila lippis inimicum & ludere crudis. Crudum etiam cibum, qui non conficiatur in stomacho. in qua significatione hoc loco accidit poeta. Cicero libro nono ad Pętum: Satius est hic cruditate, q̃ illic fame: scilicet perire. Columella i primo limine: Mox deīde vt apti veniamus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus. Plinius: igitur balneas ardentes his temporibus medici quidam instituerunt: quibus persuasere cibos concoqui ita: vt nemo non minus validus exiret: obediētissimi efferuntur ad sepulchrum. Cicero ad Cassium: Ferunt P. Syllam alii a latronibus interfectum: alii cruditate: idest crapula & cibo nō concocto. Cruditates autem scribit Macrobius euenire aut qualitate succi: in quem cibus vertitur: si non sit actus humori: qui corpus obtinuit: aut ipsius cibi multitudine: non sufficiente natura ad omnia: quae congesta sunt concoquenda. Crudum ergo pauonem appellat: quem ob nimiam epularum ingurgitationem concoquere non potuit Seneca ostendit cruditatem capi pro nimia repletione cum ait: Ede citra cruditatem. Bibe citra ebrietatem, Et Cicero in Catone: Caret ergo se

Ad epulandum natum

Pręsens

Apodyterium

Crudū

nectus & vinolentia & cruditate. ſ Pauonem: primus Hor/
tensius augur (ut scribit Pli. lib. x. cap. xx.) posuit pauonem
Coena adiicialis coena adiiciali. Nã ita appellabaẽ coena põtificũ: auctore Fe
sto. De qua Macrobius & Varro de re rustica lib. iii. Primus
inquit Hortensius pauones augurali adiiciali coena posuisse
dicitur. Eandem etiã adipalem appellauere. ſ In balnea: nam.
Romani ante coenam (auctore Celso) exercebanẽ: post eam
exercitationẽ balnea ingrediebanẽ. Appianus mentionẽ fa/
ciẽs de Catone sic ait: Circa vesperã e balneo ad coenam trã/
sit. Apuleius in. x. li. de Asino aureo: Qui cũ se refecturi elau/
sa cellula balneas petiissent. Et idem in. viii. Disposita coenu
la balneas obeunt. De hac consuetudine plura diximus apud
Persiũ illic: Turgidus hie epulis. ſ Hinc subitæ mortes: sub/
audi sunt ex nimia epularũ ingurgitatione. Hinc monet poe
ta frugalitate nihil esse nec laudabilius, nec vtilius: multosq;
ex nimia cibi & crapulæ intẽperantia mori. ſ Intestata: non
Intestatus facto testamẽto: quia morte repentina intereunt. Intestatus
aũt videẽ dici nõ tantũ is qui testamentum non fecit: sed ẽt
is qui testamento liberis suis tutores nõ dederit. quãtũ enim
ad tutelã pertinet, intestatus est. Auctor Paulus de legitimis
tutoribus. ſ It noua fabula. i. recens & subitus rumor diffi/
paẽ per oia cõuiuia. Nam in conuiuiis de variis & nouis re/
bus solet esse sermo. Hora. Fabula quanta fui conuiuiorum.
ſ Nec tristis: sine aliqua doloris significatiõe. nemo. n. est qui
de eo aliquam præ se ferat tristitiã: qa nihil per testamẽtum
legauerit: sicq; poeta miserã humanæ fragilitatis cõditionẽ
Ducere ostendit. ſ Duciẽ: verbũ est funebre. i. ad bustũ fertur. Virg.
Et tristia funera ducunt. Persius: Nerio iã tertia duciẽ vxor.
ſ Plaudẽdũ: in quo magis lætitiæ q̃ doloris ostẽdiẽ significa
tio: cum nihil sit relictum vnde possint tristitiam simulare.
ſ Iratis amicis: quia nihil relictum sit. Horatius in sermoni/
bus: Adde iratum patruum, vicinos. Irascuntur enim cum
omnia per luxum sint absumpta. Persius: Sed coenam fune/
ris hæres Negliget iratus q̃ rem curtaueris.
ASCẽ. ¶ Ipse dies pulchro &c. Per ironiã dicit Romanos diuites
pulchre obseruare officiũ singularum horarũ: qa institutum
erat narrante Martiale vt prima hora & secunda fierent sa/
lutationes: tertia adireẽ forũ: & eum ordinẽ obseruabãt: sed
in fraudẽ clientũ: qa nõ redibant tempestiue domũ: vt sportu
lã clientibus darent. Vtcũq; intelligant alii: ego sic intelligo:
vt Romani magistratus q̃ perant iuridicẽdo prima luce iue/
rint salutatũ ditiores: vnde debuerint redire domũ suã: vt a
suis salutarenẽ: qui eos in foribus p̃stolabanẽ: sed recta ibant
ad forũ vbi ius dicebaẽ: & ita miseri clientes q sperauerãt sa/
lutãdo se merituros sportulã: ex qua sibi cõpararẽt lautã coe
nã: vidẽtes q dñi non redirent deposita spe ieiuni & fameli
ci abibant. Non ergo intelligo qd sportula primũ petatur a
clientibus: sed ab aduocatis clientulorũ: nec qd clientes dedu
xerĩt aduocatos suos in forũ: sic. n. iam sportulã meruissent.
sed quod aduocati illi diuites priusq̃ clietes poterant adue/
nisse: abiuerint salutatum & petitum sportulam: nec rediue/
rint donec tempus salutandi esset transactum: & ita miseri
clientes famelici redibant. & princeps salutatorũ. i. qui pluri/
mos diuites salutauerat post abitum illorũ lautissime coena/
bat. & id qdem solus: quod signum summę gulositatis est. cu
ius poenam incidẽtaliter subiungit dicens: qd ex tali voraci
tate sæpe in balneis subitę fiebãt mortes. Ordo est: Ipse dies
.i. officiũ diurnũ distinguiẽ pulchro ordine rerũ: quia ad res
ad quas institutus erat dies seruato ordine. Sportula: supple
petiẽ a diuitibus primũ: & hoc duabus horis. deinde Apollo
iurisperitus. i. q est iuxta forũ iudiciale: vel q leges Lycurgo
dictitasse dĩ sup. petiẽ: sed melius priori modo pp hoc qd se
quiẽ. Atq; pro &c. & triũphales sup. statuę decretæ triũpha
toribus. & positæ ad forũ iudiciale sup. petunẽ. inter q̃s sup.
triũphales statuas nescio qs. q. d. idignus q noieẽ a me. Aegy/
ptius ex Aegypto. atq; pro &. arabarches. i. princeps seruo/
rum ex Arabia. ad cuius effigiẽ. i. statuã ad eius similitudinẽ
effictã. non est tñ. i. solũmodo. fas. i. licitum. merere. i. minge
re, vel vrinã spargere. sed supple: quod ppter honestatẽ pul
chre subticuit: & ergo honor sit auribus tuis lector: etiam ca
re, aut oletum facere, ausus est habere titulos. i. inscriptionẽ
noĩs sui. Et ita periphrasi. i. circũlocutione quadã fori angu
stiũ p trãsitũ taxat more satyrico Crispinũ: qui ex infimo lo
co ad eam glorĩã vt illic statuã haberet malis artibus proue/
ctus est. Cũ ergo deberẽt salutatis aliis redire domum: vt a
suis salutati in forũ deducerenẽ: recta ibant in forum. & ita
clientes. i. familiares: aut in fidẽ & tutelã eorum cõmissi: vete
res longa obseruantia & fide cogniti: & lassi ex longa statio
ne vel expectatione abeunt. i. discedũt. a vestibus. i. locis ad
standũ & obseruãdũ ante fores diuitũ idoneis. erant enim
defensi illic stãtes a Sole & imbribus. sed non erat intromissi:
qa foris sub tecto tñ stabant. vnde vestibulum põt dici a ve
particula: quæ aliqñ diminuit: & stabulo: q̃si sit paruus locus
ad standũ: sicut in templis sæpe hmõi loca videmus: q̃ etiam
vestibula proprie dicuntur. Abeunt ergo vestibulis: & depo
nunt vota. i. desideria sua: vel spes suas. Potest tñ esse vt vo/
ta iam destitnauerint in afo: si sportulã ĩpetrauerint: q̃ depo
nunt. q̃q̃. i. licet spes longissima. i. longissimo tpe per meritũ
concepta (non enim speramus proprie sine merito) hominũ
.i. quã etiam illi, q homines sunt habent: cum tñ maiora spe/
rare debeant: vt sit sup. spes coenę. Mancinellus sic exponit:
Et deponunt vota coenæ: quę q̃ logissima. & deinde p accla/ Acclamatio
mationem additur spes hoium. Acclamatio autẽ fit quoties
ad id quod dictum est acclamare cogimur propter mirabili/
tatẽ eius. sicut pri. Aenei. Virgilius: postq̃ tetigerat quę prius
Aeneas passus esset: & quid superi pmiserunt destrui vt Ro
ma cõstrueretur: acclamat dicẽs: Tantę molis erat Romanã
cõdere gentem. Est ergo hic secundũ eum acclamatio: vt sit:
Videte quæ sit spes hoium. vel sic o spes hoium sup. viles &
inanes. Potius diceremus appositionẽ: vt sit: Deponunt vo/
ta longissimæ coenæ: Vota dico existentia spes hominũ. Idẽ
Mancinellus intelligit: vt ex quadrantibus sportulæ emant
clientes cibi caules & reliq̃. Sed ego intelligo vt sportulã nõ
habuerint: nec sperauerint habere coenã a salutatis. Non eni
verisimile est vt vsq; ad horam decimam a prima illic stete/
rint: sed sportulam: vnde vnã dũtaxat coenã cõparare pos/
sent sperauerant: opiparam tñ qua spe fraudati coacti sunt
emere holuscula & ignẽ ex propriis pecuniis. Habẽt quidã
codices hoi: vt sit: ignes emẽdus est homini miseris. i. pmise/
ris domesticis. vel vt Georg. Val. accipit: Spes homini sup.
hæc manet &c. Sed quia plures hominũ legunt: accipiamus
sic: Clientes abeunt vestibulis lassi, & deponunt vota. i. desi
deria sua. desiderauerant eni habere bonam coenam ex cen/
tum quadrantibus sportulæ: quãquã spes longissima homi
num sit supple spes coenæ. i. quãquam non sperauerint nisi
vnã coenam ex tot laboribus, tamen illusi sunt. & ita ignis
emendus est. i. lignum vnde fiat ignis emendũ est miseris. i.
debet emi ab ipsis miseris. & caules. i. holuscula: accipiendo
speciem pro genere: & partem pro toto. nam caulis ea pars
herbæ est vnde se producit foliũ. Caules igitur supple emen
di sunt. Est enim hippozeugma. i. ab iferiore. Rex horum. i.
princeps. i. plurimas sportulas sibi acquisiuit: vel q eos ita p
libito regit: vel reuera quẽ sperauerant habere regem. sic. ii.
secundo Aenei. Chorebus dicitur gener Priami: quia fore
sperauerat. Rex autem est dominus conuiuii: vt sæpe apud
Martia. inuenies. Rex ergo horum. i. q debebat eis dare vn
de coenam haberent: vel saltẽ eos ad coenam inuitare. vora/
bit. i. ingurgitabit. interea dum ipsi miseri cõparant sibi ho/
luscula. optima supple obsonia siluarũ & pelagi. i. q̃ in siluis
& pelago possent comparari. i. optimas feras & optimos pi
sces. & iacebit. i. procumbet. tantum. i. solummodo. ipse nul
lo accepto in supple toris vacuis. i. lectis discubitoriis: quos
ternos habebant: vnde triclinium dictum est: & singuli qua
tuor cõuiuas capiebant. vnde Horatius primo sermonum:
Sæpe tribus videas lectis coenare quaternos. Iacebit inquã
tantum ipse. idest nullo cõuictore adhibito. nam comedunt
supple pleriq;. hoc enim moris est vt quoties ad generalita/
tem referimus verba sine suppositis proferamus: vt ita
aiunt: Vrbem quam dicunt Romam. Nunquid de spinis col
ligent vuas &cæ. Comedunt ergo iam fere omnes diuites
patrimonia

Nil erit vlterius, quod nostris moribus addat
Posteritas, eadem cupient, facientq; minores.
Omne in præcipiti vitium stetit. vtere velis,
Totos pande sinus, dicas hic forsitan, vnde
Ingenium par materiæ? vnde illa priorum
Scribendi quodcunq; animo flagrante liberet
Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non?
Pone Tigillinum, teda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant
Et latum media sulcum qui ducit arena.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita, uehatur
Pensilibus plumis, atq; illinc despiciat nos?
Cum veniet contra, digito compesce labellum,
Accusator erit, qui uerbum dixerit hic est.
Securus licet Eneam, rutulumq; ferocem
Comitas, nulli grauis est percussus Achilles,
Aut multum quæsitus Hylas, urnamq; secutus.
Ense velut stricto quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa,
Inde iræ, & lachrymæ. tecum prius ergo voluta
Hæc, animante tuba. galeatum sero duelli
Pœnitet. experiar quid concedatur in illos,
Quorum Flaminia tegitur cinis, atq; Latina.

patrimonia.i. omnes diuitias: quis ex successione patris obtinuerit. una mẽsa.i. in vna cœna: vel in vno obsonio, sicut apud Horatiũ videre licet de iis, qui ex canoris & pretiosis auiculis cibum: & qui ex vnionibus maxime potum sibi cõparauerũt, comedunt ergo sic: vt supple nihil relinquant de tot pulchris & latis & tam antiquis orbibus.i. mẽsis rotundis ex citro factis: aut forte argẽto: aut ebore: aut de tot vasculis rotundis: aut orbibus q̃ scissoria vulgus appellat. Pulchris: & qđ ad p̃tium facit: & antiquis: quod ad caritatẽ. Vnde maxime dãnandi tales sunt: q congesta forte multo sanguine & sudore: & diu cõseruata non sine maxima anxietate a maioribus vna mensa consumunt. Nec placet vt dicamus de tot orbibus.i. ex tot orbibus: quasi ex orbibus intelligamus eos cibos capere: qa tunc reliqui essent orbes: nec intestati morerent. Nam potior sensus est subaudiendo qđ dixi vel nihil subaudiẽdo sic: Comedũt vna mensa patrimonia a tot pulchris & latis: & tam antiquis orbibus.i. licet parentes eis reliq̃rint tot pulchros &c. Comedunt tamen totũ patrimoniũ vna mensa. Nullus parasitus.i. sectator: & adulator cibi gratia erit iam.i. quãdo ita viuere uolunt: uel postquam ita viuere instituerũt. Sed qs ferat.i. patiatur ęquo animo istas sordes.i. tam contemnendas fœditates luxuriæ.i. quas ipsi luxu suo. seu luxuria.i. nimia superfluitate sumptus faciunt. qbus tñ se lautos putent appellandos. Et qdem artificiose dictum: sicut in sequenti Satyra: Cũ sis inter socraticos notissima fossa cinædos. nihil enim est socraticis magis cõtrariũ, q̃ vt cinędi sint. & tamen quia illi q cinædi erant se socraticos iactabãt: coniunxit repugnantia. Similiter & hic: Sordidus enim ꝓprie dicit̃ auarus: non audẽs quicquã reponere pcꝺ latiore vita. Luxuria autem dicitur vbi est superfluitas in amictu, aut uictu, aut corporis ambitione etiam in segetibus. Quomodo ergo dixit sordes luxuriæ? Certe quod in eisdem sunt. Sordidi.n. merito dicuntur: qa nullum admittunt clientulũ aut parasitum. Luxuriosi aũt in sumptu: qa vna comedũt patrimonia mensa: & ideo acclamat poeta per indignationem satyricam. Quarta est gula.i. uoracitas hominum: uel quãta.i. quam magna est gula.i. ea pars hominis: qua cibus ingurgitatur,⁹ quasi d c t oportet sit quammaxima: utpote quæ ponit sibi.i. ubi nullo admisso. totos.i. integros apros: animal p appositionem: quasi dicat apros dico existentes animal natum propter conuiuia.i. cõmessationes. cum tamen cõuiuia honestiora sint a conuiuendo dicta. Et potest esse sensus: ut damnet consuetudinẽ eorum: qui ex apris epulum dabant: quasi sine eis epulum dari non possit. Vel ut dãnet eos qui animal natum.i. a natura ꝓductum ꝓpter cõuiuia.i. ut plures simul uiuant: ponunt sibi solis. Primus autẽ aprũ solidũ apposuit epulis Seruilius Tullus: ut auctor est Plinius. Pœna tñ supple est præsens.i. in promptu uel p̃sto: siue quã primum insequens: sicut uenenũ dicit̃ præsens qđ quã citissime necat. & Deus uel amicus præsens: q quod petit quãocyssime confert. Pœna ergo.i. uindicta uel punitio est prçsens.i. statim sequitur. cũ.i. quãdo. tu sic uoras cibos, deponis amictus vt intres balneum postero die q̃ pauonem uorauerit: **Præsens**

vt lautus ad aliam cœnã properes. & cum tu turgidus.i. habens ventrem inflatum: portas pauonem crudũ.i. indigestũ in stomacho tuo i balnea. Est enim caro pauonis difficillime digestionis. vnde Sapẽtus Augustin⁹ de ciuitate Dei li. xxi. cap. iiii. Quis enim, inqt, nisi Deus creator oium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Qđ cũ auditu incredibile videretur, euenit: vt apud Carthaginẽ nobis cocta apponeretur hæc auis: de cuius pectore pulparũ quantum vi sum est decerptũ seruate iussimus. Quod post dictum tãtum quantum alia caro quæcunq; cocta putresceret: prolatum atq; oblatum nihil nostrũ offendit olfactum. Itẽq; repositum est post dies amplius q̃ triginta: idem quod erat inuentum est. Idemq; post annum: nisi quod aliquantulum corpulentiæ siccioris & contractioris fuit. Hęc ille. Bene ergo hic pauonem crudũ dicit: forte tñ pro homine crudo. Nam crudus est cui cibus indecoctus & indigestus in stomacho est: cuius aspectus imitis fere est: vnde & crudelis dictus. sed ẽt cibum crudũ vulgo dicimus. Sciens autẽ lautiora conuiuia Romanis fieri solita postquam lauti & vncti in balneis fuerãt: & ita solũmodo cœnatũ sumptuosarum mentio vbiq; fit. nam prandia reprehendebantur. hinc.i. ex hac balneatione repleto stomacho. fiunt supple mortes subitæ. & senectus intestata.i. quę nullum fecit testamẽtũ. Vel qa vnde faceret nõ habuit: Vel qa subita morte ꝓuenta non potuit. Noua fabula.i. fabulatio. it.i. diuulgatur per cunctas cœnas. Funus.i. feretrũ in quo erat cadauer: vel ipsum cadauer plaudẽdũ.i. cum plausu accipiendũ ducitur.i. effertur ad sepulchrum. amicis.i. ab amicis. iratis. Itẽ vtitur antithetis.i. contra positis. Nam irasci de re plaudenda non est vero simile. Sed uarie respõderi potest: uel ut amici uideãtur irati sub p̃sona.i. sub inuolucro capitis: qđ caputium uocãt: attamẽ sibi plaudãt qđ ita mortuus sit anteq̃ oia cõsumpserit. Nã ut in ueteris mimi ꝓuerbio est apud A. Gelliũ: hæredis luctus sub p̃sona risus est, uel ut funus plaudẽdum dicat ab aliis ceulonibus: qb⁹ plaudẽdũ erat in tã uoracis hois morte. & amici irati sint: ꝓpterea qa parũ reliq̃rit. Vel reuera plaudẽdũ amicis: qa iã mortuus sit. iratis: qa nõ prius. **Pauo** **Crudus**

NIL erit ulterius: adeo inqt inter mortales emersere uitia ut putẽ nihil addi posse ulterius a posteris. Eadẽ s̃nia est & Claudiani in Eutropiũ: Nil adeo fœdũ est: qđ nõ exacta vetustas Ediderit: lõgiq; labor cõmiserit æui. Moribus: uitiis. est.n. vocabulum mediũ. dicimus.n. bonos mores, & malos mores. Minores: numero pluratiuo & genere masculino posteri dicunt̃. In p̃cipiti: in sublimi. quasi oẽ vitiũ emerserit ex imo in altũ. Vtere uelis: hortat̃ seipsum poeta ad scribẽdum. sumpta metaphora a nauigantibus: q nacti ꝓsperũ uentũ pandunt uelorũ sinus. q d. explica librũ tuum: & vtere stilo tuo ad scribendum nactus huberẽ materiã. Dicas hic forsitan.i. possis fortasse dicere vnde sit mihi ingenium par materiæ. q. d. materiã esse huberiorẽ, q̃ ingenio suo possit explicari. Simplicitas: monitorẽ introducit antiquã illã scribẽdi libertatẽ nõ esse poetis: q̃ olim fuit & Lucilio & Hora. Nam ante libertatem occupatã ab imperatoribus: Lucilius mira carminis acerbitate nominatim etiã hoium uitia car- **IOAN. Brit.**

psit.de quo sic Horatius: At q primores populi arripuit, po
pulumq; tributim. Persius: Secuit Lucilius vrbē: Te Lupe,
te Muti, & geminū fregit i illis Oē vafer vitiū ridēti Flac/
cus amico Tangit, & admissus circū pcordia ludit. ¶ Simpli
citas libertas scribēdi: qa simpliciter amoto omni velamen/
to carpebant vitia delinquētiū. nā simpliciter ille dicit, q li/
bere & aperte dicit qd sentit. ¶ Priorꝝ. s. poetarū. ¶ Cuius. s.
simplicitatis. i. libertatis. ¶ Non audeo dicere nomē: ita inqt
libertas scribendi periit: vt nō audeā eā noiare: quasi nefas
sit. Nam ea nō audemus noiare, q̄ fœda, abominandaq; sint
sicq; infelicem suorꝝ temporꝝ dotat conditionē: cū oino sub
lata libertate oia nutu imperatorꝝ gererent. ¶ Quid refert:
adeo inquit tutū fuit Lucilio libere loq & scribere. vt parui
pēderit irasceret ne Mutius Sceuola an nō. q scriptis suis li
bere esset notatus. libere eni loqui poterat: qa lebertas non/
dū oppressa erat ab Imperatoribus. ¶ Quid refert? qd inqt
prodest? ¶ Ignosceat dictis. i. scriptis & carminibus, qbus p/
scissus erat. ¶ Mutius: nā Mutiū Sceuolā insectatus est Lu/
cilius: & quēdā Lupū: vt diximus apud Persium: Secuit Lu
cilius vrbē: Te Lupe: te Muti. ¶ Pone Tigillinū: potuit inqt
libere & impune Lucilius notare vitia: qa libertas a tyrānis
adhuc occupata non erat. nūc modo si uolueris hoiem po/
tentē & gratū iperatori notare: qualis fuit Tigillinus Nero
ni: non erit tibi tutum: qa afficieris supplicio. ¶ Pone: scribe
& nota. ¶ Tigillinum. i. hoiem potētem & gratū impera/
tori: qualis (vt dixi) fuit ipse Tigillinꝰ Neroni. de Tigillino
dictū est supra illic: Cū fas esse putet curā sperate cohortis
¶ Teda lucebis i illa. i. ardebis qdem viuus: quemadmodum
multi imperante Nerone arserunt. Existimo id genus sup/
plicii designari: de quo Sene. ad Luciliū his verbis: Cogita
hoc loco illam tunicam alimētis igniū & illitam & intextā.
&qd aliud praeter haec cōmenta est saeuitia. Qui. n. afficiebā
tur induti tunicam illā intextā & illitā fomētis igniū: alliga
ti palo adurebant. Talem tunicā appellat Iuuenalis molestā
illic: Tunica punire molesta. aliud genus nō absimile suppli
cii notat a Vulcatio Gallicāo in uita Auidii ipeatoris his
verbis: Primus etiā id supplicii genus inuenit vt stipitē grā
dē poneret pedū octoginta & centum: & a summo vsq; ad
imum dānatos ligaret: & ab imo focum apponeret: incensis
q; aliis alios fumi cruciatu timore etiā necaret. ¶ Teda illo
igne. Nā teda arbor est resinam desudans & ideo apta ad cō
burendum. Ouid. in Heroidibus: Ardet vt ad magnos picea
teda Deos. De ea lege Plinium. ¶ Qua stantes ardent: aut qa
alligabāt stipiti circūiecto igne: aut: qa (vt scribit Seneca)
stipes per mediū hoiem adigebant: vt per oēs artus emerge/
ret. ¶ Et latū media: ordo est: Lucebis illa teda, q̄ ardent stan
tes qui fumāt fixo gutture. Et qua ardet ille q ducit sulcum
latū in media arena. Nam multi in media arena theatri cre/
mabant. Tranquillus in Caligula. Attellanae poetā ob ambi
gui loci versiculū media amphiteatri arena igni cremauit.
¶ Ducit sulcū: aut quia forte vnco trahebant: aut q dānati.
& in media arena alligati stipiti pedibus sulcū faciebant: cir
cum se uoluentes terrore ignis admoti. Aliqui legunt dedu/
cit: ut sit sensus: Si Tigillinum notare uolueris: afficieris eo
supplicio quo ardēt stantes. Et frustra laboras. ac si dicat no/
tatio & reprehēsio tua nihil oino proficiet: aras. n. sterilē are
nam. vt illud: Et littus sterili versamus aratro. vt ad puer/
biū illud graecū alludat: qd de iis dici solet: q in difficili ela
borant: ἄμμον μετρεῖς: hoc est arenam metiris. Alii vero le
gunt: Et latū media sulcum q ducit arena. vt sic exponas: Ar
debis in illa teda, qua stantes ardent. & qua ardet ille, q du/
cit sulcum media arena: vt conueniat primo sensui. ¶ Qui
dedit ergo tribus: cū indignatione legēdū & adiuuandū ge
stu. Est. n. sensus & ordo. Ergo q tres patruos suos veneno
sustulit, vehat pensilibus plumis. vt sit quasi cōcessio. i. in de/
liciis securus viuat & poetas contēnat, qñqdē nulla eis con
cessa est libertas notandi viuentiū flagitia. De Tigillino aūt
itelligit, vt sit respōsum ad illud Pone Tigillinū. Nam is ho
mo oium nequissimus tres patruos veneno (vt scribit Pro/
bus) necauit, vt eorꝝ haereditatibus potiret: subtractisq; an/
nulis: & falso tabulis signatis haereditatis: summo scelere cō/
secutus est. Nec illud obstabit q ideo Tigillinus sub Othone.
mortuus eēt. Nā poeta nō secus de mortuis loquitur, q̄ si ui/
uerent & pñtes essent. vt p taxationē scelerū preteritorꝝ mo/
neat recte viuendū esse. ¶ Aconita: venena. Nā aconitū oium Aconitum
venenorꝝ ocyssimū, herba est: quę in saxis nascit. & vt sensit
Ouid. spuma Cerberi respersa surgit cū ad supos tractus est ab
Hercule. dictū ἀπὸ τῆς ἀκόνης .i. a caute. vnde Oui. Quę qa
nascuntur dura viuacia caute Mortales aconita vocāt. Pli/
nius itē ait dictū q in nudis cautibus: q̄s aconas vocant, na
scunt. nullo iuxta ne puluere quidē nutriente. Solinus vero
ab Acone portu Heracleae. ¶ Pensilibus plumis: Lectica in q̄ Pensilia
erant lecti plumei: pēsilia appellant oia: q in aere pendēt aut
colūnis: aut alia re supposita & sustentāte. ergo & lectica pē
silis q seruorꝝ humeris sustentet. Vuas pensiles dicimus quę
suspendant: & hortos pensiles q in sublimi sint. Seruius tñ
ait plumas pensiles dici molles. Et cōtra molles pēsiles. vt il/
lud Vergilii: Pilētis matres in mollibus. ¶ Digito cōpesce la/
bellū. verba sunt monitoris suadentis poetę tacendū eē: affo
re accusatorē illi q dixerit verꝝ. vt sit sensus: O Iuuenalis silē
tiū tibi fac indicans. nā profecto nō deerit tibi accusator si ve
rū seq volueris tuis carminibus: q dicet hic est ille Imperator
.i. hic est ille q hoium vitia notat. ¶ Qui verꝝ: tacitae occur/
rit risioni. potuisset. n. dicere accusabit tñ q mēdatio vsus
fuerit: & falso aliquē notauerit: imo inqt accusabit et qui ue
ra dixerit. vt legēdū sit verū & non verbum. ¶ Securus licet
Aeneā: sensus est: Potes inqt sine aliquo periculo tuo histo/
rias scribere: quales cōmemorant de Aenea & Turno Ru/
tulorꝝ duce. ¶ Cōmittas: vel carmini tuo & opi mandes. vel
(qd magis placet) scribendo cōmittas. i. cōponas & in certa Cōmittere
men deducas. Nā cōmittere est aliquē cum aliquo in certamē
deducere. Suetonius i Augusto: Spectauit aūt studiosissime
pugiles: & maxime latinos non legitimos: atq; ordinarios
modos: quos etiā cōmittere cū graecis solebat. Martia. cū Iu
uenale meo q̄ me cōmittere tentas. In qua significatione vt
accepisse alibi Iuuenalis cū ait: Cōmittit vates. q. d. in certa
mē poeta deducit: quasi alter cū altero de virtute carminis
certare possit. Cōmittere itē accipii p tradere. vt illd cōmit
to me tuę fidei. i. trado: Et illud Terētianū: Ouē lupo cōmisi
sti. Cōmittere etiā p cōfligere & certare lib. ii. Machabeorꝝ
Rex cōmisit cum Iuda, & superatus. Qui ergo hmōi histo/
rias & bella scribūt cōmittunt: & in certamē deducūt Impe
ratores cū Imperatoribus: cū describunt eos simul pugnantes.
¶ Nulli grauis est percussus Achilles: nemo inqt offendit si de
Achille vulnerato & hmōi historiis scripserit. Achilles aūt p
cussus fuit a Paride in tēplo Apollinis tyberei: cū illic amatā
Polyxenam vxorē accepturus esset. insidiis. n. Paridis post si
mulachrꝝ Apollinis latentis occisus est. fingit id factū Apolli
ne arcū tenente. vñ Vir. Dardana q Paridis direxti tela ma/
nusq; Corpus in Aeacide. ¶ Aut multū q̄situs Hylas: subau/
di a superioribus grauis est. Nemo, inqt, ostēdit si talia a poe/
tis describunt. Hylas Thiodamātis regis Driopū fuit filius Hylae fabula
quē Hercules cū Argonautis nauigās rapuit: pre eius prius
occiso: q poscēti sibi cibū denegasset. Sed cū Hercules Hylā
ad Ascaniū flumē misisset ad hauriēdā aquā: a tribus Nym/
phis ob pulchritudinē i fontē raptus est. Eū diu multūq; q̄si
tū: cū Hercules nō iuenisset, sacra istituit vbi Hylas soleniter
clamaret, ad qd illud dictū ē a Vergilio: Hinc adiūgit Hylā
nautę quo fonte relictū Clamassent: vt littus Hyla Hyla oē
sonaret. fictū aūt est nomen a verbo ὑλάω: qd est resono &
latro. Diodorus vero & Stra. secuti magis historiā scribūt
Hylā Herculis comitē vnū fuisse ex Argonautis: q in Bity/
nia iuxta Prusiadē vrbē pierit. vbi i memoriā eius festa q̄dā
celebrabant. i. qbus p mōtes vagi ac saltātes Hylā vocabāt.
Valerius vero Flaccus li. iii. argonauticon narrat ab Iunone
Herculi ifensa: cū is in silua vna cū Hyla remum sibi q̄reret,
Dryopē vnā nympharꝝ cōuētā, monitāq; vt Hylā puerꝝ for
mosissimū: q p saltus & fontē eius vagaret ad se rapet, Idq;
vt facilius fieret ceruū suscitauit: quē ilico cōspectū Hylas in
sequit hortāte Hercule, ceruus fugiens puerꝝ ptraxit ad fon
tem: Et

te: Et intactas leuis ipse supfugit vndas. puer amisso ceruo, cursuq; defatigatus ad fontē stetit: bibētē Nympha ad se sub aquas traxit. amissum q̄rebat Hercules rursus Hylā. & rursus Hylam p longa reclamās aura. ❡ Quæsitus. s. ab Hercule. ❡ Ense velut stricto: dissuasio est ne scribat a terrore periculi imminentis. Solet inq̄t auditor quē scelerū cōscientia exagitat: quoties a poeta notat̄, affici rubore q̄ vitia sua detegātur: proindeq; in reprehēsorē incēdit̄ ira: qd idētidē ēt accidit tpibus Lucilii quoties infremuit in vitia hoium. ❡ Lucilius: q primus apud latinos (vt diximus) hoc genus Satyræ scripsit. Et tanta carminis acerbitate multos ēt nominatim est insectatus, vt veluti gladio secuisse vitia dicat̄ a Persio: Secuit Lucilius vrbē: Te lupe: te Muti: & genuinū fregit in illis. ❡ Rubet auditor: sceleris cōscientia afficitur rubore, ac proinde ad vindictā inflāmatur. ❡ Mens frigida criminibus quasi deficiens & pene mortua criminū conscientia. vt solet corpus frigere cum mortuū est. ❡ Præcordia: dicuntur proprie mēbranæ illæ: quas græci phrenas appellāt: quibus exta homini ab inferiore viscerū parte separant̄. dicta pcordia q cordi ptensa sunt. Hæc ex Aristotele de aialibus, a quo & Plinius eadē. vex largo modo ab auctoribus plerunq; accipiuntur p corde, & iis quæ cordi sunt pxima. ❡ Inde & lachrymæ: subaudi sunt ex reprehensione scelerum suor. & hęc est item dissuasio a terrore periculi cōsequētis. Sic Persius: Vide sis ne maior tibi forte limina Frigescant: sonat hic de nare carina Littera. Qui enim notant: ex indignatiōe iram cōcipiunt, prorumpuntq; in lachrymas. Horati. Qui me cōmouit melius nō tangere clamo: Flebit, & insignis tota cātabit̄ vrbe. flebit. n. quia sentiet se notari, ❡ Tecū prius: cōsiliū est, qd sit ei agēdū. ❡ Voluta: cogita & cōsidera. ❡ Hæc aut q̄ tibi pposui pericula, aut quæ sequuntur. s. animante tuba. ❡ Animāte tuba: pponit exemplu alieni incōmodi ne idē patiatur: & sibi caueat. Est enim sensus: Militē inq̄t qui, se stimulante tuba in aciem imisit: cōsilū sui pœnitet sed sero: qa aut vulneratur: aut interficit̄: sicq; apte similitudinē accōmodat poetæ: ne idē patiat̄. alii legunt: Hæc anime ante tubas &c.

per duelles ❡ Sero pœnitet: sera pœnitētia parū prodest. ❡ Duelli: idest belli, vnde & perduelles apud veteres dicebant̄ hostes. Ex duello factum est bellum. vt scribit Fabius lib. i. ❡ Experiar: verba poetæ ad monitorē. Si viuos inquit notare sine periculo non potero: experiar qd mihi liceat in mortuos. Et ita pollicetur se tm̄ de mortuis dicturum. Vnde illud sciendum a poeta nullū potentē virum nisi nomine mutato, fictoq; nominari. ❡ Flaminia & Latina: pleræq; viæ fuerunt celebres: quæ ab vrbe procul ducerēt. vt latina: Appia: Valeria: Aemilia: Flaminia. In duab⁹ aūt ex his. s. in Latina & Flaminia sepeliebant̄ mortui: extructis sepulchris ab vtroq; latere viarum. vnde extant multa epigrāmata ad viatores. Et Iuuenalis alibi: Cliuosæ veheris dum per monumenta Latinæ. Via latina Via Latina media erat inter Valeriā & Appiam. Ad Casinū oppidum coniungitur Appiæ. ab Capua decē & nouē distans stadius. Flaminiā strauit C. Flaminius victor Ligurū e Roma per Thusciam & Vmbriam vsq; Ariminum. M. vero Lepidus collega Flaminii in cōsulatu reliquam vsq; Bononiā: & ex ea in Aquileiam. Hæc Strabo in quinto.

ASCĒ. ❡ Nil erit vlterius &c. Hic incipit vltima inter principales partes huius Satyræ: in qua poeta sic pcedit. Primo ostēdit oia vitia tēpore quo motus est ad Satyrā scribēdā fuisse in summo gradu ita: vt posteri nihil noui sceleris excogitare possint. & ergo cohortatur se in secūda psona: tanq̄ aliū dicens: Vtere velis & pande totos sinus, i. plenā operam in scribēda Satyra. Verūtamē quia nō viuor, sed mortuorum vitia licitū erat nominatim carpere: ideo īducit ad imitatiōnē Persii monitorē: & dicit: Quia omnia quæ nunc regnant vitia: carpere nō possum expsso nomine eius: qui ea cōmisit: qd tn̄ psuppone re videor. Et ex quo p hoc infero mihi scribēdū esse: tu quisquis ades admonitor vel castigator: dicas mihi hoc loco: Vnde o Iuuenalis fiet tibi libertas scribendi q̄cquid velis: sicut facta erant prioribus vt Lucilio & Græcis? q. d. nullo pacto fiet tibi. Ad qd̄ poeta more irascētiū ex arte rhetorica cū respōdere nequeat ad interrogata: id enim lata lege cautum erat: ne qs famosum libellū edat: obiicit aliā quæstionē dicēs: Cuius non audeo dicere nomē. q. d. nullius non audeo: immo cuiuslibet audeo qd̄ confirmat exemplo Lucilii: q Mutium reprehēdebat paruifaciēs an ignoscat: nec ne. Ad quod admonitor: Quæris cuius nomē non audeas dicere. Pone solūmodo Tigillinum. i. quemuis pessimū & vilissimum hoiem: sed magnū adulatorē: & imperatori carum sicut erat Tigillinus Neroni: tu statim ad supplicium traheris quomodo q̄dā martyrū sanctor a Nerone trahi iussi sunt. Vt enim dicit Calderinus: duo genera suppliciorū erāt apud antiquos, aut enim puniebant̄ more maiorū: hoc est pendētes e furca nudis corporibus, & cæsi virgis vsq; ad mortem: vt Tranquillus interpretatur: ad schalas Gemonias trahebant̄ hoc est inserto gutturi vnco pducebant̄ in arenā: vbi postea pendentium crura frangebant̄: & iniecto igni ardebāt. hoc genus supplicii in Claudio commemoratum est a Suetonio Tranquillo, & Nero exercuit in christianos: q̄bus ardentibus in vsum luminis vsus est. Nouum excogitauit Domitianus: qui faces per obscœna inuitti iubebat. Hæc ille. Ad hoc aūt obiectum admonitoris r̄ndet poeta: Si ita est q̄ supplicium de me sumeretur: pmittam ergo homicidā pessimū in malitiis suis gloriari, & nos despicere. Immo dicit admonitor. cū obuiam forte venerit: digito cōpesce labellū: nec verbum siue bonū siue malū dixeris: quia accusator aderit. sed si vis scribere Satyram esse poteris securus: licet cōmittas libro tuo antquissimos heroas & principes: & apud Latinos aut Troianos, Aeneā & Turnum: apud græcos Achillē, qui percussus. i. postq̄ occisus est nulli grauis est. & ēt Hylā, q̄uis sit multum quęsitus. Respondet poeta verum q̄dem est: q̄ id securus faciam: sed non tam vtilis reipublicæ aut bonis moribus. nam quis fructus sequetur si mortuos carpam? q. d. nullus. At cū Lucilius mordaci verbo quasi ense stricto vitiosos profligauit viuentes erubuerunt, & alii veriti sunt peccare. Respōdet admonitor: verum q̄dē dicis: sed lachrymæ & iræ nascebātur: & adhuc nascerent̄. inde. i. ex illa manifesta reprehensione. & ita constitues tibi multos inimicos. cogita ergo hæc priusq̄uā feceris. Nā si quem prouocaris ad pugnā & iam in arena, seu loco ad hoc cōstituto galeatus p deas: tunc tardum esset nimis, si iste duelli pœnitere cœperit. Respondet poeta bene mones: & ergo ego experiar qd libertatis mihi cōcedat̄ in eos, qui in viis publicis sepulti sūt q. d. in mortuos. Ac si velit dicere se scripturum esse in sequētibus in mortuor vitia. Quod subtilissime facit: quia nō est dubium quin multa scribat in Domitianū, & eius adulatores: sicut Persius in Neronem. sed sicut Persius quædam inserit: vt possent ad alium referri: ita si qs ea quæ Iuuenalis scribet in Domitianum scripta affirmauerit: possit dicere ptestatum esse se nihil scripturum nisi in sepultos. Et hæc snia meo iudicio est. Scio verū esse quod comicus dicit: Quot capita, tot hoium sententias. Spero tn̄ fore, vt multi peritorū in nostram ierint. Nam filum Satyræ sic optime nectit̄. Ne tn̄ de inuentis meis glorier: ordinē familiarem dūtaxat repetam, qui huiusmodi est. Nil sup. vitior. erit vlterius. i. vltra ea quæ modo fiunt. quod posteritas addat. i. quod posteri: siue qui post nos vēturi sunt. addant. i. addere possint nostris moribus. i. institutis: siue modo viuēdi pessimus est. Minores sup. in tēpore. i. posteriores nostri. cupient sup. facere & facient eadē sup. facinora. q. d. nihil noui aut cupere, aut facere poterunt: & quia quodāmodo minus est cupere tm̄: q̄ cupere & facere: cū plus & peius sit cupere malum, & non facere: q̄ facere & non cupere: ideo p̄posuit quod minus est. sicut Virg. in. vi. Aenei. Ausi oēs imane nefas, ausoq; potiti. Omne vitiū stetit. i. semel fuit. in p̄cipiti. i. in supremo vertice: vn̄ daret p̄cipitium. Vertex. n. a vertēdo eo q̄ cum altius ascēdi non possit, illinc vertendum sit. & p̄ceps est quod fit capite priore, siue anteriore. sicut qui altius q̄ datū est arti, aut naturæ ascēdere volunt. Quia aūt oē vitiū stetit in pręcipiti. i. iā cōsumatū ē: & in supremo gradu fuit: vtere o Iuuenalis (cohortatur. n. vt dixi, seipsum) velis, & pande. i. aperi, & expo

ne uẽtis totos sinus .i. incuruaturas tam Velorũ,q̃ antẽnarũ hoc est nauiga pleno Vẽto.qd est naua plenã operã ad Satyrã scribẽda.i.Nauare aũt est cito & multũ ad optatũ pducereteo q nauibus cito & multa & longe plura q̃ curribus ad portũ pducimus,Naues aũt tunc maxime pcedũt qñ hñt fluxũ secundũ.i.sequẽtẽ & a tergo.& ideo secũdare dicimus.p fortunare aut psperare.Itẽ qñ Vtimur remigio & Vento.uñ q pleno cursu se aliqd facturos pollicentur:dicunt se Vsuros Velis & remis.Verũtamẽ Vbi bonus est Vẽtus:non est opus remigio:& ideo qa plus pceditur Ventis:aut Velis q̃ remis, dixit Vtere remis:& pande totos sinus.Sinus aũt est ois,angulus inuolutus:capax alicuius rei: Vt sinus maris:sinus Velorũ:sinus oculorũ:sinus ẽt Vestium potissimũ in pectore.Nã gremiũ inter femora dr.Nec placet Vt sint Verba admonitoris:qa iam primũ introducet monitorẽ dicẽs. Tu q̃squis admonitor forsan dicas hic.i.ĩ hoc loco:hoc est ad hoc q significaui mihi toto conatu scribendũ esse:eo qd iam maxime regnant Vitia:psupponens q ea possem rephendere . dicas inquã o Iuuenalis:Vñ sup.tibi detur ingeniũ par.i.sufficiẽs materiæ:si scribere sup.liceret. & Vnde sup. fiet tibi.simplicitas .i.uniformitas & indifferẽtia,siue mera libertas scribẽdi qdcunq.i.quãcunq rem: siue quodcũq pctm liberet sup.scribere.aio flagrante.i.dum aius flagrat.i.ardet excãdescit cõtra Vitia.q.d.& liceret scribere oia Vitia,quę nũc regnãt:nõ sufficerent Vires ingenii:& si sufficerint non liceret pp̃ter legem latã.Ad qd Iuuenalis quęrens cũ indignatione:quia dictum erat simplicitas:quasi auderet hos notare & nõ illos. Cuius nõ audeo dicere.i.apte ĩfamare nomẽ,q.d. nulli⁹ nõ audeo,imo cuiuslibet audeo . Quid.n.refert.i.quid interest an Mutius Albutius,Vel(Vt qdam dicunt)Sęuola,quẽ Lucilius carpsit dicẽte Persio:Secuit Lucilius Vrbem: Te lupe, te Muti,& genuinũ fregit i illis.An inquã Mutius ignoscat .i. Veniam det Lucilio an non.i. an quis nobilis ignoscat mihi an non:q.d.nihil refert an quiuis nobilis reprehẽsus a me ignoscat an nõ:sicut non retulit an Mutius ignosceret Lucilio an non.Et non ĩtelligas q Iuuenalis Velit rephẽdere Mutium,sed quẽuis similem:nec q aduersarius siue admonitor loquat̃ de Tigillino: qui erat tẽpore Neronis:sed de quouis adulatore sic caro imperatori Domitiano.sicut Tigillinus Neroni.De quo Sueto.sic.M. Ophonius Tigillinus obscuris parentibus:fœda pueritia:impudica senecta:pręfecturã Vigilũ & p̃torii & premia Virtutũ,quę Velocius erat Vitiis adeptus crudelitate mox:deinde auaritiam & Virilia scelera exercuit corruptor ad oẽ facinus Nerone &c.Dicit ergo admonitor:rogas cuius non audeas dicere nomẽ.Mon solũ audeas ponere Mutium.i.Virũ nobilẽ & potẽtẽ:sicut erat Mutius,sed pone.i. describe solũmodo Tigillinũ.i. quẽuis Vilẽ hoiem & sceleratũ:carum tñ iperatori : sicut erat Tigillinus Neroni,tu lucebis.i.lucidus & inflãmatus stabis, in illa.i.nota & famosa.teda.i.ligno pingui cito & clare ardẽti:cui affixi erãt,Legitur aũt residuũ tribus modis. Nã Calderinus & Valla dicunt q media arena sit noiatiui casus:& licet media in Vltima corripiatur,excusatur:qa ẽ ultima dictiõis & prima tertii pedis : sicut ibi :Oia Vincit amor,& nos cedamus amori,Et ita ordo secũdũ eos est: Tu lucibis in ea teda:qua ardent stantes:q fumant gutture fixo per Vncum quo tracti sunt:Vel p ensem suppositũ.& sup.qua media arena deducit .i.deducẽdo facit in se latũ sulcum.i. latã fissuram.Mancinellus dicit non noiatiui,sed ablatiui casus esse:Verũ licet subaudiatur quæ: numerus non quadrat.Ego autẽ potius legerẽ fumat.Vt sit: Qua stantes ardent:& is sup.q fumat fixo gutture:& is q deducit latum sulcũ in media arena adhæreo tñ primæ sniæ.Rñdet poeta:Ergo si ita est q nõ audeam etiã Vilissimũ hoiem notare dum Viueret.Tigillinus sup . & quiuis alius simihs Tigillino,q dedit tribus patruis.i.fratribus patribus sui Vt hęreditatẽ hẽret.aconita.i.succũ illius herbę Venenosum.Vehetur.i. sinet̃ per me Vehi. & exaltari in plumis pensilibus .i. plumariis in lectica pensili fultus. atq despiciat.i. deorsum cũ cõtẽptu Videbit nos illinc.i. ab illis plumis,seu illa lectica,Immo ingt admonitor:cũ talis Veniet cõtra tibi.i.obuiã.cõpesce.i. cõclude,Vel cõprime digito labellum:ne qd sup.loquaris:q qui dixerit Verbũ.i.si qs est q dixerit Verbũ.accusator erit.i. aderit sup.dicẽs hic est o imparator:q sup.hoc dixit.Vel si legis Verũ sic:qa accusator erit dicens:hic est q Verũ .i. q dixit aut te adulatorem : aut iperatorẽ pditũ,aut aliqd simile qd Verũ est.nõ tñ dicet te Verũ dixisse:sed mentitũ esse:licet Verũ dixeris.Est in fabellis Vulgaribus:cũ quodã tpe leo rex siluarũ ægrotaret:lupũ illi attulisse arietẽ pinguẽ:& ita læte acceptũ: & deductũ p regiã oẽm q̃ ossibus & pellibus p̃darũ fœda erat: iterrogatũq an ne bñ oleret,rñdisse q nõ.ob qd indignatus rex illi pellẽ a scapulis detraxit:& ita sanguinolẽtũ exeuntẽ aduentãti Vrso occurrisse:& illi casum suũ exposuisse:quẽ cũ Vrsus Vitare Vellet, cõtradixisse q bñ oleret.ad qd rex:alter,ingt,Vestrũ mentitus ẽ.& cũ nesciã Vter:parẽ pęnã dabitis.Itaq illi quoq pellẽ detraxit:quã rẽ Vbi Vulpes itellexit,q̃ pullũ afferẽs ,regem quoq Visebat:finxit se cũ sĩlr iterrogaret̃: tm piscatui incubuisse:q præ reumate nihil olfaceret:itaq salua euasit . Qd cũ cæteri admirarent̃:in domibus,ingt,regũ neq Verũ, neq falsum dicere licere noui:tacẽs ergo euasi.Licet ergo Verũ dixeris:imo si qduis Verũ,dixeris .accusaberis,sed securus sup. eẽ poteris.i.sine cura:qa extra periculũ:licet cõmittas.i. inferas carminibus tuis Aeneã filiũ Veneris Anchisæ :& caput romani generis :aut Rutulũ ferocẽ dũ Viueret :q ægre tulit q a Iunone manibus Aeneæ ereptus eẽt.Achilles fortissim⁹ græcorũ filius Thetidis & Pellei regis Thessaliæ.pcussus .i. occisus a Paride & Deiphebo in tẽplo Apollinis.nulli p non & ulli nõ est grauis.i.molestus Vlli,q dũ Viuebat,molestissimus erat oibus Troianis:& ẽt Agamẽnoni impatori exercitus gręcorũ.Et melius exponit̃ pcussus.i. occisus q̃ rephẽsus: imo magis pprie dixit pcussus,q̃ si occisus dixisset:q̃si manu diuina tactus.dicẽte Virg.Phœbe graues Troiæ semp miserate labores: Dardana q Paridis direxit tela,mãusq.Et Hylas:puer dilectissimus Herculis.q̃situs multũ & secutus Vrnã .i. submersus cũ urna nulli grauis est:q̃uis Herculẽ Vindicẽ habeat.Rñdet poeta.q.d.id Verũ esse : sed minoris Vtilitati eẽ mortuorũ Vitia notare , q̃ Viuẽtiũ : qa quoties Lucilius satyricus,ille,q apud romanos primus Satyrã nouã scripsit. Veteri tñ libertate ardẽs.i. acri & ardẽti Verbo insectans Vitiosos adhuc Viuẽtes:Vel Vitia rectans.Velut.i.sicut ense stricto.i.nudato Vel euaginato.infremuit.i.fremitũ ore idignabũdo dedit auditor cui mens est frigida.i. timore & tremore pculsa. criminibus.i. ob crimina . rubet sup.in facie p̃cordia.i.iteriora circa cor sudãt.culpa.i.prę culpa.tacita.i. latẽte.Dices qũo sudant p̃cordia:si mens est frigida.Rñdeo mẽtem esse frigidã non cor:& metaphoricos nõ similr, sed criminibus,Si enim Virtus dr ardens Vt.Vi. Aenei. Aut ardens euexit ad æthera Virtus.Vñ caritas ignis est.Bñ dicunt̃ Vitia frigida.ẽt potest fieri naturaliter Vt p̃cordia sudẽt:& cetera mẽbra fere frigeãt,q.d.Et ob id multi cauerũt peccare.Quia (Vt dicit̃ in epistolis Horatii)Oderũt peccare boni Virtutis amore:Oderunt peccare mali formidine pœnæ.Rñdet admonitor inde .i.ex hac re : q timẽt ægre ferunt rephendi:[illegible] irę oriũtur & lachrymę .ergo Voluta.i.frequenter Volue &[illegible] cõsidera hęc tecũ priusq̃ sup.scribas:aut quẽuis ad iram puoces qa pœnitet galeatũ.i.qui iam ab armigero galeam acceptit:Vt congrediatur cũ hoste sero.i.nimis tarde.tuba animate.i.classicis,instigãtibus animos:hoc est qñ tuba inflatur ad dandũ animos cõflicturis:& ita Videt̃ melius stare q̃ animę Vel anima aut tubã.Vt sint Verba monitoris. sicut Hora. in principio secũdi Sermonũ introducit Trebatium sibi cõsulentẽ melius esse Vt nõ scribat q̃ scribendo quẽuis maiorũ lędat. melius inquam est Vt sint Verba monitoris q̃ poetę ad animũ suũ loquẽtis: quia sequentia Verba sunt poetę dicentis:Ergo sup . periculosum sit quẽq̃ uiuentiũ puocare: ego experiar qd concedat̃.i.pmittat̃. in.i.cõtra illos,quorũ cinis idest Vrna in qua reliquiæ sunt.tegitur.i.sepelit̃.in sup.Flaminia supple uia: & Latina supple uia: quæ erant stratæ lapidibus : & multorũ diuitum monumentis ornatæ: hoc est in mortuos,Vt primus exposuimus .Et hæc est prima Satyra.

Satyra

Satyra Secunda. Vltra Sauromatas.



Ltra Sauromatas. Hac Satyra eos insectat: qui cū obscęnissime viuāt, dissimulata mo℞ prauitate alios castigāt: & quādā præ se ferūt bonitatē. qd hoīum genus est iprobissimū. Ve℞ eos in primis t.ig t:q per summā naturę iniuriā more mulierū nupserūt. Ait igit poeta cū talia hoīum mōstra ferre non possit in aīo sibi eē extremas orbis partes petere. ⸿ Libet: impetus est. ⸿ Sauromatas: quos latini Sarmatas: græci (auctore Plinio) Sauromatas appellāt. populi sūt inhabitātes loca circa Meotidem paludē spacio qndecim dierū Oceanū versus: regio arboribus vacua ē. originē ducūt ex amazonibus & Scythis. De iis Herodot⁹ li. iiii. Dionysi⁹ Halicarnaseus. Pli. Lucius Florus, Strabo, Ouidi. i Pōto suo, & Tristibus. ⸿ Glacialē Oceanū. i. septentrionalē: quasi vbi nulla sint mortaliū domicilia. Ocean⁹ aūt appellat oē mare qd ambit terrā. ⸿ Audent de moribus: subaudi loqui, differere, aut aliqd tale, tanq̄ viri boni. ⸿ Qui Curios simulant: q simulāt se ea esse cōtinentia & bonitate: qua fuit Curius Dētatus: q Terna agri iugera viritim populo diuidēs: sibi deinde totidē cōstituit: dicens neminē esse debere cui nō tm̄ sufficeret. Legatis Sānitū aurū offerētibus: cū ipse in foco rapa torreret: malo, inquit, hęc in fictilibus meis esse, & au℞ hntibus impare. Cum interuer sæ pecuniæ argueret: cadū ligneum: quo vti ad sacrificia cōsueuerat in medium protulit: iurauitq; se nihil amplius de præda hostili in domū suā cōuertisse. ⸿ Bacchanalia viuunt: p bacchanaliter. nomē pro aduerbio. i. more versantium in Bacchanalibus: q̄ sacra noctu in vrbe & clanculo celebrabant a maribus & mulieribus. ibi stupra pmiscua ingenuo℞ & fęmina℞ erant pluraq; erāt viro℞ q̄ fœminarū. de iis Liuius lib. ix, de bello macedonico sic: Bacchanalia sacrū grecū, & qdē nocturnum scelerū oium maximū seminariū. Ibi enim horrēda dictu fiebāt. ⸿ Indocti primū: cū sint. inge in docti. neq; vllā operā pstent virtuti: volunt tm̄ videri magna eruditiōe & sapiētia. hnt enim domū variis philosophorum imaginib⁹ refertā: vt virtutis videant cultores. Docti enim exornātes bibliothecas suas operā dabāt: vt clarissimorum virorum imagines haberent. Vnde Cicero in. vii. libro epistolarū ad Fabiū Gallum scribit vt signa sibi emat ad ornandā bibliothecā. Martialis item sic scribit initio noni lib. ad Toranium: Aue mi Torani frater carissime. Epigramma qd extra ordinē pagina℞ est ad Stertinium clarissimū virū scripsimus: qui imaginem meā ponere in bibliotheca sua voluit. Plinius Iunior in epistola ad Iuliū Seue℞ sic scribit: Herēnius Seuerus vir doctissimus magni æstimat in bibliotheca sua ponere imagines municipium tuo℞ Cornelii nepotis, & Titiarii: petitq; si sunt istic, vt esse credibile est, exscribendas pingēdasq; delegem. ⸿ Gypso Chrysippi. i. statuis Chrysippi ex gypso. Nā ex gypso figuræ dicunt. Est autem calci non absimile. de quo Plinius lib. xxxvi. ⸿ Chrysippi: Chrysippus Solēsis seu (vt alii dicūt) Tarsensis Apollonii filius,

Margin notes (left): Sauromatæ; Ocean⁹; Sacra bacchanalia; Chrysippus



Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Secunda.



LTRA Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios simulant, & bacchanalia viuunt,
Indocti primum, quanquā plena omnia gypso
Chrysippi iuenies, nā pfectissim⁹
Si qs Aristotelem similē, vel Pittacon emit, (horū
Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas.

Zenonis siue Cleāthis fuit discipulus. vt Valerius vero scribit Cleāthis pceptor ingeniosus qdē, & acutissimus in oi genere orationis: & subtilitate disputādi adeo acer. vt illud iactatum sit. Deos si Dialectica vti vellent, non alia vsuros q̄ Chrysippea. De eo multa Laertius, & Valerius Maximus. Et nos plura recitauimus apud Persiū illic: Inuētus Chrysippe tui finitor acerui. ⸿ Nam pfectissimus he℞: subaudi ē. Est autē ironia. vt sit sensus: Existimat se pfectissimū omnium: modo sibi emerit statuā, aut Aristotelis, aut alterius philosophi ad bibliothecæ suæ exornationē. ⸿ Aristotelē: Aristoteles Platonis fuit discipulus peripateticę sectę princeps, Alexādri magni pceptor. Dicimus Aristotelem per e in penultima nō Aristotilē, qd docet deriuatio Aristotelicus & non Aristotilicus. ⸿ Aristotelē similem. i. statuam similem ipsius Aristotelis: hoc est: q̄ Aristotelem reddat. ⸿ Pittacon: hic vnus fuit ex septē sapiētib⁹ Mitylenęus: qui a Mitylenis sumptus dux aduersus Athenienses singulari certamine Phrinonē ducem rete obuolutū iteremit. ⸿ Archetypos Cleāthas: idest antiquas Cleanthis imagines. Opera eni antiquis nominibus artificū nobilia Archetypa sunt appellata: quasi q̄ principali essent forma & figura. ἀρχὸς eni principē significat: & τύπος formā, siue figuram. Ea enim i ptio fuisse ostēdit (vt diximus in priore Satyra) Plinius his verbis: Subito ars cælandi argenti exoleuit: sola iam vetustate cēsetur vsq; attritis cælaturis ne figura discerni possit. ⸿ Cleanthas: accusatiuus est græcus. Cleanthes philosophus fuit stoicus q Zenonis scholæ successit: quā postea Chrysippo reliquit. Inopia vrgēte noctu ex puteis ad irrigādos hortos Atheniensium aquā hausit: qua mercede interdiu studiis liberalibus vacabat: vñ a græcis Phreantles est appellatus. i. hauriens puteos. Nā phrear græce puteum significat latine: & antlao haurio. De hoc Seneca ad Lucilium: Patricius Socrates nō fuit: Cleāthes aquā traxit & rigādo horto locauit manus. ⸿ Pluteum: posuit pro bibliotheca. Sic Persius: Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vngues. qua significatione videt accepisse Sydonius cū ait: Hic libri affatim in promptu videre te crederes: aut grāmaticales pluteos: aut Athenei cuneos aut armaria extructa bibliopola℞ & bibliothecarum. Festus Pōpeius scribit pluteos numero pluratiuo fuisse crates corio crudo intectas: q̄ solerent opponi militibus opus faciētibus: quas militares appellarēt. Nunc ēt tabulas significare: q bus aliqd pscribitur. Possumus ergo intelligere aut bibliothecas, aut pinacothecā. i. repositoriū tabula℞ picta℞. Nā p totam domū ostētabāt tales imagines tanq̄ bona℞ artiū cultores. vnde dixit: Quāquā plena omnia gympso. Victruuius tamen in Architectura sua libro quinto: ostēdit pluteum id esse quod inter superiores, & inferiores columnas est.



Ltra Sauromatas. Licet in Satyris scribendis nullus seruetur ordo: videntur tm̄ satyrici ea primū & maxime sectari vitia, quæ pessima & pernitiosissima iudicauerunt: ideoq; Horatius, qui auaritiā. i. malā cupiditatē iudicauit ois mali ma

Margin notes (right): Aristoteles; Pitt; Cleanthas; Plut; Plut; Pinacotheca; ASC

trem dicens: Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris. Neſcio an antycirā ratio illis deſtinet oēm. In prima Satyra auaritiam pſequit̃. Perſius aũt q bonos poetas plurimi facere videt̃: & ecõuerſo malos peſſime odiſſe: eos pſequit̃: qui poetica maieſtate abutunt̃: & aut inepte ſcribũt: aut recte ſcripta inepte recitant. Iuuenalis vero in hac Satyra quæ poſt eam quæ ꝓlogi loco poſita eſt: primum locum obtinet: maximos quoſq; peſſimi criminis arguit: & primũ philoſophos qui & honeſtatē & ſanctitatē & ſapiētiā ꝓfitent̃: & tñ inhoneſtiſſime, iniqſſime, & ſtultiſſime viuunt. nã cũ ſapiētia hoies maxime a belluis ſegreget: ipſi pluſq̃ belluæ ſcelus turpiſſimũ, qđ cõtra naturã eſt, cõmittunt. Deinde impatorē Domitianũ: qui cũ ſummũ debeat eſſe iuſtitiæ columen: leges tñ p immane nefas & inceſtũ a ſe reuocatas & approbatas trangreſſus eſt. Tum iudices cauſę criminalis: q cum ſeueritate metuēdi eſſe debeant: mollicie habitus & vitæ auctoritatem amittunt. Et poſtremum ſacerdotes potiſſimũ albanos: q cũ cæteris in honeſtate vitę & integritate moꝝ & ſanctitate doctrinæ pſtare debeāt: turpiſſimā vitam degunt. Quatuor ergo facit. Primũ in principio. Secundũ incipit ibi: Quis tulerit: ſed tractat ibi: Qualis erat nup &c. vbi ēt adulteros taxat. Tertiũ ibi: Fugerũt trepidi &c. Vltimũ ibi: Fœdius hoc aliqđ qñq; audebis. Omnes aũt hæ partes cõdependent: ita ꝙ videtur eſſe quædā cõtinuatio materiæ. Primũ ergo in philoſophos hippocritas inſurgit: quo Saluator noſter ſcribas & phariſeos propter hippocriſim maxime rephēdit. De his aũt ita ſcribit A. Gellius lib. viii. cap. ii. Ad Herodē atticum cõſularē virũ, ingenioq; amœno: & græca facundia celebrē adiit nobis pſentibus palliatus qdam & crinitus, barbaq; ꝓpe ad pubē vſq; porrecta: ac petiit æs ſibi dari: ad panes emēdos. ſ. Tũ Herodes interrogat: qſnam eſſet? Atq; ille vultu, ſonituq; vocis obiurgatorio, philoſophũ ſeſe eſſe dicit: mirari quoq; addit: cur q̃rendũ putaſſet, qđ videret. Video, inqt Herodes barbā & palliũ: philoſophũ non video. Quæſo at te cum bona venia dicas mihi: qbus nos vti poſſe argumētis exiſtimas: vt eſſe te philoſophũ noſcitemus. Interibi aliquot ex his, qui cum Herode erāt: erraticũ eſſe hoiem dicebāt: & nullius rei: incolamq; eſſe ſordētium ganeaꝝ: ac niſi accipiat qđ petit cõuitio turpi ſolitũ icesſere. Atq; ibi Herodes: Demus inqt huic aliquid æris cuiuſmodi eſt: nõ tanq̃ hoies tā q̃ homini. Et iuſſit dari ptium panis. xxx. dierũ. Tum nos aſpiciens, q eum ſectabamur: Muſonius, inqt, circunſtanti cupiā id genus & Philoſophũ ſe oſtentanti dari iuſſit mille nũmũ. Et cum pleriq; dicerent nebulonē eſſe hoiem malũ & malitioſum, & nulla re bona dignũ. tum Moſoniũ ſubridentem dixiſſe aiũt: dignus igitur eſt argēto. Sed hoc inqt potius dolori mihi, atq; ęgritudini eſt: ꝙ iſtiuſmodi aialia ſpurca atq; ꝓbra nomen vſurpāt ſanctiſſimũ: & philoſophi appellātur. Maiores aũt mei Athenieſes noia iuuenũ fortiſſimoꝝ Harmonii & Ariſtogytonis: q libertatis recuperādæ gr̃a Hippiã tyrānum iterficere adorſi erant:, ne vnq̃ ſeruis ludere liceret: decreto publico ſanxerunt: qm̃ nefas ducerent noia libertati patriæ deuota: ſeruili cõtagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen philoſophiæ illuſtriſſimum in hoibus deterrimis exordeſcere. Hęc ibi. Dicit ergo poeta ſic: Quoties hi, qui ſimulant Curios. i. viros caſtiſſimos & maxime ſobrios: & tamen viuunt bacchanalia: hoc eſt incõtinenter & voluptuoſe: audent de moribus diſputare: aut mores docere i ego vellē aufugere hinc vſq; Oceanũ glacialē: vbi zona frigida perpetuo gelu rigens dr̃. Primũ. n. ſunt indocti: & tñ ſimulāt ſe doctos & amatores doctoꝝ. ad qđ ſimulandum hñt domi ſuæ ſimulachra doctiſſimoꝝ philoſophoꝝ. Quia quilibet videt̃ eius imaginē aut ſimulachrũ amare, cuius vitam amat. Et ideo inepti ſumus chriſtiani, qui picturas proſtibulis & lupanarib⁹ dignas, q̃ honeſti viri thalamis in cubiculum noſtrũ adducimus: neglectis, aut parui habitis Saluatoris noſtri, ſanctorũq; imaginibus. Ordo eſt: Libet. i. delectat & placet. fugere. i. per fugam celeriter diſcedere: aut rapi qđ plus eſt q̃ ꝓficiſci. hinc. i. ab hoc loco mihi natiuo: vbi libētiſſime eſſe debeam. Quod idē doluit Meliboeo dicēti apud Virg. Nos patriam fugimus. vltra Sauromatas: q tñ ſuperiorē ptē Aſiæ Boreā verſus inhabitant. & p id vltra Oceanũ glacialē. i. vltra mare magnũ ꝑpetua glacie horriens: hoc eſt in zonã inhabitabilem ꝓpter ꝑpetuum gelu. & hñt oia emphaſim. Primo ꝙ dicit vltra: qa ſatis durũ & miſerũ eſſet illucuſq; ꝓficiſci. Secũdo qa dicit Sauromatas: qui populi feri ſunt & malo aſſueti. Tertio qa fugere ꝙ fugatorum & expulſoꝝ eſt, & pluſq̃ abire, aut faceſſere, aut ꝓficiſci, aut migrare, aut quouis pacto diſcedere. Hinc locũ nauium demonſtrat natura cariſſimũ. & ita multiplex dolor naſcit̃: & a termino abs quo & a termino ad quē & a modo: qa per fugā. Et tñ libet: qđ plus eſt q̃ placet. nã id libet ad qđ natura nos inclinat. Toties aũt libet: quoties ſup. ii q ſimulant. i. p hippocriſim referũt & repreſentāt. Curios. i. viros cõtinentiſſimos & maxime ſobrios: qualis erat Marcus Curius Dētatus. & viuunt bacchanalia. i. vitā ducunt more eoꝝ, qui celebrāt bacchanalia. i. Bacchi feſta: in qbus fœdiſſima peccata cõmittebant̃. Et ita aduerbialiter poſitũ. vel ſcḋm Grego. qui viuunt. i. viuēdo ſunt ipſa bacchanalia. i. ois turpitudinis domicilia. & hoc emphatice quo hoiem ſceleſtum ſcelus appellamus. Et ita bacchanalia eſſet noiatiui caſus. & eſt maioris ſignificātiæ q̃ in accuſatiuo. Filum tñ orationis melius eſſet in actõ. quoties inquā tales ſimulatores audent ſup. hiſcere, aut loqui, aut mutire. aliqd. i. quātulũcunq; modicũ. de moribus. i. de inſtitutis & modo debite viuendi. q. d. qui fœdiſſime viuunt: nõ debere mores honeſtos docere: quia (vt dicit̃) Turpe eſt doctori ꝙ culpa redarguat ipm. Quod & Gregorius & Ambroſius approbant. Et an nota diligētiā poetæ: q in fuga oia auxit: hic oia diminuit. Nã non dicit quoties diſputant: aut declamationes in ꝓpatulo faciũt: ſed quoties audēt: qđ quodāmodo minus eſt ſaltē ad idignationē excitādā q̃ facere: qa multi audent qđ nõ faciũt & ecõtra. Nemo facit niſi coactus ꝙ nõ audet. Pulchre ēt ſubiecuit verbũ hiſcere, aut mutire, aut ſimile: q̃ſi q neſciuerit inuenire verbũ ſignificās tā modicā mētionē de morib⁹ facere: qn malit aufugere q̃ audire. Et ſignāter addit aliqd. q. d. quātulũcũq; exiguũ. Tales aũt q ſe Curios ſimulant & bacchanalia viuunt. ſunt primũ indocti i q tñ ſe philoſophos dicũt. Vñ ordo eſt: Hi ſup. ſunt primũ. i. in primis indocti. Vel ſic: Primũ. i. primo loco in hoc genere ſunt. indocti. q̄q̄. i. tametſi. inuenias. i. qlibet inuenire poſſit apud eos oia ſup, loca plena gypſo. i. ſtatua gypſacea. Chryſippi. i. illius diligētiſſimi & doctiſſimi philoſophi. Et ſi q̃ras quare ſtatuas philoſophorũ domi hñt. R ñdet: Nam perfectiſſimus horũ ſup. eſt, aut exiſtimatur eſſe: ſi qs eorũ ſup. emit. i. publice cõparauit ſibi Ariſtotelem ſimilē. i. ad ſimilitudinem eius qui viuebat effectũ & ſimulatum. aut Pittacon philoſophũ ex ſeptē ſapientiſſimis Græciæ. Et ſi quis eorũ iubet. i. vult pluteum. i. pinacothecā. i. repoſitorium tabularum pictarũ ſcḋm Calderinum. vel armariũ, vbi libri reponuntur ſcḋm Vallam & Mancinellum. vel (vt ego intelligo) illud obiectum. quod in conclaui ſtudioſi obiiciunt oculis ne vagētur quod confectum eſt ex tabulis ſiue aſſeribus: ad ſimilitudinem pluteorum bellicorum ſic appellatum. Concludunt enim nõnulli ſeſe dum aut carmina fingunt: aut quāuis rem excogitant pluteis: quos poetæ indignati verba inuentis non reſpondere: prçter induſtriam, aut cõpoſitum cedunt: vt teſtatur Perſius. In cõſpectu ergo ſunt e regione aduerſa. id maxime ponebant cuius memores fieri ſummope deſiderabāt. Et ita iubebāt pluteum ſeruare. i. vt pluteus ſeruet Cleāthas. i. philoſophos ſtudioſiſſimos & laborioſiſſimos archetypos. i. veteres & primum typũ, ſiue primā figuram, aut protractionem bonoꝝ pictoꝝ habentes. Solent enim pictores imperitiores doctiorũ archetypos cuſtodire: & ita cuſtodiebant tales philoſophi Cleanthas: vt ſignificent ſe imitari velle Cleanthem illum virum: aut vt ſe eius amatores ſignificent: qui eius archetypos etiam cariſſime emerint. Accipitur autem hic archetypos adiectiue ſicut apud Martialem: Sic tanq̃ tabulas, ſcyphoſq; Paule. Omnes archetypos habes amicos. Põt aũt vterq; accuſatiuus a parte ante cõſtrui: hoc eſt: ſic iubet pluteũ ſeruare Cleanthas, & ſic iubet Cleāthas ſeruare Pluteũ.

¶ Fronti

lippo/ ıtęphi ſophā

Fronti nulla fides.quis enim non vicus abundat
Tristibus obscænis?castigas turpia,cum sis
Inter socraticos,notissima fossa cinedos.
Hispida membra quidem,& duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum,sed podice leui
Cæduntur tumidæ medico ridente matiscæ
Rarus sermo illis,& magna libido tacendi,
Atque supercilio breuior coma.verius ergo,
Et magis ingenue Peribonius.hunc ego fatis
Imputo,qui vultu morbum,incessuque fatetur.
Horum simplicitas miserabilis,his furor ipse
Dat veniam,sed peiores,qui talia verbis
Herculis inuadunt,& de Virtute locuti
Clunem agitant.ego te ceuentem Sexte verebor
Infamis Varillus ait, quo deterior te?
Loripedem rectus derideat,Ethiopem albus.

¶ Frōti nulla fides:subaudi habēda est.Sic Martia. Nolito frōti credere,nupsit heri. Talis est sñia Luciani in Timone: οὐκέτι πιστευτέα τοῦ νῦν οὐδ' ἑνὶ πάντες ἀχάριστοι καὶ πονηροί: non amplius credendum cuiq̄ p̄sentium:omnes ingrati & scelesti. Est enim sensus: Multi seueritate supcilii summā præ se ferunt bonitatem, cum turpissimis omnino sint moribus. & ideo inquit: Fronti fides nulla habenda est. ¶ Quis enim: quis inqt in vrbe locus est:qui non abundet hoibus seueris: eisdemque obscænis.i.iis qui tristi supcilio graues & censorii videri volunt:cū sint obscœnissimi,& fœdissimis morib⁹. ¶ Vicus: vici in vrbe fuerūt supra mille.dictique sunt a via (vt scribit Varro) q͂ ab vtraque parte viæ sunt ędificia a vico fit vicin⁹ & vicinia. Vicos ēt appellamus ipsas villas: hoc est pagos. ¶ Castigas turpia: hic omnis est poetæ indignatio: q͂ cum ipse sit fœdissim⁹ aliena castiget vitia:vt ostendat id,quod ait Cicero in Sallustium:Oportere hoiem omni carere vitio, qui in alterum paratus est dicere. Notissima fossa:notissimus paticus,q draucis abutaris, a quibus fodiaris. ¶ Socraticos cinædos:inter eos q cum sint patici & vitiosissimi:de moribus disserunt more Socraticorū:voluntque videri philosophi Socratici . Nam Socrates primus vt recitauimus apud Persiū auctore Cicerone in Tuscu.(fuit: qui e cælo philosophiā deuocauit:& in vrbibus collocauit: & in domos ēt introduxit:coegitque de vita & moribus bonis & malis quærere:cū antea philosophi in rerū natura p̄scrutanda essent occupati.cū igitur hi de moribus loquerentur, Socratici videbanť. ¶ Cinædos: paticos: ἀ κινέω quod est moueo: καὶ αἰδοῖα pudēda. ¶ Hispida mēbra:occurrit illis,qui possent dicere eos ex cultu corporis videri & bonos & seueros. Verū,inqt,est mēbra hirsuta & pilosa p̄mittere seueritatem in illis:sed re vera cinædi sunt & turpissimi. ¶ Promittunt: præ se ferūt. ¶ Atrocē:seuerum:& ab oi turpitudine abhorrentē. ¶ Podice:podex capiť pro circulo anni. Hora.in odis: Hiatque turpis iter aridas nates podex velut crudę bouis.& Ausonius.Sed q͂ & eliso plātaria podice vellis. ¶ Leui: depilato.Nā leue appellať cum habet primā longā : quod sine pilis est.Macro.Leue aūt est mulierū corpus quasi naturali frigore dēseť. ¶ Matiscæ tumidæ:metaphoricos vlcera innata ex turpi attritu matiscas appellat. Nec sine rōne, Nā(vt auctor est Celsus)in sede vlcus nasciť simile fungo.& ideo medici fungū appellauere. Iuniores vero ficum. ex genere autē ficorū est.Marisca.Columella, & ex eo Plinius : Ficos mariscas in loco cretoso serito.Martialis:Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. ¶ Ridente:qa turpitudinis causam nouit. ¶ Rarus sermo:illis subaudi est.i.raro loquunť: quo seueriores videanť.multiloquiū.n.hoiem leuitatis arguit. ¶ Libido: cupiditas & magnū tacēdi desideriū. Nam libido p̄ter tritā illam & notā significationē:hoc est Veneris pruritū:capitur pro cupiditate & veluti appetitu:siue voluntate.vt hoc loco. Et apud Terentium in Hecyra:Neque libidini tuæ aduersabor. Itē infra : Potius q̄ aduersum animi tui libidinē esset cū illo nupta. & apud Plinium in.vii. Quis hunc iure felicē dixerit periclitatum ad libidinē inimici:hoc est ad arbitriū: voluntatem:& nutū inimici. Cic.in Tuscu.lib.iii.ita diffinit vocabulū:Altera cupiditas:q̄ recte vel libido dici pōt : q̄ est imoderata appetitio opinati magni boni:rōni nō obtempe rans:vel cupiditas recte dici pōt. Vnde in Rhetoricis ad herenniū pro cupiditate:Modestiæ partibus vtemur si nimias libidines honoris,pecuniæ,similiumque rerū vituperabimus,

¶ Atque supercilio breuior coma:incedunt,inquit,breui capillo vt infamiā vitent:quā solent subire comati.Nā puerbium fuit apud græcos:Nullus comatus qidem cinædus non sit. ¶ Supercilio:supciliū dictū est:quod sit supra cilium . est aūt cilium extremus ambitus genæ superioris. In superciliis hominis pars animi est:negamus:annuimus: hæc maxime indicant fastus: superbia hic sedē habet . Vñ poeta in carmine obscæno:Carminis icompti lusus lecture procaces Cōueniēs latio pone supercilium. ¶ Verius ergo : minus inquit Peribonius reprehendendus est:etsi pudicitiā suam vulgo p̄stituit. id enim facit vrgētibus sic fatis: qbus aduersari nō potest. ¶ Verius ergo: subaudi facit.i. apertius & simplicius amota oi simulatiōe. ¶ Imputo:ascribo. ¶ Fatis: secundum eos loquitur . vt est apud Senecam:q aiunt: Ducunt volentem fata: nolētem trahūt. Fatum aūt Chrysippus(auctore Gellio)ita diffinit:Fatum est inqt sempiterna quædam & indeclinabilis series rerū:& cathena voluens semetipsam:sese & implicās per æternos consequentiæ ordines:& qbus apta connexaque est. ¶ Morbum:vitium & turpitudinē suam. Iuriscōsulti differentiam facientes inter morbum & vitium:tam varia sentiunt:vt nō facile intellectu relinquāt significatū vocabulorum. Modestinus de verborū significatione scribit morbum tēporalem esse corporis imbecillitatē : Vitium vero p̄petuū corporis impedimentū. veluti si luscus sit:n.i luscus vitiosus est. Sabinus vero refert Labeonē qd esset morbus ita diffinisse. Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturā: q vsum eius facit deteriorē.sed morbum alias in toto corpore accidere dicit:alias in parte corporis morbum esse veluti est phthisis,aut febris,partis aūt veluti cæcitas aut pedis debilitas:multaque addūt alia. Demū alii dicūt vitium esse perpetuum morbum cū accessu & discessu:sed hoc si ita est:neque cæcus:neque eunuchus morbosus est cōtra Labeonis sentētiam. ¶ Horū:taliū qualis est Peribonius. ¶ Miserabilis:digna miseratione.i.cuius misereamur. Nā miserabilis est nō qui miseretur,sed cuius nos miseremur. ¶ Ipse furor:ipsa amentia: qua vexatur vrgentibus fatis:vt p̄stet. ¶ Sed peiores : sensus est: Improbiores inqt sunt ii,q cū obscœne vitā agūt : aliorum vitia seuerissime reprehēdunt & insectantur. ¶ Talia.s.vitia & turpitudines. ¶ Verbis Herculis.i.grauibus & seueris: qualibus Hercules vsus est cum voluptatē incusando repulit a se,secutus virtutē. Nam Hercules (vt est auctor Xenophon i eo libello quē scripsit de dictis & factis Socratis memoratu dignis:quod & Diuus Basilius recitat)cū adolescens eēt: diu multūque dubitauit:quam viam teneret virtutis an voluptatis. Ambigenti duæ matronæ apparuere:virtus.s.& voluptas: quarū vtraque sedulo instabat vt se seq̄reť. Audita vtriusque cohortatione:icusata grauissimis verbis voluptate,virtutē secutus est. Hi ergo cū turpissimi essent de virtute multa disputabant:magnaque verborū grauitate vitia dānabant: quēadmodum & Hercules voluptatem dānauerat secutus virtutē. ¶ Clunem agitant:obscęna patiuntur & muliebria. ¶ Ego te ceuentem : proponit poeta ridiculam satis cuiusdā Sexti cinædi castigationē:qui cū Varillum alterū cinædum dissimulata sua ipsius turpitudine grauiter increparet:ab eo reprehēsus est:& delusus vt deterior se,sicque poeta philosophice ostēdit oportere alieni vitii correctorē omni prorsus vitio carere. vnde sequiť:Loripedem rectus derideat. Est ergo sensus: Varillus infamia tēporibus poetæ notissimus : cū a Sexto cinædo rep̄henderetur,remordens dixit:Ego ne te

ceuentem Virebor cum te non sim deterior. ꝑ Ceuentem verbum est in obscœnis: & patici motantis clunē. Ad qđ allusit Persius loquēs de adulatore: An Romule ceues? ꝑ Quo deterior te? subaudi sum. ꝑ Loripedē rectus: bonus inqt malū notet: sed non malus. est aūt schema prouerbiale: qđ vsurpari solet in eos q cum vitiosi sint: aliena castigant vitia. Loripedem: Plinius lib. v. ca. viii. ostendit in India esse loripedes: q angusum modo ingrediantur & serpant. Vnde loripedē dicimus q tarde incedat, & claudicet. Plautus in Penulo: Ne quicq̄ hoc patronos mihi elegi loripedes tardissimos. Vbi locum correximus. nā procos scriptū est p patronos. erit ergo sensus rectus: derideat aut trahentem corpus per humū, aut re vera claudicantē obtortis pedibus. Vidēturq; dici a loco ꝙ pedes habeant loreos: hoc est molles & obtortos veluti est lorū molle & obtortum, quos græci (auctore Plinio) Himantopodas appellarunt. ιμα. n. lorꝝ significat, siue corregiā: ποις pedē. Vñ poeta i Satyra. x. Nec ꝑtextum rapuit Nero loripedē. Eo quis ita serpendo ingrediunt Solinus interpretatur flexis crurum nisibus ingredi. ꝑ Aethiopē: Aethiopia (vt docet Pli. lib. v.) duplex est: altera circa occasum ad Atlantē montē Mauritaniç: altera circa ortum, Aegypto cōtermina. Aethiopum qui vicina Aegypti loca incolūt: alii vtrasq; Nili ripas, insulasq; in Nilo sitas habitant. hi Arabiç proximi sunt: alii mediterraneas tenent regiones versus Arabiam sitas. Maior pars Aethiopum nigro colore est: de qbus plurima Diodorus lib. iiii. digna memoratu. Dicti autem sunt Aethiopes (Auctore Plinio) ab Aethiope Vulcani filio. Alii vero tradūt nominatos: ꝙ sint Solis calore adusti: ab αιθω quod est vro.

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cælum terris non misceat, & mare cælo,
Si fur displiceat Verri? homicida Milioni?,
Clodius accuset mœchos? Catilina Cethegum?
In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres?
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu? qui tunc leges reuocarat amaras
Omnibus, atq; ipsis Veneri, Martiq; timendas,
Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo similes effunderet offas.
Nonne igitur iure, ac merito vitia vltima fictos
Contemnunt Scauros, & castigata remordent?

❡ Fronti nulla fides &c. Quia ergo multi se alios simulant q̄ sint: vt. n. dicit Saluator: Veniunt in vestimētis ouium: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. dicit poeta ꝙ nō est cōfidendum fronti. i. apparatui exteriori: qa multi seueram, castam, & omni ex parte sanctā vitam: in barba prolixa: breui capillo: silentio alto: supcilio seuero: pilosis brachiis & pallio ac baculo præ se ferunt: & se habere ostentant: q fœdissima illa sodomitica peccata in se admittunt. Et ita peius peccant tales simulatores, q̄ indocti i q simplicitate quadā se non alios q̄ sint ꝓfitentur. Non ꝙ melius sit publice q̄ secrete peccare. (Dictū est enim: Si non caste tñ caute): sed quia non ignorātia aut fragilitate: sed manifesta malitia peccāt. Difficilius. n. est simulare bonū virum, q̄ esse: & tñ malunt simulare, q̄ esse. & plus laboris sumunt, vt videantur boni, q̄ boni vt sint: & ita ex deliberatione mali sunt. Ordo est: Nulla fides. i. nulla firma credelitas est sup. adhibenda fronti. i. apparatui exteriori. enim pro quia. qs vicus. i. regio in ciuitate: aut cohabitatio hoīum ī agro nō abundat tristibus. i. seueris: & rigidis in vultu sup. & obscœnis. i. turpibus in vita. q. d. nullus vicus non abundat: immo qlibet abundat. Et q̄rit per indignationem. castigas sup. ne tu turpia: scilicet facta aliorꝝ. cum sis fossa. i. lacus & sentina notissima inter cinædos. i. patieos: qui patiuntur muliebria præcisi. socraticos. i. qui fingunt se in doctrina socraticos. i. castitatis & aliorum bonorꝝ morū præceptores. q. d. non te decet id facere: quia nō est ferendū a tecum amiseris auctoritatem. Membra sup. tua hispida. i. pilosa & hirta. & setæ duræ. i. pili tam magni & duri vt setç porcorum. Sūt enim setæ in porcis: villi in leonibus: lana in ouibus: pilus in equis & hominibus: squāmæ & spinæ in piscibus: plumæ in auibus & cætera. per brachia. i. quæ videntur circa brachia. promittunt qdem. i. pollicentur nobis in te animū atrocem. i. robustum & virilem. sed mariscæ tumidæ. i. vlcera inflata more fatuarū ficuū generata ex fœdo & abhominabili coitu, cæduntur. i. inceduntur & aperiuntur ferro tibi. in podice leui. i. in sede naturali depilata ex frequenti subactione. leue enim est non asperꝝ & politū: vt qui sine barba sunt leues dicunt: & habet primā longam sic. cædunt medico ridente: qa nouit causam vlceris esse turpitudinem tuā. Rarus sermo & magna libido tacēdi est sup. illis. i. eiusmodi viris. Atq; p &. coma. i. capillus. breuior supcilio. i. non demissus vsq; ad supcilium est sup. illis. Ergo cum ita sit: ꝙ simulant se caste & sancte viuere, cum sint turpissimi. Peribonius. i. diuulgator turpitudinis suæ. vel Peribomius Cinædus Cybeles matris Deorꝝ: dictus a peri: qđ est circū. & bomos ara: quasi circum arā versatus. & ponitur pro quolibet ex simplicitate peccatū suum prodente. Verius. i. tolerabilius: qa confitenti verum ignoscere solēt & Dii & hoies. & magis ingenue. i. vt ingenuū. i. natura liberum decet: quia furū & seruorum est mentiri: ingenuorꝝ veritatē fateri: neq; dissimulare: & aliud in corde: aliud in ore habere: sup. agit aut facit. Ego imputo hunc. i. talē. i. talis viri vitā fatis. i. iudico ꝙ talis sit secutus inclinationē naturæ: & ꝙ ex simplicitate non ex malitia peccet: q fatetur vultu & incessu morbū. i. peccatū: qđ est aīæ morbus, & si perseuerat mors. Et simplicitas horꝝ. i. qui peccant: nec tegunt peccata est miserabilis. i. digna miseratione. Ipse furor. i. violētus impetus: cui nesciunt moderari ita vt fuere videantur. dat his. i. huiusmodi veniā. Sed peiores sup. sunt q inuadūt. i. increpant & lacessunt talia. i. tale ex simplicitate peccantes: vel talia facta ex simplicitate peccātium. verbis Herculis. i. grauissimis qualibus vsus est Hercules contra voluptatem se allicere volētē. & locuti. i. postq̄ disputauerūt de virtute. i. de fortitudine & castitate. agitant. i. mouent. dū subigunt. clunē. i. podicē qđ non decet: quia nemo patitur se ab iniquiore reprehendi. Vnde Varillus infamis. i. p turpitudinem vitæ infamatus ait ad Sextum virū in verbis seuerū, sed cinædū: o Sexte ego verebor. i. putas ne ꝙ cū reuerētia timebo te ceuentē. i. artificiose turpitudinem patientē: & posteriora tua motantē. q. d. minime. Nā quo. i. in quo sup. sum deterior. i. minoris dignitatis aut pretii te. i. q̄ tu. q. d. in nullo. & ita nō debes me reprehendere. decet eni vt rectus. i. recte incedens derideat loripedē. i. oblique incedentē: nā loripes in India anguium more ingreditur teste Plinio. & albus. i. mundus & pulcher Aethiopem. i. fœdum & turpem. vel albus. i. bonus Aethiopem. i. nigrum: hoc est malum.

❡ Quis tulerit: qs non indignet si seditiosus vir: quales fuerunt Gracchi: seditiosum rephēdat? Tiberius. n. & C. Gracchi fratres Africani superioris ex filia nepotes: vtriq; tribuni plebis. cū leges agrarias nō sine nobilitatis indignatione tulissent, cæsi fuerunt. Tiberius in Capitolio a P. Scipione Nasica fragmento subselli, Caius in ponte Sublicio aut sua, aut serui Eupheri manu. ꝑ Quis cælū terris? quis ira non confundatur, & clamet. vt est apud Terentiū: O terra, o cælū, o maria Neptuni. Sic. n. faciunt q ira vehementer incenduntur. ꝑ Displiceat Verri? C. enim Verres. Cn. Pōpeio, & M. Crasso cōsulibus in Sicilia quæstor fuit: quā per triennium nemine succedente tenuit. vbi libidinose, auare, crudeliterq; versatus est. succedente tandē Metello reuersus Romā a Siculis repetundarū est accusatus. cām egit Cicero: cuius actiōes adhuc extant, Verrinæq; appellantur. ꝑ Homicida Miloni: homicidā appellat Milonem ꝙ occiderit P. Clodium. Nam Miloni cum Clodio summæ erant inimicitiç ex eo maxime, ꝙ Milo Ciceronis erat amicissimus. In eo reducendo enixissime operā nauauerat. Et P. Clodius restituto Ciceroni infensissimus. In petitiōe igitur cōsulatus Miloni aduersatus est

Clodius

Clodius:& sæpe inter se Milo & Clodius cum suis armato/
rum factionibus Romæ depugnauerant. Proficiscenti præ/
terea Miloni Lanuuiũ:ex quo erat municipio: occurrit Clo
dius circi horam nonã paulo vltra bouillas rediens ab Ari/
cia. Vehebatur Clodius equo, Milo rheda cũ vxore Fausta
filia L. Syllæ dictatoris. seq̄baṫ eos magnũ seruorũ agmen:
inter quos gladiatores quoq; erant:cum seruus Clodii rixã
cõmiserunt:ad quẽ tumultum: cũ respexisset Clodius mini/
tabundus humerũ eius Birria vnus ex gladiatoribus rom/
phea traiecit. Clodius vulneratus in tabernã proximam Bo
uillis delatus est. Milo vt cognouit vulneratũ Clodium: cũ
sibi periculosius illud etiã viuo eo futurum intelligeret:occi
so autem magnum solatium esset habiturus etiamsi subeun/
da esset poena exturbari tabernam iussit:atq; ita Clodius la
tens extractus multis vulneribus cõficitur. Cadauer eius in
via relictum:quia serui Clodii:aut occisi erant:aut grauiter
saucii latebant. Lege Pædianum, Appianum, Ciceronem p
Milone. ⸿Clodius accuset moechos:nam Clodius, de cuius
cæde modo dictũ est, cum Pompeiam vxorem Cæsaris tũc
te amaret:habitu muliebri ingressus est domũ Cæsaris tunc
summi pontificis:vbi sacra Bonæ Deæ:quæ quotãnis in do
mo pontificis celebrari cõsueuerant nocte celebrabanṫ. In/
ter mulieres primo latuit:deinde cũ per ædes vagaretur co/
gnitus est:sublato a mulieribus clamore fugit:pollutaꝶ ceri/
moniarum reus factus est. Sed corruptis iudicibus est abso/
lutus:licet testimonio Ciceronis oppugnatus esset:q affirma
uit Clodium cõtendẽtem se ea die ab vrbe pcul abfuisse: do
mi suę (qđ verum fuerat) fuisse. Inde postea pestiferum illud
in Ciceronẽ Clodii ortũ est odium: nunq̄ enim destitit Clo
dius Ciceronem insequi: donec eũ tribunus plebis vrbe ex/
pulit. ⸿Catilina Cethegũ:nam L. Catilina vir patricius ini/
ta conspiratione cũ pluribus rempu. opprimere conatus est.
Eius consilium Cicero consul prudentia sua discussit. Inter
cõiuratos fuit Cethegus vir magnæ audaciæ. Ait ergo poe
ta intollerandum esse:si Catilina coniurator ipse: & cõiura/
tionis princeps accuset Cethegum sceleris conscium. ⸿In ta
bulam Syllæ: Sylla primus fuit:qui tabulam proscriptionis
pposuit:idq; superatis partibus Marianis: quẽ postea triũ/
uiri Augustus, Lepidus, & M. Antonius imitati vnusquisq;
aduersarios suos proposita tabula proscripsit. Itaq; poeta
eos discipulos Syllę appellat:quasi imitatores: q idem quod
Sylla fecerunt. ⸿Qualis erat: Domitianum a crudelitate no
tat:quem triumuiris comparat: & eis cæde hominum non
absimilem dicit. ⸿Qualis erat: periphrasis est ipsius Domi
tiani:qui Iuliam Titi fratris filiam, iam Sabino collocatam
corrupit:& qdem uiuo etiam Tito:mox patre & uiro orba
tam ardentissime, palamq; dilexit:ut etiam causa mortis ex
titerit coactæ conceptum a se abigere. vnde plinius Iunior
ad cornelium sic scribit: Domitianum, ut illustraret sæculũ
suum exemplo aliquo seueritatis Corneliam Maximillã ue
stalem uirginẽ absentem, inauditamq; damnasse incęstu:cum
ipse fratris filiam incæsto non polluisset solum:uerumetiam
occidisset. Nam uidua abortu periit. Philostratus libro septi
mo scribit: Iuliam Domitiani ex filia fuisse neptem. ⸿Tragi
co concubitu, nefando, qualem tragici scribere solent: q stu/
pra, icęsta, parricidia, & id genus nefanda flagitia in suis tra
goediis tractant. ⸿Reuocarat leges amaras:nam legem Iu/
liam, quę erat contra adulteros lata ab Augusto (ut mox di
cemus) reuocauerat. Lege item cauerat ne quis mas castrare
tur. Earum legũ meminit sic Martialis: Ludus erat sacræ cõ
nubia fallere redæ: Ludus & imeritos execuisse mares. vtra/
q; tu phibes Cæsar:populisq; futuris Succurris nasci quos
sine fraude iubes. Nec spado iam, nec moechus erit te pręside
q̄squam: At prius o mores, & spado moechus erat. ⸿Amaras
omnibus: nam deprehensi in adulterio ferro puniebantur
ex lege Iulia. vt docet Iustinianus in institutionibus. ⸿Ipsi
Veneri, Martiq;:quasi qui & ipsi in adulterio sint dephensi.
Nam Venus cum Marte cõcubuit. Vulcanus cum id resciuis
set, accusante Sole, lectũ tenuissimis & adamãtinis retibus
cinxit:eosq; in amplexibus iacentes & implicatos aperto cu

biculo omnibus Diis præbuit videndos. ⸿Abortiuis:abor/ Abh
tiuos appellamus immaturos foetus: & ante legitimum tem tiui
pus editos. Tranquillus in Augu. Illos senatores:quos vul/
gus abortiuos vocabat: ad modũ pristinum & splendorem
redegit. Plinius in. xiiii. Aegyptus & ecbolinã habet aborti/
uos facientẽ. Abortus etiam inuenitur alia significatione p Abo
ipsa. s. abortione. Vnde Pli. in. vii. Vobiscũ vnũ appellabant Vop
e geminis:qui recẽti vtero nascereṫ: altero interrempto ab/ scus
ortu. Idem in eodẽ: Vno abortu duo puerperia egesta. ⸿Iu/ Vulu
lia: Titi fratris filia. ⸿Vuluam: de vulua Plinius multa scri/
bit libro vndecimo cap. xxxvii. sic: Quod alio nomine locos
appellant:hoc in reliquis animalibus vuluam. Hæc viperæ
& intra se parientibus duplex. Oua generantium annexa p/
cordiis. Et in muliere geminos sinus sub vtraq; parte laterũ
habet. Funebris quoties versa spiritum inclusit. Quibus ver
bis ostendit Plinius in muliere locos & vuluam dici: idemq;
esse. Sed in reliquis animalibus vuluam tm̄ nõ locos. Est au/
tem vulua cõceptaculum foetus in aluo: dicta q foetũ inuol
uat. vterus idem est qđ vulua: idq; nõ solum in mulieribus: Vter
sed etiã in reliquis animalibus. Plinius in octauo de asinis lo
quens: Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit ni
cogatur in cursum verberibus a coitu. Vuluam lautæ fuisse
gulæ cõstat Horatius in epistolis: Obeso Nil melius turdo:
nil vulua pulchrius ampla. Sed cũ duplici nomine appellare
tur eiecticia. s. & porcaria: meliorem putauerunt eiecto par
tu q̄ edito. Eiecticia vocatur illa, hæc porcaria. Eiici autẽ di
citur foetus cũ ante tempus legitimũ emittitur. Edi vero cũ
tẽpore suo. Eiectio differt ab abortu: q illa grandioris foe/
tus est. Abortus quem Græci ἐκτρωμα appellant: intra qua
dragesimum diem cõtingat. Quod autem Virgilius dixerit
in equo: Vterumq; armato milite complent. Ideo fecit, quia
dicturus erat: Scandit fatalis machina muros Foeta armis.
⸿Offas:id est frusta carnis:& foetus immaturos. Nam offam Offa
appellamus quicquid in tumorem crescit. vnde Iuuenalis in
vltima Satyra: Et nigram in facie tumidis liuoribus offam.
offam porcinã cum cauda offam penitam dicebant. Plini. ap
pellat offas amygdalas contusas, & in vnum conuolutas his
verbis: Amygdalinũ oleũ quod aliqui vocant neopum arefa
ctis, & in offam cõtusis exprimiṫ. Et in. xiii. cap. x. Purgatũ
enim pomũ tundunt, seruãt eius offas. ⸿Similes patruo: Do
mitiano, qui (vt dictũ est) eã incæstauerat. ⸿Nõne igiṫ: sen/
sus est: Merito inqt flagitiosi & scelerati contemnunt illos, q
cũ sint vitiosi dissimulata moꝶ turpitudine rep̄sentãt Scau
ros viros graues & seueros, nam vbiq; a scriptoribus pro ui
ris seueris & grauibus ponuntur, Iune. in Satyra. xi. Cũ tre
merẽt ait Fabios, durũq; Catonẽ: Et Scauros & Fabricios
rigidiq; seueros Cẽsoris mores ẽt collega timeret. M. n. Ae/
miliũ Scauꝶ summę itegritatis extitisse illud declarat apud
Pli. q a Vario tribuno plebis postulatus quasi socios & La/
tiũ ad arma coegisset, ridit: Scaurus negat: vtri potius cre/
dendum putatis: põt ẽt hic locus referri ad historiam. Nam
(vt scribit Sallu.) Aemilius Scaurus ex omnibus cõiuratis
nobilis homo fuit: impiger: factiosus: auidus potẽtiæ: hono/
ris diuitiaꝶ: cæterum callide vitia sua occultans, vt sit: nõne
vitiosi hi cõtemnũt iure fictos Scauros, i. improbos & scele
ratos, qui vitia sua non aliter occultãt, q̄ M. Aemilius Scau/
rus occultauit. ⸿Vitia vltima, i. homines extremorum vitio
rum castigata: ab iis qui præ se ferunt quandam morum san
ctitatem. ⸿Remordent: contra mordent: sumptum a cani/
bus: qui alieno lacessiti morsu remordent.

⸿Quis tulerit Gracchos &c. Continuat partẽ superiorẽ, A S
qua ostendit quod Cicero in Sallustium dicit: Carere debet
omni vitio, qui in alterum dicere paratus est. Et progrediṫ
ad reprehendendum Domitianum, qui cum in adulteros le/
gem reuocauerat Iuliam: Titi fratris filiam quã auidentissi/
me amauit: frequentibus abortiuis perire coegit. Valla tamẽ
secutus Probum dicit de Claudio Cæsare intelligi: cuius cõ
filio occisa Messalina vxore pudicissima, Iuliã Agrippinam
fratris filiam matrem Neronis reuocatã ab insula in matri/
monium accepit: cõcesso iure nuptiarum ex senatuscõ. quem

dicit frequētet abortum appetisse apud Claudiū: ne ex ipso cohærede Neroni filium pareret: cui pparabat imperium. & paulopost: Certum est Claudiū taxari: qui fratris filiam duxit vxorem Agrippinam occisam vxore Messalina. Agrippina añt erat Neronis mater. hæc ille. Quibus cum Calderino Mācinellus cōstāter refragat. Quia vero poeta pollicitus est scribere in sepultos: posset esse ratio cur Probo cōsentiremus pſertim cū non sit veri simile ipsum in Domitianum adhuc viuētem talia ausum fuisse. Verūtamen sicut Persius in Neronē scribit: sic tñ vt de aliis videatur loqui: sic Iuuenalis in Domitianū. nā multa sunt quæ de Domitiano dici probāt: & potissimū verba Plinii plurimaque de Claudio, vel qd non quadret ipsum in principem viuentē scripsisse: sed dicemus scripsisse: non edisse donec in exiliū missus esset. deinde quia tot dicit quod Claudio cōpetit: qui adulterio assumptā tot facere coegerat: sed id in fratris filiā Domitianus facere poterat. Tum quod patruo similes dicit offas .i. difformes: q̃lis erat Claudius vsque adeo: vt Antonia mater eius eum portentū hois diceret: necabsolutū a natura: sed tantum inchoatū: & si quē stultitiæ arguebat filio suo stultiorem dicebat. Verū possumus dicere patruo similes: quia ex patruo cōceptas & iam formatas ad imaginem patrui .i. fratris patris. solent enim liberi patris effigiē præ se ferre. Offas añt dicit frusta carnis .i. ossa, carnē, & sanguinē quo embrio coaugmentari debebat. Demū quia dicit nuper: quod de plusculo tpe q̃ dudū accipiendū docet Vallen. Laurētius. & ita de Claudio potius q̃ de Domitiano. Verū Vallem. docet secundū modum rei accipiendū esse ita: vt interdū de plusculis mensibus dicatur. Itaque in vtrūque dici posset: sed subtiliter in Domitianū dictū accipe. Vltima vitia .i. vitiosi infimæ dignitatis per emphasim. Ordo est: Quis tulerit .i. passus fuerit, vel sustinuerit, aut tolerauerit: Gracchos viros illos nobilissimos, sed seditiosissimos, querentes .i. querelā deponētes apud populū de seditiōe .i. q̄ alii sint seditiosi. q.d. nemo. Quia non misceat .i. confundat mixtū inclamādo caelum terris. sicut in Terentio: O caelum, o terra, o maria Neptuni. hoc añt faciunt maxime irati, qui nescientes qd primū incusent: omnia simul inclamant. quis ergo non commisceat terris caelum, & cælo mare: quasi dicat nemo non cōmisceat: quia quilibet cōmisceat si fur displiceat Verri maximo furi. si homicida Miloni notissimo parricide, q Clodium occidit. Et si Clodius adulter manifestissimus, q Caii Cæsaris vxorem solicitans, & interpellans de adulterio deprehensus est: accuset mœchos .i. minores adulteros. Nam mœchum nō simplicē fornicariū: sed adulterū dicimus. Et si Catilina vir in patriam coniuratissimus & caput cōiurationis accuset Cethegum cōplicem suum. Et si tres discipuli .i. imitatores Sylle .i. triumuiri, Lepidus, Antonius, & Augustus dicant: scilicet contra tabulā Syllæ, in qua plurima millia hominū proscripta erāt. Qualis est cuiusmodi erat .i. qualis reprehensor erat. aliorum transgredientium legē. quā ipse a se renouatam turpissime trāsgressus est, Adulter .s. Domitianus,

Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem toties, vbi nunc lex Iulia? dormis?
Ad quem subridens, felicia tempora, quæ te
Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem.
Tertius e cælo cecidit Cato, sed tamen vnde
Hæc emis? hirsuto spirant opobalsama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ
Quod si vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia. respice primum
Et scrutare viros. faciunt hi plura, sed illos
Defendit numerus, iunctæque vmbone phalanges.
Magna inter molles concordia. non erit vllum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tædia non lambit Cluniam, nec Flora Catullam,
Hispo subit iuuenes, & morbo pallet vtroque
Nunquid nos agimus causas, ciuilia iura
Nouimus? aut vllo strepitu fora vestra mouemus?
Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ.
Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis
Vellera, vos tenui prægnantem stamine fusum
Penelope melius, melius torquetis Arachne,
Horrida quale facit residens in codice pellex.
Notum est, cur solo tabulas impleuerit Hister
Liberto, dederit viuus cur multa puellæ
Diues erit, magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube, atque tace. donant arcana cylindros.
De nobis post hæc tristis sententia fertur.
Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

aut si mauis Clodius. pollutus nuper cōcubitus tragico .i. tam turpi & immani est: vt a tragicis scribi mereatur. Quid enim tragœdia dignius: q̃ filiam fratris abortionibus necare: quæ reuocarat .i. iterum in pristinū vigorem vocarat. tunc .i. paulo ante leges latas .s. contra adulteros. amaras .i. acerbas & graues omnibus sup. mortalibus: quia tunc oēs erant fere adulteri: atque timendas ipsi Marti, & Veneri: q etiam in adulterio deprehensi erant: hoc est etiā Diis & deabus. Plinius autē ad principium secundi naturalis historiæ dicit: Dementiæ esse credere matrimonia aut adulteria inter Deos fuisse. Poetæ autē aut historiam aut rem physicā intelligunt: aut mores significant. Tunc enim Mars cū Venere coit qñ planetarum illorū coitio est: quæ res fulgura excitat: & ita Vulcano proditū dicitur adulteriū. Moraliter facile Ven⁹ Marti .i. viro bellico so coit: quia (vt in .vi. huius dicet) ferrū est qd amant mulieres .s. libidinose. cum .i. quādo. Iulia solueret .i. aperiret vel laxaret per potiōes & veneficia vuluam: idest receptaculum fœtus .i. loculos, vel (vt dicunt) matricem. fœcundam: idest frequenter cōcipiētem. tot abortiuis: idest immaturis fœtibus. & effunderet: idest extra funderet: & eiiceret offas: idest frusta carnis cum sanguine. similes patruo: idest representantes effigiem patrui: idest fratris patris: vnde conceptæ erāt. vel turpes: vt patruus erat.

Igitur cum ita sit quod qui vitia reprehendūt: & mores docent: & leges sanciunt: aut in pristinum vigorem vocant cōtra reprehēsionē doctrinā & leges turpissime faciant. Nonne vltima vitia: idest contemptissimi homines vitiosi in vltima dignitate constituti. contemnunt iure ac merito Scauros fictos: idest nobiles & factiosos per fictionem vitia sua occultātes: sicut Marcus Aemilius Scaurus: vt recitauit Mācinellus ex Sallustio. & ipsa vitia morsa: idest ipsi vitiosi. castigata: idest reprehensa & per reprehensionem acerbam. remordent: idest vicissim mordent vnde morsa sunt: quasi dicat maxime. Ex quo infert quod sequitur.

¶ Non tulit: satis vrbane poeta inducit mulierem: quem virorum vitia insectetur. ¶ Laronia: Martialis Laroniā ostendit fuisse diuitem & viduam: Abnegat & retinet nostrū Laronia seruum: Respondet orba est, diues, anus, vidua. ¶ Clamantem toruum: pro torue: idest terribiliter. nomen pro aduerbio. ¶ Lex Iulia: hoc enim damnabat quasi adulteria & cetera flagitia sibi displicerent. Erat enim (vt dictum est) lex Iulia lata ab Augusto Cæsare: quæ temeratores (ut modo diximus) nuptiarum ferro puniebat. Cuius legis ita meminit Suetonius: Ex integro leges sanxit sumptuariā: & de adulteriis: & de impudicitia: de ambitu: de maritandis ordinibus. Vulpianus quoque in titulo ad legem Iuliam sic inquit: Hæc lex data est ab diuo Augusto. Nec mirum appellatam Iuliam: cum ab Augusto sit lata. constat enim ipsum C. Octauium ab Iulio Cæsare testamento ex dimidia parte hæredem institutum nomen C. Cæsaris sibi absumpsisse. postea rebus compositis, & omnibus prouinciis in certam formam redactis, Augustus quoque cognominatus est: & mensis Sextilis

IOAN. Brit.

tilis in honorem eius appellatus: vnde & Iuliū portum appellat Suetonius: quē Augustus effecit apud Baias. Quem portū Virg. in .ii. Georgi. in laudē Augusti Cæsaris sic celebrat. An memorē portus, Lucrinoq; addita claustra: Atq; indignatū magnis stridoribus æquor. Iulia q̄ pōto lōge sonat vnda refuso: Tyrrhenusq; fretis īmittitur æstus auernis. Et Hora. ī fine q̄rti libri Carminū appellat edicta Iulia edicta Augusti sic: Nō q pfundū Danubiū bibūt, edicta rūpent Iulia. ¶ Dormis: quæ non excitaris ad coercendos adulteros.

Sub

¶ Ad quē: itellige clamantē. ¶ Subridēs: parū ridēs velut idignabunda. Nā sub in cōpositione plerūq; parū significat. vt subtristis. i. aliquantulū tristis. Subiratus paululū iratus. Persius: Subrisit molle puella. ¶ Subridēs: subaudi ait. ¶ Felicia tpa: ironicos dictū. ¶ Opponāt: tanq̄ qui obstes vitiis. ¶ Habeat iā Roma pudorē: iam pudore inquit Roma vincat: ne quid turpe faciat cum exemplū habeat tā pbatorū virorū: estq; p ironiā pnunciandū. est aūt pudor timor iustæ reprehensionis.

Pudor

¶ Tertius e cœlo: licet plures (vt præclare docet Gel.) fuerint Catones: duo tamē magni fuere nois: vt grauissimi & seuerissimi, Cato cēsori9, q libros de re rustica edidit, & Cato q post mortē Vticēsis est cognominatus. Cuius tanta apud ciues Ro. auctoritas fuit: vt etiā orator qdā in dicēdo, cū vnico testi nō esse credendū diceret, nec si Cato inquit is foret. plerūq; ēt ad res incredibiles pūerbii loco rñdebāt: Nec si Cato ipse diceret, fidē esse adhibendam. Cęteros quoq; pdigos atq; luxuriosos: cū qd seuere de cōtinētia loq̄rent: derisiue Catones appellabāt. Et siqs (vt scribit Vale.) sanctū & egregiū ciuē significare volebat sub noie Catonis diffiniebat. recte igit hūc appellat tertiū tāq̄ grauē & seuerū cēsorē, q̄si cęlitus demissum i terras. Simulq; ad illud allusit, qd Lactantius meminit: Illos de cælo cecidisse existimatos quoꝝ virtus eēt i admiratiōe. Cēsoriū aūt Catonē ostendit Sene. ad Luciliū non minus reip. fuisse vtilē, q̄ Scipio. alter .n. cū hostibus nrīs bellū, alter cū moribus gessit. Cū igit dr: Tertius e cælo cecidit Cato: pūerbialis ē ironia i viros valde seueros, alienæq; vitæ cēsores. ¶ Sed tñ vñ: hęc iterrogatio illuc tēdit: vt ostēdat illū eē neq̄ssimū: qñ more cinędorū & molliū vnguētatus sit. ¶ Opobalsama: odores pretiosissimos ex succo balsami. opobalsama eni dicunt succi balsami. opos .n. succū significat. Xylobalsamū aūt appellat balsami lignū. Xylon .n. græce, lignū significat latine. Carpobalsamū, fructus. Carpos .n. fructū significat. Arbor ipsa balsamū dr: q̄ (vt docet Pli.) incisa vitro, aut lapide osseisve cultellis succū emittit: q oibus odoris pfert: & vni terrarū Iudææ arbor cōcessa.

Balsamum
Opobalsamū
Xylobalsamum
Carpobalsamū

¶ Hirsuto: hispido & piloso ad dissimulandā mollitiē. ¶ Dñm: Pharmacopolā. ¶ Taberną: officinę vnguētariæ: quā græci myropoliū appellāt. dicta taberna q tabulis claudatur. vnde & tabernacula dicta sunt: & inde cōtubernales.

Taberna

¶ Ne pudeat: ironice dictū: & gestu adiuuandū. ¶ Q d si vexant leges: sensus est: Si existimas, inqt, vt grauis cēsor leges eē citādas i adulteria. In primis lex Scatinia ē citāda: q lata fuit cōtra eos: qui muliebria patiebant. nā poeta tota Satyra insectat tale genus hoium: vt spurcissimū: q lege Scatinia puniebant: quā Scatinius quidā Aricinus tulit. cuius ita meminit Cicero in tertia Philippica: Quod aūt municipiū nō cōtēnit is, q Aricinū tātopere despicit vetustate antiquissimū: hinc Voconiæ: hinc Scatiniæ leges. Eius legis sic meminit Auso. scribēs in mollē & effœminatū: Scatiniam metuēs nō metuit Ticiā. Lege Scatinia quosdā ex vtroq; ordine cōdemnauit Domitia. auctor Tranquillus. Alii cōtra prædicones statutā falso cōtendūt, nomenq; accepisse, ab eo C. Scatinio: q (auctore Vale. lib. vi) vim filio Marcelli inferre ausus est: & accusante patre dānatus. Nam leges nomen accipiunt a latoribus: non autem reis & sontibus. Et tota indignatio poetæ est in molles, & patiētes muliebria.

Scatinia lex

¶ Leges ac iura: Lex a iure ciuili hoc modo differt: vt lex sit tanq̄ iuris ciuilis mater. Nam (vt scribit Papinia.) Ius ciuile ē quod ex legibus, plebiscitis, senatus cōsultis, decretis principū, auctoritate prudentium venit. Est autē ius ciuile quod quisq; populus ipse sibi constituit: quasi ius pprium ipsius ciuitatis.

Lex
Ius ciuile

Iuris præcepta hæc sunt: honeste viuere: alterū non lædere: ius suum vnicuiq; tribuere. Ius (auctore Celso) est ars boni & æqui. Huius studii duæ sunt positiones. Ius publicum & priuatum. Publicū ius est qd ad statū reip. spectat. Priuatū quod ad singuloꝝ vtilitatē. Ius nōnunq̄ pro necessitudine et dicimus: veluti est ius cognationis vel affinitatis. De iure autem multa in digestis ex sententia Vulpiani, Modestini, Pauli, Cai, Martiani, Papiniani, & pcipue Pomponii de origine iuris.

Ius publicū priuatum

Lex autē est (vt diffinit Aristoteles in rhetoricis suis) cōmunis ciuitatis cōsensus: q scriptis pręcipit qūo vnūquodq; agendū sit. Nā (vt scribit Modest.) virtus legis est imperare, vetare, permittere, punire.

Lex

¶ Plura: digna reprehēsione, q̄ mulieres. ¶ Sed illos: occurrit tacitæ q̄stioni. posset .n. dicere: Quare nō puniunt si plura scelera cōmittunt: rñdet illos defendi, qa multi sint: & alteꝝ alterius vitiū occultare. nā qd malo exēplo fit a multis, solet ipunitū esse, & quodāmodo desinit eē pbri loco cōmune maledictū, malefactūue. ¶ Phalāges iunctæ vmbone: sumpta est trāslatio a re militari: in q̄ pedites se inuicē tuent ab hoste. Nā phalanx (vt a Seruio dissentiamus) nō est vt ipse exponit legio lingua macedonica: licet p quādam similitudinē apud Virg. in .ii. ita accipiat: Et iam argiua phalanx. sed pprie phalanx est, cū pedites ita se istruunt aduersus hostē, vt pares oēs cōnexis scutis ipetū faciant in hostes. Vñ sæpe Cæsar in cōmētariis: Facta phalange. Sed qa hoc primū sunt a Macedonibus inuētū (vt scribit Liuius lib. iii. de bello macedonico) ideo phalanx vocabulū est macedonicū. verba sunt Liuii: Et cohortes inuicē sub signis, quæ cuneū macedonū (phalangē ipsi vocāt) si possent vi perrūperent, emittebat. vnde & Vegetius lib. iiii. de militari ostendit phalangē cōstructionē quandā esse militū: quā modo cuneatā: modo quadratā appellat: q̄ istar cunei & quadratæ formę cōposita in hostē progrederet. Quintus ēt Curtius huius rei sic meminit: Macedones Phalangē vocāt peditum stabile agmen vir viro, arma armis conserta sunt. Plinius lib. vii. ait phalangas significare fustes, qbus Afri pręlium cōtra Aegyptios primi fecerunt. Phalangius, siue phalāgiū (nam vtrunq; dicitur) est (auctore Plinio) genus araneī.

Phalā

¶ Vmbone: hoc loco scuto. Vmbo aūt pprie p media parte scuti eminētiore capit.

Vmbo

¶ Non erit vllū: nō inuenies inquit rē tam nefandā in sex fœmineo: vt mulier mulierē ineat. qd inter viros frequēti est in vsu. carpit tñ Iuue. alibi Laupheā & Medulinam q tribades essent inter se: Lenonum, ancillas positas Lauphea corona Prouocat: & tollit pendentis pmia coxæ: Ipsa Medullinæ frictū crissantis adorat. Tale mōstrū libidinis dicit Sappho excogitasse: vnde mascula est appellata. Hora. in epistolis: Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho. ¶ Tædia nō lambit Cluuiā: fellatorem notat, qui & lambere & lingere alteꝝ dicitur. Martia. Linguas nō mihi: nam proba & pusilla est. Mulieres etiā id turpitudinis exercuerūt. Philenē .n. notat Martia. Vndenas vorat in die puellas. ¶ Hispo subit iuuenes: nomen fictū infamis. ¶ Subit iuuenes: vtrum ad fallādum, an vt ineat a drauci. ¶ Vtroq; morbo: vtraq; turpitudine nefanda: cum & fellaret & pędicaretur. ¶ Nuq qd nos agimus: adeo, inquit, impudentes estis vt officia etiā muliebria vsurpetis: quod nos non facimus. Nam nos causas in foro (quod vestrum est) non agimus. Id enim turpissimū hēbat in mulieribus. Vnde impudētiæ notant Afrania Licinii Buteonis vxor: & Calfurnia, & Amesia, q causas egerint. vt scribit Vale. ¶ Causas: negocia forēsia. Nā causa (vt finit Apollodorus) est negociū omnibus suis partibus spectans ad quæstionem. aut causa est negocium, cuius finis est controuersia. Isocrates causam ait esse quęstionem finitam ciuilē aut reꝝ cōtrouersiam in personarum finitarū cōplexu. ¶ Fora vestra: tria eni erāt fora: vbi iura reddebant. Papi. in Siluis: Nec saltē tua dicta cōtinentē: Quæ trino iuuenis foro tonabas. Mart. Lis te bisdecimæ numerātē frigora brumę Cōterit vna tribus Gargiliane foris. De quibus sic Tranquil. in Aug. Fori extruēdi causa fuit hoium & iudicioꝝ multitudo: q̄ videbat nō sufficiētibus duobus etiā tertio idigere. hoꝝ primū appellatū est Romanū: vel vetus.

alterum extruxit C. Cæsar. Papi. in pri. silua: Cæsarei stat sede fori. Tertium (vt dictũ est) erexit Augustus cũ æde Martis Vltoris: Mart. i. viii. Forōq; triplici sparsus Ante equos omnes. i. ante omnes iudices: qui ex equestri ordine eligebātur. Idē in. iii. ad Sextũ: causas inquis agā Cicerone diserti⁊ ipso: Atq; erit ĭ triplici par mihi nemo foro. Dicta aũt fora a ferendo: q̄ eo lites ferant. Fora itē appellamus loca: vbi res venales exponunt. Vñ dicimus forũ frumentariũ: forũ olitoriũ: forũ vinariũ: vbi frumēta, olera, & vina vēdunt. ¶ Luctant paucæ: si forte inqt acciderit: vt mulieres luctent, paucę tamē luctant neq; n. negare potuit: nā alibi a Iuue. notantur: Edromydas tyrias: aut fœmineum ceroma quis nescit: Aut quis nō vidit vulnera Pali: Quē cauat assiduis sudibus scutoq; lacessit. ¶ Coliphia: vocabulũ est græcũ: scribiturq; sic: κωλιφιον: & non forma (vt quidā falso putauerunt) diminutiua. significat autē panē luctatorũ: qui vim comedentiũ mēbris adderet: κωλον eni mēbrũ significat. & ιφι robur. Plautus i Persa: Coliphia ne mihi icocta detis. Mart. notās Philenē impudicissimā: Nec cœnat prius: aut recūbit: Anteq̄ septē vomuit meros deunces: Ad quos fas sibi putat reuerti: Quā coliphia sexdecim comedit. ¶ Vos lanā trahitis: aut carminatis, aut e colo ducitis. ¶ Vellera lanæ dicunt & lanicia a uellēdo & laniādo, eo q̄ ante iuentā tonsurā ex oue laniarent, vellerēturq;. ¶ Calathis: dictio est græca: apud nos nō solũ significat calicem vinariũ: vt illud Virgi. Vina nouũ fundā calathis aruisia nectar. Et ĭ distichis Mart. Calathi loquuntur: Nos Satyrus: nos Bacchus amat: nos ebria tigris Perfusos dñi lābere docta pedes. sed etiā p̄ genere cistæ ponit: vt hoc ĭ loco. Et Virg. in Bucolicis: Tibi lilia plenis Ecce ferũt nymphæ calathis. ¶ Melius Penelope torq̄tis: superatis inqt nendo Penelopē ipsam, & Arachnē. vtraq; eni lanificii ope laudant. Penelope Icarii, & policaste filia vxor Vlissis sũmæ pudicitiæ exēplo fuit ſeculo suo: lanificio & telā texēdo absentiā & mariti desideriũ solabat, & p̄cos frustrabat. qbus (vt tradit Home. i. Odyssea) p̄mittebat se i matrimoniũ traditurā, cũ absoluta esset tela. Sed qd̄ iterdiu texuerat, noctu retexebat, qd̄ tetigit Ouidius: Nec. mihi q̄rēti spatiosam fallere noctē, Lassaret viduas pēdula tela manus. ¶ Arachne: puella fuit Lyda: q̄ (vt ferũt fabulę) ĭ lanificio cũ Pallade certauit: & cũ Deā forte superaret, ab ea in araneā ē cōuersa. Hęc (auctore Plinio) linũ & retia inuenisse fert filius vero Closter fusum. ¶ Horrida: inculta. ¶ Quale. s. stamē. ¶ Facit pellex: nam pellices cũ senuerint ab amatoribus desertæ ad stamina, lanificiumq; sese accōmodant victũ quęritātes. Vnde Horatius in Odis de turpi anu: Te lanæ prope nobilē Tosæ Lucerinā, non citharæ decent. Pellex p̄prie appellatur illa quæ cōsuetudinē adulterii cum eo habet, cui sit vxor. diciturq; pellex nō tantũ viri: quantũ etiā vxoris. vnde Sallustius in inuectiuis in Ciceronē: Filia matri pellex tibi iucundior, atq; obsequentior q̄ parenti par est. Dolobella (vt scribit Suetonius) obiiciēs Cæsari, q̄ Nicomedi se obscœne sũmiteret, eum appellat pellicē reginæ. Horatius loquens de Medea sic scribit: Hoc delibutis vlta donis Pellicē serpente fugit alite. Ouidius in sexto Meta. Pellex ego facta sororis. Idē in eodē. Sed non attollere cōtra Sustinet hęc oculos pellex sibi visa sororis. Idē in decimo: Tu ne eris & matris pellex, & adultera patris. Iustinus libro primo: Per internuncios quærit a filia q̄ inter regias pellices erat. a pellice fit pellicatus: sicutis a cōcubina cōcubinatus. ¶ In codice. i. vili scamno. i. trunco. Nā (vt scribit Theophrastus) ea pars arboris: quę terrę inhęret radix vocat: supra radicē vsq; ad scamnũ arboris codex: siue caudex: & truncus dicit. ex scamno exeunt rami ex ramis surculi. ¶ Notũ est, cur soli: satis verecunde Laronia eos insectat: qui draucis abutebant: qualis fuit Hister Pacuuius: qui captatione testamentorũ locupletatus libertũ draucum suũ reliquit hæredē. De Histro alibi poeta: Mora nulla per Histrũ Pacuuiũ: quin illud ebur ducat ad aras. Scimus, inquit, quare Hister Pacuuius libertũ suũ reliquerit solũ hæredē. ¶ Tabulas. s. testamenti. Nā tabulæ numero pluratiuo dicuntur, qbus cōtinentur contractus & cōuentiōes. vt tabulæ dotis: tabulæ venditiōis: tabulę emptionis, & testamenti. A tabulis fit tabulariũ & tablinum: quorũ

Tabularium

vtrunq; signat locum: vbi actus publici continent: De quo est apud Virg. in Georgicis: Insanũq; forũ: aut populi tabularia vidit. Pli. libro. xxxv. cap. secũdo, Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarũ. dicimus autē Tablinũ sicuti figlinum: quod græci pinacothecā appellant, differentia tamē illa est, quod pinacothecis tabulæ pictæ. in Tablino rerũ (vt diximus) i magistratu gestarum monumenta cōtinebant. De extructione Tablini & pinacothecæ Victruuius libro sexto cap. quarto. ¶ Cur multa puellæ. i. vxori suæ adolescenti. vt. s. turpitudinem taceret. ¶ Diues erit magno: illa inquit ingentia munera consequet a marito: quæ tacebit: cum is a draucis inibitur. ¶ Tu nube: cum indignatione dictũ: quasi puella auditis virorum sceleribus matrimoniũ aspernet. ¶ Cylindros: lapillos eē oblongos ad ornatũ mulierum ostendit Plinius libro. xxxvii. capitulo sexto, loquēs de Beryllis: qui mira longitudine placebant, & setis elephantorũ religabant, ait enim sic: Cylindros quidā ex his facere malunt q̄ gēmas: quoniam est summa cōmendatio in longitudine. Quidam q̄ angulosos putant statim nasci: & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta: additoq; auro repercussa: aut omnino castigata causa perspicuitatis ad crassitudinem. Cylindros autē appellant q̄ formanti sint ad speciem cylindri: idest colũnellæ: qua area æquari solet. Virgi. in primo Georgicorũ: Area cum primum ingenti est æquanda cylindro, nomen autem accepit a volubilitate. nam κυλινδω idem est quod voluo. ¶ Post hæc: scelera vestra: cum deberetis vos ipsi de vobis sumere supplicium. ¶ Censura: animaduersio & punitio. nā censores moribus ciuitatis præerant. ¶ Coruis: sceleratis: impuris, & spurcis: quales habentur corui, qui fœda sequuntur: & qui ore coire dicuntur. Martia. Corue salutator quare fellatur haberis. ¶ Columbas: simplices, & bonos quales sunt columbæ. vt sit sententia catholica.

Tablinum

Cylindra

¶ Non tulit ex illis &c. Inducit mulierē prędiuitē reprehendentē viros: & arguentē eos turpitudinis summæ. ea autē a qbusdā Lauronia: & sic melius stat ratio metri: ab aliis Laronia dicit. sic quidā vt salutē metrũ scribũt Scātinia p̄ Scatinia. Dicit ergo poeta sic: Cum quidam ex quibus turpiter viuunt: & tamen alios seuerissime castigant: forte mulierculas reprehenderet: & seuero supercilio tanquā magnus zelator honestatis & fidelitatis matrimonialis frequēter clamaret: vbi nunc es lex Iulia: quæ nō cōdemnas istas adulteras? dormis? Laronia quædam diues & potes ac superba mulier non valens eũ patienter audire: sed sicut moris est mulieris: primum cum ironia quadā videtur eum laudare: tanq̄ sit Catonis cōparandus. Deinde manifeste reprehendit eũ & consequenter omnes viros: qui longe plura & grauiora vitia, q̄ mulieres cōmittunt: & tamen quia plures sunt & fortiores sunt, parcitur viris, & non mulieribus. Non est autem institutũ, siue intentio poetæ dicere qd̄ lex Iulia cōtra adulteros & adulteras non est toleranda: sed quod eam debeant executioni mandare: aut curare vt mandetur: quę tali vitio & maiori vacant. Quia ergo peccatũ contra naturam, qd̄ dicit plurimos viros cōmisisse, peius est, q̄ adulteriũ in mulieribus repertũ: ideo inuit q̄ q̄ peius peccant. nō sufferuntur dũ leuius peccātes castigare volunt, Quod aũt peccatũ adulterii sit multũ detestabile: patet ex lege veteris testamēti: qua adulteræ lapidabant. & ex legibus romanis, qbus licebat deprehēsos ipune corrigere. Quinetiā Christus dñs nr̄, q dixit Discite a me, qa mitis sum & humilis corde: q deprehēsam ĭ adulterio e manibus insidiantiũ prudēter & demēter liberauit: ostendit summope displicere sibi peccatũ adulterii dicēs Matthei. v. Dictũ ē qcũq; dimiserit vxorē suā, det ei libellũ repudii. Ego autem dico uobis: qa o is q dimiserit vxorē suā excepta fornicationis causa: facit eā mœchari. Quāuis ergo valde graue sit peccatũ adulterii: tñ nō satis cōuenieter reprehēdit ab eo, q maiori crimine detinet. Nō ergo tulit Laronia (de qua in Mancinello vidisti) quæ nō negat mulieres peccare:

AS C.

peccare: sed q tantũ peccent. Vnde dicit: Non erit vllũ exemplum in nostro tam detestabile sexu: exemplũ autẽ dicit qđ quis inspicit ad hoc vt possit imitari: Aliquãdo aũt exemplũ dicit̃ grauissima punitio: q̃ ad terrorẽ aliorũ fit. Quia ergo viros peius peccare sed minus puniri q̃ mulieres videt. ideo dicit: Dat veniã coruis, vexat cẽsura colũbas. Quę metaphora sumi põt vel ex natura, vel ex colore. Ex natura qdẽ: qa corui cadaueribus etiã foetidissimis vescuntur: imo interdũ humanis. Colũbæ non nisi rebus mundis. Ex colore aũt, qa corui sunt nigerrimi: oẽs colũbæ autẽ sępe albæ: nunq̃ oĩno nigræ: sed nigra mala: alba vero bona dicunt̃: hæc est sententia. Artificiose autẽ inducit̃ mulier diues id facere: quia molestæ sunt viris mulieres, diuites potissimũ reprehensa: quoniã in sexta Saty. dicet̃: Intolerabilius nihil est q̃ foemina diues. At iterũ: Deprehensis nihil est audacius illis. Quia ergo verisimile est quod mulier potẽs amolli viro & effoeminato reprehensa cõtumeliosa verba in eum reiiceret: & quia melius mulieri q̃ viro quadret virorũ turpitudinẽ exprobare: pulchre inducit mulierem diuitẽ & audacem id facientẽ: de cuius audacia conqueritur Mar. qa seruum suũ detineat. Sunt autẽ quędã vocabula in cõmẽtariis, & aliquando in textu sine quorũ intellectione auctor intelligi nõ posset: ideoq; licet foedissima paucis exponẽda sunt. Pędicones eni sunt masculorũ concubitores: qui agũt. Patici: qui patiunt̃. Draucii bene mentulati, qui operã mollibus pręstante. Fellatores, & fellatrices: q & quæ pudenda lingũt & sugunt: sed qui patiuntur irrumatores. Tribades mulieres iter se q̃si virile munus præstãtes. Sed transeamus hæc sordida quæ melius ignorãtur, q̃ scribuntur: nisi vt vitentur. Ordo est: Laronia mulier illa diues & iperiosa. non tulit .i. non tolerauit: nõ ppessa est quẽdã poetæ scilicet notũ: ex illis videlicet hippocritis: philosophos se dicẽtibus. toruum. i. fronte seuera & imiti, qualem taurus habet: & quicunq; minatur. Vnde Horatius alludens ad bouem periculũ dicit de se dici: foenũ habet in cornu &c. Nec me latet omnes, quos quidẽ vidi, aut audiui exponere toruum p torue: sicut notũ est apud Virgilium legi. sed ratio cur in eorũ sententiã non eã est: quia bene cõuenit superioribus: vbi dictũ est: Fronti nulla fides: vt hominẽ seuerissimam frontẽ & tristissimam supciliũ habentẽ: toruũ dicat ab intorta frontis pelle, & superducto supercilio. Prætereã essent duo epitheta aduerbialia sine cõiunctione: Clamantem toties toruum. sed ea tolerabilia sunt, dum se mutuo determinãt, sicut valde diserte locutus ẽ. itaq; dici posset: Clamantem toties toruũ. i. torue: quia tamen longius sejunctum est a participio: & vicinius dictiõi quẽdam: ego malui sic construere: quẽdam toruũ clamantẽ toties .i. frequẽtissime. o lex Iulia quæ lata erat in adulteros: vbi sup. es? nunc dormis? quia scilicet tot adulteras pateris impunitas: & ita credidit se Laronia notatam ab illo philosopho. Ad qđ supple dictũ philosophi: Laronia subridens: idest parũ illusionẽ, aut irrisionem ridẽs inquit supple: O felicia tempora: vel tempora sunt supple iudicanda felicia, quæ moribus supple malis te opponũt. i. censorẽ & castigatorẽ cõstituunt. quod per ironiã dicit, & addit p irrisionẽ. Roma hẽat iã pudorẽ .i. vereat̃ publice peccare: & accipit cõtinẽs p cõtentis. Romam pro Romanis. q. d. sint Romani modo pudorosi: quia tertius Cato. i. seuerissimus morũ censor: quales fuerũt duo notissimi Catones: Cẽsorius: & Vticẽsis. cecidit e cęlo, quasi ad mores castigandos demissus sit. Maris autẽ est quoties numerus aliquorũ notus est: vbi quis reperitur illorũ similis numerum facere augere. sic vt Horatius in sermonibus: Hæc mihi Stertinius sapientũ octauus: quia septẽ erãt gręciæ sapiẽtes notissimi. & ita quidã Sappho, aut diuã Catharinã decimã musarum dicunt. Sed tamen. i. q̃uis ita sit q sis tertius Cato. i. seuerissimus morũ cẽsor. dic supple bone censor vnde. i. abs q̃o pharamacopola. i. vnguentario. emis hęc oppobalsama. i. hũc succum balsami, qui pretiosissimus est, & nõ nisi a mollibus & effoeminatis ad vsum recipi solitus. quæ spirant. i. suauem odorem emittunt. & fragrant tibi in supple collo hirsuto. i. piloso & virili, cum animus sic mollis & effoeminatus. deinde addit, quia videt eum rubore forsã perfusum: quasi dicat: dic audacter vnde emis. ne pudeat. i. pudoris sit tibi monstrare sup. nobis dominũ tabernæ. i. vnguentarium, seu aromatarium, quem apothecarium uulgus appellat. nam taberna est ubi quid uendit̃ quã apothecã uulgus vocat: & officina vbi quid fit: qđ operatoriũ galli dicũt. Postea loquit̃ sine ironia: sed minaciter dicens. Si ita q leges & iura vexant̃. i. a quolibet prouocantur ne dormiant? Scatinia supple lex, quæ lata est in pædicones. i. masculorũ stupratores pp̃ter Caiũ Scatiniũ pædiconẽ. debet citari. i. ad executionem vocari ante omnes supple alias leges: quasi dicat nunc plures sunt prędicones, q̃ adulteri: aut aliarũ legũ transgressores: & ita debet lex Scatinia primũ reuocari o tu bone censor respice primũ uios. & scrutare: idest diligenter disquire: quia dicturus est poeta quod domi redimicula sumunt frontibus: quasi dicat non est satis inspicere: sed oportet respiceret. & nõ solum respicere: quod est secũdo loco inspicere: sed res patentes ad oculos vnde ad misericordiã refert̃. sicut ibi: Respice in me & miserere mei. Et respexit humilitatem &c. sed etiam scrutari. Scrutare igitur primũ scilicet facinora virorũ. hi scilicet viri faciunt̃ plura supple turpia facinora, q̃ nos mulieres. sed numerus. i. multitudo defendit illos. & phalanges. i. tales protectiones iunctæ. i. connexæ vmbone. i. primo per vmbones. i. clypeorum curuaturas: quasi dicat: quia tam multi sunt: & tam potẽtes nihil in eos animaduertitur: quia viri non puniunt viros. Præterea oẽs sunt eodẽ vitio inquinati: & ita est magna cõcordia. i. magnus consensus. inter molles. i. effoeminatos: q vicissim agũt & patiuntur. Vllum exemplũ supple vitæ: aut etiam ad terrorem punitionis si iuste puniamur non erit tam detestabile. i. execrabile aut vituperabile. in nostro. i. foeminino sexu sicut supple est in virili. & probat. quia Tædia. i. meretrix illa famosa. nõ lambit. i. dum osculatur nõ lambit vel (vt honor sit auribus) non fellat Cluuiam. i. aliam meretricem cõsociam. nec Flora meretrix etiam illa lambit supple Catullã cõmeretricem. sed Hispo vir ille immundus & fellator subit iuuenes. i. inclinat se ad fellãdum iuuenes. & pallet: idest pallidus fit vtroq; morbo tam fellandi q̃ pædicandi. sed fellat & pędicatur: vel vicissim agit & patitur. & ita subit. i. subintrat subagitãdo scilicet. & pallet vtroq; morbo: quia etiam patitur. Et licet dicẽdo quod subit vt fellat: melius quadret superiori: Tędia non lambit &c. tamen dicendo quod pędicet & pædicetur: melius quadrat cum sequentibus: quia qui pædicatur muliebria patitur. Vos ergo viri patimini muliebria: & ita abutimini officio nostro etiã turpissimo: & nos non vsurpamus etiam honestissimũ virilium. Dicit eni: Nunquid nos: idest mulieres agimus causas: vt nouimus ciuilia iura: aut mouemus vestra fora vllo strepitu: quasi dicat minime. Paucæ etiam nostrum sup. luctantur in arena scilicet ad spectaculum. & paucæ comedunt coliphia: idest panes luctatorũ: hoc est paucæ vsurpant officia virilia. At: idest sed. Vos. idest viri. trahitis lanam. i. carpitis vel carminatis. & refertis: idest reportatis in calathis. i. uasculis ex viminibus cõtextis. vellera peracta: idest pexa & carpta seu carminata: ad eo vel ad eas: vnde peragenda accepistis. Vos torquetis nendo scilicet: fusum instrumẽtũ nendi: ad quod filũ voluitur. pręgnantem. i. densũ. tenuit stamine: idest filo unde fiat stamen. & hoc facitis melius. i. doctius & artificiosius Penelope: idest q̃ vxor Vlissis, quæ a textura summopere laudatur. & leuius: idest facilius: & (vt dicunt) habilius & expertius Arachne. i. puella illa Lydia: quę Palladẽ ausa est ad certamẽ in arte texẽdi puocare: absqua victa versa est in vermẽ, quẽ araneum dicimus. & telam eius aranean quæ adhuc hodie faciliter & leuiter incredibili artificio texit. Quia vero de textricibus tantũ loquitur: possemus superiorẽ partem sic construere: Vos torquetis. i. compellitis texendo fusum. i. fistulam vel cannam inuolutã filo more fusi: prægnantem tenui stamine: quale sup. stamen facit nendo: scilicet. pellex. i. ancilla vel reuera meretricula: q̃ cupit esse pellex. & ita ne hẽat vxor, cuius pellex esse cupit, suspitionẽ, est horrida

idest male vestita & frigore concussa: & contremens & resi
dens in codice.i.trunco: idest ante fores suas nens: vt e labo/
re suo viuere putetur. Hic accipitur autem codex in ꝓpria
significatio. nam ideo capitur pro libro ipso: quia in codi
ce sunt multi libri.i. cortices: in quibus olim scribebant. Pro
trunco autem: idest parte illa directa vsq; ad ramos saepius
caudicem dicimus. Vos ergo
facitis officia muliebria.i. tra
hitis lanā: nexitis & texitis.
Nec hoc satis est: quin etiam
patimini muliebria. Nam no
tum est cur.i. quamobrem.
Hister vir ille diues, sed mol
lis & paticus: impleuerit ta/
bulas supple testamenti sui.
solo liberto.i. nomine solius
liberti: nullum cohaeredē ei
scribendo: quia scilicet, erat
draucus subagitans eum. &
cur viuus.i. dum adhuc sa/
nus esset dedit multa puellę:
idest vxori liberti sui: quia
scilicet tacuit & perpessa est:
vt maritus nō se, sed Histrū
paticum subagitaret. Ego
reperio in bonis codicibus
solo: nec est dandi: sed aufe/
rendi casus. & ita licet solo
non legatur in datiuo: legi/
tur tamen in ablatiuo. Et quia Hister ideo dedit: quia passa
est talia. Dicit quod vxor etiam pauperis viri erit diues:
quae erit tertia: idest existens tertia in lecto: ita ꝙ permit/
tat diuitem patronum iter se & maritum draucum. Et hoc
dico: quia libertum dicit. Vel potest sic intelligi: Notum est
cur Hister dederit puellae.i. vxori suae adhuc iuuēcule mul
ta: quia tacuit & permisit libertum habere rem cum marito
suo: & ergo mulier erit diues: quae dormit tertia in lecto: ita
ꝙ vir sit medius: & vxor ab vna parte, & draucus ab alte/
ra. Tu nube: facit apostrophē ad absentem. Tu quaecunq;
es quae vis ditari: nube supple viro molli. atq; tace: quia arca
na.i. secreta illa facinora quę fiunt in lecto. donant.i. conqui
runt vxoribus tacentibus. cylindros.i. lapillos teretes a mu/
lieribus in pretio habitos. Et sententia tristi scilicet in adul
teras per legem Iuliam lata fiet post haec.i. post huiusmodi
turpissima virorū facinora de nobis supple mulieribus. Cen
sura.i. castigatio morum dat veniam.i. ignoscit. coruis.i. pes
simis, quales sunt viri. & vexat.i. molestat. columbas.i. mu/
lierculas ex fragilitate & simplicitate forte peccantes. Et ita
conuenientissime dixit colūbas. de quibus dictum est: Esto/
te simplices vt columbae. Et quae in tutela Veneris sunt pro
pter frequentem foetum: ad quem ex natura instigātur: qua
si dicat Laronia mulierculas forte reperiri adulteras: quia
per simplicitatem forte deceptae sunt. aut quia ad libidinem
promiores ex fragilitate sexus deuictae. & ita potius ignoscē
dum illis, q̄ viris: qui philosophantur: & tamen peccatū cō/
tra naturam perpetrant. Notum est etiā cur coruos dixit vi
ros. Omne enim nigrum malum iudicatur. Vnde Horatius
in primo Sermonū: Hic niger est: hunc tu Romane caueto.
Praeterea corui rapaces sunt sinistrae aues. sed pergo. De his
enim iā satis locuti sumus. Censura autē est censorū iudiciū:
quo iustū & seuerū esse debeat: quale olim censorū fuit.

IOAN. Brix. ¶ Stoicidae: impuri & flagitiosi: qui praeferebant stoicorū
integritatem: & more stoico de virtute disputabant: conten
dētes virtutem solum bonum esse. dicti ἀπὸ τῆς στοᾶς: idest
porticu. Zeno enim in porticu Athenis primus coepit doce/
re. ad quem audiendum discipuli eo confluentes: cum antea
Zenonii dicerentur: postea ab ipsa porticu stoici sunt appel
lati. de qua porticu intellexit Persius noster: Quaeq; docet
sapiens bracchatis illita medis Porticus insomnis. vbi plu/
scula de porticu diximus. ¶ Stoicidae: secundum formam

Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem
Stoicidae, quid enim falsi Laronia? sed quid
Non facient alii, cum tu multitia sumas
Cretice? & hanc vestem populo mirante perores
In Proculas, & Pollineas? est moecha Labulla.
Damnetur, si vis, etiam Corphinia, talem
Non sumet damnata togam. sed Iulius ardet,
Aestuo, nudus agas. minus est insania turpis.
En habitum, quo te leges, ac iura ferentem
Vulneribus crudis populus modo victor, & illud
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid? non proclames, in corpore iudicis ista
Si videas? quaero an deceant multitia testem.
Acer, & indomitus, libertatisq; magister
Cretice pelluces. dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures. sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq; contacta liuorem ducit ab vua.

patronymicam: sicuti Priamidae in prima declinatione.
¶ Quid falsi: subaudi dixit. ¶ Sed quid: hoc etiam in molli/
ciem virorum dicit poeta: quos vel orantes in impudicitiam
mulierum non pudebat vestes tenuissimas induere: vt cor/
pus etiam transluceret. Vnde Plinius in reprehensionem ta/
lis mollicie sic ait: Nec puduit has vestes: scilicet bombicinas
etiam viros leuitate vsurpa
re propter onera aestiua. in
tantum a lorica gerenda di/
scessere mores: vt oneri sint
etiam vestes. Ait ergo poe/
ta: Mulierum impudicitiam
accusas, cum ipse tu multo
magis fores condemnandus
qui ea mollicie aliis sis sutu
rus exemplo? ¶ Non facient
alii: argumentum a maiori
ad minus. ¶ Multitia: vestes Multitia
tenuissimas dictas a molli/
cie, vt quibusdam placet. vt
aliis vero a mulcendo: ꝙ
mulcerent: & gratae essent
tenuitate sua. bombicina au
tem videtur intelligere: de
quibus ex Plinii auctoritate
diximus. Nam bombices te/
las aranearum modo texunt
ad vestem, luxumq; foemina
rum: quae bombicina appel/
lantur, tantae tenuitatis: vt denudet foeminam vestis bom/
bicina. De uestibus multis sic meminit Flauius Vopiscus
in Aureliano scribente praefecto aerarii, Dabis ad editionē
Circensium tunicas multitias viriles decem: lineas aegyp/
tias viginti: mantelia cypria paria duo. ¶ Cretice: aliqui le/
gunt, sed falso, Critice: vt dicant Tu iudex qui in aliena vi/
tia insurgis & notas, Nam κριτὴς. Iudicem signat. Cicero in
epistola ad Dolobellam: vt docet Tranquillus de claris grā
maticis: Ego tanquam criticus antiquos iudicaturus sum,
Sed animaduertendum est syllabae rationem repugnare: vt
nullo modo legi possit. Criticus est enim prima syllaba bre/
uis. Horatius in prima epistola secundi libri: Vt Critici di
cunt. Illud autem apud Martialem in septimo: Aequalis li/
ber est Cretice: qui malus est nomen est proprium, legendū/
q; est Cretice nō Critice. Cretice igitur legendum est a Cre
ta quae primam habet syllabam longam. Vt per Creticum
intelligat Aeacum de quo illic: Quas torqueat vmbras Aea
cus. vt sit sensus: quid non facient alii cum tu: qui tanquam
Aeacus iudex & cognitor vitiorum sumas tales habitus ve
stium posset etiam referri ad vnum quemq; primarium Ro
manum: quem per Metellum Creticum designaret. vt sit
sensus: Quid non facient alii cum tu ex primariis & princi/
pibus ciuitatis sumas tales vestes. Nam Metellus Creticu/
s fuit: qui Cretam imperio Romano adiecit. ¶ Perores:
oratione vrgeas. nam peroratio fit in fine orationis. qua
maxime aduersarius vrgetur. ¶ In Proculas, & Polline/
as: idest adulteras Proculae & pollinae similes. ¶ Miran/
te: cum admiratione contemplante: ac per hoc damnan/
te. vt inhonestum habitum. ¶ Est moecha Labulla: sensus
est: Labulla & Corphinia: quae adulterae sunt: si adulterii
admissi conuincantur in iudicio: maius tamen prae se fe/
rant honestatis studium: non enim talem sumant togam:
vt indecentem habitum. Mulieres enim conuictae adul/
terii cogebantur toga virili indutae in publicum proce/
dere. auctores sunt Porphyrio & Asconius. Vnde Hora/
tius in Sermonibus: Quid interest in matrona, ancilla
peccesue togata. Contra vero stola erat matronarum.
¶ Damnetur: conuincatur adulterii. ¶ Talem togam:
tam tenuem vestem: qualia sunt multitia tua. ¶ Sed Iu/
lius ardet: introducit Creticum excusantem turpem ha/
bitum. ¶ Nudus agas: Verba poetae: idest nudus eas si te

calor

calor vrget: quasi innuat non minus turpe esse vti tali corporis amictu q̄ nudum agere: Minus est insania turpis: respondet iis qui possent dicere illum iudicatum iri insanum: qui nudus ambulauerit. ait ergo poeta: Insania minore est digna reprehensiōe, q̄ talis habitus. ¶ En habitum: indignātis sunt verba poetæ, & insultantis. q.d. o q̄ dignus habitus in quo te spectarent Prisci Romani illi: qui agricolationi intenti erat: & qui paucis annis ante victores pro repub. crudelia vulnera accepere: o q̄ ridente te. vt ostendat illum fuisse futurum ludibro & priscis Romanis: & qui paulo ante sua tempora pro repu. multa præclara gessissent. ¶ Modo victor: idest paucis annis ante: idest nostris fere temporibus: ac si dicat nostro sæculo: quo & Augusto Cæsare & aliis imperantibus populus in rebus bellicis se exercuit. ¶ Vulneribus crudis: idest per cruda vulnera victor: idest aspera & crudelia. nam a crudo fit crudelis. ¶ Illud vulgus montanum: rudis ille populus: qui priscis fuit temporibus: qui cessantibus bellis agricolationē exercebat. vt de Quintio Cincinato legitur & aliis ciuibus Romanis. ¶ In corpore iudicis: argumentum est a minore ad maius: quasi dicat si multitia testem non decent, multo minus iudicem decebūt. Nam quanto quis excellentior est: tanto magis eum decet honestatis esse amplexorem: & tanquā cæteris virtutis speculum. ¶ Quæro an deceant, quasi dicat non decent. si ergo non decent testem: minus conueniunt iudici. ¶ Acer & indomitus: insultat sæpe poeta molli viro. ¶ Libertatisq; magister: qui videatur morum grauissimus censor: & qui in libertatem velit asserere flagitiosos. nam de animi libertate intelligit non corporis. ¶ Pelluces: trāsluces. compositio est a per & luceo: sed mutatur r in l. est eni ex corrupto & integro. ¶ Dedit hāc contagio labem: sumpta est translatio a pestilenti animali: cuius contactu & consuetudine reliqua animalia facile commaculantur. Ergo vita, inquit, aliena te in hanc labem deduxerunt: & plures i dies deducent. Vnde Seneca de Tranquillitate vitæ: Serpunt enim vitia: & in ꝓximum quemq; transiliunt: & contactu nocent. vnde & cōtagium dictum est, & contagio, & cōtages, omnis morbus, qui contactu facile contrahitur. ¶ Labem: maculam & uitium. Labes proprie dicitur in vestimentis: sed per translationem vitia quoq; animi labes appellamus. ¶ Sicut grex: ita: inquit, vitia serpent in vnum quemq;: vt porrigine vnius porci reliquus grex contaminatur. Qui parum considerate loquuntur, dicunt gregem tantum de minoribus intelligi animalibus. Cum constet gregem indifferenter non solum de omni animalium genere: sed etiam de hominibus dici, Terentius: Vt me in gregem vestrum recipiatis. Et alibi Iuuenalis: Cū grege Chaldęo. Seneca ad Luciliū: Elephantorum gregem excelsissimus ducit. ¶ Scabie: scabies (aucto re Celso) est durior cutis rubiconda ex quasi pustulæ oriuntur quædam humidiores, quædam sicciores. Exit ex quibusdam sanies, fitq; ex iis continuate exulceratio pruriens: seritq; quibusdam cito: atq; in aliis quidem ex toto desinit: in aliis vero certo tempore anni reuertitur: quo asperior est quoq; prurit magis eo difficilius tollitur. ¶ Porrigine: est autem porrigo morbus quo non solum porci: sed & homines infestantur. de qua sic Cornelius Celsus: Porrigo est vbi inter pilos quædam quasi squāmulæ surgunt. hæ quoq; acutæ rosoluuntur, & interdum madent, sæpius siccæ sunt, fereq; id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio. ¶ Vuaq; contacta: vua enim facile corrumpit contactu corrupti: acini. Sunt aliqui q legūt cōspecta.

¶ Fugerunt trepidi &c. Hic per continuatione quandam progreditur poeta ad castigandos iudices, & eos qui sententiam mortis ferunt: cum sint mollissimi prodenteq; molliciem suam habitu: quem fœminis moliorem in sede iudicia li habent. De hac autem re sic ait Aulus Gellius pri. capi. v. Hortēsius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ nisi Marco Tulio clariori: qui multa cum mundicia: & circunspecte, compositeq; indutus & amictus esset: manusq; eius inter agendum forent argutæ admodum & gestuosæ: maledictis compellationibusq; probrosis iactatus est: multaq; in eum quasi in Histrionem in ipsis causis: atq; iudiciis dicta sunt. Sed cum Lucius Torquatus subagresti homo ingenio & infestiuo grauius, acerbiusq; apud concilium iudicum. cum de causa Syllæ quereretur: non iam histrionem eum esse diceret: sed gesticulatriam: Dionysiamq; eum notissime saltatriculæ nomine appellaret [illegible] voce molli. tq; dimissa Hortensius: Dionisia inquit: Dionisia malo equidem esse: q̄ q̄ tu Torquate inelegans agresti aditu difficilis. Sunt autem verba hæc poetæ non amplius Lauroniæ. Ordo autem est: Stoicide. i. philosophi seuerissimi verbis quidē quales erant stoici: qui nemini peccanti ignoscebant: sed æqualiter omnia vitia punienda prædicabant: vt docet primo Sermonū Flaccus. trepidi. i. festini ex timore & verecūdia. fugerunt Lauroniam scilicet canentem. i. alta & aperta voce contra eos ꝓclamantē vera hęc manifesta: idest res veras & manifestas: vera sup. inquit poeta dico: enim pro quia, quia quid falsi supple dixit Lauronia: quasi dicat nihil. & hoc decenter addit poeta ne quis dicat superiora esse muliebria dicta nihil veri habentia: sed ex iracūdia dūtaxat horta. quæ enim docte loquentes inducunt: non quod verū est semper: sed quod ipsis loquentibus verum visum est res loqui faciunt. Sicut Dido decepta vno dicit. iiii. Aenei. Nusq̄ tuta fides. Ne ergo quis dicat poetam non cōsentire Lauroniæ: approbat dictū eius dicēs: Quid enim Lauronia falsi? Et deinde subtiliter procedit quasi per approbationem prioris dicti. Et est locus a minori. Minus enim verisimile est iudicem in causa criminali esse mollem, q̄ philosophantem. & tamen iudicem mollem esse conuincit ex habitu vnde dicit. Sed quid alii non faciēt: quasi dicat nihil facient: immo quilibet facient. cum sup. ita sit q̄ o tu Cretice. i. iudex seuere. sumas: idest assumas. multitia. i. vestem mollissimam: & pellucentem: vnde singula corporis membra perspici possent: quæ lubrici se de proceritate corporis iactantes excogitauerūt. Fit autē mihi verisimile: vt legatur potius Cretice: & potius a Creta, q̄ a crite: qa seuerissimi iudices in Creta fuere: vt dictum est in prima huius lib. Quas torqueat vmbras Aeacus &c. Et cum sup. tu portes. i. extremam sententiā: hoc est diffinitiuam sententiā feras populo mirante. hanc quā dico. s. mollissimam vestem. Perores inquā in. s. contra Proculas & Pollineas. i. meretrices & mœchas: quales Procula & Pollinea. Labula illa mulier est mœcha fateor: damnetur ergo si vis etiā Carphinia adhuc infamior mœcha, ipsa damnata, i. postq̄ fuerit damnata. non sumet talē. i. tam infamē togam: vt tu sumis peroraturus causas sup. sed sup. dices forte. Iulius. i. Sol in mense Iulio: vel Syrius ardet. i. ardorem vehementer facit. ego æstuo .i. calore conficior. Rn̄det poeta. agas. i. eas s̄m Georgium nudus. vel agas sup. rem iudicialem. insania est minus turpis sup. q̄ mollicies: quasi dicat potius eligendum est: vt populus te insanum q̄ mollem dicāt. Alii legunt infamia. & est ordo: Infamia quam nudus agens incurres: est minus turpis: idest detestabilis q̄ ex ea quam incurris agens in multitiis. Vnde infert per irrisionem sicut Virgili. En agros, & quam bello Troiane petisti Italiam metire iacens &c. En habitum: quasi dicat vide qualem habitum geris. quo. i. in quo. populus modo. i. paulo ante. victor. i. quasi iam rediens ex recenti cæde hostium. & per disciplinam militarem exercitus. & vulneribus crudis. i. adhuc hebetantibus & nondum cōsolidatis. & illud montanum vulgus: quasi dicat quod notum est esse durissimū & omni labori assuetum: quia in montibus degentes remoti sunt ab his quæ ad mollem vitam nauibus aduehuntur. montanū dico vulgus positis. i. repositis & relictis aratris. audiret. i. audire debeat ferentem leges & iura: quasi dicat non decet in tam molli habitu ferre legem, aut militiam, aut agriculturam passis: qui omni labori assueti sunt. Quid: idest quam rem nō proclames: quasi dicat nullam nō proclames: vel nihil non proclames. i. porro: hoc est a longe clames. Vel quid. i. cur nō proclames. si videas ista: idest istos vituperabiles habitus in corpore iudicis. quæro enim an multitia deceant testem: hoc est an audiēdus & accipiendus

Fœdius hoc aliquid quandoq; audebis amictu.
Nemo repente fuit turpissimus. accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo,
Atq; Bonam teneræ placant abdomine porcæ,
Et magno cratere Deam. sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara Deæ maribus patet. ite profanæ
Clamatur, nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt orgia teda
Cecropiam soliti baptæ lassare Cotytto.
Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu, pingitq; trementes
Attollens oculos, uitreo bibit ille Priapo,
Reticulumq; comis auratum ingentibus implet
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa,
Et per Iunonem domini iurante ministro.
Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis.
Actoris Aurunci spolium, quo se ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus, atq; recenti
Historia, speculum ciuilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia ciuis,
Bebriaci in campo spolium affectare palati,
Et pressum in faciem digitis extendere panem,
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus verbis pudor, aut reuerentia mensæ.
Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi
Libertas, & crine senex phanaticus albo
Sacrorum antistes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusq; magister.

est testis: qui tam molliter vestiatur? quasi dicat non: quia talis infamis est. infamis autem non potest firmum & ratum testimoniū perhibere. & si ista non decent testem. o tu Cretice existens vel existere debes acer. idest vehemens vitiorum castigator & punitor. & indomitus .i. nullo munere nulla prece nullis minis nulloq; fauore a seueritate flectēdus. Et ponit idomitus pro idomabilis. Sicut. vii. Aenei. Diues inaccessos vbi Solis filia lucos. inaccessos lucos dicit non quos nemo accessit: sed inaccessibiles: quos nemo accedere debeat. Et i Geor. Aut illaudati nescit Busyridis aras. Non erat ergo indomitus de quo loquitur: sed debebat esse. & magister libertatis: idest qui, debebas vt in ciuitate libera vnicuiq; ius suū tribuere: secluso omni timore & fauore. Tu inquam o Cretice: qui esse deberes acer, indomitus, & magister .i. princeps & maximus conseruator libertatis pelluces: idest p medium habitus tui luces vt liniamenta corporis tui appareant: quasi dicat minime talis esse deberes. sed scio vnde hic morbus ingruerit. contagio .i. cōmertiū & ratio, seu consuetudo quam habes cum mollibus viris. dedit: idest genuit hanc labē .i. maculā vel inquinationē vitæ. & dabit hanc labem in plures: quia plures te secuti idem facient. sicut totus grex: idest cōgregatio ouium supple cadit .i. moritur vel deterior fit scabie idest pp̄ter scabiē. vnius sup. ouis. & totus grex porcorum cadit porrigine: idest porrorum scabie squāmosa: quæ per squāmas decidit. & ita loquitur de grege ouium & porcorum. & dat scabiem ouibus: poriginē porcis. vel (quod minus placet) vtrumq; porcis. q; pro &. vua: idest botrus. est conspecta ab vua: idest existens in vmbra alterius vuæ. ducit. idest contrahit liuorem: idest maculam qualis nascitur ex percussione & nimio conctatu: aut morsu: & est plumbei coloris. Vnde Tibullus: Cum succos, herbasq; dedit: quis liuor abiret: Quem facit impresso mutua dente Venus. Quia vero qui inuident cum se corrodant, & succum naturalem consumant, talem colorem habent, quales qui compressi sunt, aut contacti violenter: ergo liuidi dicuntur. Omnis igitur contagio & consuetudo malorum parit maculam. Vnde in psalmo. xviii. Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris: & cū peruerso peruerteris. Dicitur autē contagio: hęc contages: & hoc cōtagium. Primū ponitur hic. Secundū apud Lucretium: Qui fuerant autē præsto contagibus ibāt. & iterum apud Virgi. in Bucolicis: Nec mala vicini pecoris contagia lædēt. Et in singulari apud Aulum Gellium libro octauo capitulo secundo legitur contagio singulariter vbi dicitur: Quoniam nefas duceret domina libertati patriæ deuota seruili contagio pollui. ¶ Fœdius hoc aliquid: futurum inquit est: vt aliquid etiam in posterum turpius facias hoc amictu: hoc est longe etiam indecentius committas q̄ quæ per turpem habitum peccasti. ¶ Accipient te paulatim: in eam & tu turpitudinem laberis: qua inter se: sacerdotes Mineruæ viuunt. Sicq; poeta descendit in reprehensionem sacerdotum: quorum collegium (auctore Tranquillo) Mineruæ in Albano Domitianus instituerat: ex quo forte ducti magisterio fungerentur: redderentq; eximias venationes: & ludos scęnicos. Horū epulas, luxū, mollitiem scęnicā, & reliqua turpia insectatur ostenditq; eos nihil differre a mulieribus colētibus Bonā Deā: aut a sacerdotibus Cotyttia celebrantibus: gulamq; eorū maxime reprehēditq; lautissime epulatentur. Vnde & a Martiale dapes lautæ Albanæ appellant. Deniq; indignatur ex sacerdotibus quendam cornicinem: cuius opera in ludis illis Albanis vtebantur: nupsisse. Omnis ergo poetæ fremitus est in turpitudinem & molliciem sacerdotum Albanorum. ¶ Accipient te: scilicet in consortium suum. ¶ Qui longa domi redimicula: ostendit eos a mulieribus non esse absimiles: quæ celebrature sacra Bonæ Deę sumunt redimicula: idest ornamenta & vincula capitis conuenientia sexui muliebri: & monilia aptāt collo. Idem inquit, faciunt isti sacerdotes in Albano: vt more mulierum sacrificia colant Bonæ Deæ: & quod proprium est mulierum sibi vsurpent. Nā sacra Bonæ Deæ fiebant (vt scribit Plutarchus in vita Ciceronis & Cæsaris) quotannis in domo maximi pontificis pro salute populi Romani. Is nemini viro interesse licebat: a mulieribus tantum celebrabātur. Vnde Cicero in oratione in P. Clodiū sic: Hominemque eum qui puluinaribus Bonæ Deæ stuprum intulerit: eaq; sacra quæ viri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est: non solum aspectu virili: sed flagitio stuproq; violaret. Alii tamen ita interpretantur: non q; bonam Deam isti sacerdotes colant: sed q; illorum ritus & ludi scænici nihil pene differant a sacris Bonæ Deæ: quę mulieres operantur. Deam autem Bonam etiam Maiā & Terram dixere: eādemq; etiam Faunam, Opem, & Fatuam. Bonam q; omnium nobis ad victum bonorum causa est. Faunam q; omni vsui animantium fauet. Opem q; ipsius auxilio vita constet. Fatuam a fando q; infantes partu editi nō prius vocem edunt, q̄ attigerint terram. ¶ Atq; Bonam: ordo est: Atq; placant Bonam Deam. ¶ Abdomine teneræ porcæ: omnia, inquit, in sacris Bonæ Deæ faciunt, quæ ad eius cultum pertinent. Nā sus prægnās ei (vt scribit Macrobius mactabatur: quæ hostia propria est terræ. ¶ Abdomine .i. sumine. Plinius in .xi. capitu. xxxvii. ait antiquos vocauisse abdomen, qđ nunc sumen Aristoteles lib. pri. de natura animalium de Abdomine ita scribit: Venter infra pectus est parte priore. eiusq; radix vmbilicus est: sed radici pars subiecta in latus vtrunq; Ilia dicitur. quæ autem recte subiungitur sumen est, siue abdomen. ¶ Magno cratere: nā in sacris ejus

Bonæ Deæ sacra

Abdomen

(auctore

(auctore Macro.) erat vas vini: quod mellarium appellabatur: & vinum hic dicebatur. ¶ Sed more ſiniſtro: ſed in iis ſacris contrario ſe gerunt ritu. Nam cū ſacra a mulieribus tantum celebrentur: ipſi contra ritum ſacrorū eas excludunt: & ſoli inter ſe molles & effœminati celebrāt. ¶ More ſiniſtro: more contrario: cum a mulieribus ſoleant excludi mares ita: vt ne effigies qdem maris eo in loco ſit fas conſpici. Nam & picturæ marium velis integebant. Vnde alibi: Teſticuli ſibi conſcius vnde fugit mus. Varro enim tradit eam adeo pudicam fuiſſe: vt extra Gynecceum nunq̄ ſit egreſſa: nec nomē eius in publico fuerit auditum: nec virum vnq̄ viderit: vel a viro viſa ſit: propter quod nec vir tēplum eius ingreditur. ¶ Ite pro fanæ clamatur: iubent inquit magno clamore mulieres abeſſe. ¶ Profanæ: ſacer & profanus vocabula ſunt cōtraria. Sacrum enim eſt (vt Trebatius libro primo de religionibus refert) quicquid eſt quod Deorum habetur. Vnde Virgilius huius diffinitiōis memor: vbi ſacrum nominauit: admonitionē Deorum pene ſemper adiecit: Sacra Dionææ matri, diuiſq; ferebam. Item: Sacra Ioui ſtygio quæ rite incepta paraui. Profanum omnes pene conſentiunt id eſſe: quod extra fanaticā cauſam ſit: quaſi porro a fano & religione ſecretum. Vnde Cicero ad Herennium: Locus quæritur celebris an deſertus: ſacer an ꝓfanus: publicus an priuatus. vbi liquido oſtendit vocabula eſſe oppoſita. Porphyrio exponens illud Horatii: Odi profanum vulgus. ait Profanos eos dici qui ſacris initiati non ſunt: qui fanum intrare non poterant. ¶ Gemit hic tibicina: nam in eius ſacris adhibebantur modulationes & Tibicinæ canentes cornibus. Sed hic, inquit, non ſunt Tibicinæ: non ſunt mulieres, ſed viri tantū. ¶ Talia orgia: oſtendit poeta eorundem ſacerdotum mollitiem nihil differre a mollicie ſacerdotum Deæ Cotyttus. eſt enim ſenſus: Non diſſimilia, inquit, ſunt ſacrificia quæ ſacerdotes inſtituti a Domitiano Mineruæ in Albano colunt: ab iis quæ feruntur ab Athenienſibus culta: quæ Cotyttia appellata ſunt. Nam Athenienſes inſtituerāt Cotyttia ſacrificia peregrina ſumpta a Thracibus: quæ nocturnis peruigilationibus celebrarentur. In quibus impudica, turpiaq; multa fiebant. De quibus videtur intellexiſſe Horatius in Epodis: Inultus vt tu riſeris Cotyttiam vulgatam ſacrum liberi Cupidinis? Cādida enim ſaga minatur Horatio: quia talia ſacrificia ei cōmiſſa ridens diuulgauerit. Cotyttia autē (vt ſcribit Porphyrio) ſacrum Cupidinis eſſe dicit: quia maleficia hæc quæ per inferna ſacra fiunt ad amorem pertineant. Vnde apparet & hos ſacerdotes talia ſacrificia vt impudica & amorem pertinentia tractare. His ritibus puigiliiſq; Deā Cotytto præeſſe voluerūt: & proinde Cotyttia nominata ſunt. Vnde Strabo ſic inquit: Athenienſes aūt ſicuti reliquis in rebus hoſpitū & externorum ſtudioſi perſtiterūt: ſic & in Deis, extrema. n. multa ſuſcepere ſacra ita: vt i comœdiis cō plura & Thracia & Phrygia decātata ſint. Eam tamē Deam alii Cotytto, alii vero Cotyn appellauere. Vnde Stra. li. x. Similia inquit ſunt quæ apud Thraces celebrant: quæ Cotyttia & Bendidia: apud quos & Orphica initiū habuerūt. Ipſam ſane Cotyn: quæ apud Edonios colitur: & eius inſtrumēta memorat Aeſchylus. Sic & Synæſius appellat his verbis: θαρρον αποφαινουτον ανδραιμισυνον αυτοχρημα και τισσωτην της κοτυος: Confidens demonſtra virū ſemimarē ſtatim ſodalemq; Cotys. quē locum exponēs Suida: Cotyn Deam colit ait turpiū præſidē. Alibi tn̄ idem Synæſius Cotytto appellat: vbi ait: ερμη μεν και ηρακλει τοις παλαιστραις εφοροις ουδε κατα μικρον πρεπει. κοτυττοι δε και τοις αλλοις αττικοις κονισαλοις νεωκορει: Mercurio quidē & Herculi palæſtræ præfectis neutiq̄ congruit. Cotyttoni autem & aliis apud Atticos deſpicatiſſimis adminiſtrat. quib' verbis declarauit eum (de quo agit) in epiſtola fœdiſſimis eſſe moribus qui Cotyttoni inſeruiat. Cōtra igitur hæc nocturna Cotyttia Eupolis poeta Comicus (vt referunt quidam cōmentatores) Ariſtophanis ſcripſit comœdiā: quā Baptas appellauit. de qua ſic Plato meminit: vbi de comœdiarum differentiis agit: ισμεν γουν τον ευπολιν τον διδαξαντα τους

Profanum
Sacrum

Cotytto

βαπτας αποπνιγεντα εις την θαλατταν υπ' αυτων ους κατεχλευαζεν τους βαπτας. Scimus, inquit, Eupolim cum Baptas fabulam docuerit: ab iis ipſis in mare ſubmerſum cōtra quos Baptas emiſerat. Lucianus quoq; in ea oratione: quā in ſcribit ad ineruditum multos emptitantē libros in hanc ferme ſententiam: Dic mihi, inquit, etiā ne Aeſchinis orationē aduerſus Timarchum legis: an vero omnia illa ſcis & noſti ſingula? Ariſtophanē vero & Eupolim ſubſiſti Baptas integram fabulam pellegiſti? vnde etiā Probus ſic ſcribit: Baptæ comœdia inquit fuit in qua Eupolis inducit viros Athenienſes ad imitationem fœminarum ſaltātes laſſare pſaltriā Cotytto. Cotytto apud Athenienſes pſaltria quam effœminati colūt noctu illam adeūtes. De Baptis & Cotytto Angelus Politianus in Miſcellaneis ſuis elegātiſſime diſſeruit. ¶ Orgia: ꝓprie nunc dicuntur ſacrificia Bacchi. ὀργιάζω enim. Orgia celebro. Vnde Stra. lib. x. ſcribit ſic: Pluſimi igitur græcorū totum cerimoniale negocium, quod Orgia vocantur: Bacchanaleq; & choricū & ſacrorū myſteria Lybero patri attribuerunt. Cæterum ante Orgia pro omnibus cerimoniis capientur. Vnde idem Stra. Cybelē præcipuo venerantur honore, eius Orgia frequētantes. Orgia putat Euſe. de præparatione euāgelica dicta απο της οργης. i. ira: quam aduerſus Iouem Ceres ſuſcepit. verum poſtea & aliorū Deorum dicta ſunt Orgia ipſa myſteria. Vnde Orgia dicimus Veneris: Orgia Corybantiū. ¶ Secreta teda. i. myſtica face. nam noctu talia ſacrificia peragebantur. ¶ Baptæ: ſacerdotes molles & effœminati: a quibus Eupolis denominauit comœdiā ſuā: a βαπτω quod ſignificat tingo & lauo: q qui ſacris initiabantur. lauarentur aqua calida primum. Ariſtophanes: Primum ex ritu veteri me lauerunt. ¶ Laſſare: nam in ſacris ſalutantes fictam fortaſſe perſonam Cotyttus laſſabant. Probus (ut diximus) ait fuiſſe pſaltriam, quam effœminati Athenienſes noctu colūt, eam adeuntes. ¶ Cotytto: accuſatiuus eſt græcus. ¶ Cecropiam: atticam a Cecrope rege, qui primus Athenienſium rex regnauit in Attica ante Deucalionis tempora: quē omnis antiquitas fabulata eſt biformem fuiſſe: quia primus marem fœminæ matrimonio iunxit. ¶ Ille ſupercilium: mollitiem adhuc inſectat in iiſdē ſacerdotibus: qui more mulierum decoris eſſent ſtudioſi. ſupercilia enim fuligine denigrabant: quod ſolitum fieri oſtendit Pli. lib. xxviii. vbi ait: Capilli de fluuia Vrſinus Adeps miſto Ladano & lantho cōtinet: alopeciaſq; emendat: & raritatē ſuperciliorū cū fungis lucernarū ac fuligine: quæ eſt in roſtris earum. ¶ Producit: extendit & emendat. ¶ Obliqua acu: calamiſtro. ¶ Pingit: oculos enim ſibi tingebant. Pli. in. xi. Palpebræ in genis hominū vtrinq;, mulieribus etiam infectæ quotidiano tanta eſt decoris affectatio, vt tingantur oculi quoq;. Oui. in arte amādi: Nec pudor eſt oculos tenui ſignaſſe fauilla: Vel prope te nato lucide Cidne croco. per oculos igit intellige genas, quę inficiebātur. vnde diuus Ciprianus in tractatu habitus virginum de impudicis viris ſic ſcribit: Illi docuerunt & oculos circunducto nigore fucare: & genas mendacio ruboris inficere: & mutare adulterinis coloribus crinē &c. Sic & diuus Hieronymus ad matrem & filiā in Gallia commorantes ſcribit: Oculos ſtibio linit. Imperator Antonius ſecundus (auctore Herodiano) procedebat in publicum pictis oculis geniſq; purpureis ſatis. ¶ Ille: alius ex ſacerdotibus. ¶ Vitreo Priapo: nihil inquit omittunt, quod ad molliciem, nequitiamq; pertineat. Nam & poculis, inquit, vtuntur in conuiuio effigiatis inſtar inguinū, quam obſcænitatem notat & Pli. lib. xiiii. loquens de ebrietate: Iam vero quæ vaſa adulteriis cælata? tanq̄ per ſe parum doceat libidines temulentia: ita vina ex libidine hauriuntur. Idem etiam in procemio libri. xxxiii. his verbis: In poculis libidines cęlare iuuit, ac per obſcænitates bibere: panibus etiam per obſcænitatem ſic formatis veſcebantur. Martialis: Si vis eſſe ſatur noſtrum potes eſſe Priapum: Ipſa licet rodas inguina tutus eris. ¶ Reticulumq;: tegmen eſt capitis mulieris a rete dictum a cuius ſimilitudine eſt factum: quali & noſtris temporibus matronæ vtuntur & aureis & ſericis. Græce ἄμπυξ appellatur.

Baptæ

Orgis

Reticulum

appellauerūt domum Imperatorum. Dictum palatium vel φ ibi pecus pascens balare consueuerit: & quasi balantium. Vnde Neuius balantiū appellat. vel φ palare .i. errare pecu des sōlerēt. vel φ ibi Hyperborei filia Palanto habitauerit quæ ex Hercule Latinum peperit. vel φ ibi Pallas Euandri filius sepultus fuerit. vel φ etiam Palatini & Aborigines ex agro rheatino, qui appellatur palatium, ibi consederint. vel a Pale pastorali Dea vt scribit Iohnus. Et extēdere panem: scilicet madidū lacte asinino. Nam (vt scribit Pli. li. xxviii.) cutem in facie erugari & tenerescere, & candorem custodiri lacte asinino putant. Proinde Poppea vxor Neronis quo modocunqꝫ ire contigisset, secum sexcentas asellas ducebat. ¶ Quod nec in assirio: fecit inquit Otho ea ad curandam cutem. & se mollendum in castris: quæ nec Semiramis regina nec Cleopatra fecerunt: vt ostendat ipsū etiā fœminis mol liorem extitisse. Mollis enim ornatus & expolitio cutis viro nō ornatior mentem eius indicat. vnde est illud Ciceronis in Officiis: Ergo & a forma remoueatur omnis viro non di gnus ornatus. Ouidius: Sint procul a nobis iuuenes vt fœ
a mina compti. ¶ Semiramis: Nini regis Assyriorū fuit vxor: magni mulier animi: quæ occiso marito nō ausa tradere im perium filio Nino adhuc impuberi: nec ipsa palam tractare: mutato habitu cum filio regni moderatione suscepit. Hæc Babylonem condidit: non contēta acquisitos a marito ter minos tueri. Aethiopiam quoqꝫ suo imperio adiecit: Indis etiam bellum intulit: libidinis adeo impatiens vt adamasse etiam æquum feratur. Ad postremum eum concubitum fi lii petiisset: ab eodem interfecta est: duos & triginta annos post Ninum regno potita: quo tēpore cōstat fuisse Abraam & Zoroastrem magnum apud Bactrios. ¶ Orbe assyrio: in ea parte Assyriæ, vbi Babylon est. Nam Babylon & Nini bis vrbes Assyriæ sunt maximæ, quę autem Assiria antea di cta fuit, postea dicta est Syria terrarum maxima, & pluri bus distincta nominibus. De qua abunde Plinius libro de cimoquinto. Et Strabo decimosexto. ¶ Pharetrata: phare tra armata: quale habitu in bellum descēdebat. est enim pha retra reconditorium sagittarum. ¶ Cleopatra: Aegypti fuit regina: soror illius Ptolemæi: qui Pompeium neci tradidit. Eam primo amauit Iulius Cæsar: ex qua puerum suscepit Cæsarionem. Mox eam post mortem Iulii Cæsaris M. An tonius ardenter dilexit: ex qua libertos duos suscepit: quos Solem & Lunam appellauit. Eum postea aduersus Augu stum cum exercitu proficiscentem quatuordecim cum trire mibus secuta est ad Actium promontorium: vbi commissa pugna, vincente Augusto, ipsa priorcum suis triremibus aufugit in Aegyptum: quam fugientē Antonius relicto exer citu perditus amore consecutus est. Sicqꝫ Augustus potitus victoriam i Aegyptū secutus ē vtrūqꝫ. M. Antonius gladio suo seipsum interemit: Cleopatra ne viua ab Augusto in tri umphum duceretur, admotis corpori serpentibus mortem sibi cōsciuit. lege Plutarchum, Florum, Strabonem, & Sue to. ¶ Mœsta: quia victa iram Cæsaris Augusti timebat. ¶ Ca rina acciaca: qua pugnauit apud Accium promontorium. Est autem Epiri promontorium: Augusti colonia cum tem plo Apollinis nobili, ac ciuitate Nicopoli: quæ Victoriæ ci uitas interpretatur. Vide Plinium & Strabonem. ¶ Hic nul lus verbis pudor, aut reuerentia: redit poeta ad sacerdotes, de quibus cœperat. Ait ergo inter ipsos omnia turpia fie ri: nec vllum extitere pudorem quominus & verbis & fa ctis vtantur obscœnis. Nam pudor est veluti obstaculum: ne quid turpe faciamus. vnde philosophi sic diffiniunt: aucto re Gellio: Pudor est iustæ vituperationis siue reprehensio nis timor. ¶ Turpis Cibeles: idest omnia obscœna fiunt hic: idest inter ipsos sacerdotes: qualia fieri solent in sacris Cy beles: vbi turpissima quæque fiebant: & præcipue solenni dielauationis eius in Almone fluuio. Nam (vt scribit Au gustinus libro secundo capitulo quarto de ciuitate Dei) an te Deæ lecticam talia per publicum cantitabantur a nequis simis scænicis: qualia non deceret matrem ipsorum scæni corum audire, vnde Augustinus subdit illam proinde tur

pitudinem obscœnorum dictorum, atqꝫ factorum scæni cos ipsos domi suæ proludendi causa coram matribus suis agere puderet: quam per publicum agebant coram Deo rum matre spectante & audiente vtriusqꝫ sexus frequentis sima multitudine. ¶ Fracta voce: aut molli & effœminata. aut in omnem effusa turpitudinem, sumpta translatione ab equis, qui fracto & soluto freno toto impetu ferūtur. Apu leius lib. viii. de sacerdotibus Deæ Syriæ: Fracta rauca & ef fœminata voce clamores absonos intollunt. ¶ Phanaticus senex .i. sacerdos nō absimilis Gallo sacerdoti Cybeleio. Nā phanaticus epitheton est Galli .i. afflatus numine. nam spiri tu quodam videbantur agi diuino & futura prædicere. vn de Horatius in Satyris: Hunc circum tonuit gaudens Bello na cruentis. & in Odis: Non Dindymene: non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pytius, Nec liber æque. Cum igitur quodam furore diuino agātur, caput iactant, rotātqꝫ crines. Lucanus in primo: Crinemqꝫ rotantes Sanguineum populis cecinerunt tristia galli. vnde Liui. lib. xxxvi. sic scri bit. L. Scipionis legatus classem in Europam ad Sexton op pugnandam traiecit. Iamqꝫ subeuntibus muros phanatici Galli primum eum solenni habitu ante portā occurrerunt. Lymphatus etiam & lymphaticus vocatur insaniens & lar uatus .i. demoniaco spiritu afflatus. Pli. de helleboro: Mede tur ita comitialibus morbis, vertigini, melancolici insanien tibus lymphaticis, elephantiæ albæ. Idem in. viii. ca. liiii. Lo quens de Api boue: Hi greges repente lymphati futura præ cinunt. vnde lymphare qđ est vesanum facere. Valerius Flac cus lib. iii. Deus ancipitem lymphauerat vrbem. ¶ Sacrorum antistites: dominus & magister talium sacrorum. Tullius pro domo sua ad pontifices: Aliæ cerimoniæ nobis erunt: alii Antistites Deorum immortalium. Ibidem: Qui eris an tistites & cerimoniarum & sacrorum. ¶ Rarum & memo rabile magni: ironicos dictum: quasi dicat: Raro inuenias tam boni exempli magistrum conducēdum mercede ad uo luptatem gulæ. Nam exemplum: id est quod nobis propo situm monet quid nobis fugiendum, imitandumue sit. Est enim (vt diffinit Cice. ad Herenniū) alicuius facti aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio. Exemplū item dicimus id quo demonstratur in rebus vænalibus. cu iusmodi sit ea res vænalis. unde Cice. ad Herenniū: Si mer ces ipsi qui vendidant, aliunde exemplum quęritant mercis aut si acerbos dicant se tritici habere: & eorum exemplum pugno non habent quod ostendant.

Phanaticus

Lymphatus. Lymphaticus

Exēplū

¶ Fœdius hoc aliquid & cætera. Progreditur ad reprehen dendos sacerdotes: quorum collegium Mineruę in Albano constitueruat Domitianus: ostēditqꝫ fœdissima illorum scele ra: atqꝫ hi, qui tam molliter alliciuntur aliquando progres suri sunt. Dicit ergo φ amictus quidem fœdus est: sed longe fœdioris vitę præ se fert iudicium. de qua re Aulus Gellius libro tertio capitulo quinto. Plutarchus refert Archesilaum vehementi verbo visum esse de quodam nimis delicato diui te qui incorruptus tamen, & castus, & perinteger dicēba tur. Nam eum vocem eius infractam: capillumqꝫ arte com positum: atqꝫ oculos ludibundos: atqꝫ illecebræ, voluptatis que plenos videret. Nihil interest, inquit, quibus membris cinædi sitis: posterioribus an prioribus, hunc autem locum Cecropiam soliti bapte lassare Cotyttos: a Calderino no be ne intellectum: & a Georgio, Mancinelloqꝫ non satis expla natum: qui secuti Probum quædam vocabula non satis in tegre posuerunt. Angelus Politianus ad vnguem explicat capitulo decimo centuriæ suæ: probans veterum auctorita te baptas esse fabulam Eupolidis contra baptas: qui noctur na sacra Cotyttus Deæ impudentię: quam psaltriam fuisse Probus dicit: impudētissime colebant: ob quam fabulam (vt Platonius grecus auctor est) ab ipsis baptis in mare submer sus est. Est autem bapte masculini generis: quia viros signifi cat principaliter: licet etiam fabulæ nomen sit. Cotytto au tem quia psaltria aut Deæ impudentiæ nomen: non dubie fœminini declinatum sicut cætera græca in o longum: quo rum secundum Seruium nō habemus nisi genitiuum in us:

ASCē.

Cotytto

& accusatiuum in o in nostra declinatione. vnde hic legendum est Cotytto: non Cotytton nec Concytton. Dicta tamen est etiam Cotys cuius accusatiuum Cotyn. Cicero & Strabo ponunt: & genitiuum Cotyos Synaesius. sacra autem dicuntur Cotyttia: vt patebit in explanatione nostra. Ordo igitur est: Tu qui tam molliter vestiris. audebis quandoque: idest aliquando tempore futuro. aliquid: idest aliquod factum. foedius: idest obscaenius & turpius. hoc amictu in quo scilicet pelluces. nemo fuit repente: idest sine incremento successiuo turpissimus: hoc est sicut nemo vno impetu factus est optimus: ita nemo vno turpi facto habetur turpissimus: sed paulatim fiet. Nā supple illi qui accipiunt domi. non enim cum sint sacerdotes, sed turpes vt sacerdotes illi: hoc audent in populo, aut in templo, redimicula quibus scilicet mitrę alligātur, qd molliciei signum est. vnde apud Virgilium vitio datur Phrygibus: hoc est Troianis. vbi dicitur. Et tunicae manicas & habent ridimicula mitrae. illi inquam qui sumunt domi redimicula in frontibus suis: idest imitantur molles sacerdotes albanos. accipient supple in collegium aut cōsortium suum. qui paulatim: idest successiue te. & qui posuere: idest apposuere toto collo monilia: idest ornamenta muliebris colli: idest qui vicissim patiuntur in secreto muliebria: & ita se ornant ornamentis muliebribus. atq; placant: idest ita congregantur tempore nocturno: vt mulieres quae placabant Bonam Deam abdomine: idest sumine. porcae tenerae: idest suis eximiae. Sues enim (secundum Donatum) sacrificio idonei dicebantur eximii: oues lectae boues intacti. placant inquam abdomine & magno cratere: idest vase, quod mellarium vocant: licet vino impleant, placant inquam Deam abdomine porcae: idest faciunt omnia quae mulieres Bonae Deae sacrificantes facere debeant: sed foemina exagitata procul non intrat templum more sinistro: idest peruerso: quia solis mulieribus debebantur: & ita excludendi erant viri. vnde dicit Ouidius: Sacra Bonae maribus non adeunda Deae: & ipsi excludebant foeminas. Ara Deae patet solis maribus: idest viris: cum patere deberet solis foeminis, & clamatur a sacrificulo: scilicet sicut in coetu mulierum clamabatur a praefica. clamatur inquam sic: o vos profanae: idest a fano excludendae tanquam indecentes mulieres. te: idest discedite hinc. tibicina: idest quaeuis psaltria. non gemit: idest non facit foemininum sonum quasi gemitum, vllo cornu: quia nulla admittebatur: & ita vt praeceptum erat mulieribus ne tibicen adhiberetur: & non adhibebant tibicinam baptę. idest viri molles & impudici: qui Athenis peregrina sacra tempore nocturno cum omni immundicia faciebant: contra quos Eupolis baptas scripsit. solitis: idest cōsuetis olim apud Athenienses. lassare: idest frequenti sacrificio molestare Cotytto: illam Deam quae prius fuerat psaltria: sicut apud Romanos Dea Flora: cui Romani Floralia instituerunt, fuerat meretrix. Cecropiam: idest Atheniensem: hoc est in ea ciuitate: vbi Cecrops olim regnauerat. coluerunt talia Orgia: idest impudica sacrificia: qualia scilicet fuerunt Orgia Bacchi. non autem vocabantur Orgia sed Cotyttia & Bendidia. sed quia Orgia erant Bacchi sacra: in quibus, vt prius per Mancinellum dictum est, omnia obscęna fiebant. ideo pro obscaenis sacrificiis accipit. coluerunt inquam secreta teda: idest absconsa lampade: ne a turpitudine arcerentur quouis pudore. ille: idest quiuis ex talibus viris mollibus. produxit .i. extendit. acu obliqua: idest ad hoc incuruata. supercilium: idest pilum in superiore oculorum cilio. tinctum: idest intinctum prius. fuligine: idest nigredine fumi ad hoc collecti. madida: idest adhuc humida, vt adhaereat: idest componit & facit sibi supercilium nigrum quod in muliere placet & attollens occulos trementes: idest paetos & lubricos: vel timore ne fuco laedantur. depingit: idest componit aut fucat eos. Ille: idest alius ex illis bibit ex Priapo vitreo: quasi delectetur membro virili: sicut mulier, & implet reticulum auratum: idest aurum intextum habens, ingentibus comis: idest multis & prolixis capillis more mulierum, quem Pannonii, seu Vngari, & Hunni, nonnullique Alemanorum assumpserunt. implet inquā existens indutus scutulata: idest id genus vestis mulieris caerulea: idest caerulei coloris. aut galbana aliud genus vestis. rasa, idest non villosa: sed tonsa probe. ministro: idest pedissequo iurante. &: idest etiam non solum domino. per Iunonem domini: idest per Iunonem non per Iouem: quo dominae solent: vt minister etiam dominum effoeminatum significet ipso non refragante. Ille: idest alius: tenet speculum: appositorie gestamen: idest quod erat gestamen. Othonis patici: idest soliti pati muliebria. & hoc tenet pro re egregia: quasi magnum sit habere talis viri speculum. & ideo per aliam appositionē iucunde addit. Actoris Aurunci spolium: idest quod sic iactabunde tenebat: vt Turnus apud Virgilium hastam ingentem Actoris Aurunci spolium: idest qua victoria Auruncum ingentem bellatorem spoliauerat. vsitatius dicitur spolia quam spolium singulariter. quo supple speculo, ille: scilicet Otho. videbat se armatum: idest effigiem sui existentis in armis. cum: idest quando. iuberet: idest vellet iubere. iam: idest paulopost. vexilla ad pugnam committendam tolli. erat enim imperator exercitus. Speculum dico existens sarcina: idest quod habebatur in sarcinis ciuilis belli: quod Otho contra Vitellium gessit. est supple res memoranda: idest memoriae commendāda: nouis annalibus: idest per nouos annales. & historia recenti: scilicet quae eo anno, quo talis res gesta sit, scribatur. Nimirum: quia certe est supple facinus summi ducis: vel pertinet ad summum ducem occidere Galbam: idest per hoc probatur Otho summus dux: fluuia Galbam occidit. vnde magnum est habere eius spolia: videlicet speculum. & constantia summi ciuis est curare cutem: idest polire & leuigare aut fucare more muliebri cutem. & haec omnia per ironiam dicit. Aduertendum autem quod plerique hūc locum accipiunt: quasi totus de Othone intelligendus sit: vtpote q; Otho Galbam interfecerit: vt speculum eius haberet. dicit etiam Valla: q; hic dictum est Bebriaci in campo pro Bebriaco propter homeoteleuton. & q; Palati sit genitiuus huius nominis Palatus. dicit enim quod illud spolium prius Galbae mortuo Palatus sustulerat: quod sublatum ipsi Palato infamiori postea ab Othone fuit. Erat enim, vt inquit, Galba mollior quam Otho. Ego autem, vt omnia de Othone intelligenda, potiusquam de ciuibus Romanis concedam: malim dicere spolium Bebriacis palati p palatii: idest quod Otho a Galba affectauit in campo Bebriaci palatii: idest vbi erat imperator: & ita palatium imperatorium: quia sic in campo ciuilis belli, vt in palatio mollissime vixit. Ordo igitur est: Et summi ciuis est affectare in campo supple bellico spolium Bebriaci palatii: idest palatii: scilicet speculum. & extendere digitis panem madidatum lacte asinino in faciem: vt cutis firma & nitida sit. quod: idest quam rem. Semiramis regina Babyloniae: quamuis esset tam lasciua q; equum vsque ad coitum amauerit: vt dicit Plinius. pharetrata: idest armata: quia gessit viriles habitus simulans se filium suum esse. non fecit in orbe assyrio: idest oppido babilonico. nec Cleopatra regina Aegypti. Mar. Antonii triumuiri amica. moesta propter amissam victoriam: fecit in acciaca carina: idest qua in acciaco mari: vbi ab Augusto victa est. vtebatur: hoc est: licet Semiramis & Cleopatra mulieres fuerunt: tamen cum bella gererent: nec speculo nec fuco vsae sunt. hic: idest in hoc collegio sacerdotum: aut potius (vt dixi) qui sacerdotes imitantur in turpitudine vitae. nullus est honor aut reuerentia mensae. hic est libertas turpis Cybeles: idest qualis erat apud gallos Cybeles sacerdotes turpissimos. & libertas loquendi voce fracta: idest effoeminata est hic. & senex phanaticus: idest delirus, aut ad fanū pertinens albo crine: idest canescens. antistes .i. praeses sacrorum existēs rarum & memorabile exemplum. gutturis magni .i. maximus deuorator ciborum. & magister conducendus .i. qui talibus cōducatur est sup. hic .i. qui talia sacra colebāt, antistitē moribus suis cōsentaneū cōducebant. & ita non tam de collegio albanoꝝ, q̄ de immundis Romanis loquitur poeta.

Quid

Quid tamē expectant, phrygio quos tempus erat iam
More superuacuam cultris abscindere carnem?
Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem
Cornicini, siue hic recto cantauerit ære.
Signatæ tabulæ, dictum feliciter, ingens
Cœna sedet, gremio iacuit noua nupta mariti.
O Proceres, censore opus est, an aruspice nobis?
Scilicet horreres, maioraque monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
Segmenta, & longos habitus, & flammea sumit
Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus, o pater vrbis
Vnde nefas tantum latiis pastoribus? vnde
Hæc tetigit Grandiue tuos vrtica nepotes?
Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir.
Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
Nec quereris patri. vade ergo, & cede seueri
Iugeribus campi, quem negligis. officium cras
Primo Sole mihi peragendum in valle Quirini.
Quæ causa officii? quid quæris? nubit amicus,
Nec multos adhibet, liceat modo viuere, fient,
Fient ista palam, cupient & in acta referri.
Interea tormentum ingens nubentibus hæret,
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.
Sed melius, quod nil animis in corpora iuris
Natura indulget, steriles moriuntur, & illis
Turgida non prodest in pixide condita Lyde,
Nec prodest agili palmas præbere luperco.

¶ Quid tamen expectant: ex quo inquit vitam agunt obscœnam, & muliebrem: nec magis indigent genitalibus q̄ Galli: qui castrati erant: quandoquidem nubunt. qd' ergo expectant cur non castrentur, & per omnia similes sint cybeleis sacerdotibus quos in reliquis imitantur? ¶ More phrygio: more gallorum sacerdotum Cybeles: qui testa samia (auctore Pli.) virilitatem sibi amputabant ad imitationem Atys pueri: quem Cybele impudice dilexit. qui cum castitatem suam Deę promisisset: eamque commisso stupro cum nympha Sangaritide non seruasset: & Dea irata suppliciū de nympha sumpsisset: correptus furore: & putans domos ruere solitudinem petiit: & per sūma Dindymi mōtis Phrygiæ discurrens: arrepto lapideo cultro seipsum castrauit. vnde Oui. Ah pereāt partes quę nocuere mihi: Ah pereāt dicebat adhuc, onus inguinis aufert: Nullaque sunt subito signa relicta viri. Catullus tamen aliter scribit puerū: cum ex aqua Galli fluminis Phrygiæ bibisset, in furorem ex aquæ natura compulsum, silice sic castrasse. Tandē e monte in vallem præcipitatus in arborem pinū conuersus est. ¶ Phrygio: nam Phryges, Troesque prope Idam habitātes (auctore Strab.) Deam præcipuo venerantur honore: eius Orgia frequentantes. ¶ Carnem superuacuam: superfluam, & minime necessarium: quando omnia muliebriter agant, & nubant. sicque per irrisionem a poeta dicuntur. ¶ Cultris: non ferreis, sed lapideis. Nam silice (vt diximus) virilia sibi amputabant. ¶ Quadringenta dedit: notat poeta mares sui tēporis, quorum multi fronte inuerecunda nubebant. vnde Mart. Barbatus rigido nupsit Calistratus Afro: Hac qua lege solet nubere virgo viro. Nupsit & Nero Doryphoro liberto, & Neroni Sporus. auctor Tranq. ostēdit ergo ex sacerdotibus Gracchum nobilem, & potentem virum nupsisse, omniaque fecisse, quæ in nuptiis etiam virginalibus fieri solent: vt dotem etiam dederit marito. ¶ Quadringenta sestertia: ac si dicat tantam dotem quæ capiat etiam summam equitis Ro. Neque enim quisquam haberi poterat inter equites romanos, qui summam quadringentorum sestertium non habuisset. ¶ Gracchus: vnus ex sacerdotibus nobilis & potens: quales fuerunt Gracchi. Nam Gracchorum familia nobilitate præstabat: & potentia. ¶ Sestertia: Sestertium primum fuit (vt diximus in superiore Satyra) quarta pars denarii: quo tempore quindecim decusses is valebat: hoc est decem asses. sit autem a semis & tertium: eo quod contineat in se esses duos & dimidium tertii. Declinatur etiam genere masculino Sestertius. ¶ Cornicini, siue hic recto cantauerit ære: hoc in infamiam & dedecus est nubentis. Nam ille, inquit, cui nupsit: fuit aut Cornicen, aut Tubicen, vt ostendat parem omnino ex ea re trahi infamiam, Nā in castris legio habet tubicines, cornicines, buccinatores. Tubicines ad bellum vocant milites, & rursum receptui canentes reuocant Cornicines, & buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu conflictus, & eius reditu. Quoties ad aliqd opus exituri sunt milites soli tubicines canūt, & soli milites ad signa eorum obtemperant: quoties mouendi sunt signa cornicines canunt: quoties pugnatur & tubicines, & cornicines pariter canūt. vnde illud est Ouidii in Metamorphosi: Nō tuba directi, nō æris cornua flexi. ¶ Signatæ tabulæ: subaudi sunt. Nā matrimonium non fiebat sine publica scriptura. vnde alibi poeta: Si tibi legitimis pactam, iunctamque tabellis Non es amaturus. Tabulæ autem numero tantum plurali dicuntur venditionum, emptionum, dotium, & id genus cōtractuū. vnde Tabularium locus vbi reponuntur ipsæ tabulæ. & Tabularius ipse tabularum scriptor, & notator: quem vulgo notarium appellamus, de quo etiam paulante diximus. ¶ Dictum feliciter: subaudi est. vt sit feliciter cedant nuptiæ. ita enim dici solebat, in nuptiarum celebratione. Tranquillus in Domitiano: In reducenda post diuortium vxore, acclamari audiit, libenter domino & dominæ, feliciter. Romani enim causa boni ominis (vt docet Cicero in libro de Diuinatione) in omnibus rebus agendis: quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. ¶ Sedet: ponitur. ¶ Censore opus est: turpitudinem rei hac ambigua percunctatione aggrauat: quasi dicat flagitium esse nihilomagis dignum castigatione quā expiatione. ¶ Cēsore qui mores corrigat. Nam censor præerat moribus ciuitatis. De quo ita Plutarchus in vita Pauli Aemilii: Censura maxime omnium magistratuum reuerentiæ est: plurimæque potestatis: cum in aliis rebus tum maxime ad morum emendationem. Nam e senatu remouere potest: equitibus auferre equos: notare infamia: censum agere: lustrum condere. Asconius Pædianus: Regendis moribus ciuitatis censores quinto quoque anno creari solebant, hi prorsus ciues sic notabant. vt qui senator esset eiiceretur senatu: qui eques Roma. equū publicum perderet: qui plebeius in Ceritum tabulas referretur: & ærarius fieret: ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ. ¶ Haruspice: qui sacrificiis expiet tantum naturæ portentum. Haruspex enim is dicebatur: qui inspectis extis victimæ futura prædicebat: portentaque sacrificio expiabat: denominaturque ab haruga: id est victima. & haruga ab ara: id est stabulo. ¶ Scilicet horreres, cum ea interrogatione legendum est: qua increpamus male intelligentes: quasi dicat hominem nubere multo monstruosius est: q̄ si bos agnum pareret, & mulier vitulum. ¶ Segmenta: ornamenta esse muliebria declarat Valerius Maximus libro quinto capite de gratis: Permisit quoque his purpurea veste & aureis vti segmentis. iuxta quod dixit Seruius: Segmentum esse monile, & ornamentum gutturis. Quod etiam Sydonius comprobare videtur his verbis: Et illam farranis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmatam conuenustauit. quibus verbis ostendit ornamenta esse quæ constarent: aut argento & auro: aut margaritis: aut pretiosis lapillis crepitantibus. Iuuenalis: Et segmentatis dormisset paruula cunis. Plinius lib. septimo ostendit: Segmenta significare circulos his verbis: Plura autem sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere: græci paralelos. vocabulum autem deductum est

Tabulæ
Tabularium
Tabularius
Censor
Haruspex
Segmenta

ctum est a secando sicut & segmina. ¶ Longos: muliebres.
Flāmeū ¶ Flammea: flammeum velligenus erat coloris luthei: quo
caput nouae nuptae velabatur. Martialis libro duodecimo:
Praeluxere faces: velarunt flammea vultus. ¶ Sacra ferens:
nobilem esse ostendit sacerdotem, qui nupsit. Nam Salii sa/
cerdotes Martis ex nobilioribus tantum creabantur: sicque
ostendit poeta eum qui in monte Albano sacerdos sacra Mi
neruae ministrabat, & nupserat: antea Martis sacerdotem ex
titisse. ¶ Qui sudauit clypeis ancilibus: hoc est clypeis: quae
ancilia sunt appellata. de quibus talis extat historia: Regnan
te Numa Pompilio e cęlo in terram decidit breue scutum ex
aere dictum ancile: q vndiq; esset recisum. Vnde Ouidius in
Ancile Fastis: Atq; ancile vocāt, quod ab oī parte recisum est: Qua/
q oculis spectes angulus omnis abest. Et vna vox edita om/
nium potentissimam fore ciuitatem: quādiu id in ea serua/
retur. Rex igitur ne furto locus esset: adhibito fabro Mamu
rio iussit ad illius similitudinem vndecim alia scuta fieri: si/
mulq; misceri: ne caeleste internosci posset: adhibitiq; sunt sa
Salii cerdotes Salii duodecim: qui Ancilia ferrent: ac per vrbem
irent canentes carmina cum tripudiis, solēniq; saltatu: vnde
& nomen accepere. Ii autem Marti erant consecrati. eorum
primus praesul vocabatur: auctore Plini. Ancilia autem no/
men est tertię declinationis. legitur tamen & ancilium & an/
ciliorum: sed illud ratione analogiae: hoc autem auctoritate
defenditur. sic etiam vectigalium & vectigaliorum: Satur/
nalium & saturnaliorum: multaque id genus. ¶ Arcano lo/
ro: q nulli alii liceret ferre & pertractare q̄ Salio. ¶ O pater
vrbis: exclamatio est qua & rei indignitas, & idignatio poe
tae exprimitur. ¶ Pater vrbis. s. Mars, ex quo & Ilia Rhea
Numitoris filia nati sunt Romulus & Remus vrbis condi/
tores. ¶ Vnde nefas tantum? subaudi est. i. tanta morū prauí
tas vt viro nubat? ¶ Latiis pastoribus: Romanis, qui a
pastoribus originem traxerunt: & qui omnium antea volu
ptatum ignari fuerūt: vt rudes & agrestes pastores. De qui/
bus scribit sic Varro: Romanum vero populum a pastori/
bus esse ortum, quis non dicit? quis Faustulum nescit pasto
rem fuisse nutricium? qui Romulum & remum educauit?
nō ipsos fuisse pastores obtinebit? Sicq; poeta fœdam sui tē
poris molliciē notat. ¶ Haec vrtica: hic libidinis pruritus. vt
etiā nubant. ¶ Gradiue: Mars, vel qa gradatim & per ordi
nes eatur in bellum, vel a verbo gręco: κραδαίνειν quod est
vibrare: q in bello hastae vibrentur. ¶ Nepotes: posteros.
¶ Quereris patri: idest nec quereris apud Iouē patrem tuū
de luxuria & mollicie Romanorum. ¶ Vade ergo: taetri indi
gnationem dictum. ¶ Campi seueri: campi Martii: in quo co
mitia fiebant & magistratus creabātur: militesq; noui exer/
cebantur. vt dicemus illic: Aut vulnera Pali. ¶ Quem negli/
gis: quem minime curare videris. Officium: ad irrisionem
contemptumq; temporum suorum hoc dicit: quibus multi
abiecta verecundia nubebant. Introducta est persona quae
Officiū ostendat operam sibi dādam esse viro nubenti. ¶ Officium:
nemini dubium est officium dictum esse ab efficiendo: vt id
sit. qd vnusquisq; teneatur efficere. Vnde Cicero librum suū
de Officiis inscripsit: q ibi doceat quid i omni rerum actio
ne sit efficiendum. Est ergo sensus: Quoddam mihi negociū
(quasi debitum, & quod teneatur efficere) est mihi peragen
dum. Tranquillus in Galicula: Liuiam Horestillam. C. Piso
ni nubentem: cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci
imperauit. Primo Sole: primo ortu Solis. ¶ In valle Qui/
rini: vtrum ad templum Quirini: de quo meminit Pli. libro
xv. capitulo. xxix. Inter antiquissima namq; delubra haben/
tur Quirini: hoc est ipsius Romuli. an ad portum Quirini:
idest Romuli: quo multi conueniebant. Martialis libro. xi.
Quiri/ Vicinam pete porticū Quirini: Turbam non habet otiosio
nus rem Pompeii vel Agenoris puella. Quirinus autem dictus
Quiri/ est Romulus, siue ab hasta quę Quiris a Sabinis dicebatur,
tis qua semper armatus incedebat: siue a Curibus ciuitate Sa/
Quires binorum, quos percusso fœdere in vrbē recepit, populumq;
Cures a Curibus Quirites vocauit: ipsiq; post mortem eum pro
Deo coluerunt, Quirinūq; appellauerunt, vnde Ouid. i Fa
stis libro secūdo: Proxima lux vacua est, a tertia dicta Qui
rino: Qui tenet hoc nomē Romulus ante fuit. Siue q hasta
Quiris priscis est dicta Sabinis: Bellicus a telo venit in astra
Deus. Siue suo regi nomen posuere Quirites: Seu qa Ro
manis vinxerat ille cures. ¶ Fient. fient: quasi cum suspirio
dictum. ¶ In acta referri: hoc est vt describent in libris acto Acta
rum. Nam negocia tam priuata q̄ publica: hoc est, quę ad rē
pub. pertinebant, in libris describebantur: qui libri actorum
dicebantur quod probe docet Iuuenalis in nona Satyra cū
ait: Et libris actorum spargere gaudes Argumenta viri ex
quo liquido apparet acta non dici ipsos libros, sed negocia
& gesta ipsa, quę libris mandabantur. Vnde Tranquillus in
Tiberio: Interim cū in actis senatus legisset dimissos: ac ne
auditos quidem quosdam reos. Idem in Cęsare: Fuerat ani
mus cōiuratis corpus occisi in Tyberim trahere: bona pu/
blicare: acta rescindere: idest libros quibus gesta Caesaris cō
tinerentur. Idem in Caligula: Quibusdam absentium mari/
torum nomine repudium ipse misit, iussitq; in acta referri.
De hoc vberius in nona Satyra dicemus illic: Et libris acto
rum spargere gaudes Argumenta viri. ¶ Interea tormētum
ingens: dum sunt inquit matrimonio coniuncti: nullam ta/
men ex matrimonii capiunt voluptatem: sed ingentem do
lorem & animi cruciatum: quia cum nuptiae institutae sint
gratiā plis: & liberi sint pignus amoris inter virum & vxo/
rem: nequeūt parere, & partu mariti amorē retinere. ¶ Sed
melius: ironicos, quasi poeta eorum incommodis gaudeat.
¶ Quod nil animus: sensus est: In animo quidem habent: idest
cupiunt concipere: sed natura vetat, Ordo est: Natura nil iu
ris, nil potentiae indulget animis: idest volūtatibus & animi
desideriis. Nam eorū animus est, & voluntas vt concipiant.
¶ In corpora: scilicet gignenda in vtero. ¶ Steriles: sine libe
ris dicuntur a στερω: quod est priuo. ¶ Turgida Lyde: ali/
qui hoc ad araneam referri existimarunt, Alii vero ad mulie
rem vnguentariam. vt legatur sic versus: Turgida non pro
dest condita pixide Lyde: idest Lyde mulier vnguētaria tur
gida ventricosa non prodest subaudi sterili pixide condita
idest vnguentis plena. vt sit a condio quartae cōiugationis,
Qui autem ad araneam referunt, ita exponunt: Lyde turgi
da, idest aranea tumens. in ventre: condita in pixide: idest in
clusa in pixide non prodest sterili. Scribit enim Plinius lib.
vndecimo ex araneis. qui phalangia dicuntur, tricenos ver/
miculos parere: vnde existimatur gestare araneam inclusam
pixide: quasi fœcunditatis exemplo prodesse sterilibus & fie
ri fœcundas. Sed cum contra videatur sentire. Idē Plinius
xxix. ex auctoritate Cecilii. x. vbi sic scribit: Tertium genus
est eodem Phalangii nomine araneus lanuginosus grandis/
simo capite: quo dissecto inueniri dicuntur intus vermiculi
duo: alligatiq; mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum p̄/
stante ne concipiant. de hoc adhuc quaerendum censeo. ¶ Ly
de: si de aranea intelligis. Arachne puella fuit Lydia: quae cū
Pallade in lanificio ausa concertare: a Dea in araneam mul/
tis concisa verberibus est conuersa. Vnde nunc poeta Lyde
posuit pro aranea. Prima autem (vt scribit Plinius libro se
ptimo) reperit linū & retia. Et eius filius Closter fusos in la
nificio. ¶ Pixide: dictio est gręca. capitur autem pro vase (vt
scribit Quintilianus libro octauo) cuiuscūq; materiae: quo
vase vnguenta, venena, aliaq; id genus medicamenta recon Luper
duntur. ¶ Agili luperco: lupercalia ludi erant: in quibus lu/ ci
perci per lasciuiam discurrentes pellibus se inuicē caedebant.
De origine lupercalium varia ab auctoribus tradūtur. Sed
quod sensit Ouidius in Fastis sequemur: Romani, iquit, be/
neficii memores: quod lupa nutriendis infantibus Romulo
& Remo praestitit: templum illi ad ficum ruminalem extru
xerunt: quod lupercal est appellatū: Venit ad expositos mi/
rum lupa feta gemellos: Illa loco nomen fecit, locus ipse lu
percal: Magna dati nutrix praemia lactis habet. Eius templi
sacerdotes (auctore Varrone) luperci dicebantur. tem diui Lup
tam nudi agebant: nec in templo solum: sed per vicos vrbis
ac compita discurrentes: sed pręter sacerdotes licebat oībus
tam viris, q̄ mulieribus ludos celebrare, vnde scribit Plu/
tarchus

tarchus. M. Antonium nudum in lupercalibus curru per vrbem fuisse vectum a matronis: & virginibus omnia mēbra nudatis. nudos autē fuisse lupercos docet & Virgilius libro octauo Aenei. Hic exultantes salios, nudosq́ lupercos. vt autem a nudis lupercalia celebrarentur, hinc orta est ratio: Cū in honorem Panos ludorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subito a latronibus rapta sunt, Illi abiectis vestibus latrones insecuti, animalia recuperarunt. ob rem a nudis prospere gestam permansit consuetudo, vt nudi lupercalia celebrarent, mense autem Februario post brumam celebrabantur. Erat mos vt luperci discurrentes pellibus obuias quasq́ fœminas verberarent: existimantes talibus verberibus fœcūdas fieri: vnde & Crepi sunt dicti (auctore Festo) a crepitu pellicularum, quem faciebant verberantes. De his autem Liuius in primo. Plutarchus in Romulo. In M. Antonio. In Caesare. In Problematis. Varro. Diuus Augustinus. Valerius libro secundo: vbi de institutis antiquis scribit, sic tradit: Lupercalium mos a Romulo & Remo inchoatus est, tunc cum laetitia exultantes: ꝙ iis auus Numitor rex Albanorum eo loco vbi educati erant, vrbem condere permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui: quem Euander Argeis consecrauerat. facto sacrificio, caesisq́ capris, epularum hilaritate ac vino largiore prouecti, diuisa pastorali turba cuncti ouinis pellibus immolatarum hostiarū iocantes gestierunt. Aliqui vero putarunt dicta lupercalia a lupis arcendis: ꝙ tali sacrificio (quod in honorē Panos Dei Arcadici celebrabatur) lupi a pecoribus arcerentur. ¶Praebe te palmas verberandas, vt fiant fœcundae. Nam id putabāt maxime ad fœcunditatem pertinere. vnde Ouidius: Nupta quid expectas: non tu pallentibus herbis: Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundae patienter verbera dextrae: Iam socer optatum nomen habebit aui.

¶Quid tamen expectant &c. cum ita sit, inquit, ꝙ ornant se more muliebri: & ꝙ patiuntur muliebria: quare non demum sibi virilia more sacerdotum Cybeles, qui Galli dicuntur a Gallo fluuio: secundum plures praesertim qui nubunt, & afferunt dotem pro onere matrimonii sustenendo: & id publice cum omni solennitate debita: & a iure approbata: qđ maximum monstrum est. Ordo est: Tamen cum ita sit ꝙ in habitu & opere sint mulieres. quid expectant. i. attendūt ꝙ non facit differre qđ facere deberēt: hoc est quos erat iam tempus: idest tempestiuum. abrumpere. i. violenter afferre. carnem superuacuam. i. virilia membra: quibus non vtuntur cum patiantur muliebria. cultris sup. lapideis. sicut etiam circuncisio a Iudaeis fiebat. & ergo dicit abrumpere non abscindere. more Phrygio. i. more sacerdotum Cybeles Phrygiae: idest troianę. Gracchus. i. diues & nobilis, sed paticus nubēs pro muliere. dedit quadringēta sestertia. i. censum equestrē. dotem. i. in dotē vel pro dote. dedit inquam cornicini. i. cantanti cornu. siue. q. d. vt nō mentiar. hic. i. is qui dedit cantauerit recto aere: idest tuba magna. Tabulae nuptiarum scilicet & dotis signatae sunt a notario publico. dictum ab omnibus qui aderant. feliciter supple eant incepta: idest nuptiae: quod Galli dicunt, bie noistre vous soit. ingens cœna sedet: idest multi cœnantes: vt in nuptiis discumbunt. noua nupta. i. ille nobilis & diues: quem Gracchum vocant. & qui pro fœmina nupsit. iacuit in gremio mariti. i. nuptię omnino cōsumatae sunt. licet natura & sexus refragentur. & ideo exclamat dicens: O proceres: idest o optimates, qui onera ciuitatis sustentatis. & eius periculo prospicere & occurrere debetis. an opus est nobis censore: vt iam turpes mores arceantur aut extirpentur. an haruspice. i. exta ad aras inspiciente: quo opus est quoties monstra, aut portenta, prodigiaue euenerant. Scilicet horreres. i. cum horrere timeres & putares esse maiora monstra. i. res quae contra naturam, aut praeter consuetudinem fiunt, monstrantur. si mulier humani: scilicet generis ederet. i. pariendo emitteretur vitulū: vel si bos ederet agnum: quae res pro monstris & portentis maximis habitae sunt. q. d. minime deberes horrere aut putare esse maiora monstra ꝗ ꝙ vir viro nubit. Frequenter enim vtimur Scilicet quando cum ironia quadam: aut indignatione interrogamus, & responsionem negatiuam petimus. sicut. iiii. Aeneidos. Scilicet is superis labor est: ea cura quietos Solicitat. vt autem scias esse maximum monstrum: ostendit ea contigisse, quae maxime repugnant naturae & officio: vt videlicet vir patricius: & ob id maxime nobilis tā obscœna patiatur. vt salius. i. sacerdos Martis, qui nō nisi strenuus & apprime nobilis esse debet: vtpote quae ancilia Martis arma gestare meruerit: sumat flammea: & caetera nobilissima mulierum indumenta. & vt hi qui ab agrestibus pastoribus, qui rapinis viuebant: vtpote a Remo & Romulo, eorumq́ complicibus originem duxerint: tā molles fiant, vt muliebria passuri vt mulieres solenniter nubāt. Ostendit ergo causam quare maximum portentum esse putet dicens: is qui ferens. i. portans sacra nutantia. i. res sacras nutantes prae pondere. loro. i. corrigia. corio arcano. i. secrete apposito. sudauit clypeis ancilibus. i. circūcisis ad morem ancilis de caelo lapsi tempore Numae. sumit. i. vltro nullo cogente, aut ꝑbente assumit sibi segmenta. i. talia ornamenta mulierū, & longos habitus, & flammea. i. tales vestes rubeas: quibus noua nupta nubebat. i. tegebatur. O Gradiue. i. o Mars pater vrbis. s. romanae: q Romulum. s. vrbis cōditorē genuisti. de qua re dicit sic Liuius i praefatione primae Decadis: Si cui populo licere oportet cōsecrare origines suas, & ad Deos referre auctores: ea belli gloria est populo Romano: vt cū suū, cōditorisq́ sui parentem Martē potissimū ferat: tam hoc gentes humanę patiantur aequo animo: ꝗ imperium patiuntur &c. o Gradiue inquā pater vrbis romanae. vnde. i. qua occasione, vel quo auctore tantum nefas vt vir nobilissimus nubat sup. natum est pastoribus latiis. i. a durissimis & martiis viris ortis. & vnde hęc vrtica. i. prurigo libidinis. tetigit tuos nepotes. i. a te descendentes ꝑ denominationem a Romulo. Ecce: tanꝗ res inaudita: vir clarus genere, atq́ opibus, traditur in matrimoniū. s. viro. Nec. i. & nō. quassas. i. frequēter concutis in signum indignationis. galeam, quae est in capite tuo. nec pulsas terram cuspide quae est in manu tua. Nec quereris. i. querelam facis. patri, i. Ioui: quia si quereris tales fulmine sterneret. vade ergo & cede iugeribus. i. amplis spaciis seueri campi. s. vbi seuerum dari debet iudiciū: in quo tu stas: & qui a te Martius dictus est. & quē. i. cuius officium tu negligis. Est enim sup. qui dicat te audiente. officium. i. obsequium debitum amico est mihi peragendum. i. debet a me peragi cras in valle: idest porticu Quirinia Romulo sic dicta. Et interrogat quiuis hoc audiens. Quae causa officii sup. est ibi? Ad quod ille indignatus respondet: quia rem notam nesciat. Quid quaeris: idest percunctaris: ac si nescias. amicus nubit, & non adhibet multos, quia viro nubit. sed liceat: idest licitum sit. modo viuere ista: idest huiusmodi fœdissima facinora: fient. fiēt palam. & cupient referri: idest redigi. in acta: idest in publica instrumēta, interea tamen dum sic viri viris nubunt. ingens tormentum: idest causa magni tormenti. haeret: idest adhaeret & cōnectitur nubentibus sup. viris. ꝙ. s. nequeunt parere: & retinere maritos suos domi: ne ad pellices diuertantur. Sed melius: idest decentius supple est ꝙ nil: idest non aliquid. ꝙ in quam natura non indulget aliquid iuris: idest ꝙ non concedit aliquid iuris animis in corpore: idest ꝙ non sint mulieres perfectae in corpore. pariendo: scilicet prolem sicut sunt in animo: quia hoc vellent: sed frustra: quia moriuntur steriles. & Lyde: idest aranea quae olim Lyda puella fuit. turgida. i. turgidos faciens. condita: idest pro cōdimentis posita in pixide: idest in vasculo ex buxo facto: nō prodest illis, & tamē araneorum quorundam fertilium medicamentum fœcunditatem afferre a quibusdā creditur. Vel (vt Politianus. cxlvi. dicit) legitur sic: Turgida non prodest condita pixide Lyde & cōstituitur sic: Lyde: idest mulier illa, aut similis. turgida: idest crassa & huiusmodi medicamenta venditans: non prodest illis pixide condita. i. postquā condiuit illis pixidē. Nec prodest illis praebere Luperco sacerdoti tali. agili. i. mēse Februario per ciuitatem discurrenti: cuius percussio fœcunditatem afferre credebantur vt Mancinellus recitat.

Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi,
Luſtrauitq; fuga mediam gladiator arenam,
Et Capitolinis generoſior, & Marcellis,
Et Catulis, Pauliſq; minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad podium ſpectantibus, his licet ipſum
Admoneas, cuius tunc munere retia miſit.
Eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,
Atq; vna tranſire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.
Sed tu vera puta. Curius quid ſentit, & ambo
Scipiadę? quid Fabricius, manesq; Camilli?
Quid Cremeræ legio, & Cannis cõſumpta iuuentus,
Tot bellorum animæ? quoties hinc talis ad illos
Vmbra venit, cuperent luſtrari, ſi qua darentur
Sulfura cum tedis, & ſi foret humida Laurus.
Illuc heu miſeri traducimur. arma quid vltra
Littora Iuuernæ promouimus? & modo captas
Orcadas? ac minima contentos nocte Britannos?
Sed quæ nunc populi fiunt victoris in vrbe,
Non faciunt illi, quos vicimus, & tamen vnus
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno.
Aſpice quid faciant commercia. venerat obſes.
Hic fiunt homines. nam ſi mora longior vrbem
Indulſit pueris, nonnunquam deerit amator,
Mittentur braccæ, cultelli, frena, flagellum.
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

¶ Vicit & hoc monſtrum: hactenus de ſacerdotibus: nũc vero de nobilitate polluta ludis gladiatoriis & opera ſcęnica. Nam tpibus poetæ cũ Domitianus edidit pugnas virorũ & mulierũ, multi nobiles illic pſtiterunt operã: vñ poeta in Satyra octaua in eoſdẽ: Quãti ſua funera vendãt Quid refert, vẽdunt nullo cogẽte Nerone. Nã Nero (vt ſcribũt Trãquillus & Euſebius) exhibuit ad ferrũ quadringẽtos ſenatores, ſexcentos eqtes Ro. Domitiani uero tpe nobiles nõ coacti, ſed iam antea ſub Nerone educati ĩter ludos ſcænicos ſpõte in theatrũ ueniebant. qđ Iuuenalis cõqueritũ et alibi: Cytharœdo princi pe natus Nobilis hæc ultra qđ erit niſi ludus? Per Gracchũ autẽ, ut ſupra diximus: Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotẽ: nobilem ubiq; & potẽtẽ intelligit. alibi: Cum Graccho iuſſus pugnare ſecutor. Nã Gracchorũ domus nobilitate pſtabat & potẽtia populari ſeditiõe cõparata. Dicẽdo aũt poeta: Vicit & hoc mõſtrum: oñdit turpius qdẽ eſſe uirũ ad artẽ ſcænicam deſcẽdere, & digladiari q̃ nubere. neq; .n. quicq̃ exiſtimabaꝉ flagitioſius q̃ ludis ſcęnicis, arenaq; fœdari. oñ ut ignominioſum iuuentus q̃ pbris coopta fuiſſet, ſenatuſcõſulto ſcænicis artib⁹ & arenę ſolita ẽ teneri. Trãqllus in Tiberio: Ex iuuẽtute utriuſq; ordinis pfligatiſſimus qſq; quo minus in opa ſcænæ, arenæq; edẽda ſenatuſconſulto tenerenꝉ famoſam iudicii notã ſponte ſubibãt. Vnde Cornelius Tacitus: Cauetũ ſeuere ne equites Romani ludo & arena pollueꝛenꝉ. ¶ Vicit: ſuperauit rei turpitudine. ¶ Hoc monſtrum q: q vir nuberet viro. Mõſtrum appellaꝉ quicquid eſt pter naturã. a monſtrando, q aliqđ futurũ monſtret terrificum. ¶ Fuſcina: telũ erat retiarii. Nã gladiatorum alter dicebaꝉ retiarius. alter mirmillo ſiue ſecutor. Retiarius fuſcinã & rete geſtabat, quo mirmillonem implicitum capet. vñ inferius: Cuius nunc munere retia miſit. Nã in ſummitate galeæ mirmillonis, p aduerſus retiariũ pugnabat, piſcis erat effigiatus: in quem retiarius rete immittens dicebat: piſcẽ peto, nõ te peto. Fuſcina itẽ inſtrũ eſt ferreũ inſtar tridẽtis ad capiẽdos piſces. a fuſcina p diminutionẽ fit fuſcinula: qđ in ueteri teſtõ numeraꝉ inter receptacula ignũ ſic: Fuſcinulas, tridẽtes, vncini, & batylla. Et in lib. pri. regũ ſic: Habebat fuſcinulam, tridentẽ in manu: & mittebat eã in lebetẽ: & qđ leuabat fuſcinula ſibi tollebat. ¶ Tunicati: tunica ueſtis erat (auctore Marcello) ſine manicis. ea utebãtur gladiatores retiarii ut fortaſſe ad dimicãdũ eſſent expeditiores. Tranqllus in Caligula: Retiarii tunicati qnq; numero gregatim dimicãtes ſine certamine ullo totidẽ ſecutoribus ſuccubuerãt cũ occidi iuberenꝉ: unus reſumpta fuſcina oẽs uictores iteremit. ¶ Generoſior Capitolinis: nã Capitolinoꝝ familia nobiliſſima fuit ducta origine ab Mallo Manlio, q Capitoliũ a Gallis obſeſſum ſeruauit. Nã quadã nocte clangore anſeris excitatus Gallos aſcẽdentes deiecit: patronus a ciuibus appellatus. Veꝝ poſtea cũ affectati imperii reus factus eſſet de ſaxo Tarpeio pcipitatus eſt. Et cautũ neq; ex ea familia Mar. appellareꝉ: q is regnũ occupare conatus, necatuſq; eſt. ¶ Marcellis: Marcellorum familia duobus maxime Marcellis claruit altero quintũ cõſule, altero q Hannibalẽ vicit, de qbus Plutarcho. ¶ Catulis: nã & Catuloꝝ familia fuit antiqſſima: principiũq; nobilitatis accepit a Qu. Catulo Luctatio: qui primo bello punico trecẽtis nauib⁹ aduerſus Carthaginẽſes pfect⁹: inter Siciliã & Africã ad Egates iſulas ſexcẽtas eoꝝ naues cõmeatibus & aliis oneribus ipeditas, duce Himilcone deuicit, finẽq; bello impoſuit. Fuit itẽ Q. Catulus Luctatius temporibus Syllæ & Marii: qui triũphante Mario ex Teutonis & ex Cimbris ipſe triumphũ geſſit. de quo in octaua Satyra pleraq; dicemus. hic ille fuit a quo (vt teſtaꝉ Cicero in oratione de ſignis) capitoliũ nõ ſolũ dedicatũ, ſed ẽt magnificẽtius reſtitutũ q̃ antea fuit: cũ icẽdio abſumptũ fuiſſet quadringẽtis & qndecim annis poſt dedicationẽ eius factã ab Horatio Puluillo conſule. vñ eſt illud Martialis in quinto: Et laudãt Catuli Iulia templa ſenes. De quo ẽt ſic Tranqllus in Cæſare: Primo pturæ die Qu. Catulũ de refectiõe Capitolii ad diſqſitionẽ populi uocauit rogatione pmulgata. ¶ Pauliſq; minorib⁹: paulli nobilitatẽ acceperũt ab eo Paulo Aemilio: quẽ Pythagoræ (auctore Plutar.) diſcipulũ fuiſſe arbitranꝉ. Ille eni primus dict⁹ Aemilius a uenuſtate .i. a colloqo & cõuerſatione: cuius lepore grauiſſimus erat. Duo aũt fuere Pauli q maxime familiã illuſtrarunt: quoꝝ alter initio bello apud Cannas duce Varrone, maluit mori ex vulnere q̃ fugere cum liceret. Alter uero eius filius Perſam regem macedonię deuicit: duxitq; i triũphũ cũ uxore & liberis: huius filius a Scipiõe filio Africani ſupioris adoptatus Carthaginẽ deleuit. Hos igiꝉ poſteriores minores itelligimus: nõ iam uirtute: ſed tpe: queãdmodũ dicim⁹ Scipionẽ maiorẽ & Scipionẽ minorẽ. ¶ Fabiis: familia fabioꝝ nobiliſſima fuit, ex ea trecẽti & ſex duce Fabio cõſule cõtra Veiẽtes pugnarũt: & ſępe uictoriã reportarũt: tãdẽ hoſtiũ iſidiis oẽs occiſi fuerũt. Ouidius in Faſtis: Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes: Ad bellũ miſſos pdidit una dies. ¶ Omnibus ſpectantibus .i. omnibus nobilibus q in podio ſedebãt: & orcheſtra. Nã (ut ſcribit Victru.) in theatris, podiũ, orcheſtra, & pulpitũ extruebãtur. De podio Trãquillus in Nerone: Spectauit primũ ex paruis foraminibus: deinde toto podio adaperto. De podio lege Victruuiũ lib. v. ca. vii. ¶ His licet ipm Admoneas: uerba ſũt poetæ admonitorẽ itroductũ. Sẽſus eſt: Nõ eſt, inqt, mirũ Domitianũ polluere nobiles uiros ludis ſcenicis & gladiatoriis & turpiter uiuere. Nõ .n. credit eẽ inferos ubi manes p meritis puniunꝉ. potes itaq; o monitor referre impatori oino iferos eẽ & ſupplicia iis ſtatuta: q turpiter uixerint. ut ſic Domitianũ terreat, cuius impio tã multa flagitioſa fiebãt. nullo mõ legi põt Admoueas. ſenſus .n. nõ pcederet. uult .n. Domitianũ admoneri eſſe aliquos manes &c. Vbi poeta cõfutat opinionẽ eoꝝ, q iferos eſſe negauerũt. In qua fuit Lucretius & Pythagoras: q (ut ſcribit Oui. lib. ult. Meta.) negabat iferos: O genus attonitũ gelidæ formidine mortis Quid ſtyga? qđ tenebras? & noĩa uana timetis? Materiã uatũ, falſiq; pericula mũdi? Morte carẽt aĩæ: ſempq; priore relicta Sede: nouis domib⁹ uiuũt, habitãtq; receptæ.

Pauli duo

Fabii

Podiũ

Seneca in lib. de cõſolatione ad Martiã: Illa inqt q̃ nobis in
feros faciũt terribiles, fabula eſt. Luſerũt iſta poetæ & vanis
nos agitauere terroribus. ¶ His. ſ. verbis ſequentibus videli
cet eſſe aliquos manes. ¶ Ipſum: Domitianũ. Illud autẽ atten
dendũ Domitianũ non aliter admoneri q̃ ſi viueret. Nã poe/
ta mortuos in toto ope (vt diximus) notat: q̃ſi viuãt, vt ſic
doceat qd aliis faciẽdũ, fugiendũue ſit. ¶ Cuius munere. ſ. gla
diatorio. Nam munus p ludo gladiatorio ponit: vt munera
nunc edunt. ¶ Retia miſit: Gracchus. n. fuit retiarius, q i mir
millonẽ fuſcinã, & rete tẽdebat. ¶ Manes: iferos. antiq manes
ſiue lemures appellauerũt aĩas eorũ ex corpe humano migraſ/
ſent: ex qbus (vt Apuleius ſcribit) q poſterioꝝ ſuoꝝ cura ſor
titus: pacato & qeto numine domũ poſſidet, lar dĩ familia/
ris. Qui vero pp aduerſa vitę merita nullis bonis ſedibus in
terra vagatiõe: ceu quodã exilio punit: inane terriculamẽtũ
bonis hoibus: cęterũ noxiũ malis. hũc plerique laruam phibẽt.
Sed dũ in corpore nſo ſunt, Genii & Demones nuncupant.
¶ Subterranea regna: inferos, q (vt publica eſt opinio) ſub
terra ſunt, & in cẽtro terræ. ad qd reſpexit & Virg. Sed nõ
ante dat telluris operta ſubire. i. inferna. Diuus Auguſtinus
affirmat eſſe iferos: ſed in q̃ia mũdi pte ſint: neminẽ ſcire ar/
bitrat. ¶ Contũ: lignũ cuſpidatũ, quo vtunt nautæ ad tẽtan
dũ aluei fundũ & ducẽdũ nauẽ, ac p hoc ſignificat Charõta
quẽ aĩas in vlteriorẽ ripã Stygiæ paludis naue tranſuehere
credidit ſtulta antiqtas. Virg. Portitor ille Charon. hi quos
vehit vnda ſepulti. Et: Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque mini
ſtrat: Et ferruginea ſubuectat corpa cymba. ¶ Ranas nigras:
fictio poetica: q̃ſi ibi in palude ſint ranæ. ¶ Vna cymba: vno
lẽbo. vna ſcapha. ſunt. n. naniculæ fluuiales. ¶ Nec pueri cre/
dũt: ſenſus eſt: Ita oẽs hoc tpe ipii, ſcelerati que ſunt, vt ne pue
ri qdẽ credãt inferos eẽ, pter eos, q nõdum lauant ære. ſ. a q/
bus in Thermis nõ exigit ęs: qbus facile eſt vaniſſima quęque
pſuaderi. ¶ Aere lauant. i. q ſunt ipuberes: ab iis. n. quadrans
nõ exigit in Thermis: immo nec lauat in publicis Thermis.
Qui lauabant quadrãtẽ ſoluebãt. poeta alibi: Cedere Silua/
no porcũ, quadrãte lauari. Hora. Dũ tu quadrante lauatum
Rex ibis. ¶ Sed tu vera puta: o Domitiane nõ fabuloſa. ſ. iſe
ros eẽ. ¶ Curius qd ſentit? cũ interrogatiõe legunt. vt ſit ſen
ſus: Curius ſniæ credis eẽ hos illuſtres viros apud inferos: cũ
vident manes & aĩas ſceleratoꝝ illuc deſcendere? q. d. huius
ſunt ſniæ vt credãt eoꝝ cõtagiõe eſſe ſordidatos & macula
Curius tos: ac pinde velint luſtrari & purgari. ¶ Curius: hos noiat,
vt viros bonos. Nã M. Curius exactiſſimæ fuit abſtinẽtiæ:
vtpote q legatis Samnitũ aurũ offerẽtibus: cũ ipſe in foco ra
pa torreret: Malo inqt hæc in fictilibus meis eẽ, & aurũ hñti
bus impare. Cũque itẽ uerſæ pecuniæ argueret cadũ ligneũ,
quo vti ad ſacrificia cõſueuerat, in mediũ ptulit: iurauitque ſe
nihil amplius de pda hoſtili in domũ ſuã cõuertiſſe. De Sabi
nis triũphauit. De Lucanis ouans vrbẽ introiuit. Pyrrhum
Epirotaꝝ regẽ Italia expulit. ¶ Ambo Scipiadę: verũ ſupior
& iferior, quoꝝ alter Carthaginẽ fecit tributariã: alter vero
deleuit. An Cn. & P. Scipiones fratres: q in Hiſpania ingẽti
bus pliis Hãnonẽ & Aſdrubalẽ fratrẽ Hãnibalis cęciderunt:
captaque erat ipetu Hiſpania: niſi fortiſſimi viri in ipſa victo
ria ppe cũ totis exercitib[9], punica fraude oppſſi, cecidiſſent.
Lege Liuiũ. XXV. ab vrbe cõdita. forma aũt patronymica di/
Fabricius cit Scipiadę p Scipiõibus: hocque neceſſitate metri quẽadmo
dũ & Vir. Scipiades geminos dixit. ¶ Fabricius: Fabrici[9] Li
Camillus cinius honoribus & auctoritate omni ciue tpibus ſuis fuit
maior: cenſu par vniculque panperrimo. Bello Tarẽtino miſ/
ſus ad Pyrrhũ legatus de redimẽdis captiuis, fruſtra vt ptiã
deſereret ab rege tẽtatus eſt: pteque ſibi impii oblatã repudia/
uit. ¶ Maneſque Camilli: Furi[9] Camill[9] phæ amãtiſſim[9] fuit.
Cũ Ardeæ exularet, q ei datũ eſſet crimi, q albis eqs trium/
phaſſet de Vehis, & pdã inique diuiſiſſet, dictus abſens dicta
tor collectis reliquiis Gallos ſenones Capitoliũ obſidentes
impoꝛuiſos interniciõe occidit. Populũ Roma. migrare Ve
ios volentẽ retinuit. Sic & oppidũ ciuibus, & ciues oppido
reddidit. ¶ Quid Cremerę lege: trecentos & ſex Fabios (de
qbus paulo ante dixi) intelligit: q cũ ſeruis & clientib[9] aduer/
ſus Veiẽtes dimicatũ ita qbus inſidiis itercepti iuxta Creme
ram fluuiũ Thuſciæ ſunt trucidati. ¶ Cõſumpta Cannis: nã
iuxta Cannas vicũ Appulię q̃draginta hoium millia cũ Pau
lo Aemilio altero cõſule ſunt interẽpta: cõmiſſa pugna ſua
ſu Varronis collegæ. ¶ Talis vmbra: q̃lis erat vmbra Domi/
tiani ¶ Cuperẽt luſtrari: purgari vt maculati cõtagione illi/
us. ¶ Si qua ſulphura: purificabant. n. antiq, ſi quo piaculo eſ/
ſent polluti ſulfure, aqua, ouo, igni, & lauro. Apuleius libro
xi. Nauę ſummus ſacerdos teda lucida, ouo, & ſulfure. ſolen/
niſſimas pces de caſto pfatus ore q̃ puriſſime purificatã Deæ
nũcupauit. De purgatiõe ignis, ſulfuris, & aquæ Ouid. Oĩa
purgat edax ignis, vitiũque metallis Excoqt: iccirco cũ duce
purgat oues. Alibi: Terque ſenẽ flãmã: ter aqua: ter ſulfure lu/
ſtrat. ¶ Tedis: purificationẽ intelligit, q̃ fit per ignẽ. Nã teda
arbor eſt reſinam ferẽs, q̃ facile ardet. ¶ Humida laurus: Plin.
lib. XV. ſcribit: Honorẽ lauris habitũ in triũphis, qa ſuffimen
tũ ſit cædis hoſtiũ & purgatio: ut tradit Maſſurius. Oui. Nu
da fit hinc laurus, lauro ſparguntur abunde Oĩa, quæ dños
ſunt habitura nouos. ¶ Illuc heu miſeri: hoc pendet ex illo
uerſu: Eſſe aliquos manes: & ſubterranea regna, ut ſit ſenſus:
Domitianũ, oẽſque nobiles, qui tam obſcæne viuunt, memi/
niſſe debere inferos oĩno eſſe, & oẽs illuc traduci, ubi p de/
lictis puniunt. Sic & Ouid. X. Metamor. Tẽdimus huc oẽs,
hæc eſt domus ultima. ¶ Arma qd vltra: ex ſtomacho nobi/
litatis pollutę ludis ſcęnicis & gladiatoriis: nimiaque mollicie
fluẽtis. Quid inquit pdeſt armis & uirtute nſa extremas or/
bis ptes eſſe ſubiectas: cũ in urbe nſa iam neglecta oĩ hone/
ſtate ea cõmittunt uitia: q̃ in ipſis puinciis quas uicimus: nõ
cõmittũtur: q̃uis tñ qdam externus flagitioſe uiuat: ſed hoc
Iuuerna ingt eſt ex cõmercio nſo. ¶ Iuuernæ: Iuuerna inſula eſt Ocea
Orcades ni britãnici. de qua Põponius Mella. ¶ Orcadas: orcades in/
ter iſulas Oceani britãnici cõnumerant. dieꝝ (vt ſcribit Soli
nus) ſeptẽ, totidẽque noctiũ curſu: nũero tres. Ab Orcadibus
vſque; Tylen qnque dierũ & totidẽ noctiũ eſt nauigatio. ¶ Mo/
do captas: ex hiſtoria eſt. Nã (vt ſcribit Hieronymus in Cro/
nicis Euſebii) Claudius impator de Britãnis triũphauit: &
Britannia Orcadas inſulas impio Romano adiecit. ¶ Britãnos: Britã/
nia iſula vltra oras gallici littoris octingẽtis & amplius mil/
libus paſſuũ longa porrigit: vt nomẽ pene alterius orbis me
reretur: a qua Oceanus noiatur britãnicus. Virg. Et penitus
toto diuiſos orbe Britãnos. ¶ Cõtentos minima nocte: Cę/
ſar in cõmentariis oſtẽdit Britãnos breuiores hẽre noctes.
Illudque prorſus falſum eſt: qd alii ſenſere nullã illic eſſe noctẽ
æſtiuo ſolſtitio. ¶ Sed q̃ nunc: ſenſus eſt: Ea vitia q̃ nos com/
mittimus i vrbe nſa: ipſi populi quos vicimus nõ cõmittũt
domi ſuæ: ſicque mores ſui tpis notat. ¶ Populi victoris. ſ. Ro
mani. ¶ Quos vicimus. q. d. ipſi puinciales. Nam puincia (vt
diximus) dicta eſt quaſi pcul victa. ¶ Et tñ vnus Armenius
Zalates: aſtute poeta oſtẽdit mirũ nõ eẽ ſi & in puinciis alia
cõmittãtur flagitioſa. Nã ex ſeminario inqt Romano ſcele/
rũ radices ad reliquos ppagatæ ſunt populos. p Zalatẽ aũt
Armeniũ intelligit, & reliquas gẽtes exteras & lõginqs cõ/
tagione Romanoꝝ eſſe corruptas. ¶ Armenius Zalates: ob/
ſes Armenius. Eſt. n. nomẽ pprium obdis. Nã obſides ex Ar/
menia traditos fuiſſe Romanis ſcribit Cor. Tacitus. Trade
bãtur ẽt aliunde & pcipue ex nationibus lõgĩqs. Tranquil
lus in Auguſto: quodam aũt muneris die Parthorũ obſides
tunc primũ miſſos p arenam mediã, ac ſpectaculum induxit.
Idẽ in Caligula: præ ſe ferens Dareũ puerũ ex parthorũ ob/
ſidibus. Quoſdã Caligula (vt ſcribit idẽ Tranqllus) obſides
dilexiſſe fertur cõmercio mutui ſtupri. ¶ Mollior: effœmina/
tior. ¶ Ephebis: nã ἔφηβος puber dr: ἐφηβάω pubeſco: ἐφη/
βεία ætas eſt prima adoleſcẽtię. ¶ Indulſiſſe: exhibuiſſe in tur
pe obſequium. ¶ Ardẽti tribuno: ipatienter amanti. ¶ Aſpice
qd faciãt: veluti exclamatio poetæ tãgentis mores ſui ſæcu/
Obſes li. ¶ Obſes: is eſt q a patria principibus dari ſolet cũ honore
cuſtodiendus de fide ſeruanda. vñ Feſtus Põpeius ait obſidẽ
dictũ quaſi ob fidẽ. i. pp fidẽ: q ob fidẽ patriæ pſtandã dat.
¶ Hic fiunt hoies: erouicos. i. hic fiunt hoies ſcelerati. ¶ Nam
ſi mora lõgior: ſenſus eſt: Si forte pueri externi diutius Ro

mæ mãserint statim aderunt, q eos ament mittantq; mune
ra qbus soleant delectari ēt domi suæ. Talibus.n. rebus faci
lius q̃ pecunia vidēt capi posse. Aliq ita exponunt: Mittent
braccę. cultelli, pmittentur & relinquent vestimenta quali/
bus in patria vtebãtur & studia exercendorꝫ equorꝫ: & viri
lis disciplina dediscēt: reportabuntq; i patriã mores Roma
nos pditissimos. placet magis intelligas ab amatore adolescē
tulis obsidibus mitti talia munera, qbus in patria sua dele/
ctatur: sicq; muneribus corruptos oēm turpitudinem Ro
manam labi: domumq; & in patriã tales mores Romanos
Braccæ reportare. ¶ Braccę: braccas scribit Diodo. esse vestes, quas
Galli ad terrorē intonsas & varii coloris ferũt. Easdēq; grę
cos anaxiridas vocare. Cor. itē Tacit⁹ a Diodoro nõ dissen
tiens ait sic: At Cecinna velut relicta post alpes sæuitia ac li
cētia modesta agmine p Italiã incessit. Ornatũ ipsius munici
pia, & coloniæ in supbiam trahebant, q versicolori sagulo
Braccas barbarꝫ tegmen idutus togatos alloqueret. Brac/
cas itē docet Suetonius in Cæsare vestes esse, cũ ait: Gallos
Cæsar in triũphũ ducit. Idē in curia Galli braccas deposue
runt, latũ clauũ sumpserũt. Flauius Vospicus in Aureliano:
Inter hæc fuit Tetricus braccis gallicis ornatus. ¶ Flagellũ:
q'o eq excitãtur ad cursum. diminutiuũ est a flagro. ¶ Sic: p
cõmertia romanorꝫ & longã morã manēdi in vrbe. ¶ Mo/
res p̃textatos: aut mores Romanos. i. qualibus istructi sunt
Prætextati nobiles Romani cũ p̃rexta habitus fuerit Romanorꝫ, & (vt
testat Asconius) hõestorꝫ: & toga viliorꝫ. vnde Sene. ad Lu
ci. Parem aũt Deo pecunia non faciet: Deus nihil habet p̃te/
xta nõ faciet. Deus nudus est. Prætextã diximus vestē fuis/
se, qua puerilis ętas vteret vsq; ad quartũdecimũ ãnũ. Erat
ēt magistratuũ: sed non tribunꝫ. vnde apparet tribunũ nõ
fuisse magistratũ. Aut mores p̃textatos i. sordidos & obscę
nos. vñ Suetonius i Vespasiano: Erat. n. dicacitatis plurime
& sic scurrilis: ac sordidæ, vt ne p̃textatis qdem verbis absti
neret. Nã p̃textatum sermonē veteres dixerunt obscœnũ: ab
eo dictũ q p̃textatis nefas sit obscęno verbo vti. Alii dici exi
stimant, q cũ in nuptiis a Spõso & sponsa p̃textæ depone/
rent: a multitudine puerorꝫ obscæna clamarent. Macrobius
itē in secundo Saturnaliũ p̃textata verba obscęna eē ostēdit
his verbis: Hæc nobis sit literata lęticia, & docta cauillatio.
Vicē planipedis & Subulonis impudica & p̃textata verba
Artaxata iacientis. ¶ Artaxata: idest in prouincias sitas. Artaxata autē
numero tãtum plurali vrbs est maioris Armeniæ: sita iuxta
Araxem fluuium, caput gentis, eo imperãte Nerone Corbu
lo cum bellum aduersus Tiridatem regem Armenię gereret
deleuit, æquauitq; solo, quia teneri non poterant sine vali/
do præsidio ob magnitudinem mœnium.

ASCē. ¶ Vicit & hoc mõstrum &c. Rep̃hēdit ardētissime nobiles
Romanos, q sicut olim coacti erant a Nerone: ita nũc spõte
gladiatorio munere se polluebant. vñ dicit Calderi. Tpib⁹
Iuuenalis Domitianus edidit pugna virorꝫ & mulierꝫ: mul
tiq; nobile illic p̃stiterũt operã. vñ ipse alibi in eosdē: Quãti
sua funera vendãt Quid refert: vēdũt nullo cogēte Nerone
Scribit in Vitellio Tacitus: Cautũ seuere: ne eqtes Romani
luto & arena pollueren t. Et Tranqllus Neronē scribit exhi
buisse ad ferꝫ q̃drigētos senatores, & sexcētos eqtes Roma
nos, Domitian⁹ vero nõ coegit: sed illi educati sub Nerone
īter ludos scænicos spõte in theatrũ veniebãt: qd Iuue. alibi
cõquerit sic Citharœdo pricipe mitu Nobilis: hæc vltra qd
erit nisi lud⁹. Per gracchũ ãt oēm nobilē & p̃potētē itelligit
qñt dicit: q fuscina Gracchi, q̃ i arena vsus ē, vicit mõstrũ:
virorꝫ nubētiũ sane intelligi debet. Vñ scies vitii grauitatē
duob⁹ modis p̄sitari posse: aut i eo: q id hēt, aut ī aliis. Ma/
nifestũ ãt vitiũ sodomiticũ lõge grauı⁹ eē cõmittētib⁹ q̃ scę/
nica. i. iocularia vitia: & historionica i nobilibus verũtñ, qa il
li secrete faciebãt: licet dicat eos publice nupturos: vt min⁹ p
niciosum & pauciores scãdalizaret: q̃ vitia illa nobiliũ, q̃ i pu/
blico spectaculo fiebãt. ob quã cãm dicit poeta: q licet dicat
imo psuadeat eis q nullus sit īfernus: tñ deberent honestius
viuere ea de cã, q̃ maiores eorꝫ honeste vixerũt, qd cũ non fa
ciãt multos trahũt in errorē. Vñ damnauit dicēs: Aspice qd
faciãt cõmercia. Ordo est: Fuscina. i. iaculũ retiarii: hoc est re
te quo secutorē capet. Gracchi. i. nobilissimi uiri tunicati. i. q
erat tunicatus. i. q veste sine manica idutus vt expeditior es
set, usus ē. vicit & . i. ēt. hoc monstrũ virorꝫ nubētiũ. s. & qdã
sup. gladiator. i. gladio dimicãs publice. generosior. i. clario/
ris generis Capitolinis. i. nobilibus illis a Capitolio defenso
noiatis & Marcellinis: & paulis minoribus. i. Pauli Aemilii
nepotibus: & Frabriciis & oibus spectãtibus ad. i. apud Po
diũ. i. illũ locũ altiorē in theatro. vñ nobilissimi ludos deor/
sum spectabãt. lustrauit. i. circuiuit fuga. i. fugiēdo, mediam
arenã. i. locũ publicũ arena stratũ. Licet tu admoneas ipm. s.
Neronē olim vel nunc Domitianũ: cuius munere misit tunc
retia verbis sequētib⁹. Nec pueri. i. nõ solũ viri prudētes nõ
credũt: sed ne pueri qdē: nisi q nondũ lauant ære. i. p̃tio: hoc
est uisi q tã parui sunt q cũ parētib⁹ balnea intrãt, nõ exigi
tur ab eis pecunia credũt esse aliquos manes. i. inferos & re/
gna subterranea. i. ifernũ: q̃ sub terris esse dicunt. & contũ. i.
hastã longiorē. qua nautæ vtunt: & nigras ranas in gurgite
. i. voragine. stygio: illius paludis ifernalis a tristitia dictę. ac
q; tot millia quot a Virg. in. vi. innumt trãsire vadũt Stygie
paludis. vna cymba. i. scapha seu nauicula. sed tu puta eē ve
ra q̃ dcã sũt: vł puta q illã q ambo Scipiade. i. ambo Scipio
nes senseit. & Fabrici⁹ & manes Camilli. & q legio. i. multi
tudo occisorꝫ Cremete. i. apud Cremerã fluuiũ Thuscię: vbi
trecēti Fabii occubuere. & iuuētus. i. multitudo iuuenũ Ro
mãorꝫ. ɔsũpta. i. occisa ab Hãnibale. Cãnis. i. apd Cãnas Ap
pulię vicũ. Et q tot bellorꝫ aię. i. q̃ i tot bellis corpib⁹ migra
uerunt. puta inq oia esse vera. Hēt Hieronymus nr̃ cõsimilē
sniamq; p̃bat ea q̃ de pœnis iferni, & de difficultate, salutis
nr̃æ a sanctis dicta sunt: nõ eē friuola: nec ad terrorē tãtum
mõ dicta: q̃ si ipsi sensissent, q p delicias ad æternã vitã in/
gredi potuissent. nunq̃ tam aspere & tã caste vixissent: nec p
fidei veritate mori voluissent. Sic ergo dicit. Iuue. licet nunc
stulti dicãt nullos eē manes: & q̃ de iferis dr̃, eē fictitia. qd
& Macrobius & multi alii phi, sicut Epicurus, q docuit aias
cum corporibus interire: senserunt dicentes nõ esse alium lo/
cum inferorꝫ. q̃ vbi nunc sumus. tñ verisimile est oēs illos Ro
manos nobilissimos & clarissimos viros: q vltro p p̃tria mor
tui sunt: bñ sensisse de statu post mortē: in quo p bñ actis p̃/
mia: & p peccatis supplicia reposita credebant. Et ideo quo
ties talis vmbra. i. aia taliter uiuentium & credentium venit
hinc. i. ex hac vita ad illos. i. defunctos. ipsi oēs cuperēt lustra
ri. i. expiari vel purgari. si qua. i. aliqua sulfura darent. i. cõce
derent ad purgationē. cũ redis. i. lignis pinguibus. vñ facile
fit ignis. & si laur⁹ humida. i. humoris & viriditatis plena fo
ret. i. esset eis. Credebãt eni gētiles sicut & nos quasdã aias
purgari p ignē: sed & quasdã p aerē & p aquã. Vñ Virg. in
vi. Alii pandunt inanes Suspēsæ ad ventos: aliis sub gurgite
vasto Infectũ eluitur scelus, aut exurit igni: Heu nos miseri
traducimur illuc. i. ad inferos. Credebant. n. Elysios cãpos. i.
locũ beatorũ esse apud iferos. qd. i. ad qd nos. s. Romani p
mouimus. i. extendimus. aut porro mouimus arma. i. bella
gessimus. vltra littora Iuuernæ. i. regionis iter Britanniã &
Hispaniã. & Orcadas paruas. i. illas isulas i Oceano iacētes.
& Britãnos: quos Anglicos vocant maxime circa Hiberniã.
cõtētos minima nocte. Sed illi quos vicimus nõ faciunt sup.
ea scelera, q̃ fiunt nunc i vrbe populi victoris. & tñ vnus Ar
menius Zalates noie existēs mollior cũctis ephebis. i. adole/
scētibus adhuc iberbib⁹. dr̃ se idulsisse. i. ad libidinē exposuis
se tribuno ardēti sup. libidine. Aspice qd cõmercia. i. couersa
tiones faciãt. Zalates venerat Romã obses. i. vas. hic. i. Ro/
mę fiũt hoies, hoc dicit p ironiã. q. d. venerat vir et redũt mu
lier. Nã si lõgior. i. plixior mora. idulsit. i. affectuose cõcessit
pueris vrbē. i. Romã. amator. i. corruptor & cõcubitor ma/
sculorũ nõ deerit vnq̃. i. aderit statim. Braccę. i. talia indumē
ta talib⁹ pueris p more p̃triæ grata. & cultelli & frena & fla
gellũ ad ipellēdũ equos: q a pleriq; oēs faciũt adolescētes: aut
equos alet &c. Et ipsi sic corrupti p dona referũt. i. reportãt.
Artaxata. i. ad illã vrbē maioris Armeniæ. mores p̃textatos
. i. p̃textatorꝫ: hoc est nobiliũ Romanorꝫ p̃cipue adolescentũ

Satyra Tertia.Quamuis digressu.

IOAN. Brit.



Vamuis digressu. Reprehēsurus poeta hac Satyra varia vrbis vitia illud in primis cōquerit nullū esse in vrbe locū viris bonis: sed tm peregrinis, maximeq; grecis, seruilibus, assentatoribus. Introducit q; Vmbriciū haruspicem sui tpis amicum suū parantem ob prauitatem morū ab vrbe discedere: cui ad notanda vitia dat partes suas. Ait ergo poeta: Quamuis nō possim non cōmoueri q; amicus meus Vmbricius ab vrbe discedat: tñ habita discessus ratione laudo eius cōsilium: q; relicta vrbe Roma statuat migrare Cumas. ¶ Cōfusus: subaudi extrinsecus sim. vt sit: q̃uis sim totus pturbatus & cōmotus. Nam

Cōfundo — confundi est contristari & cōmoueri. Valerius lib. iii. Alcibiades interrogauit Periclem auunculū qd ita tantā in vultu confusionē gereret. ¶ Amici Vmbricij. haruspicem fuisse docet Plini. lib. x. capi. iiii.

Destino — ¶ Destinet: statuat, paret. Alias mittere significat. vt alibi: Destinat hoc monstrum cymbę, liniq; magister Pōtifici summo. Destinare itē attribuere: vt marmora destinata sunt templo Dianæ. i. attributa.

Cumæ — ¶ Cumis: Cumæ in campania ciuitas est: quæ antiquitate cunctas & Italię & Siciliæ vrbs antecellit: quā Hippodes Cumæus, & Megasthenes Calcidensis condiderunt: qua ex re Cumæ nuncupantur a Cumæis: q ex Euboia venerant. Nōnulli Cumas ob κυματα. i. fluctus nomen duxisse memorāt. littus. n. pximū frequentibus abundat tergoribus, qbus illisę fremūt vndę. Hęc Stra. lib. v. Ibi Sacellū

Sibylla — (auctore Solino) fuit Sibyllæ: quæ Cumæa est cognominata. ¶ Vacuis: non tā plenis hoium q̃ est Roma: vt sit honesta ratio illic habitādi. ¶ Sibyllę: nā illic (vt dixi) sacellū habebat Sibylla. Nomen est aūt officii nō ppriū. Nā antiqui Sibyllas appellauere oēs puellas, q̃ numine afflatę Deo℞ cōsilia enunciarent. σιὸς. n. Deū significat: & βουλὴ consilium: q̃si σιοῦ βουλὴ.

Baiæ — ¶ Ianua Baiarū. i. Cumæ ciuitas est ianua Baiarū: vt euntibus Baias ab vrbe Roma necesse sit transire Cumis: & ita est tanq̃ quædā ianua q̃ excipiat: & emittat pficiscētes ad oppidū Baias. Eo multi Ro. tpe æstatis animi cā migrabāt. Ibi. n. erāt calidæ aquę, & ad voluptatē & sanādos morbos accōmodatissimæ. Horatius: Nullus in vrbe locus Baiis pluceet amœnis. Baias, inqt Seneca ad Lucillum, sapiēs vir nūq̃ eliget q̃ diuersoriū vitio℞ esse cœperūt. illic sibi plurimū luxuria pmittit. Baię āt ciuitas ē Cāpaniæ a socio Vlyssis Baio illic sepulto denoiatæ. Sillius Italicus: Primores adsunt Capuæ: docet ille tepētes Vñ ferant nomē Baiæ, comitēq; dedisse Dulychiæ puppis stagno sua noia mōstrat. ¶ Et gratum littus. i. totus ille tractus littoralis, q ē iter Baias, & Cumas amœnissimus ē. Nā de Cumęo littore itelligit: cū dicat Cumas eē ianuā Baia℞ & littus amœnum. Illud deniq; constat oium sig lē nō modo Italię tm, sed pene toto orbe terrarum pulcherrimā Cāpanię plagā esse: nihil hospitalius mari. Hic illi nobiles portus, Caieta, Misenus, tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus & Auernus, quædā maris hostia: hic amici vitibus montes. ¶ Ego vel Prochytā pp̄ono Suburræ: antipophora est. q̄si aliquis dixerit Cumas locū esse desertum & parū frequentatū, & ipse respōdeat: Ego etiā Prochytā. q. d. vilissimū queq; locū pp̄ono Suburræ regioni vrbis Ro. frequētatissimæ. Nā Prochyta insula est in littore Cāpano, de qua ita Plin. Inarimes mons fuit, q terræ motū passus alterā fudit insulam: quæ Prochyta ab effusione dicta est. Nā procheo effundo significat Ouid. Inarimē, Prochytāq; legit. Stra. in. vi. sic scribit: Prochyta & Pithecusæ auulsæ de terra partes sunt, eodē modo & Capreæ. ¶ Suburræ: ac si dicat amœniori etiā loco vrbis. Nā regio erat (vt diximus) celebratissima in vrbe. ¶ Nā qd tam miserū: ratio q̄re pluris faciat hęc loca tam deserta q̃ Romā. Nā quid inquit tā solitariū vidimus vt nō sit longe melius illic esse q̃ Romæ: vbi quotidie multa varii generis pericula & incōmoda oibus iminent, pcipue q; pauperibus. ¶ Tā solū: tam solitarium & desertū. ¶ Horrere incēdia: q̄ crebra in vrbe videbantur nō sine multorū calamitate. Nā imperante Nerone centū triginta duæ domus, Insulæ quatuor, sex diebus (vt scrib. Seneca) arsere. ¶ Lapsus assiduos: assiduas ædificiorum ruinas. ¶ Sæuæ vrbis: magnæ. aut sæuæ vbi quotidie sæua multa acciderent. ¶ Et Augusto recitantes mense poetas: subaudi extrinsecus audire. Nā & hoc inter alia vrbis incōmoda connumerat, refert. n. ad fastidium audiēdi poetas passim recitātes vt dicat: Nihil qdē tā solitarium est, tāq; desertum quo non putes esse deterius ppetī vrbis incōmoda: vbi horremus incēdia: deniq; cogimur audire poetas recitātes ēt mēse Augusto q nobis occurrētes velint audiri. Mēse autē Augu. dixit ex stomacho. q. d. eo tpe quo Ro. migrant. vt sit sensus: Ciuitas nunq̃ est adeo ciuibus exhausta, qn sp hēat poetas q mēse Augusto cum oēs fere migrarunt recitatione sua te vexent. Nā (vt diximus) initio opis nō sine molestia audiebantur.



Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Tertia.



Vamuis digressu veteris confusus amici,
Laudo tamen vacuis quod sedem figere cumis
Destinet, atq; vnum ciuem donare Sibyllæ.
Ianua Baiarum est, & gratum littus, amœni
Secessus, ego vel Prochytam præpono Suburræ.
Nam quid tam miserum, & tam solum vidimus, vt nō
Deterius credas horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula sæuæ
Vrbis, & Augusto recitantes mense poetas?

ASC



Vāuis digressu. In hac tertia Satyra poeta (vt inquit Calderinus) reprehēsurus acerbitate satyrica ciuitas romanę vitia: ex hoc pfertim q; bonis viris locus nō sit in vrbe: sed tm pegrinis & seruilibus assentatoribus: Vmbricium suę ętatis virum optimum & haruspicē migrantē introducit: eiq; suas dat ptes ad vrbis icōmoda exponēda. Dicit ergo primo q; mœstus qdē & pp digressionē amici sui Vmbricii: sed tñ eū laudare & consilium eius, q; pponat habitare Cumis nō tam populosis, nec tātis incōmodis, vt ciuitas Romana est, pressis. Quia i multis locis sunt iucundi & amœni secessus quos pferat vico Romano populosissimo: imo poeta dicit se malle habitare in isula desertissima, sicut erat Prochyta q̃ in Suburra. nā nulla solitudo, aut vastitas seu desertio loci ē tā misera, aut tā molesta cuiq̃ vt icōmoda ciuitatis & picula q̃ ex parte enarrat. Vnde ordo ē: Quāuis ego sup. sum cōfusus. i. pturbatus animo: digressu. i. pp̄ter digressū amici mei Vmbricii haruspicis, tamē ego laudo q; destinet. i. intēdat, figere

Sed cum tota domus rheda componitur vna,
Substitit ad ueteres arcus, madidamq; Capenam,
Hic vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ.
Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur
Judęis, quorum cophinus, fœnumq; supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor, & eiectis mendicat silua camœnis.
In uallem Aegerię descendimus, & speluncas
Dissimiles veris. quanto præstantius esset
Numen aquæ, viridi si margine cluderet vndas
Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum?

.i. Romanæ sedē .i. mansionē. Cumis .i. in ea ciuitate antiquissima quæ est i Campania Italiæ. atq; destinet .i. animo proponat. addere .i. adiungere Sibyllæ .s. Cumanæ, quę Cumis resedebat. vnum ciuē .i. ciuitatis eius habitatorem: videlicet seipsum. ianua .i. introitus Baiarū est litus gratum .i. vtile & cōmodum. & secessus amœni .i. receptacula a populo seposita longe amœnissima: q.d. dicat nō esse opus vt q Romę maneat: cū tā amœni sint secessus i Campania: vt Cumis & Baiis. Et si nō essent secessus tam amœni: tamē inquit ego prępono .i. antepono Suburrę .i. regiōi illi romanę: Vel vico ciuitatis romanæ sub muro terreo longe celeberrimo. Prochytā insulam paruā & desertam ante Misenū iacentem, nā quid vidimus tam miserum, & tam solum .i. desertum: quasi dicat nihil est tam miserū: vt nō credas sup. esse deterius .i. peius. licet pprie sit minus bonū horrere incēdia: & assiduos lapsus tectorū: ac mille picula sæuæ vrbis: & poetas recitātes mense Augusto: quo tamen cæteris gymnasiis ppter intensum cauma vacatio conceditur. Innuit itaq; quod in pricipio primę Satyrę diximus: nihil molestius esse q̄ raucos & ineptos poetas audire. quorum tanta erat impudentia: vt etiam sub æstiuo calore vnumquemq; solicitarent ad audiendum.

DAN. rit. ❡ Tota domus: tota supellex domestica Vmbricii. ꝑ Rheda: genus est vehiculi. vocabulum est (auctore Quin. in primo) gallicum sicut & petoritum: quorū alterū, hoc est Rheda. vius est Cicero, altero Horati. in Satyris: Atq; caballi pascendi, ducenda petorita. Est autem & petoritum genus vehiculi: quod vulgo carrū dicitur. Auctor Porphirio. ꝑ Substitit: restitit expectans Rhēdam. ꝑ Ad veteres arcus: aliquid intelligunt arcus quos Romulus construxerat latericios: quos postea Romani florentes opibus in marmoreos mutauerunt: ne conditoris sui memoria periret possemus etiam intelligere arcus tergeminorum Horatiorū: q ad portā Capenam erant: vbi & cāpus eorū erat. Mart. Capena grandi porta. qua pluit gutta, Phrygiæq; matris Almo q̄ lauant ferrū, Horatiorū qua nitet sacer cāpus. hocq; melius. nam ait Vmbriciū substitisse ad portā Capenā: iuxta quā erat cāpus tergeminorū cum arcubus. Locū etiam fuisse Romæ: qui diceret sub veterib⁹, docet Pli. li. xxxv. sic. Hinc Marci Crassi oratoris ille lepos agētis sub veteribus, cum testis cōpellatis instaret. Eiusdē meminit & Plau. in Curculione: Sub veteribus ibi sunt, qui dant, quiq; accipiunt. ꝑ Madidamq; Capenā: Capena porta erat: quę etiā Appia (vt auctor est Frontinum de aquæ ductibus) dicta est i per quam itur Capuā. Propertius: Armaq; cū tulero portæ uotiua Capenæ. ꝑ Madidam: ideo quia (vt scribit Probus) super eā erat aquæ ductus. Quod & Martia. comprobare videtur carmine antedicto: Capena grandi porta qua pluit gutta. ꝑ Hic: pro illic substitit. ꝑ Vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ: Numa Pompilius secundus post Romulum rex Romanorum quo efficacissimum Deorum metum rudi & imperitæ multitudini incuteret: simulauit se congressus nocturnos, cōnubiumq; habere cum Aegeria Dea: eius monitu non modo rempu. administrare: sed etiam quæ acceptissima Diis essent sacra instituere, sacerdotesq; suos cuiq; Deorum præficere. Erat autem lucus extra portam Capenam, quem mediū ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: vbi nympha habitare ferebatur: eo Numa se persæpe sine arbitris velut ad congressum Deæ inferebat: camœnis eum lucum sacrauit: q earum sibi concilia cum coniuge sua Aegeria essent, & soli Fidei solemne instituit. Ait nunc poeta lucum illum & delubra musis sacrata Iudæis mendicis locari. Et sic auaritiam sui tēporis flagellat: quæ res etiam ex tāta inopia exigeret: & paupertatē ostendit Judęorū, qui euersis Hierosolymis a Vespasiano per orbē pfugi mendicare cogebant: & edicto Domitiani pulsis vrbe necesse fuit colere siluas. ꝑ Amicæ nocturnæ: nā noctu cōgressum cū ea simulabat. ꝑ Quorū cophinus: subaudi est. adeo, inqt, pauperes sūt Iudæi, vt nihil aliud habeant. q̄ cophinum & fœnum, nā fœni fasciculum gestabant & cophinū. Vnde in Satyra sexta: Cophino fœnoq; relicto. Cophinus autē vocabulū est græcū: apud nos (auctore Prisci.) corbem significat. Sydonius de eo ita meminit Ordinis res ē, vt Aegyptius Pharao incedat cū diademate, Israhelita cum cophino. ꝑ Sacri fontis nemus: nam fons ex opaco specu medium (vt dixim⁹) lucū rigabat perēni aq̄. Sacrū aūt fontē appellat, aut quia oēs pariter fontes sacri habētur. vñ Horatius: Nunc ad aquæ lene caput sacræ: aut quia Numa (auctore Plutarcho) non solum camœnis lucum & prata, quæ circum erant, sacrauerat: sed & fontem ipsum, qui sacris vestalibus virginibus erat constitutus. ꝑ Delubra: camœnis antea a Numa consecrata. Delubrum. Var. libro octauo rerum diuinarū, vt recitat Macrobius libro primo Satur. ait alios existimare in quo præter ædem sit area assumpta Deum causa: vt est in Circo flaminio Iouis statoris. Alios in quo loco Dei simulachrū dedicatum sit. & adiecit: Sicut locū in quo figerent candelā candelabriū appellatū: ita in quo Deū ponerent nominatū delubrū: de quo ita accepit Vir. in. ii. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiūt. & vt mox simulachrū nominaret, subtexuit: Sæuęq; petūt Tritonidis arcē: Sub pedibusq; Deę, clypeiq; sub orbe teguntur. Festus vero sic ait: Delubrū dicebant fustem delibratum: hoc est decorticatum: quē venerabantur pro Deo. Asconius item Pædianus sic scribit: Sunt etiā qui delubra ligna delibrata .i. decoriata pro simulachris Deorū more veterum posita existiment, sed male. Illud tamen constat Delubra poni generaliter pro tēplis. vnde Pli. lib. xxxvi. Durat Cyzici delubrum quo filū aureū cōmissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex. ꝑ Omnis arbor iussa est pēdere mercedē: hinc exit summa indignatio poetæ, q etiam ob auaritiam loca sacra Romani profanarent locando ea Iudæis. ꝑ Pendere mercedem soluere. Nam penso ære & nō numerato debitum soluebāt. ꝑ Populo: scilicet Romano. ꝑ Omnis silua: idest omnes Iudæi habitātes in silua. ꝑ Eiectis camœnis quibus lucus erat sacratus. Camœnæ autem dicuntur musæ quasi canenæ a canendo. ꝑ In vallem Aegeriæ: idest in lucum, de quo diximus camœnis consecratum: & in quo simulabat colloquiū habere. Numa cum Aegeria. ꝑ Et in speluncas: in specum, de quo dictum est. ꝑ Dissimiles veris: naturalibus non similes. Nam quæ ex topho antea erant: aucta Romanorum luxuria & ambitiōe marmoribus sunt adornata. ꝑ Numē aquæ: fontis. ꝑ Quanto præstantius esset: idest excellentius & proinde præsentius: si in natura sua mansisset. & non marmore incrustatum esset. vt ostendat Deos rebus humanis nō capi: sed bona, synceraq; hominū voluntate gaudere. Vnde ait Sene. ad Lucilium: Cogita Deos cum popitii essēt, fictiles fuisse. ꝑ Clauderet vndas: vestiret. ꝑ Violarēt tophum: nam violari videt topho: q ex hoc loco suo detrudit appositis marmoribus. ꝑ Tophum: tophus lapis est leuis & cauernosus. ꝑ Ingenuū: ibi natum. Vnde & Lucretius: Ingenuos appellat fontes ibi natos: nec aliūde ductos. Vnde mare, ingenui fontes, extremaq; longe Flumina suppeditāt. translatio est ab iis q liberi nati sunt. Nam ingenuus dicitur, qui vt statim natus est, liber est, siue ex duobus ingenuis matrimonio cōstante editus est, siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino & altero ingenuo, lege Iustinianum.

Cophinus

Delubrum

Camœnæ

Tophus

Ingenuus

❡ Sed

Ci. ❡Sed dum tota cohors &c. Describit locum quo conuenerae Vmbricium: & id non sine acerbitate satyrica in auaritia Romanorum: q ai sanctissima loca & musis olim consecrata Iudæis locabant. Legendum puto: Sed dum: qua cum subiunctiuum efflagitat in sensu quo hic poneretur: cum autem non tam congruit. Nam ordo est: Sed interea dum tota domus: idest omnis supellex Vmbricii per quod significat uir cõtinens, & minime auarus componitur .i. simul ponitur in una rheda: idest uehiculo humili. ipse Vmbricius substitit: idest parum stetit expectans aduentum rerum suarum: ad ueteres arcus, quos Romulus literitios fecerat. Fiebant autem arcus lapidei sicut in pontibus ad memoriam triumphi aut uictoriæ egregiæ. unde hos factos dicit Calderinus ob memoriam Horatiorum tergeminorum: de quibus est. Liuius libro primo: Et ad id iuxta Capenam supple portam madidam propter fontes & aquæductus illic existentes: & fontinalia festa, quæ illic celebrari cõsueuerunt puteis coronatis, & sparsis floribus in fontes. cõstitit inquam hic: idest in eo loco: vbi: idest in quo loco. Numa Pompilius scilicet secundus Romanorum rex. & vir religiosissimus: qui cum vxore sua Aegeria nympha dicebat se habere nocturna colloquia super sacris ab se institutis: vt reuerentia maior haberetur eis pro numinis auctoritate. constituebat supple colloquendi tempus amicæ nocturnæ: idest, cum qua tempore nocturno amicorum more locutus est: idest familiariter: & hoc tempore suo. Nam nunc: inquit, nemus: idest secessus ille & locus a nemine propter religionem omnium habitatus sacri fontis: in quo erat sacer fons. & delubra: idest templa Deæ illic constructa locantur Iudæis: quorum post destructionem Hierosolymæ: Nusquam certa domus: requies & nulla labori. Vnde dicit. quorum supellex: idest tota vtensilium collectio: est supple cophinus: in quo infantes & pauca supellex ad uictum necessaria reponebãtur: & fœnum in alimentum iumenti. omnis enim arbor: idest quilibet locus minimus: in quo ad arborem alligari potest equus aut mulus. est iussa nunc a senatu pendere: idest ad pensum dare hoc est persoluere populo Romano mercedem: idest pretium locationis & silua a silendo. Vel sylua ab hyle: idest congeriæ materiæ primæ dicta. mendicat, .i. turpẽ stipẽ a miseris Iudæis efflagitat: aut silua: idest habitans in silua Iudæorũ populus mendicat. & hoc camœnis: idest musis & cæteris nymphis eiectis: idest violenter exclusis aut expulsis. Nos ergo vt possemus: scilicet habere prolixius colloquium: longa enim est Satyra: descendimus in vallẽ Aegeriæ vbi erat fons Aegeriæ sacer. & ad supple speluncas: idest antra Dearum dissimiles. veris: idest longe distãtes ab illis naturalibus a natura exhaustis: cum iam sint manu exhaustæ: cum ars imitetur naturam non præstet. Vnde dicit quanto: quasi dicat multo præstantius esset numen aquæ: idest sanctitas propter præsentiam numinis. nullus enim fons credebatur sine numine. si herba illic nascens clauderet: idest circondaret: vel potius sepiret vndas: idest aquas fontales. viridi: idest virenti. margine: idest extremitate. & marmora quę nunc sunt per artem polita: & illic constructa. non violarent: idest corrumperent, & minus religiosum redderent. tophum: idest lapidem scabrum illic nascentem. Vnde dicit ingenuum: quasi dicat inde genitum. vel non adulteratum, nec fuco aut arte simulatum, quod ingenuorum est.

Hic tunc Vmbricius quando artibus inquit, honestis
Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor est, here q̃ fuit, atq; eadem cras
Deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
Ire, fatigatas vbi Dædalus exuit alas,
Dum noua canicies, dum prima, & recta senectus,
Dum superest Lachesi quod torqueat, & pedibus me
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.
Cedamus patria. viuant Artorius istic,
Et Catulus, maneant qui nigrum in candida vertunt,
Queis facile est ædem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer.
Et præbere caput domina vænale sub hasta.
Quondam hic cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter, inde reuersi
Conducunt foricas. & cur non omnia? cum sint
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari.

❡Hic: pro illic. ❡Tunc Vmbricius: subaudi dixit. ❡Quando artibus: sensus est: Ex quo nullus iam locus est viris bonis in vrbe: nec iam vllus fructus sequitur labores: & omnia iam in deterius labuntur: statui migrare Cumas. Sic & Martialis libro tertio ostẽdit viro bono nullum esse locũ in vrbe: Quid faciam suade, nam certũ est viuere Romæ: Si bonus es, casu viuere Sexte potes. ❡Viris honestis: viris honestas artes exercentibus. ❡Nulla emolumenta: nulla vtilitas: nullus fructus laborum nostrorum est. ❡Res hodie minor est: videntur enim omnia per processum temporum in deterius labi. vnde Horatius: Dãnoso quid non imminuit dies? ❡Hodie: dicitur hodie quasi hoc die: vt inquit Asconius libro secundo Verrinarum. ❡Here: pro heri. Quintilianus ostendit magis dicẽdum here q̃ heri. Inquit enim Here nunc e litera terminamus. At veterum comicorũ adhuc libris inuenio: Heri ad me venit. quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, atque emendauit, deprehendetur. ❡Deteret: diminuet, ex consequenti: quia quæ deteruntur comminuũtur. ❡Dædalus exuit alas: Cumas intelligit, vbi Dædalus fugiens Minoem, condidit templum Apollini. Virgilius: Dædalus vt fama est fugiens Minoia regna Præpetibus pennis ausus se credere cælo. Insuetum per iter gelidas enauit ad arctos: Calcidicaq; leuis tãdem superastitit arce. Redditus his primum terris, tibi Phœbe sacrauit Remigiũ alarum, posuitq; immania templa. Dædalos autem ingeniosus interpretatur. Dædalo tamen orno, vario. De Dædalo vero latius Diodorus libro quinto. ❡Dum noua canicies: subaudi est. Canicies homini tantum est & equo. Auctor Plinius. Ordo est: Cedamus patria dum noua canicies. ❡Dum prima, & recta senectus: anno quadragesimosexto initium senectutis maiores nostri esse voluerunt: vt inquit Cicero. Gellius item libro nono Capite vigesimo octauo ait: q Tubero scripsit Seruium Tullum regem populi Romani: pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim. Atq; inde ab anno septimodecimo: quos idoneos iam esse reipublice arbitraretur milites scripsisse: eosq; ad annũ quadragesimumsextum iũctores: supraq; eum annum seniores appellasse. ❡Recta: non curua. ❡Dum superest: dum adhuc aliquid vitæ mihi superest. ❡Lachesi: Lachesis vna est Lachesis
ex tribus parcis: quæ vitam humanam summa disponere concordia dicuntur. Vna enim earũ dicitur nere vitam hominis. Altera filum ipsum vitæ colligere. Tertia abrumpere. vnde bene poeta dixit quod torqueat: idest neat: Lachesis etiam interpretatur protractio secundum quosdam: ab aliquibus sortiens: quia de nobis sortiatur. Lachos enim sors dicitur: lachano autem sortior. Cur vero tria fata sunt latius vide Apuleium in fine libri de Mundo. De Lachesi sic Martialis. Nil adiicit penso Lachesis, fusosq; sororum Explicat, & semper de tribus vna necat. ❡Bacillo: paruo baculo. Est autem diminutiuum & generis neutri. Cicero de finibus bonorum & malorum: Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum, aliud ita natum. Apuleius in primo limine primi libri metamorpho. Qua bacillum inuersi teli ad occipitium per inguem subiis. ❡Cedamus patria: mira

IOA Brit.

indignatione dictū. ¶ Viuat Arturius: Catulus & Arturius
no nina sunt vilissimorum hominum: qui ex humili fortuna
ad summas peruenerant opes. Vmbricius nunc cōqueritur
in urbe tales homines fauorabiliores esse q̃ honestos. Memi/
nit Eusebius de temporibus cuiusdam Arturii medici Au/
gusti: quem ait naufragio periisse post victoriam actiacam.
¶ Maneant qui nigrum in candida vertunt: acri bile dictū.
improbos autem & versutos homines designat: qui virtu/
tem in vitium: & vitium in virtutem vertunt. Nam per ni/
grum malū accipere debemus. Horatius: Hic niger est: hunc
tu Romane caueto. Album vero pro bono. Persius: Per me
equidem sint omnia protinus alba. vnde est illud Ouidii de
Autolyco in vndecimo Metamor. Candida de nigris, & de
candentibus atra. Sicq; poeta ostendit tale genus hominum
gratius esse. vnde & Terentius in Phormione: Hic pretium
nunc est qui recta praua faciunt. ¶ Quis facile est aedem cō/
ducere: designat cum portitores, tum alios vilissimarū rerū
redemptores: qui habentur infames ob vile lucrū quod se/
ctantur. Non enim eos pudet conducere aedes reficiendas,
flumina purganda, & vectigalia portus. ¶ Quis: pro qbus.
Eluuies ¶ Eluuiem: sordes quae per cloacas aut flumina labuntur, &
residere solent. ab eluendo dictae. Nam residentes eluuntur
aqua dilabente. ¶ Conducere portus: idest portoria redime
re: quae in portu exiguntur. vnde & portitores sunt nomi/
nati: qui vectigalia exigunt ad portus: qua significatiōe ita
Portitor accipitur illud Vigilanū: Portitor ille Charon. de hoc vbe
rius dicemus infra: Quem porrigat ore trientem. ¶ Portan/
dum ad busta cadauer: libitinarios designat, qui cadauera se
Libitinarius pelienda conducebant. Nam in templo Libitinae ea vēdi so/
lebant, quae ad sepeliēdum mortuum fuissent necessaria. Fu
nera enim locabantur. vnde Plinius vigesimoprimo libro
loquens de Scipione Ssario: Asses ergo contulit populus, ac
funus elocauit. iiq; qui vendebant libitinarii dicebantur, po
linctores vero qui sepeliebāt. vnde Vulpianus de Institoria
actione: Si libitinarius seruum polinctorem habuerit, isq;
Polinctor mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriā actio
nem. Cumq; ex aere lucrum sectarentur, mortem multo/
rum optabant. unde Seneca de Beneficiis: An tu Aruntium,
& Atelum, & caeteros qui captandorum testamentorū artē
professi sunt. non putes eadem habere, quae designatores &
Bustum libitinarii vota? ¶ Ad busta: bustum proprie dicebantur lo/
cus, in quo mortuus erat combustus. & bustū dicitur quasi
bene vstum. Nunc vero busta dicuntur sepulchra. Festus.
¶ Et praebere caput: multi enim patiebātur se vendi, quod
Martianus in digestis de statu hominum sic ostendit: serui
in dominium nostrū rediguntur: aut iure ciuili: aut iure gen
tium. Iure ciuili si quis maior viginti annis se ad pretium
participandum venire passus est. Iure gentium serui nostri
sunt: qui ab hostibus capiūtur: aut qui ex ancillis nostris na/
scuntur. Plautus in Curculione: In Thusco vico, ibi sunt ho
mines, qui ipsi sese vēditant. Apud Germanos (vt scribit Ta
citus in libro de situ Germaniae) haec consuetudo seruatur
vt cum in alea omnia amiserint, extremo ac nouissimo iactu
de libertate & corpore contendant, victus voluntariam ser
Sub hasta uitutem adeat. ¶ Sub hasta: nam publica auctione in foro
ponebant hastam: quae praecipuum erat signum auctionis, eiq;
subiiciebantur omnia quę publice venderentur. Vnde Vale
rius librio secūdo. Caeterum (auctore Plinio) Scipione Nas
sica omnem apparatum operis scaenicorum subiectum has/
tae venire placuit. Tranquillus in Caesare: Et bello ciuili su/
per alias donationes amplissima praedia ex auctionibus has/
tae minimo addixit. ¶ Domina: quasi cuius potestati & im/
perio omnia essent subiecta in venditione. ¶ Quondam hic
cornicines: conqueritur Iuuenalis eos qui cornicines, & tu/
bicines non modo Romae, sed etiam in municipiis fuerunt,
eo diuitiarum peruenisse temporibus suis: vt tanq̃ magnifi/
ci & potētes viri ludos gladiatorios edant in vrbe, caedant
q; quos velint. Nam facile erat eiusmodi homines principū
liberalitate locupletari. vnde Menecratem citharoedum, &
Spiculum mirmillonem scribit Tranquillus a Nerone triū
phalium virorū patrimoniis, aedibusq; donatos fuisse. Mar
tialis, Artes vult discere pecuniosas, Fac discat citharoedos
aut choraulas. ¶ Hic cornicines: legendum est hic, & nō hi,
vt sit: Qui hic cornicines quondam fuerunt. i. Romae: & co/
mites perpetui arenae municipalis, hoc est & in municipiis.
¶ Munera nunc edunt: idest ludos gladiatorios: vt potentis
simi viri. ¶ Perpetui: assidui. ¶ Comites arene municipalis:
nam tubicines non solum theatris romanis: sed etiam muni
cipalibus buccas suas locabant. ludis. n. canētes tuba serule/
bant Municipia (vt Gellius diffinit) dicta sunt quęcū omni/ Municipia
no suis iuribus, & legibus viuerent, munera cū populo Ro.
habebant. i. tanquā Romani habebātur. Sicq; idem fuisse vi
dentur eum foedere in ciuitatem accepti. vnde Cicero i ora
tione pro Aulo Cluentio sic dicit: Equitem Romanū in mu
nicipio suo nobilem. Festus Pompeius sic scribit, Municipes
erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent: quibus nō
licebat magistratum capere: sed tantum muneris partem: vt
fuerunt Cumani, Acerrani: Arcellani, qui & ciues Romani
erant, legione merebant, sed dignitates nō capiebant. Vul
pianus iurisconsultus proprie, inquit, municipales appellan
tur muneris participes recepti in ciuitatem vt munera, no/
biscum facerent. Sed nunc abusiue municipes dicimus suae
cuiusq; ciuitatis ciues. vt si Brixianus sis, alios ciues Brixia/
nos municipes tuos appelles. Arenam ergo municipalem
intelligit: quae in municipiis esset, quae munera cum populo
Ro. caperent. ¶ Notae buccae. i. ipsi tubicines: qui etiam buc/ Buccinator
cinatores dicuntur a buccis, quas canentes inflant. est enim
bucca ea pars oris infra malam quae inflatur. Vnde Horati.
Quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet. ¶ Munera: ludos
gladiatorios. nā multi ex infima cōditione ad summas opes
prouecti munera gladiatoria aedebant. Martialis libro ter/
tio: Das gladiatores sutorum regulę cerdo: Quodq; tibi tri
buit subula, sicca rapit. Idem albi: Succensus ad ubibus ede
munera clamat Sutor cerdo dedit tibi culta Bononia mu/
nus: Fullo dedit Mutinae, nunc tibi copo dabit. ¶ Et verso
pollice vulgi: de eisdem tubicinibus intelligit, qui cum arte
& quaestus suo locupletati sint: nō modo munera edant gla
diatoria suis impensis: sed etiam conciliato sibi fauore popu
li occidant quem velint: quales multi in seditionibus interē
pti fuerunt a potentioribus. ¶ Populariter: populo fauēte: Popularis
quasi dicat omnibus applaudentibus. Nam popularis is ap
pellatur, qui gratus est populo. popularis etiā ciuis: hoc est
qui ex eodem est populo. vnde Terentianus ille Samio: Ob
secro populares ferte misero atq; innocentes auxilium. popu
laris etiam qui nobilis non est: sed ex plebe. Plautus: Praestat
diuitem esse ac popularem, q̃ nobilem & mendicum. Cicero
in secundo Officiorum: Popularibus enim vrbis est agen/
dum, & vsitatis cū loquamur de opinione populari. ¶ Ver/
so pollice vulgi: idest verso ad se & conciliato fauore vulgi.
sequitur enim populariter. i. fauente (vt dixi) populo: hocq;
ex prouerbio tractum ostendit Plinius libro vigesimoocta
uo in magicis: Pollices, inquit, cum fauemus premere etiam
prouerbio iubemur. vnde etiam illud est Horatii in episto/
la ad Lolium: Fautor vtroq; tuum laudabit pollice ludum.
Vbi Porphyrio ait per vtrunq; pollicem intelligi vtranq;
manum a parte totum: aut quia qui laudat vehementius
manus iungens iungit pollicem cum proximo. ¶ Inde reuer/
si: scilicet a ludis gladiatoriis & caedibus hominum. ¶ Con/ Foricae
ducunt foricas: ad res viles descendunt: idest foricas purgan Foria
das. foricae enim sunt latrinae, in quas ventris excrementa
deiicimus. Foria enim (auctore Nonio) veteres dixerūt ster
cora liquidiora. vnde Diomedes Laberius i Paniceis: Forio
lus esse videris, in coleos cacas. ¶ Et cur non omnia? subau
di faciunt sordidissima. ¶ Cum sint: Quales ex humili quan
doquidem sunt ex numero eorum, quos fortuna solet per
ludum ex humili loco ad altiora prouehere.
¶ Hic tūc Vmbricius. In hac parte icipit Vmbricius narra A.
re cām cur migret: q̃si interrogatus fuerit a Iuue. cur nolit
amplius Romę residere, & assignādo cām opportune recitat
varia vitia ciuitatis Romę vsq; ad finē Saty. fere. Ordo est
Vmbricius

Quid Romæ faciam? mentiri nescio, librum
Si malus est, nequeo laudare, & poscere, motus
Astrorum ignoro, funus promittere patris
Nec volo, nec possum, ranarum viscera nunq̃
Inspexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norint alii, me nemo ministro
Fur erit, atq; ideo nulli comes exeo, tanq̃
Mancus, & extinctæ corpus non vtile dextræ.
Quis nunc diligitur nisi conscius? & cui feruens
Aestuat occultis animus, semperq; tacendis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet vnq̃
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
Accusare potest, tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurū,
Vt somno careas, ponendaq; præmia sumas
Tristis, & a magno semper timearis amico.
Quæ nunc diuitibus gens acceptissima nostris,
Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre Quirites
Græcam vrbem, q̃uis quota portio fecis achææ.

Vmbritius inquit hic.i. in valle Aegeriæ, tunc.i. postq̃ illuc perueneramus. quādo.i. quando quidem. nullus locus est sup. in Vrbe honestis artibus, & nulla emolumenta.i. nulli fructus: nullæ mercedes supple sunt laborum: quos sumunt.s. honesti. & quandoquidem res: idest possessio diuitiarum viri boni: nihil lucrantis Romæ, est hodie minor, quàm fuit here: idest heri. & eadem res deteret: idest diminuet cōsumendo sese cras aliquid exiguis supple rebus, Non dices sic. & cras: idest crastinum tempus deteret aliquid exiguis rebus: quia tunc vacaret eadem: qđ fieri non potest: quia ergo res, inquit, mea in dies Romæ deterior fit. nos proponimus ire illuc: vbi Dædalus faber Atheniensis subtilissimus: qui a Minoe rege captus: factis sibi & Icaro filio alis auolauit: vnde dixit: Exit alas fatigatas: longo volatu: scilicet: hoc est proponimus ire Cumas. Vnde Virgilius in Sexto: Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna. Præpetibus pennis ausus se credere cælo Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos: Chalcidicaque leuis tandem super astitit arce. Hoc est Cumis a Chalcidensibus conditis. Videtur autem hic non sine causa vti periphrasi: idest circumlocutione: habet enim suum pondus in sententia, Nam si Dædalus volans & longe terras despiciens: elegit sibi sedem, & resedit Cumis facile creditu est illic optimum amœnissimum esse locum. Proponimus, inquit, ire cumas. dum quamdiu supple nobis est canicies noua: idest primas idest non pridem cœpta. & dum senecta est prima: idest in principio sui. & recta: idest sinens rectum incedere. & dum superest: idest reliquum est: vel restat Lachesi.i. illi Parcæ seu Deæ fatali: quæ vitam hominum, quasi e colo filum trahens paulatim deducit ad mortem: supple aliquid roboris. quod torqueat: idest carpat, aut attenuet: seu fuso inuoluat. & dū ego porto me meis: idest naturalibus pedibus. & hoc nullo bacillo: idest paruo & leui baculo subeunte.i. subingrediente vel sustentante dextram. Cedamus: idest abeamus patria: nō dicit patriæ: quia is patriæ cedit: qui & eam infestam & inimicam habet: Patria autem qui vltro abit. Arturius & Catulus perditi adulatores olim cornicines nunc potentissimi viuāt istic.i. in ista nostra patria. & maneant illi qui vertunt nigrum.i. opera sua mala in candida: idest in bonorum apparatu. & ita recipiunt pro malis operibus mercedem bonorū. vel qui vertunt nigrum.i. fortunam aduersam nigro lapillo designatam in candida.i. in bonam. vel qui opera imperatoris mala laudant vt bona. Quis.i. quibus facile est conducere ædem Romæ: licet magno constet: & flumina & portus vt maiore pretio locent vnde diuites facti sunt. Item qbus est facile conducere eluuiem.i. voraginem, & cloacarum immundiciam siccandam.i. emundandam: quasi dicat quorum tanta est auaritia vt velint: & tantæ apud imperatorem auctoritatis vt possint etiā in honestissimorum ministeriorum habere gubernationem: vt videlicet sine eorum consensu nemo aut cloacas seu latrinas audeat mundare: aut cadauera comburere. vnde subdit: Et quibus facile supple est conducere cadauer portandum ad busta.i. ad vstrinam: vbi defunctorum corpora comburebantur: & postea cineres in vasculum (quod ab vrendo vrna dicitur) collecti cōdebantur in loco quem bustum quasi bene vstum dicebant. qui autem tale munus habebant, dicebantur libitinarii. Et quibus facile est præbere caput vænale sub hasta domina.i. cuius auctoritate præco vendit: & quæ dominos emptores facit. Potest autem dupliciter intelligi aut sicut Mancinellus: vt sit: Quibus est facile præbere suum caput vænale sub domina.i. qui non timent, cum non sint soluendo, aut soluere non possint pretiū conductionis publicarum rerum vendi sub hasta publica licitatione: aut qui tam auidi sunt lucri, vt se vænales exhibeant: aut certe quibus facile est præbere caput seruorum vænale sub hasta domina.i. qui etiā venditionibus publicis præsunt. Hi de qbus loquor Arturius & catulus qui sup. fuerunt quondā cornicines.i. canētes cornu more histrionico, dū gladiatores, aut cōsimiles i arena exercebantur: non quidē Romæ vbi peritiores erāt: sed in municipiis. vnde dicit: Et qui sup. fuerūt quondam comites perpetui.i. cōtinui arenæ municipalis.i. gymnasii: vbi lanistæ, aut cęteri ludii sese exercebant. & buccæ notæ.i. habētes buccas: quibus cornua inflabāt notas p oppida.i. loca clausa mœnibus.i. edūt.i. distribuunt nunc munera supple gladiatoria.i. qui erāt ministri gladiatorum: nunc eorū præfecti sunt, & occidunt populariter: idest per populum & passim. & hoc tamen pollice vulgi verso.i. fauore subtracto & in odium verso Quam sententiam Politianus. cxlii. ponit. Videtur tamen maior vis esse in sententiā Calderini, qui intelligit verso pollice vulgi.i. conciliato vulgo & populi fauore: quasi dicat nūc tantum sublimati sunt: vt populus, etiam dum male populo faciunt, eis faueat: quia populus qui stupet in titulis & imaginibus, vt Hora. dicit fortunā sequitur. & ipsi reuersi inde: idest ex populi cæde. conducunt foricas: idest latrinas purgandas. & cur nō omnia supple faciant, & vilia, & sublimia, cum sint sup. tales quales fortuna, quoties voluit iocularī.i. iculariter & sine ratione agere, extollit ex humili: idest ex re humillima: hoc est infima & humi sita. ad magna fastigia: idest ad summitatem & magnam altitudinem rerum: idest diuitiarum & honorum. Et quia ipse talis non est: nec esse velit: ideo innuit sibi Romę non esse locum. Vnde subdit quod sequitur.

¶ Quid Romæ faciam? Verba sunt Vmbritii. ¶ Mentiri nescio: antipophora: idest nec simulare, nec dissimulare noui: sicq; conditionem sæculi sui taxat: quasi aliter agi vita non queat. ¶ Librum si malus est: assentari se dicit nescire: quod multi in gratiam diuitum & nobilium faciebant: qui laudibus alienis delectati laudatores cōducebant & cœnis & muneribus, vnde Persius: Calidum scis ponere sumē: Et comitē horridulū trita donare lacerna. Et verum inquis amo, & verum mihi dicito De me quis populi sermo? Hora. Laudato carmina vecors. Idē in poetria: Vt pręco ad merces turbā q cogit emendas: Assentatores iubet ad lucrū ire poeta Diues agris, diues positis in fœnore nūmis. ¶ Et poscere: per adulationem transcribendum: tanq̃ q ri mirabiliter placeat. ¶ Motus astrorum ignoro: vt possim futura prædicere. hoc aūt dicit vt ostēdat magnos & Chaldæosq; futuri cognitionē pfitebant & id genus hoies Romę gratia, & auctoritate apud omnes valere: ac per hoc dites fieri. vulgo.n. consulebantur. vnde poeta in sexta Satyra: Chaldæis, sed maior erit fiducia. Quicqd dixerit astrologus credet a fronte relatum Ammonis, Horatius in odis: Nec Babylonios tentaris numero

IOA Brit.

¶ Funus promittere patris: iniquitatem ostēdit filiorum sui temporis, qui mortem parentum multis plerūq; optabant votis: inquirebantq; a diuinatoribus. Vnde Ouidius: filius ante diem patrios inquirit in annos. ¶ Ranarum viscera nunquā inspexi: vt ex iis aliquod pararem veneficium. sicq; ostendit tale hominum genus in vrbe esse, & gratum & fauorabile. Nam ex visceribus ranae: hoc est liene, iecinore, corde, lingua, & ossiculo multa veneficia fieri posse tradit Plinius libro trigesimosecundo. Nam inter alia docet ex ossiculo, quod sic in sinistro latere amorem concitari, & iurgia addito in potionem, Venerem alligatum stimulare. ¶ Ferre ad nuptam: alii, inquit, internuntii sint ad concilianda adulteria: ego vero hoc nō fecero. Nemo enim erit adulter me ministro: idest sequestro & medio. ¶ Mittit: munera intellige & literas. ¶ Mandat: hoc est verba & mandata. ¶ Me ministro: me auctore, conciliatore, & internuntio. Cicero in Laelio: Vt aut libidinis ministri, aut adiutores essēt ad iniurias. ¶ Fur erit: idest adulter. Nam & furtum adulterium appellatur. Propertius: Nolim furta pudica tori. ¶ Atq; ideo nulli comes exeo: sensus est: Et quia tales inquit artes mihi non placent: discedo ab vrbe nulli comes: idest sine comite: ac per hoc solus q̄si qui a cunctis repudier: i. tanq̄ mancus, & tanquam corpus inutile extincta dextra: idest tanquam homo iners: nullius pretii, nulliusq; ingenii, vt pote qui nouas viuendi artes, vt caeteri non calleam: & ita quod animi est, transtulit ad corpus. Extincta ergo dextra: idest extinctis ingenii viribus, legendumq; est extincta dextra non extincta dexterae. ¶ Mancus: dicitur quasi manu carens. ¶ Nisi conscius: nisi qui secreta diuitis scelera nouit. ¶ Feruens: coniunges feruens occultis & tacendis. ¶ Aestuat: agitatur taceatne an proferat vspiam. ¶ Nil tibi se debere putat: non eris inquit gratus, neq; acceptus illis: quorum secreta honesta noueris. sed tantummodo iis quorum scelera tibi nota erūt. afficieris enī muneribus ne secreta eorū reueles. ¶ Verri: sensus est: Ille erit carus viro scelerato & furi, q̄lis fuit Verres, qui potest furti eum accusare. Nam Verres (vt dictum est superiore Satyra) quaestor Siciliam per triēnium tenuit: vbi libidinem, auaritiam crudelitatemq; exercuit. succedente tandem Metello repetundarum postulatus est a Siculis. Eam causam egit Cicero pro Siculis. Adhuc extant actiones quae Verrinae appellantur. ¶ Tanti tibi non sit opaci: etsi, inquit, conscii scelerum diuitis afficiuntur muneribus vt taceant: tamen tu noli quaerere vt diuitis secreta scias: ne semper solicitus sis: & nequeas dormire: veritus ne aliquando tibi obiiciat: q̄ ea patefeceris: quorum eras conscius. ¶ Tagi, Tagus Hispaniae est fluuius auriferas habens arenas. ¶ Opaci: vmbrosi propter arborum densitatem in ripis. Martialis: Aestus serenos aureo frangens Tago Obscuris vmbris arborum. ¶ In mare voluitur: defertur ex fluminum profluuio. ¶ Vt somno careas: nam dormire nequit solicitus ne aliquo afficiatur incommodo a diuite. ¶ Praemia ponenda: quae postea cogaris ei reddere. ¶ Timearis: ne eius scelera patefacias. ¶ Amico magno: diuite & potente. Alibi ante: Magni delator amici. ¶ Quae nunc diuitibus: ostendit poeta in vrbe viros bonos non esse gratos: sed tantummodo versutos, assentatores, scelerū ministros. & id genus homines: sed si quaeras qui maxime grati sint, sunt inquit Graeci. Ii enim acceptissimi sunt diuitibus, & tota ciuitas Graecis referta est. ¶ Quos fugiam: deuitem, habeam odio. ¶ Nec pudor obstabit: pudor inquit non me impediet quominus aperte dicam, quae sentiam de Graecis. Est enim ita dictum quasi aliquis monuerit: non te pudebit tam insolenter Graecos insectari. Pudor autem est metus iustae reprehensionis. ¶ Quirites: Romani. Nam qui orationem habebant ad populum, Romanos Quirites appellabant a Curibus ciuitate Sabinorum sunt dicti Quirites: ex qua acciti Titus Tatius & Numa Pompilius Romae quandoq; regnantes. A Quiritibus fit quiritare quod idem est quod clamare. quo vsus est Apuleius & Plautus. ¶ Graecam vrbem: mores Graecorum quibus tota ciuitas corrupta est. Vnde ait inferius: Omnia nouit Graeculus esuriens. ¶ Quamuis quota portio: quamuis sit minima pars gentis Graecae: ac si dicat: Graecorum vitia adeo sunt magna, vt vel pauca multitudo eorum possit etiā vrbem corrumpere. ¶ Quota: minima. Plinius in tertio vbi de Italia & Roma mentionē facit: Ipsi de ea iudicauere Graeci: genus in gloriam sui effusissimum: quotam partem ex ea appellando Graeciam magnam. Alibi Iuuenalis: Haec quota pars scelerum. Martialis libro octauo: Pars quota Parthasiae labor est mareoticus aulae. Quotus item nomen est, quod numerū refert, sicut quot. Horatius: Tu quotus esse velis rescribe. Plinius libro vndecimo capitulo trigesimoseptimo: Murium iecusculis fibrae ad numerum Lunae dierum in mense congruere dicuntur, totidēq; & inuenire quotum eius lumen sit. Martialis libro nono: Scis quota de libyco littore puppis eat: idest quot naues eant. ¶ Fecis: in contemptum est graecorū: quasi dicat sordidae & vilissimae gentis. sic & Plinius libro vigesimonono. Medicos graecos fecē appellat: Ne fecem quidem aut insitiam eius turbae arguamus, ipsorumq; intemperantiam in moribus. ¶ Achaeae: secundum graecam declinationem dixit. Nam & Achiuū dicimus. ae diphthōgo in i productam conuersa, & u digama interposita. Est autem dictio deducta ab Achaia, quae pars est Peloponnesi incipiens ab Isthmo. antea Aegialos vocabatur propter vrbes in littore per ordinem dispositas: αἰγιαλοὶ enim littus significat.

Quotus

Achais

ASCé'

¶ Quid Romae faciam: quasi dicat nihil cū nihil sciam, aut scire velim eorum. quae nunc Romae in pretio sunt. ego nescio mentiri sicut faciunt adulatores & bonorum delatores, & nequeo laudare librum, idest scripta diuitum. si est malus, idest si sunt inepta, & nequeo laudando librum malum poscere ipsum abeo, qui eum fecit. ego ignoro motus astrorū vt futura canam. & nec volo nec possum promittere liberis supple funus: idest mortem patris diuitis. s. & rigidi, ego nūquam inspexi viscera ranarum: quae rubetae dicuntur: vt inde venenum extraham. Alii norunt: idest nouerunt: quasi dicat ego non noui ferre. s. portare ad nuptam, quae adulter mittit, & qui mādat. nemo erit fur me ministro: idest me ministrante, vel existente ministro. atq; ideo ego nulli exeo comes. i. non egredior cum aliquo ad malum facinus perpetrandum. & quia nemo Romae iam bonū facit, ego sum tanquam supple essem mancus: idest cui membrum deest. & tanquā corpus non vtile: idest inutile dexterae extinctae: idest emortuae. i. cuius dextera est mortua. Quis nunc diligitur nisi cōscius. i. qui scit secreta facinora. Et cui animus feruens: idest incensus aestuat: idest ardet. occultis & semper tacendis: quasi dicat nemo est autē sententiose dictum, q̄ animus conscii ardet. vel quia difficile est tacere: vel quia nota mala incitant ad similia. is qui fecit te participē: idest conscium secreti honesti. nil: idest non aliquid: non putat se debere aliquid, Ille supple erit carus Verri: idest furi diuiti sicut Verres erat: q potest accusare Verrem tempore quo vult. omnis arena Tagi: idest fluuii Lusitaniae seu Hispaniae, qui aureas habet arenas. opaci: idest densi & turbulenti propter tales arenas: & aurum quod voluitur in mare per Tagū & similes fluuios non sit tibi: idest non reputetur a te tanti supple pretii esse. vt careas somno: quia conscius tanti sceleris. & vt tristis sumas praemia ponenda: idest quae merito deponi debeant. & vt timearis semp a magno amico: idest vnde ea praemia sumpsisti. timearis inquam ne eius scelera reueles. ego properabo nūc fateri, quae gens supple sit acceptissima nostris: idest Romanis diuitibus. & quos supple homines ego fugiā supple, si essem diues vt illi praecipue: idest praeter alios. fatebor, inquam nec pudor obstabit: quāuis sit dedecus ciuitati quae est patria mea o Quirites: idest o Romani. ego non possum ferre: idest aequo animo tolerare vrbem graecam: idest romanam: vbi tot Graeci, & fere omnes graeco more viuunt. quamuis quota portio: quasi dicat minima portio fecis: idest turpissimae gentis Achaeae: idest Graecae sit Romae: hoc est pauci quidem Graeci respectu aliorum obscaenorum sunt Romae, & tamen tota vrbs graecissat.

Iam pridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, necnon gentilia tympana secum
Vexit, & ad Circum iussas prostare puellas.
Ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra.
Rusticus ille tuus sumit rechedipna Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.
Hic alta Sicyone, ast hic Amidone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis
Aesquilias, dictumque petunt a vimine collem,
Viscera magnarum domuum, dominique futuri
Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus, & Isæo torrentior. ede quid illum
Esse putes? quemuis hominem secum attulit ad nos
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur, schœnobates, medicus, magus, omnia nouit
Græculus esuriens, in cælum iusseris, ibit.
Ad summā non Maurus erat, neque Sarmata, nec Thrax
Qui sumpsit pennas, mediis sed natus Athenis.

IOAN. Brit.

¶ Iam pridem in Tyberim: non solū inquit Græci in vrbē venere: qui diuitibus sunt acceptissimi: sed etiam aliæ gētes barbaræ ex Syria in vrbē nouos gentis suæ mores inuexerūt: sicque Vmbritius indignat peregrinos gratiores esse: qui nō virtute, sed nouis delitiis & artibus placeāt: simulque ostē dit Romanos: ex quo ad summum diuitiarū culmen peruenere in omnē ita luxum prorupisse: vt ex pelegrinis omnia etiam voluptatem blandimenta perdiscerent. Vnde in sequentibus: Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit: & turpi fregerūt sæcula luxu. ¶ Orontes: hoc est ipsi Syrii, qui ad Orontem habitant. Est enim fluuius, qui Syriam ab Antiochia diuidit. dictus ab Oronte, qui primus eum ponte iunxit. Legendumque est Syrius non Syrus. prima enim corripitur. Tibullus: Alba palæstino sancta columba Syro. Et ante Iuuenalis: Quod nec in Assirio pharetrata Semiramis orbe. Sirius vero cum ꝓ sidere ponitur primam habet longam. Virgi. Tum steriles exurere Sirius agros. ¶ Tyberim: Romam scilicet. ¶ Linguam: sermonem Syriū quem discant Romani. ¶ Et mores: scilicet patrios. ¶ Et cum tibicine chordas Obliquas: & instrumenta musica, quibus placeant. Nam per chordas obliquas intelligimus citharam: cui chordæ intenduntur obliquæ: idest obtortæ: aut obliquæ pro forma citharæ: vt ostendat non solum tibię, sed & citharæ cantū a barbaris introductum. Citharœdi. n. apud Romanos extitere. qui lyras septichordes eburneas, & quæ barbita dicunt, intendebāt. Dionysius. ¶ Tympana gētilia: quibus domi suę vtunt. Nec gentilis dicit eiusdē gentis: vt hoc in loco. gentiles item dicuntur (auctore Cicero. in topicis.) qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi: quorū maiorum nemo seruitutem seruiuit: & qui capite diminuti non sunt. ¶ Iussas prostare puellas: præter alia inquit turpia in urbem etiam inuexerunt puellas quæstuarias, quæ prostant ad Circū maximum: vbi ædificium erat ad id accōmodatum. Propertius in. ii. lib. Et quas Euphrates, & quas mihi misit Orontea Me capiāt: nolim furta pudica tori. Prostare autem dicitur mulier, quæ turpitudine corporis quæstum facit. ¶ Ite: cū indignatione legendum: Ite vos ad libidinandum: quibus gratæ sunt meretricea istæ barbaræ. Vel ite vos ad spectandas puellas meretricias saltantes: qui delectamini ludis. ¶ Lupa: mertrix, quasi quæ ad rem non minus sit auida, q̄ lupa ad cibum. ¶ Barbara: non græca, sed Syria. ¶ Mitra picta: ornamentum erat capitis non modo Lydiorum & Phrygum, sed & Assyriorum. Herodotus loquens de Assyriis: Assyrii capita crinita habentes mitris redimīt. Virg. de Phrygibus: Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu Meonia mentum mitra, crinēque madentem Subnixus rapto potit. Ait Seruius pileum fuisse curuū, de quo penderet buccarū tegmen. ¶ Rusticus ille tuus. s. Romanus, qui superioribus sæculis summa frugalitate viuebat, & agricolatiōi intentus erat. ducta origine (vt diximus) a pastoribus. ¶ Sumit rechidipna. i. in gymnasiis versatur & palæstra, vbi sumit rechidipna. i. vestes peregrinas post exercitationem cū desudauit. Sicque indignatur contagione Grçcorum, Syrorumque Romanā iuuentutē corrumpi, in Gymnasiisque exerceri vbi (auctore Pli. lib. xxxv. cap. xii.) animorum vires perderentur. ita enim scribit de [illegible] palestræ. [illegible] hac parte non sum dicturus, non [illegible] magis, q̄ de terræ vsu in ceromatis, quibus exercendo iuuentus nostra corpora, viresque animorum perdidit. ¶ Rechedipna: vestis est de qua mētionem facit Atheneus lib. vi. dipnosophiston, cum de parasitis loquitur. Plutarchus item mentionem facit in symposiacis. In quodā codice est Trechedipna. ¶ Quirine: Romule, de quo supra: In valle Quirini. ¶ Et ceromatico. i. vncto ceromate. est enim vnguentū athletarū. fit ex oleo & terra in specie luti: quod ostendit Seneca ad Lucilium loquens de via lutosa: Tantū luti tota via fuit, vt possim videri nihilominus nauigasse. Totum athletarum fatum in illo die perpetiendum fuit. A ceromate nos baphe accepit in crypta neapolitana. A ceromate igitur a luto per similitudinem. Martia. lib. v. Et castigatū libycæ ceroma palæstræ. i. ipse palæstrita Antæus ceromate punctus castigatus est ab Hercule. De ceromate intellexit: Plini. xiiii. loquens de ebrietate vitanda: Ad hęc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostētatio. quibus verbis athletarum certamen designauit. nam athletæ (vt diximus) luto: idest terra oleo mista vngebantur. quorum mos erat ceruicem dilatare, pectus exporrigere. Vnde illud est quod sequitur: Et longum inualidi collum ceruicibus æquat Herculis Antæum procul a tellure tenentis. ¶ Niceteria: insignia victoriæ pugilum: qui in Gymnasio alios vicissent. νίκη enim victoriam significat. ¶ Hic alta: redit ad Græcos, quos ait ex diuersis Græciæ locis in vrbem venire, inserentes se domibus diuitum: vbi assentatione, aliisque artibus se gratos reddunt. ¶ Sicyone: Sicyon vrbs est Achaiæ. item vrbs in Laconia: vnde Laconia dicta est Sicyonia. insula est etiam in mari Aegæo contra Epidaurum: quam altam esse & eminentem docet Plinius. ¶ Amidone: Amidon insula est inter Sporadas, & ciuitas Peoniæ. ¶ Andro: Andros insula est ex Cycladibus cum oppido eiusdem nominis. dicta postea Cauros, deinde Antandros. ¶ Samo: Samos insula in mari Icario. vbi Iuno maxime colebatur. ¶ Trallibus: Trallis oppidum Phrygiæ, a quibus fit possessiuum Trallianus. Cicero in oratione pro Flacco: Vidi ego in quodam iudicio nuper Philodotum testem Trallianum. Ex autem terræ motu cōsederunt eo anno: quo Cornellius Gallus Foroiuliensis propria manu se interemit. ¶ Alabandis: Alabanda oppidum Ioniæ: quam Apollonius molon ciuitatem inuersam appellauit scorpionum plenam. Nam eorum illic est copia. homines sunt molles, & psaltrię multæ: vt scribit Strabo. ab Alabandis possessiuum fit alubandensis. Cicero in epistola ad Thermum. Quare peto a te, & eos & alabandenses iubeas ecdicos Romam mittere. fit etiam alabandicus: vt est apud Plinium libro. xxxvii. cap. septimo de carbunculis: alabandicos in orthosia caure nascentes. Victruuius vero libro septimo alabādoa vocitat. ¶ Aesquilias: idest collem æsquilinum. Nam in vrbe septem fuere colles. de quibus sic Tibullus: Carpite nunc tauri de septem montibus herbas. Aesquiliæ dictæ sunt secundum Varronem, aut ab excubiis regis, aut ꝙ excultæ sint a rege Tullo. Vnde Ouidius in Fastis: Adde ꝙ excubias vbi rex Romanus agebat: Qui nunc Aesquilias nomina collis habet. ¶ Collem a vimine: idest Viminalem denominatum a Ioue Vimineo: ꝙ ibi aræ sint, & ibi nata Vimina fuerint. Festus Pompeius ait portam Viminalem & collem appellari: ꝙ ibi Vimi-

Orontes

Gētilis

Prostare

Lupa

Mitra

Rechedipna

Ceroma

Niceteria

Sicyo

amydo

andro

Samo

Tralli

alabād

æsgliæ

Viminalis

num fuisse silua videatur. ¶ Viscera magnarum domuũ: ap/
positio est: hoc est qui artibus suis in diuitum familiaritatem
se insinuant, eorumq; secreta condiscunt. ¶ Dominiq; futu/
ri: tam callidi inquit sunt, vt a diuite in amicitiam & familia
ritatem recepti: quasi domini omnia in domo moderentur.
¶ Ingenium velox: ad omnia solers & promptum. ¶ Torren
tior Isaeo. vberior: copiosior. sumptum a torrente, qui ma/
Isaeus gna fertur aquarum vbertate. Nã Isaeus orator fuit. de quo
Plinius in epistolis ad nepotem secundo libro: Magna Isaeũ
fama praecesserat, maior inuentus est, summa est facultas, co/
pia, vbertas, dicit semper ex tempore & caetera. fuit item
Isaeuus alter praeceptor Demosthenis. ¶ Ede qd illum? hoc
quasi argumenti loco positum ad probandum q̃ versuti sint
Graeci ad omnia. Ait ergo: Dic quid censes: scilicet esse grae/
cum hominem: quasi dicat: tam astutus tamq; vafer est: vt
nulla sit prorsus ars, quam ipse non profiteatur. secum enim
attulit omnem hominem: idest omnia profitetur: quae homo
possit facere & scire. Erit enim grammaticus, rhetor. vnde
est illud apud Senecam in secundo controuersiarum: Hoc
autem vitium aiebat Scaurus a graecis declamatoribus tra
ctum: qui nihil & non promiserint sibi & penetrauerint.
Grãmaticus ¶ Grammaticus: subaudi est. grammaticus autem circa cu/
ram sermonis (vt scribit Seneca) versatur. & si latius euaga/
ri vult circa historias: iam vt longissime fines suos proferat
Rhetor circa carmina. ¶ Rhetor: qui rhetoricam docet, & qui prae/
Orator cepta artis tradit Orator vero qui secundum praecepta agit.
Geometres ¶ Geometres: primae est declinationis. Estq; is qui nume/
ros, mensurasq; persequitur, & supputat, qua ratione con/
stent caelestia, quę illis sit vis, quaeue natura. vnde Horatius
de Archyta Tarentino geometriae perito: Te maris & ter/
rae, numeroq; carentis arenae Mensorem cohibent Archyta.
Aliptes ¶ Aliptes: is erat qui descendentes in balnea, quiq; palestri/
tas in Gymnasio vngebat. ab ἀλείφω: quod est vngo, velle/
batq; alas. vnde Seneca ad Lucilium: Aliptum cogita tenuẽ
& stridulam vocem: quo sit notabilior subinde exprimentẽ:
nec vnquam tacentem: nisi dum vellit alas: & alium pro se
clamare cogit. Cicero ad Lentulum ostendit vnctiones illas
solitas fieri ab Aliptis ad corroboranda corpora, cum ait:
Sed vellem non solum salutis meae quemadmodum medici:
sed vt Aliptae est, virium & coloris rationem habere voluis/
Augur sent. ¶ Augur: qui futura praenoscit ex auium obseruatione.
vnde aliqui ab auium garritu ductum putant: alii vero ab
augendo. Ouidius: Sancta vocant augusta patres augusta
vocantur Templa sacerdotum rite dicata manu. Huius &
augurium dependet origine verbi: Et quodcunq; sua iugi/
Schoenobates ter auget ope. ¶ Schoenobates: ille dicitur, qui per funes am
bulat. σχοῖνος enim finem significat: & βαίνω ascẽdo, & va
do. Latini vero funãbulum dixere. qua dictione vsus est Te
rentius in Hecyra: Funambuli expectatio accessit. Et popu
lus in funambulo animum occuparat. primus Messala vsus,
& iam pro latina recepta pro funambulo dixit Apuleius fu
Funerepus nerepum. vnde vbiq; apud ipsum pro funepeus siue funere/
plus, correximus funerepus. vt dictio sit deducta a fune &
repo. quod ita scribendum sit innuit Apuleius in primo Flo
ridorum: vbi scriptum est Funereplus pro funerepus: vt om
nino funerepos appellemus & non funepeos: cum a fune &
repo deducatur. sicut dicimus funambulum a fune & ambu/
lo, & pinnirapum a pinna & rapio: bustirapum a busto &
rapio. quo vsus Plautus in Pseudulo. Foedi fragum a foede/
re & frango. Legirupam a lege & rumpo. quo idem Plautus
Magus vsus est in Pseudulo. ¶ Magus: lingua Persarum magus est, q
nostra sacerdos, qui rite sciat & calleat leges cerimoniarum,
fas sacrorum, ius religionum, Siquidem Magiam Plato in/
terpretatur artem esse Diis immortalibus acceptam, colendi
eos ac venerandi pergnaram piam, scilicet & diuini scien/
tem, iam inde a Zoroastre & ormace auctoribus suis nobi/
lem, Caelitum Antistitam, quippe inter prima regalia doce/
tur: nec vlli temere inter Persas concessum est magum esse
haud magis q̃ regnare. Et Cicero in primo de diuinatione:
Et in Persis augurant & diuinant magi: qui congr[illegible]

in fano commemorandi causa: atq; inter se alloquendi. Nec
quisquam rex persatum potest esse: qui non ante maiorum
disciplinam, scientiamq; perceperit. More vero vulgari pro
prie magus existimatur, qui communione loquendi cum Diis
immortalibus ad omnia, quae velit incredibilia quadam vi
cantaminũ polleat. Haec ex prima Apulei Apologia. ¶ Grae
culus esuriens: Graeculus, inquit, premente rerum egestate
omnium rerum scientiam profitebitur. ¶ In caelum iusseris,
ibit: affirmabit etiam (si iubeas) se in caelum volaturum: hoc
q; dicit respiciens ad Dędalũ Atheniensem: qui (vt diximus
prima Satyra) volauit per aerea, sibi & filio Icaro fabricatis
alis. ¶ Ad summam: ad collectionem: ad conclusionem: Sic
Cicero in epistolis: Summa huius epistolae haec est. Plini. ad
Septitium clarum: Potes coenare apparatius apud multos,
nusquam hilarius, simplicius, incautius. in summa experire.
¶ Non Maurus erat: vult p̃bare exemplo Daedali facile esse Mauritania
Graeco volare in caelum. ¶ Maurus: Mauritania posita est in
extrema parte Africae occidentẽ versus, vbi mons est Atlas.
¶ Sarmata: Latini Sarmatas appellant, quos Graeci Sauro/
matas, populi sunt Scythiae, loca iuxta Tanaim & Meoti/ Thraces
dem paludem incolentes. de quibus ante. ¶ Thrax: Thraces
populi sunt septentrionales: quorum pleriq; trans amnem
Strymonem vsq; ad ponticum hostium, atq; Aemum mon/
tem habitant. Quidam etiam in propontide siti: plerique ve/
ro ad Hellespontum. de quibus abunde Strabo libro. vii.
¶ Qui sumpsit pennas: idest Daedalus, de quo supra: Et mã/
re percussum puero, fabrumq; volantem. AS CL
¶ Iam pridem in Tyberim: continuat eundem sermonem.
Orontes: fluuius ille Syrus: idest fluuẽs in Syria, defluxit Ty
berim fluuium romanum: hoc est mores syrorum traducti
sunt Romam per seruos. Nam Syrus vexit secum linguam
syrorum & mores & chordas obliquas cithararum cum ti/
bicinae. nec non: idest etiam. tympana gentilia: idest gẽtis suę
propria. & vexit secum puellas iussas prostare: idest pro fori
bus suis stare ad meretricium suum quaestum ad Circum in
fornicibus. ¶ Ite: idest discedite a me, & ab omnibus honestis
romanis. quibus grata: idest accepta est lupa. i. meretrix. bar
bara: idest peregrina & barbaris moribus. picta mitra: idest
habens mitram in capite pictam more gentis patriae suae. O
Quirine: ille tuus rusticus, qui colit rura populi tui sumit
nunc rechedipna: idest peregrinas vestes, quibus in gymna/
siis vtebantur. & fert: idest gestat. collo ceromatico. i. vn/
guento tali persuso. niciteria. i. premia relata ex victoria. hic
i. aliquis vilium hominũ supple petit Aesquilias: idest collem
illum Romae. & collem dictum a vimine: idest Viminalẽ. &
hoc Sicyone: idest ciuitate illa Achaię relicta hic: idest alius.
Amidone ciuitate Peoniae relicta. hic: idest alius Andro illa
insula relicta. & ille. i. alius. Samo illa insula relicta hic: idest
alius. Trallibus illa vrbe Cariae: aut Alabãdis illa vrbe mi/
noris Asiae supple relictis. petunt inquã Aesquilias: & vimi
nalem collem vbi multi diuites habitabant, existentes futu/
ri viscera. i. intestina: quãuis viscera sint, quaeuis caro intra
cutem: & futuri domini magnarum domuum. Ede: idest elo
quere: dic expresse quid putes supple esse illum: cui supple
est ingenium vellox: & audacia perdita: idest per quam ipse
perditus dicitur. & sermo promptus: idest paratus & expe/
ditus, & torrentior: idest abundantior in fluxu: Isaeo orato
re illo clarissimo & promptissimo. talis supple attulit ad nos
quelibet hominem: idest seipsum: qui est omnis homo: grã/
maticus: rhetor: geometres: pictor: aliptes: idest vngnenta/
rius: augur qui garritum auium obseruat: schoenobates su/
per cordas ambulans: qui ideo aliquando alatinis funambu
lus dicit medicus: magus: omnia enim nominat secundum
iactantiam suam. Gręculus. i. homo Graecus. esuriens ibit in
caelum. si sup. iusseris. Ad summã: idest vt summatim dicam
& vno verbo explicem. non erat Maurus, neq; Sarmata ne/
q; is qui sumpsit [illegible] Maurus: aut Sarmata. i. Dae/
dal[illegible] erat Maurus: neq; Sarmata
nec [illegible] sed natus est in mediis
Athenis [illegible]

¶ Horum

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit? fultusq; toro meliore recumbet
Aduectus Romam, quo pruna, & coctana vento?
Vsq; adeo nihil est, quod nostra infantia cælum
Hausit Auentini baca nutrita Sabina?
Quid quod adulandi gens prudentissima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum, ceruicibus æquat
Herculis, Antæum procul a tellure tenentis.
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare, sed illis
Creditur, an melior cum Thaida sustinet, aut cum
Vxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo, mulier nempe ipsa videtur,
Non persona loqui, vacua, & plana omnia dicas
Infra ventriculum, & tenui distantia rima.

IOAN. Brit.

¶Horum ego non fugiam conchylia: inter alias causas sui ab vrbe discessus vnā hanc pcipuam esse ostendit: q neq; ferre Græculos, q nuper ex Græcia aduecti ita suis artibus locupletati sunt: vt nunc inter primores vrbis habeant. Nam purpurati incedunt: priores et testamenta signant: honoratiore loco discumbunt. ¶Conchylia: hoc est vestes conchyliatas: quibus induti in publicū procedunt tanq̄ nobiles Romani. Nam conchylium piscis est ex genere cōcharum, sicut purpura & murex. ex his autem piscibus eliciebat liquor ille tam pretiosus ad tingendas vestes, Iulius Cæsar (vt scribit Tranqllus) cōchyliatę vestis vsum ademit, nisi certis psonis & ætatibus. Plinius lib. ix. Cōchylia & purpuras omnis ora atterit: quibus eadē mater luxuria paria pene etiam margaritis ptetia fecit & infra: Concharum ad purpuras, & conchylia eadē quidem est materia. Alibi in quinto: mētionem faciens de Tyro: Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura constat. Conchylium etiā capimus pro omni pisce concha cōtecto. Seneca libro. xiiii. epistola prima: Quantulum ex tot conchyliis tam longe aduectis per istum stomachum inexplebilem labitur. Ergo per conchylia vestes intellige conchyliatas & purpureas. ¶Me prior ille: summa indignatione pnunciandum. ¶Signabit. s. testamenta. ¶Fultusq;: sustentatus. ¶Meliore toro: meliore & honoratiore parte triclinii. Nam posita mensa conuiuæ duobus aut tribus lectis discumbentes epulabanť. Vnde nō solum lectos ipsos: sed & locum & Bicliniun & triclinium appellauere vbi comedebāt a numero lectulorum. κλινη. n. lectum significat. ¶Aduectus Romam: causas vndiq; colligit indignationis: q. s. Romā non venerint honesto aliquo negocio aut nauigio: sed vt rerum vilium mercatores, & illiberalis lucri sectatores. venerunt. n. inquit Romā eo vēto. i. ea naue, qua pruna & coctana aduecta sunt: ac si dicat onerata & plena vilium mercium, quales ex Syria vehuntur: vn̄ pruna Damascena & coctana veniūt: nō autē Romæ nati sunt. Sic Papinius in Siluis lib. ii. de Glaucia puero loquitur: Nec mistus phariis venalis mercibus infans. ¶Pruna: intellige damascena: quæ ex Damasco vrbe Syriæ sicca vehebātur. De quibus sic Plinius libro tertiodecimo: Syria peculiares habet arbores. In ficorum autem genere caricas & minores ei⁹ generis, quæ coctana vocāt. Itē pruna in Damasco mōte nata. Martialis de coctanis: Hæc tibi quæ torta venerunt condita meta: Si maiora forēt coctana, ficus erāt. ¶Vsq; adeo nihil est: antipophora: quasi aliqs dixerit: nonne prodest vos esse natos Romæ? & ipse respōdeat: vsq; adeo nihil est. i. minime quidem prodest. i. in tantum nihil est. ¶Hausit cælum Auentini: nutrita sit Romæ vbi collis est Auētinus. partem posuit pro toto. est autem Auentinus dictus secundum Varronē: aut ab auibus, q eo se a Tyberi ferrent: aut a rege Auētino Albano, qui ibi sepultus fuit: aut ab aduentu hominum, quod commune ibi Latinorum templum fuerit: aut ab aduectu. Nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus.

Cōchylium

Purpura

Murex

Carica

Coa

Auentinus

¶Baca sabina: cibis italicis: at p hoc Romanis. vt sit species pro genere. Sic Horatius: Quod mare Dauniæ non decolorauere cædes. i. cædes italicæ: ac per hoc Romanæ. per bacam autem intellige omnem fructum, omneq; esculentum. Nam appellatione bacæ intelligimus fructus: qui in arboribus dispersius & rarius nascuntur: vt sunt fructus lauri, fructus oleæ, corni, loti, myrti, lentisci, similiumq;. ¶Sabina: nā Sabini & Romani cōmune habuere imperium. Vnde Romani Quirites sunt appellati. de quibus supra. ¶Quid: subaudi dices si aliud de Gręcis grauius addidero: q scilicet artificio adulationis, quo nihil est turpius, omnes excipiunt & fallaces sunt. de quibus ita Cicero ad Quin. fratrem in secūdo volumine ad Atticum: Atq; etiam e Græcis ipsis diligenter cauendæ sunt quædam familiaritates præter hominum perpaucorum: si qui sunt vetere Græcia digni. Sic vero fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi &c. ¶Et longum inualidi collum: hoc sumptum est ex Athletis: quibus mos erat in Gymnasiis collum dilatare. Vnde Seneca libro secundo epistolarum ad Luciliū: Stulta est enim mi Lucili & minime conueniens literato viro occupatio exercendi lacertos: & dilatandi ceruicem: ac latera firmandi. Plinius libro xiiii. capi. vltimo loquens de ebrietate vitanda sic scribit: vt ante diximus: Ad hæc pertinent peregrinę exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. ¶Aequat: Græcus, inquit, adulando: collum etiā inualidi amici æquat. & comparat Herculi, qui collum dilatabat, cum Antæum lacertis apprehensum sublimem teneret: vt dicat per adulationem virum et imbecillum per omnia Herculi fortissimo simillimum. ¶Antæum: nam Hercules secundum laborem consumans, Antæum filium terræ in Libya hospites palæstra superantem occidit. Nam is cum ab Hercule in palæstra superaretur, simulato casu terram matrem suam manibus cōtingebat: a qua vires ei suggerebanť. Hoc cognito Hercules amplexibus hominem ita reuinxit: vt nec manibus: nec pedibus terram contingeret: sicq; coactus est animam reddere. ¶Miratur: plus est q̄ si dixisset laudat. sic enim aliena facta qui assentantur, mirantur tanq̄ præclara quædam & noua. Sic Terentianus ille Gnato: Et eorū ingenia admiror. ¶Vocem angustam: exilem non claram, vel luci suffocatam. ¶Qua deterius: nam talis vox maxime damnabatur. de qua ita scribit Quinti. lib. xi. Vox autem vltra vires vrgenda non est: nā & suffocatur sæpe: & maiore nixu minus clara est. & interim elisa in illum sonum erumpit: cui Græci nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt. qd autem nomen dederint Græci adhuc quærendum est: licet non defuerint qui interp̄tati fuerint βραγχον. i. raucitat. quod cum auctoritate careat, satisq; insipidum sit, nullo modo probandum ducimus. ¶Ille: scilicet Gallus. ¶Quo marito: nam gallinarum est maritus. ¶Hæc eadem: antipophora, possumus, inquit, & nos hæc facere quæ faciunt Græci per assentationem: sed nobis non tam creditur q̄ illis: ac per hoc inquit: non tam apti sumus ad assentandum. ¶An melior: cū interrogatione legēdum: qui ostēdit ad oia esse aptissimum Mimum, siue meretricis persona, siue matronæ. siue Deæ sit sustinenda in actiōe fabularum. ¶Thaida: personam meretricis, qualis est apud Terentium. ¶Agit: nam agi proprie dicuntur fabulæ: q cum in scænis representantur: non sine & mentis & corporis agitatu pronunciantur. vnde actor, qui gestum vultus & corporis agit: vnde tum ipsa pronunciatio, tum oratio quæ habetur, tum oratio scripta actio appellatur. Cicero actionem alias quasi sermonem, alias eloquētiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas eius partes facit, quę sunt eædem pronunciationis vocem atq; motum. Quintilianus lib. xi. Pronūciatio a plerisq; actio dicitur: sed prius nomen a voce, sequens a gestu videtur accipere. ¶Comœdus: is est qui fabulas agit. Comicus qui scribit, sic Te

Antæi fabula

Agere

Actio

Nec tamen Antiochus,nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles,aut cum molli Demetrius Hœmo,
Natio comœda est,rides? maiore cachinno
Concutitur, flet si lachrimas aspexit amici,
Nec dolet,igniculum brumæ si tempore poscas,
Accipit endromydem,si dixeris æstuo,sudat.
Non sumus ergo pares,melior qui semper,& omni
Nocte,dieq; potest alienum sumere vultum,
A facie iactare manus,laudare paratus,
Si bene ructauit,si lectum minxit amicus,
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.
Præterea sanctum nihil est,& ab inguine tutum,
Non matrona laris,non filia virgo,neq; ipse
Sponsus leuis adhuc, non filius ante pudicus.
Horum si nihil est,aulam resupinat amici.
Scire volunt secreta domus,atq; inde timeri.
Et quoniam cœpit græcorum mentio,transi
Gymnasia, atq; audi facinus maioris abollæ.
Stoicus occidit Baream delator amicum,
Discipulumq; senex,ripa nutritus in illa,
Ad quam Gorgonei delapsa est penna Caballi.

gœdus & Tragicus.¶ Dorida:personam Doridis Deæ ma
Doris rinæ.Nam Doris Oceani & Tethyos fuit filia, vxor autem
Nerei.ex quo peperit Thetidem Achillis matrem . omnium
palliolū etiā nympharum mater dicitur . ¶ Nullo palliolo cultam:or
natā nullo velamento.Nam Deę marinæ nudæ fingebantur
Statius in.ii.lib.siluarū:Nudamq; per vndas Doridamonta
ni cupierit prend re Panes.
palliolum autem cōmunis ē
vestis, tam virorū q̄ mulierū.
Martialis:Hanc volo q̄ faci/
lis. quæ palliolata vagetur.
idē alibi:Succida palliolo vel
lera quinq; petit.. Suetonius
in Claudio: Palliolat⁹ nouo
more præsedit . vnde pallio/
latium aduerbium quo usus
est Plautus: Palliolatim ami
ctus sic incessi ludibundus.
Caper grammaticus osten/
dit velū fuisse capitis cum ait
Vir ducit, mulier nubit , qa
pallio obnubit caput suum
genasq; Lampridius scribit:
Matronas regias contentas
eē debere vnico pallio auro
sparso . Flauius vopiscus in
Aureliano:His accedit q ex
palliolo purpureo: quod so/
li sui tpis iperator obtulerat
sacerdos mulier crepūdia fi/
lio fecisse phibetur . ¶ Muli/
er nempe ipsa videt:adeo bn̄
inqt: mulieres reddit Grę⁹:
vt putes mulierē ipsam eē quæ loquat nō psonatum mimū.
Nā mimi,quo liberius omnia peragerēt,psonas induebant.
Tranqllus in Nerone:Tragœdias quoq; cātauit psonatus
Heroum,Deorūq;,item Heroidum ac Deaꝝ personis effe/
ctis ad similitudinē oris sui . Est autē psona velamentū oris
dicta a personādo:q facit vocē clarescere & resonare . Vox
enim nō vaga, neq; diffusa in vnum tantūmodo exitū colle
cta,coactaq; magis canoros,clarosq; sonit⁹ facit.Lege Gel/
Personę lium.Aeschylus eam primus inuenit . Horatius:Post hūc p/
sonæ,pallęq; reptor honestæ Aeschylus: & modicis instra/
uit pulpita tignis. ¶ Vacua & plana:tam bn̄ inquit psonam
mulieris sustinet:vt nō solū voce:sed etiā toto corporis ha/
bitu videat mulier.Nā veretrum ita habet depressum & pla
num : vt viri formā habere nō censeat . Rn̄det autē iis, qui
possent dicere quomodo potest psonā Doridis nudę sustine
re:cū sexum masculum occultare nequeat . immo inqt pbe.
Nam ita plana & vacua habet omnia iter femina:vt mulier
indubitāter censeri possit,nisi tenuis desit rima . ¶ Infra vē/
triculum:infra ipsum ventrē vbi pubes est . ¶ Distantia:quę
tātummodo distant a sexu fœmineo paruula rima: quasi di
cat genitalia viri per omnia similia sunt genitalibus mulie/
bribus:cum sint admodum depressa: & inter femina abscon/
dita: nisi q in mulieribus tenuis est rima .
ASCē. ¶ Horum ergo &c.Pergit Vmbricius recitādo ineptias &
vitia intolerabilia vilissimorū hominū:qui p adulationem &
nefas ad diuitias & dignitatē peruenerūt:& dicit. nō fugiam
.i. debeā nō fugere.q.d.maxime.conchylia.i.cōchyliatam ve
stem.horū videlicet uilissimorum hominum: qui qa mollibus
& p̄ciosis induuntur, volunt bonis viris pferri.vnde subdit.
ille.i.notissimus cornicē & histrio:signabit sup. testamētum
prior me.i. priusq̄ ego vbi in testimonium vocati fuerimus.
& ipse fultus .i. sustentatus & molliter sedens recūbet in me
liore toro .i. hēbit honestiorem recubitū in conuiuiis, q̄ ego
ille inq̄ aduectus.i.qui aduectus est vęnalis ex Syria Romā:
eo sup. vēto quo coctana.i. ficu minores & pruna q̄ in Dama
sco monte sup. aduehunt vel aduecta sunt. Vsq; adeo.i. itan
tum est.i. reputātur a Romanis. nihil.i. nullius momēti q no

stra infantia nutrita baca.i. fructu minute arborū non den/
se crescenti:vt sunt bocæ oliuarum & cornoꝝ. sabina.i.e sa/
bina Romā vænali allata.hausit cęlum.i.concepit aerem &
spiramētū Auētini sup. collis.i.q nos nati & nutriti sumus
in ciuitate Ro.quia illi aduentitii serui & histriones pferun
tur nobis antiqs ciuibus & ingenuis, ingenueq; in ciuitate
Romana educatis.qd sup.dr
cā:q gens prudētissima.i. pe
ritissima adulandi laudat ser
monem indocti amici & lau
dat faciem amici deformis .
& æquat.i. eqparat & æqua
liter laudat . longum collum
amici inualidi .s. quæ plixa.
sed laxa & inualida habet mē
bra.æquat. inquā ceruicibus
Herculis tenētis procul a tel
lure.i. a terra matre eius. An
tæum gigantē , q quoties de
uictus ab Hercule defatiga/
retur : terrā matrem contin/
gēdo vires resumpsit . quod
tādem animaduertens Her/
cules eū subleuauit :& ita mē
bra eius confregit . subleuan
do autē cum frontem ei ap/
plicaret:ceruices extendit.be
ne dico ceruices : quia(vt au
ctor est Quintilianus)Hor/
tensius primus ceruicē sin/
gulariter dixit. Miratur.i.cū
admiratione laudat vocē an
gustam .i. stridulam & exilē
amici. qua voce nec sonat deterius:idest peius & dissonātius
ille sup. maritus.i. gallus. quo marito gallina mordet.i. qua/
lem habet gallus dū gallinam mordet. licet.i. licitum est : hoc
est non est aliqua lege vetitum nobis laudare hæc eadē:quæ
illi laudant. sed creditur .i. fides adhibetur illis .s. græculis.
an melior supple sit comœdus.i. actor comœdiarum cum.i.
quādo. sustinet.i. repræsentat. Thaida.i. personā meretricis.
vel cū agit vxorē.i. matronā honestam. vel cum agit Dori/
da.i. nymphā cultam. nullo palliolo.i. nudam sicut sunt nym/
phæ maris nempe .i. qa ipsa mulier viua.s.quā repręsentat:
videtur loq. non ipsa persona,i. nō comœdus personatus.i.
facie muliebri adulterina tectus . & tu q audias eum sic loq.
dicas omnia esse infra vētriculum .i. in loco membri virilis.
vacuo.i. sine membro virili. & plana:idest non extātia . cum
non sit ibi mentula:? & distātia:idest separata. aut fissa tenui
rima : idest modica fissura i qualem habent membra mulie/
bria:hoc est : dicas eum cunnum : non mentulam habere . &
ita plane mulierem non virum esse. Et ita dicit q comœdi
quidem ita agunt personam cuiuslibet mulieri : cum ipsi
sint viri. siue nudæ vt nymphæ . siue molliter vestitæ vt me
retricis. siue honestæ vt vxoris. vt quilibet credat ipsasmet
mulieres loqui: & tamē optimi comœdi non tam bene agūt
personas suas repræsentādo quālibet mulierem, sicut Græ/
culi illi adulatores suos agunt adulando . vt in sequēti dicā.
Hæc Doris hui⁹ Doridis vel Doridos est filia Oceani: & ac
cipitur interdum pro mari sicut ibi: Doris amara suam non
intermisceat vndā. Diximus prius comœdū esse, qui comœ
diam agit. & comicū, qui eam scribit . q autē dicit nullo pal/
lio ad hoc respexit q comœdiæ fere ex græco sunt argumē
to. & tales palliatæ dicūtur:quia more græco in palliis age/
bātur. Est enim vestis vtriusq; sexus apud Græcos. sicut to/
ga apud Romanos:sed pro muliebri sæpe palla legitur.
¶ Nec tamen Antiochus: licet, inquit ,hi omnes fabularum IOAN. Brit.
actores feliciter omnia repræsentent:tamē illic non sunt mi/
rabiles:adeo omnibus notū est eos esse agendi peritissimos.
Nā Antiochus, Stratocles, & Demetrius, & Hœmus nomi
na sunt comœdorū, de Demetrio & Stratocle Quintilianus
lib.xi.

lib. xi. sic Maximos actores comoediarū Demetriū & Stra/
toclē placere diuersis virtutibus uidimus. Sed illud minus
minorēq͡ alter deos & iuuenes, & bonos patres, seruosq̄, &
matronas, & graues anus optime alrer acres senes, callidos
seruos, parasitos, lenones, & omnia agitatoria melius. sunt
enim natura diuersa. Nam vox quoq̄ Demetrii iucundior
illius acrior erat: De Hoemo alibi Iuuenalis: Molli' Hoemo
quamquā & Carpophoro. ¶ Natio: ista graeca. Natio autem
dicitur graecus an barbarus: patria Atheniensis an Lacedae/
monius. Cognatio, qbus maioribus, quibus consanguineis.
Cicero auctor est lib. pri. Rheto. veterē. ¶ Comoeda est: ita
inqt ad fabulas agēdas est apta: Vt id a natura habere uidea
tur. ¶ Rides: q̄ periti sint greci ad adulandū ostendit multis
modis. Est ergo sensus: Si rides ipse stati tibi applaudendo
ridet. ¶ Cachinno: solutiore risu. est. n. cachinnus risus immo
deratus: a quo est cachinno verbū: quo vtit Tranquillus in
Vespasiano: Nec illam quicq̄ aliud q̄ cachinnasse ferunt. Cice
ro in. iiii. Tusculana. ostēdit cachinnum esse rephensibilem,
cū, ait: Vt si ridere concessum sit, vituperetur tamē cachinna
tio. Et cachinno nomē tertiae declinationis. ¶ Nec dolet: quā
uis inqt fleat: nō tamē dolet. sunt. n. omnia in eo ficta. ¶ En/
dromydem: vestis est gallica: q̄uis nomen sortita sit graecū:
ad arcendū frigus sumebatur. martialis: Hanc tibi sequani/
cae pinguem textricis alumnā: Quę lacedaemonium barba/
ra nomē habet. Aspera sed gelido non aspernenda Decēbri
Dona pegrinā mittimus Endromyda. Ea vtebātur in Gym
nasio & Theatro post ludorē exercitationē: ne lusores cale/
facti refrigescerēt. Vñ Martialis: Ne madidos intret penetra
bile frigus in artus: Neue grauis subita te premat Iris aqua.
Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres. ¶ Nō sumus
ergo pares: ergo, inquit, cū gens graeca adulandi sit peritissi
ma: idq̄ mihi minime placeat: non sumus pares. i. ego longe
sum dissimilis a natura Graecorē. ¶ Alienum sumere vultū i
sed ille, inquit, primū in adulatione obtinet locum: qui vul/
tu suo scit alienos exprimere affectus, vt aliquādo in gratiā
diuitū tristitiā gerat: aliquādo lętitiā. Tales. n. sūt versutis/
simi. vnde Terentius: Vultus quoq̄ hominum fingit scelus.
¶ A facie iactare manus: solent enim adulatores vtraq̄ ma
nu faciem amici adulādo demulcere. Videturq̄ ad id allude
re: quod antiquis Gręcie (vt auctor est Pli. lib. xi.) in suppli
cando mentum attingere mos erat. ¶ Laudare paratus: sen
sus est: Graecus ad omnia versutus, si amicus ructauerit
aut lectū minxerit, aut crepitum ventris emiserit, paratus ē
hęc omnia tanq̄ salutaria laudare. ¶ Si lectū minxit amicus:
locus hic corrigēdus est. nam legendum est lectum nō rectū.
estq̄ imitatio Horatiana, q sic scribit in sermone tertio: Cō
trua minxit lectum potus. lectū aūt discubitorium intellige. ¶ Si
trulla: trua vas est secundū Varronem: quo aqua e culi[illegible]
trulla lauacrinā fundebant: dicta a traiiciēdo q̄ p eam aqua traii
trulleū ciatur: a qua Trulla per diminutionem dicta a similitudine
truae quae q̄ magna & haec pusilla. inde ēt Truleum aliud
vas aquarium. a quo vocabulo deflexit Apicius verbum de
trullare. quod est de trulla in trullam diffundere. Trullā itē
capi pro vase potorio ita docet Scaeuola iurisconsultus de
auro & argento legato. Poculum aureum Seiae dulcissimę,
quod elegerit fidei haeredum cōmitto vt dent: quaero eum
in hęreditate non sint nisi Trullae. Scyphi, Modioli, Phialę:
an Seia de his speciebus eligere possit. respōdi, cū omnia po
tui parata pocula dicuntur, posse eam ex iis eligere. Plinius
lib. xxxiii. cap. ii. Titus Petronius consularis moriturus in/
uidia Neronis principis, vt mensam eius exhaeredaret trul/
lam murrinā. ccc. sestertiis emptam fregit. Horatius in Saty
ris: qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus
trulla, vappamq̄ profestis. De trulla alio genere vasis cre/
bra fit mētio a Catone in re rustica. Trulla item appellatur
Trullis/ instrumentū illud, quo fabri parietarii vtuntur ad extruen/
sare dos parietes, tectoriaq̄ leuiganda & cōplananda. vnde ver
bum trullissare adud Victruuium. Cum ergo trulla pro du/
plici genere vasis accipiatur: hinc fit vt diuersis etiam sensi/
bus locus exponatur. Aliqui enim dicunt graecum laudare
cum crepitus fit sordibus alui decidentibus in trullam, quae
inuerso fundo exciperēt. Aliqui laudare cū crepitus fit bibē
do inuerso fundo trullae. Ego vero neutrā secutus sentētiā
ita interpretor, vt ex consuetudine vetere, & quasi prouer/
bio dicatur: Graecus paratus est laudare, siue recte mingat,
siue pedat. Nā metaphoricos omnia sunt accipiēda. i. si trul/
la aurea: idest vēter diuitis dedit crepitum: hoc est pepedit.
¶ Inuerso fundo: nam tunc uas dicitur habere fundū inuer/
sum: cum os ima spectat & fundum sublimia. Ventris er/
go os: idest anus ima spectat, fundum vero superiora. Nam
proprie crepitum vētris appellamus sonitum illum, qui ex/
auditur non emissis tamē sordibus. vbi vero sonitus nullus
exauditur, appellamus flatum ventris. Suetonius in Clau/
dio: Dicitur etiā meditatus edictum: quo veniam daret: &
flatum, crepitumq̄ ventris in cōuiuio emittendi: cum peri/
clitatum quēdam prę pudore ex continentia reperisset. Nec
mirum quidem est Trullam vas poni pro ventre: quādo ta
libus metaphoris crebro vtantur poetae. Nam & carmē ex/
tat ex Apollinis oraculo apud Plautarchū in vita Thesei in
primo limine: in quo pedem p membro genitali, & vtrem
pro ventre posuit sic: Neue prius uir magne pedem: qui p/
minet vtri Soluas, cecropidū q̄ sacrā accesserim vrbem: qđ
sane carmen libenter in medium attulimus: atq̄ etiam expo
suimus: q̄ eius sensus vt obscurus multorum saepe ingenia
defatigauit. ¶ Praeterea sanctum: nulla iquit illic tuta est ca
stitas: vbi Graecus versatur. Sanctū dicitur (auctore Mar/ Sanctū
tiano de re diuina) quod ab iniuria hominū defensum, atq̄
munitum est: vt hoc loco. i. nihil est quod sit munitum & de
fensum ab iniuria Graecorum. Macrobius etiam ait sanctū
dici sacrum & religiosum, & omni obseruatione inuiolatū.
¶ Ab inguine: libidine Graecorum. Inguen pro parte genita Inguē
li tam in mare, q̄ in foemina acipitur. de quo diximus in pri
ma Satyra. ¶ Filia virgo: illa proprie dicitur virgo, quae nū
quam nupsit. ¶ Ante pudicus: qui pudicus ante erat q̄ Grae
cus in eius domo versaretur. ¶ Spōsus leuis adhuc. i. adhuc
sine pube: qui adhuc inferiora pube non vestiuerit. leuis. n.
prima producta significat sine pilus. ¶ Aulam resupinat ami/
ci: si nihil iquit est horum quod agat: resupinat aulam. i. oia Resupi
q̄ in domo sunt euoluit, & euertit scrutās secreta dñi. seqtur nare
. n. scire volūt secreta dom'. Statius in. vii. Theba. Aut Cyr
rham tauris, Anemoriamq̄ supinat idest arat & euoluit. Vñ
Actius in antigona vt tradit Marcel. Quid agis, perturbas
rem omnem, ac resupinas sorori. Statius item in nono The/
ba. Te quoq̄ sublimi transnantem flumina curru: Dum so/
cios Pharsale petis resupinat ademptis Dorica cuspis equis
. i. euertit. Propertius: Nec mora cum totas resupinat Cyn/
thia valuas: idest peruertit & psternit. Resupinare item ac/
cipitur p erigere & eleuare. Seneca: qui per pronum eunt,
resupinant corpora: qui in arduum incumbunt. Plinius lo/
quens de gruibus: ait eas resupinato collo bibere: ueluti per
fistulam infundentes aquam. Et alibi de columbis & turtu/
ribus ita scribit: Proprium generis eius & turturum cum bi
bant, colla non resupinare. large bibere iumētorum modo.
¶ Inde timeri: a dominis ne secreta reuelent: ac per hoc con
sequi eorum gratiam & munera. tales enim dubitātur. Mar
tialis: Vis fieri diues Bithynice, conscius esto. ¶ Et quando
coepit: quandoquidem, inquit, de Graecis facta est mētio: uo
lo Gymnasia: idest certamina gymnica praetereamus quasi Gym/
quae leuiora & tolerabiliora sint prae aliis. quae ab iis fiunt. nasia
sicq̄ poeta per transitum ostendit exercitationes gymnicas
damnandas esse: quarum vsus a Graecis in vrbem inuectus
iuuentutem Romanam eneruauit. Nam (vt scribit Plinius)
iuuenes se exercendo & vngendo animi vires perdiderunt.
Gymnasia (vt docet Cicero i secundo de oratore) instituta
sunt a Gręcis causa exercitatiōis: a γυμνάζω qđ est exerceo
in quibus postea philosophi coeperunt disserere & philoso/
phari. vnde & Gymnastica appellatur disciplina exercitatio
nis: quam laudat Plato, vunde in quinto de re pub. foemina
quod iubet exerceri gymnastica. ¶ Maioris abollae: abolla Aboll.
vestis fuit: qua & philosophi vterentur, de qua Martialis lo

quens de Cynico philosopho: Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati. Seruius expones illud Virgilianum: Dupli cem ex humeris reiecit amictum. ait duplicem amictum eẽ abolla: qua philosophi & milites vterẽtur. De qua etiã Horatius intellexisse videtur, cum ait loquens de Diogene: Cõtra quem duplici panno patientia velat. Nonius Mar. ait ve stem esse militarem. Iuue. alibi ostendit esse senatoriam: Rapta properabat abolla Pegasus. ergo maioris abollae: idest nõ militaris, sed philosophicę. & ideo maioris & grauioris auctoritatis: vt sit: Audi quae fecerit Graecus philosophus vir magnae auctoritatis. ¶ Stoicus occidit Baream: excãde scit poeta in perfidiam Graecorum: ostendens & eos qui stu dia sapientię profitentur pecunia corrumpi ad pnicem vel amicorum & familiarium: notatq; P. Agnatium, qui falso testimonio pecunia corruptus Baream Soranum amicum circumuenit. Nam cum Torius Seninus eques Romanus Baream Soranum accusasset per columnias Neroni, q; dete cta coniuratione Pisoniana, nihil proconsul in Asia minore ex communi vtilitate fecisset: immo seditiones in prouincia aluisset. Nero in eum commotus est. Itaq; cognitiõe senatui mandata, accitaq; Seruilia filia, quae & ipsa facta est rea, q; pecuniam dilargita esset ad deuotiones & veneficia pro sa lute patris. Adducti testes sunt, quorum vnus P. Aegnatius emptus ad opprimendum amicum Baream Soranum falso testimonio oppugnauit. Sorano igitur & Seruiliae filiae da tum est mortis arbitrium. fuerat autem P. Aegnatius cliens Sorani. Lege Cornelium Tacitum in Nerone. ¶ Stoicus. i. P. Aegnatius Stoicę philosophiae professor. Nam (vt scribit Cornelius) auctoritatem stoicae secte prę ferebat habitu & ore ad exprimendam imaginem honesti exercitii. Stoici denominati ϲτωτικος: idest porticu: i qua (vt diximus ante) commorantes disputabant. ¶ Occidit Baream: falso te stimonio scilicet. ¶ Discipulumq; senex: hinc maxime indignatur poeta q; magister discipulum oppresserit. ¶ Nutritus in illa: natus in Beotia ad Heliconem montẽ: vbi equus Pegasus Neptuni & Medusę Gorgonis (auctore Higino filius. vt alii vero tradunt ex Medusae sanguine & ceruice a Perseo resecta procreatus ad Heliconem montem deuolauit: vbi vngula saxum feriens aperuit fontem: qui Caballinus latine, grece vero Hippocrene est dictus. ¶ Pẽna Caballi: idest Pegasus equus alatus. hic autem est quem Bellerophon (auctore Strabone) deprehendit potantem ad Pirenem fontem in Acrocorintho: quoque vsus est ad interficiendam Chymaeram in Lycia. Plinius ait equor pennatos & cornibus armatos Pegasos vocari. de quibus etiam videtur itellexisse Cicero in oratione pro Quintio: O hoiem fortunatum, qui eiusmodi nuncios, seu pegasos habeat.

Pega fus

ASCE. ¶ Nec tamen Antiochus. Sententiam superius diximus dependet eni cum superiore. Vult enim dicere q; ipsi graeculi sunt cẽsores comoedorum: & sunt comoedi optimi: qua op time psonas suas adulando agunt ita: licet q; comoedus agat mulierem: vt ipsemet loqui eredatur: tamen Antiochus optimus ille comoedus non erit mirabilis: idest admiratione dignus illis. Vel illic: idest apud illos: aut Stratocles: aut Demetrius cum Haemo molli: idest effeminata voce, quae etiam comoedi & mimi sunt. nõ sunt supple mirabiles illis: qua natio eorum est comoeda: idest natura sunt idonei ad parasitos & adulatores agendos: cum non solum veri videantur: sed veri sint. Si supple tu rides, talis concutitur maiore cachinno. si cõspexit lachrymas amici: ipse flet etiam cum eiulatu. nec idest & non. tamen non dolet. si tu poscas tempore brumae: idest quo dies sũt breuissimi & frigus vigere solet. igniculum. i. modicum ignem. accipit endromyde: idest vestem villosam & densam & crassam, qua in maximo frigore vtebantur in Gymnasiis. Si tu dixeris aestuo. i. aestu Solis afficior vel caleo satis. ille sudat: idest dicit se sudare. ergo eñ nos talia facere non possumus. non sumus pares: idest sufficientes expectationi mollium Romanorũ vel aequales illis adulatoribus. melior. i. magis idoneus ad hãc rem sup. est qui potest semper, & pro: idest omni nocte & die sumere vultum alienum. i. volũtatis & affectionis suae iudiciũ facere in vultu ad affectionem alterius eui assentatur. & qui potest iacta re manus a facie in signum admirationis & doloris interdũ summi. & paratus laudare si amicus diues bene. i. libere ructauit, dicit enim id salubre esse & sanitatis indicium: si amicus minxit rectum: idest directum: qd signum fortis & non impeditae calculo naturae est. & si aures trulla dedit crepitũ dum ebibit amicus. & hoc fundo inuerso: idest sursum verso. dum enim ebibimus fundũ poculi sursum vertimus. Vult Mancinellus ructationem & mixtionem in conuiuiis a diuitibus fieri. & ita trullam: accipi pro poculo aureo: non pro vasculo quo excrementa excipiunt. Calderinus tamen de ua sculo tali intelligit: eo q; Martialis intelligit in Bassam: Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro. Nec me mouet q; trulla fere pro vase vinario accipiatur: qa luxuriosus homo, qui auro excipit excrementa ventris: etiam poculo ad hoc vti posset. plus autẽ mouet q; dicit fundo inuerso quasi sursum verso: vt dixi. quia tamẽ nõ est verisimile q; ad mẽsam mingant: ego potius & libẽtius dicam q; tales adulatores sequantur diuites: etiam quando secedunt ad opus egestionis: & q; trulla facit crepitum: aut dum ille largiter egerit: aut dum bombum validiorem emittit: & hoc fundo inuerso: idest a parte interiori verso: vel ex onere resultãte. au rum enim flexibile est & sine dubio tenuis bractea vnde talis trulla conficitur. Praeterea: idest praeter perditam adulationem qua patresfamilias decipiunt. nihil est vbi tales sunt. sanctum. i. inuiolatum. & nihil est tutum ab inguine: idest a pudendis illorum: quibus omnia conantur polluere. Matrona laris: idest domus: hoc est materfamilias non est tuta. filia adhuc virgo non est tuta: neq; ipse sponsus eui videlicet virgo desponsata est, adhuc leuis: idest imberbis. & filius pudicus ante. i. priusquam tales venerint in domum. Et si nihil ẽ horũ q; polluat, neq; matrona, neq; filius, neq; filia, neq; gener, neq; nurus resupinat: idest subuerit secundũ Manci. & Ceor. dicit eni Geor. Valla sic resupinat. i. subuertit. Resupinare enim honeste ab icepto reuocare uel percutere significat. Actius in Antigona: Quid agis perturbas rem omnẽ ac resupinas sorori. Est autem resupinare caput postquã delinaueris sursum eleuare: quomodo gallinę bibunt. Quia ego rem perturbat iam eleuãdo, iam deprimẽdo is proprie resupinat. hoc igitur loco resupinat. i. inuertit disgrẽdo sin gula: unde sit acquisitum & ad quem vsum: vt cognoscat vĩ tam amici. Aula praeterea est quae graece aule dicitur: idest regia: qa vero paterfamilias rex in familia sua dicitur: & dominus conuiuii conuiuio: ideo potest hic capi pro tota domo, cuius ipse rex est, sicut & rusticus in Bucolicis Virgilianis tugurium regna vocat dicens: Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Et id quidẽ mihi hoc loco plus placet, q̃ vt accipiam aulam pro ea parte domus: quam vulgus salam vocat. Causam autem quare aulam resupinat est: quia omnes tales nosse volunt secreta domus: atq; inde timeri. Primum enim non cessant indagare, donec norunt: & postquam nouerint si exigantur, aut non tam bene accipiantur vt prius minantur se ea reuelaturos. Et quando: idest quoniam mentio graecorum coepit supple fieri. transi Gymnasia: idest exercitia: palaestras: scilicet & gladiaturas, ludosq; & certamina gymnica: hoc est praeteri huiusmodi mimos, & cornicines, atq; gladiatores: & audi facinus maioris abollae. Vel sic transi supple ad Gymnasia literaria. & audi facinus maioris abollae. i. vestis philosophicae talaris scilicet Stoicus. i. Aegnatius professus stoicam sectam: occidit per falsum testimonium & delationem Baream. & ipse existens delator occidit amicum Baream. & ipse senex nutritus in illa ripa ad quam delapsa est pẽna Gorgonei Caballi: idest equus alatus ex Gorgonis scilicet Medusae a Perseo interfectae sanguine natus: idest iuxta Heliconẽ nutritus occidit discipulum: scilicet Torium Seninum. & ita de eodem Aegnatio mallem intelligere cum Calderino, q̃ vt delator sit Aegnatius, & senex Heliodorus: vt probum sensisse volunt. Fabulae explanantur ad vnguem a Mancinello.

Resupi nare

¶ Non

¶ Non est romano: in ea, iquit, domo vbi aliquis habitat & conuersatur Graecus: nullus Romanus habitare potest. Nā inde falsis Grçci criminationibus eliminatur. ¶ Protogenes: aliquis Graecus. species pro genere noīa ppria & conuenientia graecis. Protogenes aūt iterpretaē quasi primus genitus. Protogenis pictoris meminit Pli. li. vii. ¶ Diphilus: interpretatur amicus Iouis: απο του Διος. s. Ioue, & φιλου amore. ¶ Erimanthus dici potest, qui lites disseminando diuinat. ερις enim lis dicitē: & μαντις diuinus vates: hoc est q suis diuinationibus lites disseminat. ¶ Facilē stillauit in aurē: imitatio Horatiana: Praeceptum auriculis hoc instillare memento. ¶ Limine summoueor: a familiaritate & amicitia diuitis reiicior. Nā a poetis limē pro amicitia poni docet Seruius illic apud Virg. de Turno: Se limine pelli. ¶ Seruitii: seruitutis meae, qui tanquam seruus in obsequiis & negociis sui diuitis. ¶ Nusquam minor est iactura clientis: adeo, inquit, parua habetē amissio clietis Romae, vt nusquā sit minor. ¶ Quod porro officiū: sed ne forte, inqt, nobis videar nimis blandiri & rationes nostras nimium tueri, ꝙ nihil nobis sit, quod agamus in gratiam diuitū & potētū. Id tñ nobis pauperibus relictū est negocii: vt diuitibus officium salutandi occupatis: simus comites nō sine multo labore & animi anxietate. Sicq; ostendit pauperis clientis in vrbe difficilē esse vitae rōnem: qn eius labores maximi sint inanes. estq; legendū cum interrogatione. ¶ Quod meritum pauperis? qđ beneficiū est, quod possit pauper diuiti pstare: vt inde aliqd vtilitatis cōsequatur. ¶ Si currit nocte: subaudi diues vt salutet: Alibi legitur: si curet nocte. ¶ Togatus currere. s. hoc officiū pauperis currere togatus. i. vt sumpta toga diuitem cōmittitur. Nā diuites ante se habebāt (vt diximus) clientes togatos: qui appellabanē anteambulones. Habebant ēt q pone sequebanē dicebanē autē clientes togati, qa toga erat viliorꝫ, quam in officio salutandi sumebāt mane. vnde Mar. lib. iii. ad Cādidū: Exigis a nobis operā sine fine togatā: Nō eo libertū, sed tibi mitto [...]. Et alibi: Mane vel a media nocte togatus ero. Obseruand[...] est autē genus locutionis, vt dicat currere togatus, non autē togatum. Sic ēt apud Virg. in. xi. de camilla: Et Aeneadum pmitto occurrere turmae, Solaq; tyrrhenos equites ire obuia contra. Hocq; est ex ratione verae latinitatis, quae in his verbis absolutis a parte posteriore sibi nominatiuū abscidit: vt ego euro viuere iussus. Et officium tuum est ire obuius patri. Vnde Teren. in Andria: Quae sese inhoneste optauit parare diuitias: potiusq̄ in patria honeste pauper viuere. ait. n. pauper nō pauperē. Quare audiendi non sunt qui legunt togatum, quasi verbo absoluto nominatiuus adiungi nō possit a parte posteriore. ¶ Cum praetor lictorē impellat: nā & magistratus nō pudebat vt haereditates captarent, salutare potissimū viduas diuites, & orbos. Sex aūt lictores ptorem: duodecim consulem pcedebant cū fascibus virgarꝫ & securi colligata. Plutarchus rōnem q̄rens quare fasces virgarꝫ cum securibus ligatae pferrentur ait: signū fuisse nō oportere magistratus iracundiam prōpeam ac dissolutā esse, aut qa virgarum dissolutio mora & tarditate irā frangit, & impetū moderatur. Sed malitia qñ partim medicabilis est, partim curari nō pōt, virgae quod mutari pōt, corrigunt: secures autem quod emēdari nō pōt, abscindūt. ¶ Lictorē: scribit Valgius Rufus appellatū a ligando, ꝙ cum magistratus populi Ro. quēpiam verberari iussisset, crura eius & manus ligari, vinci[...]

rigaa viatore solita sint. Itaq; q ex collegio viatorꝫ officium ligandi haberet, lictor sit appellatus. Cicero in oratione pro C. Rabirio: Lictor, inqt colliga manus. Festus vero ait a ligando ꝙ fasces virgarꝫ ligatos. imperātibus magistratibus gerit. Tyroni vero Ciceronis liberto a lino vel licio deriuari placuit. ¶ Orbis: orbus dicitē proprie, qui & oculis & liberis priuatus est, Et filius etiā qui parentibus sit priuatus. Teren. Orbae qui proximi sunt iis nubāt. Persius: Quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis. Inde est orbitas & orbare verbūqđ est aliqua re cara priuare. Orbis autem, aut viris, aut viduis vigilātibus iam luce appropinquāte. ¶ Ne prior Albinam imitatio est Horatii in Sermonibus: Ne prior officio quisq̄ rñdeat vrge: Siue Aquilo radit terras, seu bruma niualē Interiore diem gyro trahit, ire necesse est. ¶ Albinam & modianam: anus diuites & orbas. ¶ Diuitis hic serui: conqueritur poeta iniquam temporum conditionem incidisse: vt ingenui sint togati: & comites hoīum diuitū libertinç conditionis.

Non est Romano cuiquam locus hic, vbi regnat
Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Erimanthus,
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum.
Solus habet, nam cum facilem stillauit in aurem
Exiguum de naturae, patriaeq; veneno,
Limine summoueor, perierunt tempora longi
Seruitii. nusquam minor est iactura clientis.
Quod porro officium, ne nobis blandiar) aut quod
Pauperis hic meritum? si currit nocte, togatus,
Currere, cum praetor lictorem impellat, & ire
Praecipitem iubeat dudum vigilantibus orbis
Ne prior Albinam, aut Modiani collega salutet.
Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum
Filius, alter enim quantum in legione tribuni
Accipiunt, donat Caluinae, vel Catienae,
Vt semel, atq; iterum super illam palpitet, at tu
Cum tibi vestiti facies scorti placet, haeres,
Et dubitas alta Chionem deducere sella.

¶ Claudit latus: comitem se prębet. Nam illi dicunē claudere siue tegere latus, q exterius aliquem comitanē, vt sit honoratior. Horatius in sermonibus: Ne tegam spurco damç latus? ordo aūc est: Filius ingenuorꝫ claudit latus diuitis serui. i. illius qui nuper seruus fuerat: nunc aūt libertinus: hyperbolicos autē dicit diuitis serui ex nimio stomacho, quasi qui adhuc oleat seruitutem. ¶ Hic. s. Romae. ¶ Alter enim: ex libertinis, inqt, sunt aliq adeo diuites: vt donent Caluinae vel Catienae moechis quātū tribuni militares accipiūt ex stipēdio. ¶ At tu. s. o Iuuenalis. p quem oēm intelligit Romanum paupere. ¶ Scorti vestiti: vestibus ornati vt pulchrius appareat. vt sic ostendat vix licere pauperi conducere turpem meretricem. ¶ Chionē nomē meretricis. Chion autem graece niuem significat in cuius nomen hoc disticho iocatus est Martia. Digna tuo cur sis, indignaq; nomine dicā: Frigida es, & nigra es, non es. & es Chione. Idem in tertio de Chione: Vnde datur quadrans, vnde vir es Chiones?
¶ Non est Romano cuiq̄ locus. Eandem rem prosequiē Vmbricius ostendens nullum esse quaestum Romae bonis ciuib' postquam recepti sunt tot graeculi. Ordo est 1 Locus. i. gratia vt recipiaris a quouis diuite in familiarem 1 non est cuiq̄ Romano. hic. i. Romae: vbi regnat aliquis Protogenes. i. pictor egregius & adultor: vel qui ex seruili domo natus principium est generis & nobilitatis suae. vel Diphilus. i. aliquis Ioui carus: hoc est adulator graecus impatori carus. aut Erimanthus. i. litis & controuersiae vates: & nuncius. hoc enim interpretantur haec graecorum propria: quae interpretamēta posui: quia consona sunt rebus. qui. s. Protogenes: Diphilus: aut Erimanthus: nunq̄ impartitur. i. partem facit amico: & ideo habet. i. possidet quae per adulationē acquirit solus. & hoc vitio gentis. i. secundum ꝙ gentes in patria illius sunt vitiosae: vel ꝙ vitium est patriae. Tales autē Maro apud inferos in tormentis & plurimos esse dicit in. vi. sic: Nec partē posuere suis quae plurima turba est. Nam pro quia cū. i. postq̄. stillauit. i. infudit in aurē principis: scilicet facilē: scilicet ad audiendum exiguum. i. modicū de veneno naturae. sup. proprie. & patriae quae omnibus illis communis est. ego summoueor. i. per delationem expellor limine. i. a domo diuitis, cui diu seruieram. & tempora longi seruitii perierunt: quia nullum emolumentum mihi attulerunt. iactura. i. dānum. clientis. i. amici familiaris in clientelam addicti nusq̄. i. nō vsq[...]

non est.i.non reputatur usquã minor sup. q̃ Romæ: hoc est cum parui sit Romæ dãnum clientulorum, qui exigunt sine oc casiõe legitima: nulla mercede reposita. Porro. Nam certe quod officium, aut (ne blandiar nobis.i. ut dicam veritatẽ licet no bis dãnosa sit) quod meritum.i. pmium, aut merces pauperis est hic.i. Romæ. q.d. nullum, si ipse cliens pauper curret nocte .i. ante lucem. togatus.i. in toga salutaturus: cum ita sit q p tor impellat lictorem.i. mini strum publicum: qui fasces ip sius fert: currere. & iubeat ip sum ire præcipitem. & hoc orbis.i. liberos non habenti bus. vigilantibus dudum.i. paulo prius. Nec collega.i. cõ petitor sportulæ ad idẽ mu nus missus. salutet prior Albi nam, aut Modiam ditissimas illas matronas & orbas filiis ingenuorum. claudit.i. com primit cõtinuãdo se illi. clau dit inquam hic.i. in hoc con cursu latus serui diuitis.idest eius, q seruit diuiti. Sed qua re diuites sportulam petunt.

Da testem Romæ tam sanctum, q̃ fuit hospes
Numinis Idæi, procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam.
Protinus ad censum, de moribus vltima fiet
Quæstio, quot pascit seruos, quot possidet agri
Iugera, q̃ multa, magnaq; paropside cœnat.
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei, iures licet & Samothracum,
Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atq; Deos, Diis ignoscentibus ipsis.
Quid, quod materiam præbet, causasq; iocorum
Omnibus hic idem, si fœda, & scissa lacerna,
Si toga sordidula est, & rupta, calceus alter
Pelle patet, vel si consuto vulnere crassum,
Atq; recens linum ostendit, non vna cicatrix.

Nam alter sup. diuitum tunc donat Caluinæ vel Catienæ mœchis illis. tãtũ sup. quantum tribuni militũ accipiunt in legione.i. dũ stipendia faciũt vt palpitet.i. palpitationes ve nereas & luxuriosas faciat super illam. semel, atq; iterum.i. semel aut bis. At tu: idest quicunq; es: non enim ad Iuuena lem loquitur, cũ.i. quãdo. facies scorti.i. meretricis. vestiti.i. optimis vestibus cultæ placet tibi. hæres & dubitas Chionẽ meretricem optime cultam deducere.i. deorsum ducere al ta sella.i. excipere eam cum descendit de sella: quasi dicat nõ debes dubitare & hoc ironice. Mordet autem eos, qui mere tricibus in plaplico obsequuntur.

IOAN. Brit. ¶ De testem Romæ cõqueritur Romæ fidem non haberi pauperibus licet viri boni sint: sed diuitibus tantũ licet scele ratis. Est ergo sensus: Si testẽ produxeris tam sanctũ, tamq; iustũ q̃ fuit Scipio Nasica, Numa põpilius, & Metellus, nul la ei fides habebit nisi diues sit. nam statim percũtantur quo censu sit. de moribus aũt (quod primũ esset ingtendũ) nulla fit mentio. ¶ Hospes numinis Idæi.i. Scipio Nasica, q hospi tio Cybelẽ excepit: quã & Rheam, & Matrem Deorum. & Ve stam & Deam phrygiam magnam. a locis aũt Idæã & Dindy menã & Philenam & Pessinuntiam nominauerunt. Græci ministros eius nũcupant vno vocabulo Curetes: eosdem & Corybantes vocant. lege Strabonẽ. De cuius historia ita Li uius li.xxviii. Oratores Ro. Pergamũ ad regem venerũt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiã deduxit, sacrumq; iis lapidẽ, quem matrem Deũ esse incolæ dicebant tradidit, & deportare Romã iussit, quẽ Tyberi aduectũ Sci pio Nasica optimus uir a senatu iudicatus p portam Cape nam duxit in urbẽ, eamq; hospitio excepit: qm ita respõsum habebatur vt numen id ab optimo viro reciperet. consecra returq;. & cũ Nasica tẽplum ei vouisset, Metellus icepit. Au gustus pfecit. Vnde Ouid. Illa sedens plaustro porta est inue cta Capena: Sparguntur iunctæ flore recẽte boues. Nasica excepit. tẽpli non extitit auctor: Augustus nunc est, ante Me tellus erat. De simulachro Cybeles quod cælitus demissum cõstat multa scribit Herodianus lib. pri. ¶ Vel et iã quasi Nu ma lõge fuerit sanctior Scipione. Numa.n. Pompilius ob in clytam eius religionẽ ex Curibus ciuitate Sabinorum accitus est Romã. & creatus rex secundus post Romulũ sacra plu rima instituit: ædem Vestæ cõsecit: Virgines vestales elegit: Flamines tres, Dialem, Martialem, Quirinalem: Salios Mar tis sacerdotes, põtificẽ maximũ creauit. ¶ Seruauit trepidã L. Metellum intelligit, q orbam luminibus exegit senectam amissis incẽdio: cum ex æde Vestæ ardẽti pontifex palladium aperet memorabili causa: sed euentu misero. Tribus ei (au ctore Plinio) populus Ro. qđ nulli alii ab cõdito æuo, vt quoties in senatũ iret curru veheretur ad curiã, magnum & sublime, sed pro oculis datũ. ¶ Ex æde flagranti.i. Vestæ. ¶ Mineruã.i. palladium.i. ipsius Deæ simulachrũ. Nam palla dem & Mineruã eandẽ esse dixere veteres. ipsum aũt palla dis simulachrũ Romani occultũ: nemini q; videndũ colunt, immotumq; vsq; ad eam diẽ conflagrationis, ex quo ab Ilio auectum fuit. ¶ Protinus ad censum: subaudi deueni tur, vt interrogent quantas possideat opes. ¶ Quot pa scit seruos: hoc antẽ eit eu lu xu Romanorum, qui (vt scri bit Pli.) tantam seruorũ mul titudinem habebat: vt iustũ exercitus numerum diceres. Pudentilla vxor Apulei (vt ipse docet in.ii. Apologia) ser uos haud minus quadringen tis donauit filiis suis. ¶ Q uã multa: q magno ciborum lu xu cœnet. Paropsis enim hoc loco pro vase escario. positũ est: vt apud auctores tam gre cos q̃ latinos sæpe vsurpatur. [Greek] idest ad ci bum. Licet proprie paropsis genus sit iuris: auctoribus Pol luce & Eustachio. Vnde Plau. in Pseudulo: Terrestres pecu des, aut cecimandro condio, aut paropside. vbi liquido ostẽ dit Plau. genus esse iuris & cõdimẽti. ¶ Iures licet & Samo thracũ: licet, iquit, pauper p Deos iuret peregrinos, & roma nos: existimatur omnino vti mẽdacio, ac per hoc esse periu rus, p Deos Samothraces Deos penates intelligit, quos ex Samothracia isula maris Aegei in Phrygiam Dardanus, & ex phrygia Aeneas in Italiam peruexit. Dionysius Halicar nasseus scribit in primo lib. Deos penates duos fuisse adole scentes ligneos sedẽtes, ac pila tenẽtes veteris artis opa, mul taq; subdit de Samothracia ex sẽtẽtia Callistrati & Satyri, De Diis ipsis intellexit. Virg. in secũdo: Hos cape fatorũ co mites, his mœnia quære. Pleraq; etiã de ipsis tradit Macro. ¶ Et nostrorum aras: per Iouem, Iunonem, & Palladẽ. Nam ii præcipue ab Romanis colebant, Diiq; magni sunt appel lati, ¶ Contemnere fulmina: creditur, inquit, pauper, non ti mere Deos, ac p hoc securus esse ad periuria. ¶ Quid, q ma teriam: proponit poeta aliam pauperum miseriam q omni bus sint deridiculo. ¶ Hic idem.s. pauper.

ASCẽ. Da testẽ Romæ &c. Ostẽdit virtutẽ Romæ nõ esse in p tio, sed solas diuitias: q et Horatius i epistolis sic dicit: Hos solos aiunt sapere & bene viuere: Quorum conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Ordo est: Da Romæ testẽ tam.i. tãtũ sanctũ. q.i. qtum sup. sanctus fuit hospes.s. Scipio Nasica, nu minis Idæi qđ in Ida silua troiana colitur.i. Cybeles. pcedat .i. veniat in cõspectũ Romanorum. vel.i. etiã Numa secundus rex Romanorum vir religiosissimus. vel ille sup. qui seruauit sup. icolumẽ Mineruam Deã illam trepidã.i. in periculo exi stente ex æde.i. templo eius flagrãti.i. ardẽti, hoc est Lucius Metellus q; Palladiũ.i. Palladis simulachrũ ab Troia auectũ ignibus subripuit. ptinus.i. statim sup. aspiciet ad censum.i. ad redditus & vectigalia: aut diuitias. quas possidere pmit tebatur a censoribus. vltima quæstio.i. inqsitio fiet de mori bus. quæretur enim sup. primũ quot seruos pascit: quot iu gera agri possidet, & q̃ multa. & q.i. quantũ magna paropsi de.i. vase ad cibos coqndos cœnat. vulgo dicit parapsis: sed ga dicitur a para & opson: & in cõpositione solet pcedens vocalis elidi: ideo periti scribunt paropsis. Quisq; habet tm̃ fidei.i. tanta cuiq; fides adhibetur: quantũ nummorum seruat in sua arca. licet tu iures.i. iurãdo i testimoniũ accipias aras .i. Deos, q colunt in aris Samothracũ.i. populorum Samothra ciæ. & aras nostrorum: idest Romanorum: hoc est.s. licet tu quis es paup iures p Deos aduectos ex Samothracia: & per Deos

Marginalia: Cybelis nomina; Curetes Corybantes; Parop sis; Samo thraces Dii

Deos, quos Romani potiſſimū celebrant: tn̄ nihil ſup. habebitur tibi fidei: quia paup creditur cōtemnere fulmina: qbus Iupiter malos terret: atq̧ p & Deos. & hoc ipſis Diis igno ſcentibus. i. nolentibus ſcire, aut factum pauperum diſſimulantibus quaſi q non attendāt ad facinora pauperum. Quid ſup. dicendum de hoc q̄ idem videlicet pauper prębet hic. i. Romæ oibus materiā & cauſas iocorum. i. irriſionum per iocos. ſi lacerna. i. veſtis oblōga & virilis quam forte a patrono quiuis habuit dono: ſit fœda & ſciſſa. toga. i. veſtis exterior cęteras tegēs. ſit ſordidula. i. modicum ſordida. tolerabilior enim eſt immundicia in veſte iteriori: in qua pauperes laborant, q̄ in exteriore: in qua in populo verſantur. & ideo dicit ſi fœda eſt lacerna: & ſi toga ſordidula eſt. non ſine cauſa vtens diminutiuo. & ſi alter calceus patet. i. videtur ab eis. pelle rupta: ideſt detrita. vel ſi non vna: ideſt multiplex cicatrix: ideſt veſtigium rupturæ oſtēdit linum. i. lineum filium craſſum. i. denſum: vel (quod tamē minus placet) pice inuiolatū. atq̧ recens. i. recēter adhibitū. & vulnere conſuto. i. fiſſura & ruptura conſuta: dixi minus placere q̄ ideo craſſum filum dicat: quia pice inuoluatur: qa quanto minus diligentiæ adhibuerit: tanto maior eſt cauſa irriſionis. præterea ideo dicit filum recens: quia adhuc albū: & ita plus eminens, q̄ ſi detritum colorem picis, aut corii acceperit: & ita paupertatem, non vitia deridebant.

¶Exeat inquit: q̄ infelix ſit pauper ab exēplo etiam theatri oſtēdit. Conqueritur enim q̄ cū antea in theatro omnes p̄miſcue ſederent: theatralē nunc illam ſpectandi promiſcuam licentiam in cōtemptum paupeꝝ eſſe ſublatam. Lucius enim Roſcius Otho tribunus plebis legē tulit: vt in theatro quatuordecim ordines ſpectādi gratia equitibus tm̄ Romanis darent̄. ii aūt in ordinem equeſtrem tranſibant: quoꝝ cenſus quadringētoꝝ fuiſſet ſeſtertium. multi ergo viri boni & nobiles: q aut ad integrū illum cenſum non peruiniſſent: aut forte aliquo caſu decidiſſent, iubebant̄ magno dedecore oibus fere ſpectaculis ſurgere ab iis, qui p̄erāt. Tota indignatio eſt in Domitianum, qui legem Othonis temporū vetuſtate abolitā reſtituit: qd' Tranqllus oſtēdit his verbis: Li[illegible] theatralem p̄miſcuā iniquitate ſpectandi inhibuit. ¶[illegible] uino equeſtri. i. ex quatuordecim gradibus theatri: q̄ [illegible]ſtria dicebant̄. Seneca in. vii. de bn̄ficiis: Equeſtria oium equitum romanoꝝ ſunt. Et idē: Sed cū in theatrum veni ſi plena ſunt equeſtria & iure habeo locū illic, quia mihi ſedere licet. Tranqllus in Caligula: Vt equeſtria ab infimo quoq̧ occuparent, popularia dicebantur vbi plebs ſedebat. Tranqllus in Domitiano: Et qa pars maior intra popularia deciderat. Puluinum aūt equeſtrē appellat ſedilia ipſa theatri ad ſimilitudinē fortaſſe puluini plumei: q̄ nō aliter in ſedilibus rege ſcimus toto corpore ſedentes, q̄ in puluinis repoſito capite. Nam puluinus dicitur quaſi pluminus: eo q̄ plumis refertus ſit. p diminutionē dicimus puluillum. puluinū etiam appellamus in hortis partem eminētiorē. Columel. in. xii. Spicę alii liratim ſeri debent: vt in puluinis poſitæ minus infeſtentur: vnde fit puluinatus. Pli. lib. xiii. Præterea cæſum adorſo puluinato. i. eminētiore. dici a nautis puluinū itē ſeri. Ser. Dorſum hoc eſt arenā duriorē q̄ euntibus & remeantibus fluctibus denſat̄ in modū ſaxi. A puluino vident̄ deduci puluinaria, q̄ plerunq̧ pro tēplis ponunt̄: cū p̄prie dicant̄ lectuli, q ſterni in tēplis cōſueuerūt. Cice. in oratione de haruſpicū reſ. ſic Hoiemq̧ eū, qui puluinaribus bonæ Deæ ſtuprū intulerat: vn̄ et impatorib' tāq̄ Diis tribuit, vt illic apud Iuue,

Nihil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quam quod ridiculos homines facit. exeat inquit,
Si pudor eſt, & de puluino ſurgat equeſtri,
Cuius res legi non ſufficit, & ſedeant hic
Lenonum pueri quocunq̧ in fornice nati.
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq̧ laniſtæ.
Sic libitum vano, qui nos diſtinxit, Othoni.
Quis gener hic placuit cenſu minor? atq̧ puellæ
Sarcinulis impar? quis pauper ſcribitur heres?
Quando in conſilio eſt ædilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues migraſſe Quirites.
Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi. ſed Romæ durior illis
Conatus, magno hoſpitium miſerabile, magno
Seruorum uentres, & frugi cœnula magno.

Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem, ¶Surgat: Mart. Quadraginta tibi non ſunt Chereſtrate, ſurge Lectius ecce venit. Nā Lectius & Oceanus tp̄ibus Domitiani p̄fecti fuerunt ſeruando ordini. ¶Cuius res. i. ille ſurgat cuius cenſus. ¶Non ſufficit legi: non tantus eſt quantum iubet lex Roſcii Othonis. ¶Et ſedeant hic i hoc dictū ex ſumma indignatiōe poetę. ſedeat, inqt, hic in quatuordecim gradibus turpiſſimus quiſq̧ modo diues ſit. ¶Lenonū pueri: viliſſimi quiq̧ vel cinædi, qui lenonibus ſeruiuerunt: aut pueri lenonum. i. filii lenonum. nā puer non ſolum ad ætatem refert̄, ſed & pro filio accipitur. vt illud: Tuq̧ puerq̧ tuus. & p ſeruo Teren. in Andria: Cōuerti puerū Chremetis. Multi enim ex ignobili conditione & ad opes ſummas & dignitatem equeſtrem peruenerant omnibus delitiis affluentes. Vnde legimus apud Phi. lib. xiii. cap. iii. quendā ex ſeruis Neronis ſolitū vnguento lauari imitatum C. principē qui idem fecerat. Lenones dicuntur (auctore Vulpiano) qui quæſtuaria mancipia habent: ſed & qui in liberis quæſtum hunc exercent in eadem cauſa ſunt. ſiue autem hoc principaliter negocium gerunt, ſiue alterius negociationis acceſſione vtuntur. vtputa ſi caupo fuerit vel ſtabularius & mancipia talia habuit miniſtrantia: & occaſione miniſterii quæſtum facientia. Lenocinium facere non minus eſt, q̄ corpore quæſtū exercere. ¶Fornice: lupanari, & loco fornicato: qualia domicilia ſolent inhabitare ſcorta. Alibi: Nudum olido ſtans fornice mancipium. ¶Nitidi lauti & ſplendidi opibus. ¶Plaudat: nam ſpectatores in theatro plauſu victoribus fauebant excipiebantq̧ in theatrum principes de quibus bene ſentiebant: de quibus autem male, ſibilo. Vnde Horatius loquens de Auaro: Populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca. ¶Præconis: præco a p̄cinēdo eſt dictus. Eſt enim is qui clara voce edicta magiſtratuum: quiq̧ pretia rerum in publicis venditionibus pronunciat. ¶Inter pinniradi: ordo duplex eſſe poteſt. vt ſit vnus: Filius nitidi præconis plaudat inter iuuenes cultos pinnirapi: & iuuenes laniſtæ: ideſt inter eos qui ex gladiatoribus ad magnas opes prouecti ſunt, & nunc ſedēt vt nobiles in quatuordecim: vt exponas iuuenes p filiis. Alter vero ſic: Filius præconis hic plaudat, & iuuenes pinnirapi, & iuuenes laniſtæ plaudant inter cultos: ideſt inter comptos & nitidos, ac per hoc diuites Romanos & equeſtris ordinis. Pinnirapus autem dictio eſt compoſita ex duobus corruptis i ex pinna & rapio ſicut apud Plautum in Pſeudulo Buſtirapus: ſignatq̧ retiarium alterum ex gladiatoribus: qui pinnam, & ſummitatem galeæ mirmillonis imiſſo rete capiebat: cū cantaret piſcem peto, nō te peto: qd me fugis galle? nā mirmillonicū genus armaturę gallicū eſt: ipſiq̧ Mirmillones ante galli vocabant̄. in quoꝝ galeis piſcis effigies inerat: quod genus pugnæ inſtitutū fertur a Pittaco vno ex ſeptē ſapientibus: qui aduerſus phrinonē dimicaturus p̄pter controuerſias finium quæ erāt inter Atticos & Mitylenæos rete occultato impediuit phrinonē. ¶Laniſtæ: genitiuus eſt caſus. laniſtæ, lanii, laniones denoiati ſunt a laniādo: ſed ita inter ſe differūt: vt lanii ſiue laniones dicant̄, q carnes vēditēt populo, eaſq̧ cōcidant & laniēt. vn̄ Apuleius laniena formauit vocabulum quod pro cruciatu & veluti quadam laniatiōe ſæpe poſuit. Plautus vero in Epidico lanienā appellat locū vbi pecudes mactant̄ a laniis, his verbis: Defeſſus ſum quærere per medicinas, tōſtrinas, in gymnaſio, atq̧ in foro, per myropolia. & lanienas. Laniſtæ vero erant qui gladiatorum familias habe

Leno

Lenocinium facere

Præco

Pinnirapus

Buſtirapus

Mirmillones

Laniſtæ

Lanii

Laniones

bant vænales,easq; digladiari docebant. vnde Tranquillus
in Cæsare: Tyrones neq; in ludo,neq; per lanistas,sed in do
mibus per equites Romanos, ac etiam senatores armorum
peritos erudiebat. dicti ergo lanistæ q̄ præessent hominib⁹
laniandis.¶ Sic libitum: subaudi est. cū indignatione dictū:
quasi dicat nulla fuit huius distinctionis honesta ratio: sed
sic libuit. Sicq; poeta ostendit contumeliosam diuitum ad/
uersus pauperes superbiam. Est autem libet vnum ex ver/
bis quod apud veteres geminauit præteritum: vt libuit libi/
tum est: licuit licitum est: placuit placitum est: puduit pudi/
tum est: nupsit & nupta est: prandit & pransus est: cœnauit
& cœnatus est. Et dicimus libet & libent in forma tantū ter
tiæ personæ in singulari & plurali, sic etiam licet & licent.
¶ Vano: stulto & modicæ prudētiæ: cum id per nimiam am/
bitionem fecerit. Virgilius: Vane ligur, frustraq; animis ela/
te superbis. ¶ Quis generalia est querela paupertatem vbiq;
contemni. Nam si ducenda, inquit, vxor est: repudiatur ge/
ner nisi opibus par sit puellæ: sicque ostendit hominum for/
tunam non virtutem quæri. ¶ Censu minor: qui diuitiis nō
sit par puellæ. ¶ Quando in consilio est ædilibus: conqueri/
tur poeta pauperem ab omni reipub. administratione, & cu/
ra tanquam nulli rei aptum arceri a magistratibus. Quan/
do, inquit, est in consilio ædilibus? quasi dicat: ædiles qui mi
nimi sunt magistratus, quiq; res minimas in urbe curant si/
quid consilio publico facturi sunt, pauperem in consiliū nō
admittunt. Nam ædiles præerant mensuris, vt in sequenti/
bus: Et de mensura ius dicere vasa minora Frangere. Et mi/
nimi erant magistratus: adolescentes prima commendatio/
ne creabahtur. Cicero legum secūdo: Suntoq; ædiles curato
res vrbis, annonæ, ludorumq; solennium., ollisq; ad hono/
ris amplioris gradum primus accessus esto. Erit ergo argu/
mētum a minore ad maius. vt sit sensus: si a minore magistra
tu pauper contemnitur: multo magis a maiore. Per qd' poe/
ta sæculum suum inscitiæ damnat: quod homines tātum ex
censu considerandos putet. Hincq; est illud Plinii in proœ/
mio. xiiii. libri. postquam senator cēsu legi cœptus, iudex fie
ri censu, magistratum ducemq; nil magis exornare q̄ census
pessum iere vitæ pretia, omnesq; a maximo bono liberales
dictæ artes in contrarium cecidere. ¶ Agmine facto: dam/
nat ex nimia indignatione consilium priscorum pauperum:
qui cum per seditionem in mōtem sacrum secessissent: in vr
bem tamen hortatu Agrippæ rediere: cum debuissent om
nino migrare. Plebs enim cum tributum & militiam tolera
re non posset. a patribus secessit in montem: qui postea ob
id sacer est dictus. Et cum inde reuocari nequiret Meneui/
us Agrippa legatus recitata fabula Aesopi: qua ostēduntur
artus humani a ventre discordasse: moxq; cū omnia ob di/
scordiam deficerent, in gratiam rediisse: sic populum cum se
natu reconciliauit: creatis tamen tribunis plebis, qui liberta
tem suam aduersus superbiam nobilitatis defenderēt. ¶ Mi
grasse: ita abiuisse vt nunquam redirent in vrbem vbi tan/
to sunt contemptui. ¶ Olim: superioribus temporibus. ¶ Fa/
Agmen cto agmine: omni collecta multitudine: vel facto ipetu. Nā
agmē sermo est polysemus: significat enim impetū. vt illud
Virgilianum: Illi agmine certo Laocoonta petunt. Et multi
tudinem: vt Vocat agmina sæua sororum: etiam exercitum
incedentem agmen vocamus. ¶ Haud facile emergunt: sen
tentia est generalis, qua ostendit cū vbiq;, tum maxime Ro
mæ difficile esse pauperi emergere e miseriis. est autem trā/
slatio a naufragis: qbus difficile est ex ꝓfundo emergere in
aquarum superficiem. ¶ Res angusta domi: tenuis facultas
rei domesticæ. ¶ Virtutibus obstat: impedimēto est: licet op
timis artibus sint instructis. ¶ Illis: scilicet pauperibus. ¶ Du
rior: difficilior. ¶ Magno hospitium: ratio est quare ad felici
tatem durior sit conatus Romæ. ¶ Magno: subaudi cōstat.
dicimus enim magno, paruo, plurimo, & minimo absolute:
cum verbis significantibus pretium sunt adiuncta: sed non
tanto & quanto: Verum tanti & quāti, pluris & minoris. Li
uius libro secundo primæ decadis: Magno illi ea cunctatio
stetit. Valerius: Magno vbiq; virtus æstimatur. ¶ Hospitiū:
domus cōducticia. ¶ Miserabile: quod te etiam possit ad mi Miserabilis
sericordiam mouere. Nā miserabilis ille est: qui sua miseria
nos vt sui misereamur mouet. Vnde Oui. monet amantē vt
se miserabilem puellæ ostendet. i. ita plenum erumnaq; vt
puella eius misereseat: Vt uoto potiare tuo miserabilis esto.
¶ Nil habet infelix. Ostendit iterum paupertatem Romæ ASCē.
haberi summo ludibrio: & esse fere itolerabilem: quia quos
misereri deberēt Romani irrident sed (vt dici solet) Est mi
sero peius derisio, q̄ dolor eius. Ordo est: Paupertas infelix:
idest quæ secundum opinionem Romanorū infelices facit:
cum tamen Lucanus eam dicat: Munera nondum intellecta
Deum: nil: idest non aliquid habet durius in se, q̄ q facit ho/
mines rediculos: idest derisibiles. Thristissimū autē est in pu
blico irrideri: & a sede occupata explodi: q etiam in euange
lio Luca. xiiii. Saluator ita docet: Cū inuitatus fueris ad nu
ptias non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te
fuerit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocauit
dicat tibi: da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouis/
simum locum tenere. hic autem non reprehenduntur pau/
peres, q in theatro in. xiiii. primis gradibus aliquando sede
bant: quia is locus potuit eis congruere: cum sint ingenui:
& ob virtutem longe honorabiliores, q̄ libertinæ conditio/
nis: aut turpi questus homines: & forte parentes eum locū
tenuerant: & ipsi priusquam lex esset reuocata: ne quis non
habens censum equestrem sederet illic census autem eque/
stris cōtinebat. cccc. sestertia: quæ quia sordidissimæ vitę ho
mines posidebant is qui præerat theatro: eiiciebat paupe/
res de honesta domo. & dedit locum diuitibus etiā infami/
bus: quod rep̄hendit Vmbricius. Ordo est: Theatrius sup.
inquit. is supple cuius res. i. possessio non sufficit: idest non
satis est. legi. i. qui nō habet censum equestrem exeat & exur/
gat de puluino. i. sedili puluino instrato equestri: idest debi/
to habentibus censum equestrem. si pudor: idest verecundia
est supple aliqua in eo. & pueri lenonum, qui ex turpi quæ/
stu meretricularum diuites facti sunt, nati in quocunq; for/
nice: idest prostibulo sedeant hic. & filius nitidi. i. pene culti
præconis: idest rerum vænalium laudatoris & nuntiatoris.
plaudat: idest plausum det hic inter cultos iuuenes pinnira/
pi. i. retiarii gladiatoris: & inter iuuenes lanistæ: idest eius q
gladiatores docet: & eos aliquando ad spectaculum exhibet
cum periculo capitis eorum: hoc est sedeant hic filii eorum,
qui ad censum equestrem peruenerunt turpibus artibus &
infami quæstu. & exeāt boni ciues: quia pauperes. Sic enim
libitum supple est. Othoni vano: idest stulto secundum Ser
uium: Vel leui iudicio: q distinxit nos sic. vt: scilicet sedes di
[illegible]is non virtutibus concederentur. Sed non solum Otho
[illegible]uitias respexit. nam: quis gener: idest volens esse gener:
[illegible] maritus filię impar. i. minor cēsu: idest dote. & sarcinu/
[illegible]dest ornamētis seu mundo muliebri puellæ placuit hic:.
idest Romę. q. d. nullus. quis pauper scribitur. s. in tabulis te
stamentorum. hæres. q. d. nullus. Quando est pauper supple
ædilibus: idest cum ædilibus in cōcilio. q. d. nunquā. tenues:
idest pauperes, Quirites populi: idest Romani. debuerant
olim: idest a multo tempore. migrare, i. discedere mutaturi
habitationem: & hoc facto agmine: sicut olim in mōtem sa
crum secesserant. q. d. viso q nulla spes lucri aut honoris est
nunc pauperibus Romanis, ipsi debuerant olim cum adhuc
fuerant potentes, & cum primum inceperant opprimi a diui
tibus. migrare. i. discedere a Roma: & alio se transferre. sed
nunc serum est: quia non auderent colligere manum contra
potentes ita subacti sunt. illi quorum virtutibus obstat. i. de
trimētum aut impedimentū facit res angusta. i. arcta & mo
dica, quā habent domi. haud. i. non emergunt. i. ex obscuro
& ignobili statu: quasi ex aquis caput extollunt ad maiora
sublimati. sed durior conatus. i. molitio ad victum quærītā
dum est illis Romę q̄ alibi: hoc est miserabiliores & afflictio
res sunt pauperes Romæ q̄ alibi: qa hospitium miserabile
quale fuit Codri: est sup. vel constat magno pretio & vētres
seruorū constant magno. & cœnula. i. parua cœna ipsius pa
rui famulus, frugi. i. frugalis: magno supple constat.

¶ Fictilibus

Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit
Translatus subito ad Marsos, mensamq; Sabellam,
Contentusq; illic veneto, duroq; cucullo.
Pars magna Italiæ est (si verum admittimus,) in qua
Nemo togam sumit nisi mortuus, ipsa dierum
Festorum herboso colitur si quando theatro
Maiestas. tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium, cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.
Aequales habitus illic, similemq; videbis
Orchestram, & populum, clari velamen honoris.
Sufficiunt tunicæ summis ædilibus albæ.
Hic vltra vires habitus nitor, hic aliquid plus,
Quam satis est, interdum aliena sumitur arca.
Commune id vitium est. hic viuimus ambitiosa
Paupertate omnes. quid te moror? omnia Romæ
Cum pretio, quid das, vt Cossum aliquando salutes?
Vt te respiciat clauso Veiento labello?
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libis vænalibus. accipe, & illud
Fermentum tibi habe, præstare tributa clientes
Cogimur, & cultis augere peculia seruis.

AN. ¶ Fictilib' cœnare pudet: cōqueritꝰ ita auctū esse p diuitias ciuium reg; luxū vt pauperes etiā pudeat cœnare li fictilibus: ne sint ludibrio. vt sit sensus: Pauperē, inquit, pudet cœnare fictilibus Romæ. quod negabit esse turpe si ad Marsos, mēsamq; sabellā se cōtulerit: vbi crassioribus etiā contētus erit vestibus: vt ostēdat vrbē incolentibus magna ambitiōe, magnoq; luxu oīno viuendum. Hocq; melius q̄ vt ad historiam referas: legendumq; est: negabit, & nō negauit. ¶ Cucullo: genus est vestis villosæ ad arcendas pluuias & frigora. Columella lib. pri. ca. viii. Cultam, vestitamq; familiam magis vtiliter, q̄ delicate habeat, munitam diligenter a vento, frigore, pluuiaq;: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis. Sidonius eius ita meminit: Per quos nocturnalem cucullum: quo membra cōfecta ieiuniis inter orandū, cubādumq; dignāter tegare transmisi. quā q̄ non opportune species villosa mittatꝰ hyeme finita: iamq; tēpibus æstatis appropinquātibus. Iulius Capitolinus i vita Veri: Vagabatꝰ nocte per tabernas & lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio. Diuus Hieronymus ostendit cucullū tegmen esse capitis, scribens sic de monachis: Edentes autem cucullis capita sua velent, ne alter alterum aspiciat manducantem, nec loqui quidquam liceat dum manducant. Cucullus item genus est auis. de qua Horatius in Satyris: Magna compellans voce Cucullum. ¶ Veneto: coloris veneti. Est enim marinis fluctibus similis. Vegetius in re militari: Ne tamē exploratoriæ naues candore prodantur: colore veneto qui marinis fluctibus est similis vela tinguntur: nautæq; vel per noctem: sed etiam p diē facilius lateant exploratores. Eū colorem aliqui putant illum esse quē baluum dicimus, quo vestes viliores tinguntur. Martia. Si veneto, prasinoq; faues, qui coccina sumis? ¶ Duro: crassiore lana. ¶ Pars magna [illegible] ostendit poeta longe minori impēsa alibi viui q̄ Rom[illegible] mo sumit togam: ista non viuitꝰ ambitione: vt client[illegible] adsint diuitibus salutantibus vt fit Romæ. Nā (vt [illegible] supra) toga erat viliorū: quæ sumebatur a clientibus [illegible] ibāt ad salutandū. supra: Si curret nocte, togatus Currere. ¶ Nisi mortuus: nam toga ornabantur mortui. Martia. Aut pallens toga mortui tribulis. ¶ Ipsa dierum Festoꝝ: ordo est & sensus: Tu videbis, inquit, habitus æquales & orchestrā similem & populum. s. similem in municipiis: si quando maiestas dierū festorum colitur theatro herboso &c. i. nullam videbis differentiā inter senatores & plebeios: vt est Romæ. Vt omnia referas ad parē habitū vestium: vt nulla inter eos sit per vestes distinctio: sed nobiles & plebei sint similes. Per orchestram autē designat senatores & nobiles. Nam orchestra locus erat in scæna, vbi senatores sedebāt. De qua Victruuius his verbis: In orchestra aūt senatorū sunt sedibus loca designata: & eius pulpiti altitudo sit ne plus pedum quinq;, vti qui orchestra sederint, spectare possint omnium agentiū gestus. Nam scænici artifices suas per orchestram præstāt actiones: sicuti scribit Victruuius in. v. de architectura. ὀρχεῖσθαι apud græcos idem est quod salto. ¶ Aequales illic habitus: æq̄lia oībus vestimēta ita: vt senatores a plebeis habitus vestiū non distinguantꝰ vt fit Romæ. Vnde ὀρχηστὴς .i. saltator & ὀρχηστρία saltatrix: & ὀρχήστρα .i. orchestra. Nā purpura (vt scribit Plini. lib. xi.) distīguit ab equite curiā. Est. n. prætexta senatorū. Ea etiā fuit magistratuū, & pueritiæ. de qua alibi vberius. ¶ Theatro herboso: nā in municipiis theatra in pratis ex cespite plerūq; extruebantur. Vnde Propertius Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu: Pellitos habuit rustica corda patres. Buccina cogebat priscos ad verba Quirites: Centum illi in prato sæpe senatus erat. Nec sinuosa cauo pendebāt vela theatro: Pulpita solennis non oluere crocos. Theatrum autem græcum est a θεωροῦμαι: quod est inspicio: latine spectaculum dicitur. ¶ Ad pulpita: nā e regione theatri extruebantur scænæ & pulpita ad commodum spectantium. lege Victruui. ¶ Notum exodium: sæpius recātatum. Nam (vt scribit Liuius libro. vii. ab vrbe condita) exodia ridicula fuere intexta versibus: quæ iuuentus inter se more antiquo iactare cœpit: eaq; conlecta sunt fabulis potissimum attellanicis. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus. Alibi poeta: Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ. Tranquillus in Tiberio: Vnde nota in Attellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit. dictum exodium ab ἔξω & ὁδοῦ: quasi extra viam & cantilenam institutam, & numerum aliorum versuum. ¶ Cum rusticus infans: pueri enim qui vna cum matribus spectabant ludiones personatos expauescebant. pueros autem solitos ferri spectatum docet Plautus in Penulo: Nutricis pueros infantis anniculos domi, vt procurent, neuq; spectatum afferant. Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame. Neue esurientes hic quasi hædi obuagiant. ¶ Hiatum: os ipsum. ¶ Personæ: persona indumentum est oris. dictum a personando: q vocem in vnum coactam, collectamq; emittens sonitus clariores, magisque sonoros faciat. Eam histriones sumebant in agendis fabulis. Aeschylus primus tragœdis cothurnos, Syrma, & personam dedit. De quibus sic Horatius in poetica: Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis. Docuit magnūq; loqui, nitidiq; cothurno. ¶ Pallentis: terrificæ. ¶ Sufficiunt tunicæ: sensus est: In municipiis non omnes viuunt ea ambitione, qua in vrbe: vt omnes habeant in Theatro tunicas albas: sed tantum ædiles: qui ludis præsunt. Romæ autem omnes spectantes lacernas habent albas. Martialis: Et plebs & minor ordo, Maximusq; sancto cum duce Cādidus sederet. Idem in distichis de lacernis: Amphiteatrales non commendamur ad vsus. ¶ Clari velamen honoris appositio est: scilicet albæ tunicæ, quæ sunt velamen clari honoris: hoc est quæ lacernæ dantur ædilibus, qui ludis præsunt. Nam ædiles fuisse in municipiis pauloante ostendimus. ¶ Hic vltra vires: tanta, inquit, in vrbe viuitur ambitione, vt vniusquisq; etiam supra vires studeat ornatui. Nitor: splendor subaudi est. ¶ Habitus: vestitus. ¶ Hic: scilicet Romæ. ¶ Aliquid est plus q̄ est satis: tantus est rerum luxus, vt plus etiam faciant, q̄ oporteat. ¶ Interdum aliena sumitur arca: alibi: Vt spectet ludos conducit Oculina vestem: Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. ¶ Ambitiosa paupertate: vt cum simus pauperes velimus videri diuites & alicuius pretii. Est enim ambitio honoris cupiditas. ¶ Omnia cum pretio: deest fiunt. ¶ Quid das: conqueritur tantam esse diuitum superbi-

Margin: cull' — Color venetus — Toga. — Orchestra — Th… tu… — Ex… du… — Per. — An…

vt pauperesin amicitiã suam non admittant: nisi per multa
munera. per Cossũ autẽ & Veiẽtonem intelligit nobilissimũ
quẽq;. Nam Cossorũ familia nobilis fuit. De Veientonẽ Fa/
bricio autẽ alibi Iuuena. Et cũ mortifero prudens Veiento
Catulo. Alibi: Accepta rude cœpisset Veiento videri. Fabri
cii Veientonis meminit Plinius in.iiii.epistola. vixit sub Do
mitiano & Nerua. ❡ Salutes: admittaris, vt visites & salu/
tes. ❡ Clauso labello: superbiam ostendit potentis: qui ne sa
lutantẽ quidem resalutet. ❡ Ille metit barbam: eo miseriæ
ventum est, inquit, vt si forte puer diuitis, aut barbam, aut
capillum deponat: statim pauper in gratiã diuitis mittit mu
nera, vt.s. diem festũ celebret. Nam qui barbam, aut capillũ
deponebant, solẽni quodãmodo alicui numini dedicabant.
Suetonius de Nerone: Inter Buthysiæ apparatũ barbã pri/
mam posuit conditam in auream pixidem: & pretiosissimis
margaritis adornatam Capitolio consecrauit. Martia. Hos
tibi Phœbe vouet totos a vertice crines Encolpus domini
Centurionis amor. Idem loquens de Earino liberto Domi
tiani: qui Aesculapio crines suos in pixide aurea reconditos
misit. sic scribit: Accipe laudatos iuuenis Phœbeie crines:
Quos tibi Cæsareus donat habere puer. Et alibi: Consilium
formæ speculum dulcisq; capillos: Pergameo posuit dona sa
crata Deo. ❡ Ille: idest alius diues metit barbã amati: scilicet
pueri. ❡ Amati: quem habet in d[e]litiis. ❡ Hic: alius. ❡ Ple/
na domus libis: idest statim pauperes, vt gratiã domini in/
eant, donant liba. & alia quæ puer deinde vendat: & pe/
culium sibi comparet, & augeat. sequitur enim: Cogimur
augere peculia seruis. ❡ Libis: libum genus erat placentæ:
quod offerebatur Diis. dictum a libando. Ouidi. Nomine
ab auctoris ducunt libamina nomen: Libaq; quod sanctis
pars datur inde focis. Mittebantur igitur liba: quasi quę die
festo Diis offerrentur: Cato in re rustica docet confecturam
eius sic: Libum hoc modo facito: casei pondo.ii. in mortario
bene differat: vbi bene distriuerit, farinæ siligineæ librã: aut
si voles tenerius esse, se librã: similaginis solũ eodem indito,
permisceto q; cũ caseo bene: ouum vnum addito: & vna be
ne permisceto: inde panem f[a]cito folia subdito: in foco cali/
do sub testa coquito leuiter. ❡ Accipe & illud: accipe, inquit.
& illud malũ: vnde tibi sit indignandũ & irascendũ: sumpta
transl[a]tione a fermento quod intumescit. ❡ Illud fermentũ:
illã indignationem. ❡ Præstare tributa clientes: & hæc est i/
dignatio, q; etiã clientes & familiares dñi coguntur in gra
tiã eius dare munera seruis q; grati sint ei. Quod & Horati.
in Satyris sic meminit: Difficiles aditus primos habet, haud
mihi d[e]ero: Muneribus seruos corrũpã, nõ hodie, si exclusus
fuero, Desistam, tẽpora quæram. Alii l[e]gunt: Præstãt tribu/
ta clientes. ❡ Peculia: peculiũ ait Vulpianus dictũ quasi pusil/
lã pecuniã, siue patrimoniũ pusilũ: quod seruus domini per
missu separatũ a rationibus dominicis habet: deducto inde
si quid dño debet. Cæterum apud auctores peculiũ pro om
ni patrimonio identidem capi manifestũ est. Plini. lib. xxxiiii.
Romæ simulachrum ex ære factũ Cereris primũ reperio ex
peculio Sp. Cassii: quẽ regnũ affectantẽ pater ipsius intere
merat. ❡ Seruis cultis, dilectis a domino. Cicero in Parado
xis: An eorũ seruitus dubia est: q; cupiditate peculii nullam
conditionem recusant durissime seruitutis?

Cẽ. ❡ Fictilibus cœnare pudet. Ostendit quare durũ sit paupe/
ribus Romæ residere: quia neq; diuitias acquirere possunt:
neq; in paupertate viuere sine irrisione permittũtur quia vi
tio nunc datur cœnare in fictilibus: q; tamẽ nõ erat pudori
olim clarissimo dictatori: qui de Samnitibus triumpharat.
Deinde ꝓgreditur ad detestationẽ pompæ quæ fit Romæ
in ludis & plublicis spectaculis: cũ talis alibi non fiat. & quia
omnes volunt diuites videri: licet multi pauperes sint: ideo
durissimã agunt vitam: quia nihil miserius in hoc mundo q̃
pauper superbus, & elato animo: quia neq; habet, neq; pete
re audet. Concludit itaq; omnia magno cõstare Romę: cũ
ne mend[i]care quidẽ cũ cõmodo tuo sine pretio possis. Ordo
est: Pudet etiam pauperes e cœnare: id. st cœnã facere in sup.
❡ [fict]ilibus. i. terreis vasculis a figulo factis, quod. i. quam rem
negauit esse turpe. is sup. videlicet. Curius dentatus: qui trã
slatus est subito. i. ex in prouiso: cũ i agro suo araret ad Mar
sos populos illos Italiæ, & ad mensam Sabellam. i. qua vsus
est cũ a legatis Samnitũ conueniretur. & contentus erat illic
.i. coram Samnitibus: cum tamẽ dictator esset. cucullo. i. in/
dumento capitis rustico: quo vinitores & piscatores & etiã
milites vtuntur cõtra sæuitiã cœli. Vnde dicit veneto. i. ma
rini coloris: vel quo piscatores Veneti vtũtur: & duro. idest
crassi fili. Et non solũ tunc dictator duro habitu vestiebat:
sed etiam hodie in multis partibus Italiæ vestium contem/
nunt. vnde dicit: Si admittimus verum: idest si volumus q;
verum est fateri: magna pars Italiæ est in quo nemo sumit
togam nisi mortuus: quia toga non sumitur nisi ab otiosis,
aut quibus pudori est vestis vilior in qua laborant. mortuo
rum autem corpora in toga ad sepulchra portabant. & si ip
sa maiestas. i. festiuitas, aut solẽnitas dierũ festorum colitur
.i. celebratur vel exornatur. quando. i. aliquando in theatro
.i. ædificio ad spectandum facto. nõ quidem marmoreo sed
herboso: quia ex herbis & frondẽtibus ramis in agris & mu
nicipiis Italiæ sibi similitudinẽ theatri extruebant. & si exo
dium. i. carmẽ ridiculum & rusticũ in fine a iuuentute rusti/
ca decantatũ. i. notũ, tritum, & vsitatũ. nõ recenter factũ: sed
repetitũ singulis annis redit. i. rediit. propter syncopẽ enim
ꝓducit syllabam vltimã. tandẽ peracto. s. anno ad pulpita q̃
plures petunt vbi sed[e]bant canentes. cum. i. quando. infans
rusticus nõ assuetus talibus spectaculis: formidat in gremio
matris illic sedẽtis hiatũ. i. rictũ & aperturã deformẽ oris p/
sonę. i. personati. pallentis. i. fecibus ora pallida habentis. vel
pallentis timore ne forte erret in re q̃ã ratio facit, vel reue
ra psonæ. i. adulterinæ & ex cortice factę pallentis nõ bene
coloratę: sed vetustate albicantis. tu videbis. i. quilibet vide
re poterit illic. i. in illo herboso theatro habitus æquales. s.
nihil discriminis habentes. & videbitis Orchestram. i. locum
ad saltandum aptum, iuxta quã Romæ erant senatorum se
des. & populũ similem. i. similiter ornatum: quia frondibus
& herbis: nõ tapetibus Orchestram: aut vestibus populum.
& tunicæ albæ, cũ cęteri piceis, seu (vt dicũt) griseis vteren
tur. sufficiunt. i. sufficienter explent summis ædilibus, qui lu
dis illis præerant. velamen. i. coopertimentum clari honoris
.i. in signum summi honoris. Nitor. i. splendor habitus. vltra
vires. i. facultatem. sumitur hic aliquãdo ex aliena arca. i. per.
vsuram aut furtum. & aliquid existens plus q̃ satis est. i. su/
perfluum sumitur. hic. i. Romæ aliquando ex arca aliena. Id
autẽ vitium est cõmune. Nos omnes viuimus hic. i. Romæ.
paupertate ambitiosa. i. superba & honoris cupida. Sed qd
o [illegible]alis, vel quiuis auditor. quid. i. ad quid. moror: idest
[illegible] verbis. Omnia supple fiunt Romæ cum pretio. i. ni
[illegible]mæ gratis: quid das. i. dare cogeris ianitoribus. s.
v[illegible]s. i. admittaris ad salutandum aliquãdo cossum vi
rũ illum nobilem & prædiuitẽ: quasi dicat dimidiũ lucri tui,
& quid das vt Veiento vir ille superbus & diues respiciat
te: dum eum salutas. i. clauso labello. i. nihil tibi loquens, sed
forte capite annuens. ille. i. aliquis ex familiaribus domus di
uitis. metit. i. radit primam barbam. amati supple pueri a do
mino forte ad turpitudinẽ. & hic. i. alius deponit crinẽ ama
ti pueri. & ita, quia celebrante eum diem: quo primum radi/
tur & tondetur. domus illa diuitis est plena libis. i. cibariis
vænalibus. & propterea nos miseri clientes vt simus in gra/
tia: cogimur afferre obsonia & munera: quæ Persius vocat
Marci monumenta clientis, vel emere liba & dare pueris &
familiaribus. Vnde dicit: Accipe. i. intellige & habe tibi. &. i.
etiam hoc fermentum: idest feruidæ iræ incitamentum: vel
(vt alii intelligunt) sunt verba clientis ad eum cui porrigit
dicens: accipe & habe illud fermentum. i. illa liba calida tibi,
sed non placet: quia fermentum in malum accipi solet. fer/
mentum autem est, quia clientes præstant diuitibus tribu/
ta: idest coguntur quasi tributarii singulis annis munera
offerre. & nos cogimur augere cultis: idest ornatis forte qui
bus dominus abutitur. seruis peculia: idest quod extra po/
testatem dominorum habent.

❡ Quis

Quis timet, aut timuit gelida Præneste ruinam?
Aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis, aut
Simplicibus Gabiis, aut proni Tyburis arce?
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte sui. nam sic labentibus obstat
Villicus, & veteris rimæ cum texit hiatum,
Securos pendente iubet dormire ruina.
Viuendum est illic. vbi nulla incendia, nulli
Nocte metus, iam poscit aquam, iam friuola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant.
Tu nescis, nam si gradibus trepidatur ab imis
Vltimus ardebit, quem tegula sola tuetur
A pluuia, molles vbi reddunt oua columbæ.
Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cantharus, & recubās sub eodem marmore Chiron,
Iamq; vetus græcos seruabat cista libellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.
Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil, vltimus autem
Aerumnæ cumulus, quod nudum, & frustra rogantē
Nemo cibo, nemo hospitio, tectoq; iuuabit.
Si magna Asturi cecidit domus, horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia prætor.
Tunc gemimus casus vrbis, tunc odimus ignem
Ardet adhuc, & iam occurrit qui marmora donet.
Conferat impensas, hic nuda, & candida signa,
Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti,
Phæcasianorum vetera ornamenta Deorum.
Hic libros dabit, & forulos, mediamq; Mineruam,
Hic modium argenti, meliora, ac plura reponit
Persicus orborum lautissimus, & merito iam
Suspectus, tanq̄ ipse suas incenderit ædes.

¶ Quis timet: a cōtrario per cōparationem ostendit cōmodius habitare pauperem foris, q̄ in vrbe. ¶ Præneste gelida: ita dixit vt Virg. Aciē Præneste sub ipsa Straui. vt gñe fœminino protulerit referens adiectiuum ad vrbem, nō ad nomen vrbis: quod generis est neutri: oppidum est (vt scribit Strabo in. v.) in conspectu Romæ situm in colle, nomen autem accepit (auctor Solino) a prēneste Vlyssis nepote Latini filio: vel (vt placet Festo) q̄ præstet montibus is locus: quo conditum est, vel ἀπὸ τῶν πρίνων: idest ab ilicibus, quarum magna illic est copia. Eam ciuitatem docet Virgili. ædificatam fuisse ab Cæculo filio Vulcani. Nec prænestinæ fundator defuit Vrbis Cæculus. gelidam autem appellat, quia in monte sita est. ¶ Volsiniis: oppidum Hetruriæ. Strabo: Cęterum in mediterranea præter iam dictas vrbes extant Arretiū, perusia, Volsinii, Sutrium. ¶ Gabiis: Gabii (auctor Strabo.) extant in via prænestina siti: vbi Latomiæ sunt. ¶ Simplicibus: ex historia simplices appellat: q̄ Tarquinius superbus cum virtute superare Gabios non posset, dolis aggressus est. cum enim velut posito bello fundamentis templi faciendis, aliisq; vrbanis operibus intentū se esse simularet, Sextus filius eius, qui minimus erat, transfugit ex composito Gabios, patris in se sæuitiam intolerabilem conquerens, iam ab alienis in suos vertisse superbiam: seq; dem inter tela & gladios patris elapsum, nihil vsque sibi tutum nisi apud hostes Tarquinii credidisse. Et ne errarent, imminere iis bellum q̄d positum simulatur. & per occasionem eum incautos in[illegible]rum. Benigne itaq; a Gabinis excipitur: duxq; cons[illegible] aduersus patrem: qui mox monente patre primori[illegible]bis partim interfectis: partim in exilium actis Gabios in manum patris tradidit. Ergo simplicitate sua capti sunt. ¶ Proni Tyburis: oppidum est non longe ab vrbe Roma situm in monte: quod conditum fuit a tribus fratribus Tyburto, Catillo, & Cora, quos Virgili. argiuos fuisse ostendit. Catillusque, acerq; Coras argiua iuuentus. Horatius item: Tybur argeo positum colono. De Tybure ita Strabo libro v. In Romæ vero conspectu sunt Tybur, Præneste, & Tusculum. Tybur quidem Herculeum est. ¶ Proni: pendiculi velut in suscipientes ruituri. ¶ Nos. s. pauperes. ¶ Vrbem. i. domos vrbis. ¶ Fultam: sustentatam ac per hoc veterem, & iam casus minantem. ¶ Tibicine: sustentaculo. Nam tibicines (auctore Festo) in ædificiis dici existimantur a similitudine tibiis canentium: qui vt cantantes sustineant, ita illi ædificia teneant. Itaq; apparet Tibicinem capi pro omni sustentaculo: vt apud Ouidium in. iiii. Fastorum: Hæc modo versabat stantem tibicine telam: a grammaticis etiam tibicines appellantur particulæ, qbus versus replentur. ¶ Sic obstat: p sustētacula ¶ Labentibus. s. tectis: q̄ in eo sunt, vt labi videantur. ¶ Villicus: seruus ille, q ruris curam habebat villicus appellatus est. ¶ Cum texit hiatū: ordo est & sensus: Et iubet dormire securos pēdente ruina, cū texit hiatū veteris rimæ. i. vbi rimosos parietes operuit. texit: vt cum particula aduerbium sit temporis. ¶ Pēdēte: pro ipēdēte & iminente. ¶ Vbi nulla incendia: eleganter ostēdit in vrbe crebra & horrenda incēdia oriri nō sine summo paupeꝝ dāno. Nā plerūq;, inqt iā cœpto icēdio diues, q iferiores ędiū partes tenet, bona sua ab igne transfert: cum interea pauperem ignis absumit ignarum: vtpote qui domus superiora incolat. Nam inquilinis & pauperibus superiora domus locabantur. Mart. Et tribus habito scalis, sed altis. ¶ Vcalegon. i. dñs domicilii tui: qui subter te habitat in primis tabulatis: alludit autē ad carmen illud Virg. Iam p ximus ardet Vcalegon. ¶ Friuola: etiam vilissima quæq;, & fragilia. a frio verbo: quod significat aliquid attrectādo in puluerem, & partes minutas conuertere. quo verbo sæpe vtitur Plini. vt est illud in xiii. vbi loquitur de palmis: In ipsa quidē Aethiopia friatur hęc tanta est siccitas, & farinę modo spissatur in panē: Idem in. xii. Feriatum amomum appellat. i. contritū. Idē in eodem loquens de ladano: Id quoq; terrenum est friabile. ¶ Ab imis gradib⁹: ab imis scalis, & primis tabulatis. ¶ Tegula sola tuet. i. qui habitat in suprema parte ædifi sub tegulis. designat autē cœnacula: quę superiores partes domus dicuntur: quæ inquilinis locari consueuerunt. Vnde alibi: Rarus venit in cœnacula miles. ¶ Columbæ: nā in culminibus solent colūbæ habitare, & a culminibus sūt denominatæ. ¶ Lectus erat Codro: ostendit Vmbricius pauperem vbiq; infelicem esse exemplo Codri. Nam si pauper, inquit, bona sua aut incendio, aut alia calamitate amiserit, neminē inuenit a quo iuuet. At si diues ardeat statim prę sto sunt q subueniant. ¶ Lectus: subaudi discubitorius. Nam & vasa cōmemorat ptinentia ad triclinium. ¶ Codro: paup. fuit poeta tragicus. de quo initio opis: Rauci Theseide Codri. ¶ Procula minor: tam modicus vt vix caperet proculam vxorem discumbentē. ¶ Vrceoli sex: vasa sex potoria, quæ in abaco sena tm̄ reponi ostendit poeta. Vnde Pli. lib. xxxvii. cap. ii. de Pompei triumpho: Vasa ex auro & gēmis abacorū nouem. Cicero in. v. Tusculanarū: Abacosq; q̄ plures ornauit argento, auroq; cælato. qbus verbis colligitur abacū mēsam esse vbi vasa escaria, potoriaue reponerentur. Vnde Pli. eodem lib. & capite: Abacis ēt, escariisq; uasis inde expetitis. Et paulo infra eodē capite: Murrina humorem putant sub terra calore densari: amplitudine nusquam paruos excedunt abacos. Ausonius: Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem: Atq; abacū samio sæpe onerasse luto. Abacus item appellat planicies superior quadrata capitelli in colūna: cui ad singulos angulos subsunt suæ volutę. De quo sic Victruui⁹: Tāta sit altitudo capituli cum abaco: abaci latitudo ita hēat rōnem: vt quanta fuerit altitudo, tāta duo sint diagonia ab angulo ad angulū. Dictio aūt est deducta a grō græco abacos. Capitur item pro tabula in qua calculatores & geo-

Friuola Friare

Cœnacula

Columbæ vñ[illegible]

Abacus

træ numeros & figuras designāt. Persius: Nec qui abaco nu/
meros. Eaq̄ etiā fiebat ex marmore appellabat delphica. se
delphi/ quitur enī: Sub eodem marmore Chiron .i. sub delphica. ita
enī exponit Porphyrio apud illud Horatianum: Et lapis al
bus Pocula cū cyatho duo sustinet. De qua mensa delphica
ita meminit Cicero in sexta Verrina: Prætereo q̄ iste men/
sas delphicas e marmore, crateras ex ære pulcherrimas ex
cantha/ oībus ædibus sacris Syracusis abstulit. ¶ Cantharus: græcū
rus est vocabulū: estq̄ genus vasis potorii ansati. de quo sæpe
apud Plautū fit mentio: vt illic in Pseudulo: Datur cātharus
bibi. q̄ Virg. (auctore Macrobio) ꝓpriū Liberi pr̄is pocu/
lū assignat Sileno: Et grauis attrita pendebat cantharus an/
sa. ponit etiā (eodē auctore) ꝓ genere nauigii. ¶ Infra .l. aba/
Chiron cū .i. sub abaco & mensa marmorea erat & cantharus. ¶ Chi
ron: aliq intelligūt Chironē marmore sculptū sustinentē del
phicā. sed melius est intelligas opus cōpositū de Chirone: vt
planius paupertas Codri ostendat: q̄ ne qdē haberet cōmo/
da librorū suorū repositoria. Chiron aūt centaurus fuit Sa/
turni ex Phillyra filius Nā (vt scribit Aratus) Saturnus eum
p Thraciā filium Ioue quæreret, in equū cōuersus cum Philly/
ra cōcubuit, inde natus Chiron: q priore parte speciē habe/
bat hoīs posteriore vero equi. Nauigauit (teste Orpheo) cū
Argonautis: quorū etiā fuit medicus: & vsum multarū herba
rū inuenit: inter q̄s & centauream. Achillis magister fuit. Ad
hūc in monte Pelio cū diuertisset Hercules, & sagittas eius
manib⁹ mirabūdus ptractaret: e manibus vna sanguine Hy
dræ lerneę tincta in pedē decidit: cuius vulnere cū angeret,
miseratione Deorū in cœlū post nouē dies est translatus in/
ter astra. Vnde Ouid. in Fastis: Nona dies aderat. cū tu iustis/
sime Chiron Bis septē stellis corpe cinctus eris. De hoc ergo
a poetis fabula cantata erat: Multa etiā apud Achilleida Sta
tii diximus. ¶ Mures opici: hoc autē per lusum dicit: q̄si ru/
des & barbari: nec q latine sciant. unde Sydonius: Turbida
Opici & pces & opica translatio: deducto vocabulo ab Opicis po
populi pulis Cāpaniæ: q ea regionē priscis tpibus tenuerūt. De qb⁹
Stra. in .v. sic scribit: Antiochus sane relīq̄ scriptū: hāc olim
ab Opicis regionē habitatā fuisse. Illos aūt Ausonios appel
Osci lat ostēdē etiā vocati fuit Osci. de qbus sic Festus Pōpeius:
Opicū quoq̄ inuenimus pro Osco. Opicos ēt populos anti/
quissimos Italiæ fuisse docet sic Thucydides .i. vi. Siculi aūt
ex Italia (vbi nāq̄ habitauere) fugiētes Opicos in eandē insu
lā traiecerūt. De Opicis itē meminit Diony. Halicar. pri. lib
Thucydidē secutus. Opicos ergo siue Oscos rudes & incul
tos fuisse docet Titinius poeta his verbis: Osce & volsce fa/
bulant, nam latine nesciunt. Vocabulū ergo vsurpabat ad ex
probrandā verę latinitatis ignorantiā, vñ & in .vi. Saty. ap
Opica pellat mulierē opicā: q̄si latine nesciētē illic: Atq̄ opicę casti
mulier gat amicę Verba. vñ extat & illud dictū Catonis in græcos,
Nos Spurios dictū & Opicos cognomēto dedecorant.
Opicus Ausonius: Eunus Syriscus inguinū liguritor Opicus magi/
ster, sic eū docet Phyllis. Alii dicūt Opicos appellari eos, q
græce nesciant, licet latine nō sint indocti. vt plusum mures
poeta appellat Opicos: q carmina græca rodebāt, q̄ nec itel
ligebāt. in q̄ opinioē vt esse Gellius li. x. ca. xvi. vbi sic scribit
Pereū ētati cupiā q literarū & Vocū græcarū expers fuit, cu/
iusā liber, & q̄ de re scriptus eēt. Et paulopost subdit: Tūc
ille Opicus verbis meis ichoatis & icōditis adductus. ¶ Nil
habuit Codrus: eo, inqt, paupertatis redactus erat, vt nihil
oīno hēret. Et tñ illud nihil totū amiserit: nec inuenerit alicū
de calamitati suæ subsidiū: adeo paupas ifelix est. At si, inqt
diues aliquo fortunæ ipetu de feliciore statu deiiciat: statim
hēt suppetias amicorū paratas. ¶ Vltimus aūt Aerūnę cumu
lus sed hoc, inqt, est oīum miserrimū. q̄ quærendo, petēdoq̄ ni
hil inuenit. ¶ Frustra rogantē: melius est frusta esse nomē, q̄
frustra aduerbiū. ¶ Si magna Arturi: hinc tota eī idignatio
poetę: q̄ hoies vel sceleratissimi modo diuites sint magis re
spiciant, q̄ paupes hōesti: Nā supra: Illic viuāt Arturius istic
& Catulus, maneāt q̄ nigrū in cādida vertunt: ostēdit Artu
riū & Catulum vilissimos fuisse, & sceleratos hoīes: q p scele
ssent locupletati. per Arturium igit diuitem quęq̄ & fa

cinorosum itelligit. Alii legūt Assyrii. ¶ Horrida materi sub
audi est .i. mulieres Romanæ squallidæ hūc q̄si commune ca/
sum lugēt: quēadmodū constat & publicas calamitates sępe
luxisse. ¶ Pullati: subaudi sunt .i. atrati, & vestes lugubres in/ pullus
duti. pullū .n. nigrū significat. Virg. Ne maculis infuscet velle
ra pullis Tranqllus in Augusto: Sanxitq̄ neq̄s pullatorū
media cauea sederet. Pullū ēt appellamus nouellū. Horat. in
odis: Gaudeat pulla magis atq̄ myrto. vnde etiā dicimus ar pullula/
bores pullulare: cū ramos nouellos exerunt. Pli. lib. xvi. Se/ re
nescunt velociter vites aquatiæ, sed e radicibus repullulāt.
¶ Differt vadimonia prętor: differt dictionē iuris, siue spon Vadi/
siones sistendi se in iudicio, ac per hoc iura ipsa. Vadimoniū monia
vocabulū qdē occursu frequēs est apud auctores: sed diffici/
le intellectu variis .n. modis vsurpari ab scriptorib⁹ dubiū
nō est. Videt aliqn̄ capi posse ꝓ sponsiōe ad certū diē sistendi
se in iudicio: vel p se vel p aduocatos vt in orone Cice. pro
Quintio dat intelligi: vbi lōga est altercatio de vadimoniis:
altera parte dicēte fuisse sibi vadimonia deserta, altera vero
nequaq̄ a se fuisse. facta q̄ significatiōe vt accepisse Tranq/
lus in Caligula, vbi sic ait: Vt litigatorū plerīq̄ q̄ occurrere
absentes ad vadimoniū nō possent, cā caderent: q̄si ad spon/
sionē factā sistendi se in iudicio ad diē cōstitutū. Aliqn̄ p ci/
tatione in ius. Plautus in Curcul. Vbi tu es, q me uadatus es
vadimoniis venereis .i. q me citasti in iudiciū citatiōib⁹ vene
reis. Valeri. lib. iii. Nā cum oppidū Babiā circunsederet Sci/
pio, tribunal suū adeuntes in cędē, q̄ intra mœnia hostiū erat
vadimoniū i posterū diē facere iussit. Sene. lib. de Ira: Quid
si pp vsurā, aut millesimā valetudinarius fœnerator distor/
tis pedibus & manibus ad cōparādum nō relictis clamat: ac
p vadimonia asses suos in ipsius morbi accessionibus vindi/
cat: hoc est ascīscit & consequit p citationes & iura forensia,
vñ & Porphyrio in Horatiū sic scribit. Horatiū cōsulit, an
pmittat attestari iniecta manu extracturus ad ptorē: q̄ va/
dimonio non paruerit: hoc est citationi, Idē Porphyrio alibi
refert se incidisse in hoiem molestū: neq̄ se ab eo auellere po/
tuisse, nisi aduersarius superuenisset a quo vadimoniū sibi di/
ctū esset .i. citatio in ius. Capi ēt videt pro iurisditione. Liui.
lib. xxxiii. Prætores quoq̄ iurisdictio erat: tribunalia ad di/
sciplinā publicā posuerūt: eo vadimonia fieri iusserunt: ubi q̄
eo anno ius dictū est. Gellius lib. vii. Tū e militibus, q in iure
apud eū stabāt, iterrogauit q̄spiā ex more in quē diē, locūq̄
vadimoniū pmitti iuberet. vbi liqdo apparet vadimonium
poni p iurisditione: vt sit: quo die, quoue loco velit me dice/
re. Macro. in primo Satur. Cōperēdini dies sunt, qbus vadi
moniū licet dicere. Pli. li. vii. Bebius iudex dū vadimonium
[illegible] iubet mortuus est: hoc est dictionē iuris. Seneca lib.
v[illegible]sto. ad Lucil. Tā ridiculē facio, q̄ ille q̄sq̄ vicisse se pu
[illegible] vadimonii distulit. Idē lib. pri. Nō uideor tibi plus p
de[illegible] ad uadimoniū aduocatus descenderem. Apul. uero
lib. x. pro effectu posuisse uidet, cū sic scribit: Promissę libidi
nis flagitat uadimoniū. q. d. effectū .i. vt efficiat qd promisit.
Idē lib. xi. Iamq̄ dies aderat diuino destinatus uadimonio.
hic videt poni vadimoniū pro pmissione: q̄si Deus pmisisset
et pristinæ formæ recuperationē. ¶ Tunc gemimus. ¶ arden/
te Arturio hoie diuite. ¶ Tunc odimus ignē: tunc, inqt, ignē
detestamur tanq̄ rē dānificam. ¶ Hic: subaudi ab inferioribus
dabit. ¶ Signa cādida: simulachra marmorea candida. ¶ Eu/
phranoris: Euphranor & Polycletus Athenięses fuere. de q̄
bus multa Pli. ambo statuarii miræ celebritatis. Euphrano/
ris est Alexāder Paris in quo laudat q̄ oīa simul intelligant:
iudex Dearū amator Helenæ: & tñ Achillis interfector. Le/
ge Plinium lib. xxxiii, cap. viii. ¶ Vetera ornamenta: subaudi
dabit ab inferioribus, vt dixi .i. quæ antea diu fuerāt i teplis
Deorū. ¶ Deorū phecasionorū: huius loci duplex pōt esse ex/
positio: Alii enim Deorū phecasianorū legunt .i. Deorū quos
phecasii sacerdotes colebant. Nam phecasios sacerdotes fuis/ phecasii
se ostendit Appianus lib. de bello ciuili loquens sic de M. An sacerdo/
tonio: Calciamenta candida qualia Atheniensium sacerdo/ tes
tes & Alexandrinorum, quos phecasios uocant deferre con/ phecasia
sueuerunt. A calciamentis igitur, quæ phecasia dicebantur,
apparet

apparet tales sacerdotes esse denoiatos. Calciamenti memi/
nit Sene. lib. vii. de bñficiis: Pythagoricus qdam emerat a su
tore phecasia. Item ad Luciliũ: Si quẽ palliatũ, aut phecasia/
tũ cõspexeris. Diuus quoq; Hiero. cõtra Iouinianũ ita inqt
de Phecasianis: Bactrianis ad hoc ipsum nutritis obiiciũt se
nes, q; cũ Alexãdri praefectus Phecasianoꝝ emẽdare voluis/
set, pene amisit ꝓuinciam. Alii vero ex veteri codice (quorũ
sensus magis mihi placet) nõ Phecasianoꝝ Deoꝝ legẽdũ pu
tant: sed hic asianoꝝ: vt haec particula hic quinquies, nec etiã
sine ornatu rhetorico repetatur. vt dicat: hic. i. alius dabit si/
gna candida. Alius aliqd praeclarũ Euphranoris, aut Poly/
cleti. Alius vetera ornamenta Deoꝝ asinorũ. Alius libros &
forulos. Alius modiũ ornamẽti & cętera. vt per vetera orna
menta Deoꝝ asianoꝝ itell gamus signa: aut tabellas pictas:
aut vasa aurea siue argẽtea. qbus rebus Deoꝝ templa ornari
solent: ac per hoc satyrice ostendit Romanos ob auaritiã tẽ
ploꝝ expilationibus non parcere. vnde legimus apud Plu/
tarchũ, Syllã quae in donariis ornatissima & ꝓciosissima fue
rant, tũ ab Epidauro, tum ab Olympia, tum ex Delphis da/
tis ad Amphictyonas literis Dei pecunias ad se deferri iussis
se. Quae furta, quaeq; expilationes, q̃ & publice & priuatim
fierẽt monet Cicero ad Q. fratrẽ his verbis: Praeclarũ est. n.
summo cũ imperio fuisse in Asia trienniũ sic: vt nullũ te signũ:
nulla pictura: nullũ vas: nulla vestis: nullũ mãcipiũ: nulla for
ma cuiusquã: nulla cõditio pecuniae: qbus rebus abũdat ista
ꝓuincia: ab summa integritate, cõtinentiaq; deduxerit. Cae
sar (vt scribit Tranqllus) in Gallia fana, tẽplaq; Deũ donis
referta expilauit. ¶ Et forulos: armaria & repositoria libroꝝ.
Fori Sueto. in Augusto: Libros Sibyllinos delectu habito condi
dit duobus forulis auratis sub palatini Apollinis basi. Fori/
uero dicunt̃ tabulata nauium ab eo qd̃ incessus ferant. Haec
Seruius in Vir. in. iiii. Implessemq; foros flãmis. ab Apul. ve
ro lib. iiii. capit̃ ꝓ sedilibus: vbi sic scribit: Hi simili lauacro
refoti inter foros socioꝝ sese reponunt̃. Tũc forte ducti mi/
steriũ faciũt, estur, ac portatur incõdite. ¶ Mediãq; Mineruã
mediã statuã Mineruae ad exornandam bibliothecã. ¶ Persi
orborũ lautissimus: Persicus, Pactius, Gallita, & Laronia ꝓ
nobilibus & ditissimis orbis ponuntur. ¶ Reponit: reparat,
& quasi lucrifacit & recondit. eadem significatione posuit
Quintilianus libro. ii. loquens de animalibus: Quin etiã repo
nere in hyemem alimenta videmus.

ASCĒ. ¶ Quis timet aut timuit gelida Praeneste ruinã? alia ponit
incõmoda & pericula vrbis ex ruinis domoꝝ, & incẽdiis fre
quẽtibus: quae in aliis ciuitatibus non timent̃: qa nõ contin/
gunt. Vnde dicit: Quis timet modo, aut timuit vnquã ruinã
in Praeneste ciuitate illa gelida. i. frigida: qa est in m[illegible]
sita. q. d. nemo. Est autẽ Praeneste oppidũ Thusciae. [illegible]
Festo credimus) q; locus in quo situm est montibus [illegible]
& ita cũ ae diphthongo prima eius scribitur. Seru[illegible]
Anchon Syracusanis condita fuit, qui a Graecis oriundi sunt. Nam cum Dionysii tyrannidem fugerent in Italia, in ora Galliae Cisalpinae, iuxta Cimmerium promontorium ipsam vrbem condiderunt. Stra. sic inquit lib. v. Vrbes vero habet, ex quibus Anchon Graeca ciuitas est, a Syracusanis condita Dionysii tyrannidem fugientibus: sita in promontorio inclusum complectente portum. ¶ Sinus: ipsa retia. ¶ Illis: coniunge cum minor. vt sit sensus: Rhombus non erat magnitudine inferior illis. s. Rhombis aut aliis piscibus: qui ad maeoticam paludem nutriuntur. Nam (vt scribit Plinius) pisces in maeotica palude conglaciata per hyemem fiunt pingues: quae resoluta in pontum exeunt. ¶ Maeotica: Maeotis palus est, quam efficit Tanais. ea in pontum effunditur. auctores Plini. & Mela, & alii geographi. ¶ Rupta Solibus. i. aestiuo calore resoluta. ¶ Ad hostia: hostia appellamus fluminum exitus. vnde

Hostia dicimus hostia Nili, & hostia Tyberina, cum in mare irrumpunt. hostia autem ponti. i. ad hostia ipsius paludis, quae exeunt in pontum.

¶Torpentis:frigore congelati.¶Desidia tardos:longa mo
Destina re ra factos segnes.¶Destinat:destinare est statuere.vt Impera/
tor graui supplicio affecit milites:q destinato die non affuis/
sent.i.constituto.Destinare itē deliberare,& quasi mēte agi/
tare.vt hoc loco:vt sit destinat.i.deliberat subaudi mittere.
Tranquillus in Iulio Cęsare:Iam de ornāda,instruēdaq; vr
be.Itē de tuēdo ampliādoq; imperio plura ac maiora in dies
destinabat.Dicimus etiā lapides destinatos templo Martis:
hoc est iā paratos ad templū Martis.¶Hoc monstrum:hunc
Cymba monstruosum piscē.¶Magister.i.piscator.¶Cymbæ:nauicu
la est piscatoria.¶Lini.i.retis,quod ex lino fiat.¶Pontifici
summo:hoc est Domitiano,quē ironicos pōtificem summū
appellat:hocq; ex historia.Nam is(vt docet Pli.i epistola ad
Cornel.Minutianū)cum Corneliā Maximiliā virginem Ve
stalē incesti ream viuā defodere cuperet,vt sæculū suum eius
modi exēplis illustraret,in villam Albanam reliquos pōtifi/
ces cōuocauit.Et summi pontificis iure eam absentē,& inau
ditam dānauit.Nam virginū Vestaliū punitores(vt scribit
Pōtifex Dionysius)sunt pontifices.Domitianus ergo tanq̄ pōtifex
vnde eam dānauit.Pōtifices dicunt a pōte & facio.Nā ab iis Sub/
licius est factus primū,& restitutus sæpe.Proponere:vænū
exponere.¶Cū plena:ratio est q̄re nemo auderet,nec vende/
re nec emere,quia vbiq; sint delatores.¶Et littora.i.etiā lit/
Alga tora,nedum alia vrbis loca.¶Inquisitores algæ.i.maris:i cu/
ius littoribus multa alga passim eiecta est.Alga enim est her/
ba marina,q ex pfundo eiicitur.¶Agerent:accusarēt piscato/
Viuariū rem,q piscē esset expiscatus elapsum ex viuariis Cęsaris.Vi
uaria sunt(vt diximus supra)vbi ptinent vel aues vel pisces
vel feræ,q dūtaxat ad victū spectāt.Nā Romani hēbāt vbi
pisces inclusos pascebant.Plinius:De manu pascunt pisces in
pluribus qdem Cæsaris villis.lege & Macro.apud quē mul/
ta de viuariis,& saginādis piscibus referunt.¶Cæsaris:Do
mitiani.¶Si quid Palfurio:sensus est & ordo:Quicquid ex
mari est pulchrū & ptiosum,id oē est fisci.i.iperatoris,si cre/
dimus Palfurio& Armilato,q in gratiā impatoris pcalum/
nias & sacrilegas interptatiōes multa fisco vindicabāt.Fuit
aūt Palfurius Sura(vt auctor est Probus)consularis viri fi/
lius.sub Nerone luctatus est cū virgine lacedæmonia in ago
ne:postea a Vespasiano sūmotus e Senatu trāsiit ad Stoicā
sectā:in qua cū eloquētia pcelleret,Domitiano familiaritate
cōiūctus,delatione acerbissime exercuit.De quo ita memi/
nit.Tranqllus i Domitiano:Sed et capitolino ēt in cunctos
ingēti cōsensu pcantes,vt Palfuriū Surā restitueret pulsum
olim senatu,ac tunc de oratoribus coronatum nullo riso di
Armilla gnatus tacere tātūmodo iussit voce pconis.¶Armillato:de
ti hoc Tranqllus sic:Armillatus pcessit in publicū,& eādē sen/
tentiā habuit.Armillati aūt dicunt,qui armillis ornati sunt.
Properti.metaphoricos canes armillā gestantes armillatos
appellat:Atq; armillatos colla molossa canes.Est.n.armilla
Armillū torquis argenteus,siue aureus,q circa brachiū gestabat.Ar/
Fiscus millū vero est(auctore Festo)uas vinariū i sacris.dictū q ar
Cōfisca mo.i.humero deportet.¶Fisci.i.impatoris.Nā(vt diximus)
re fiscus receptaculū est nūmorū & pprie principis.vt hoc loco
Sportæ etiā poeta accipit.ærariū vero publicū est.populiq; Ro.qd
Sportu Plinius euidēter ostēdit in Panegyrico Traiani:At fortasse
læ nō eadē seueritate fiscū,qua ærariū cohibes.Idē in eodē:Lo
Sportel cupletabant & fiscū ærariū nō tā Voconiæ & Iuliæ leges.
læ Quinetiā iuriscōsulti titulo neqd i loco publico fiat hoc idē
Sacci declarāt his verbis.Res fiscales quasi ppriæ & priuatæ prin
Sacculi cipis sunt.Tranqllus itē in Augusto distinguere vt ærariū a
Sacelli fisco his verbis:Tertio volumine cōplexus est quantū pecu
Crume/ niæ i ærario,& fiscis esset.Idē i Vespasiano:Sūt q opinent eū
næ ad manubias,& rapinas necessitate cōpulsum summa ærarii
Mānticæ fisciq; inopia.vn Tranqllus in Augusto:Nā eam summā &
Maru/ cōfiscatā semp,repositāq; habuerat.A noie fit verbū cōfisca
spia re.i.ad fiscū principis deferre.Nūmorū aūt receptacula erant
Fisci Sporte,Sportulę,Sportellę.Sacci,Sacculi,Sacelli.Et Cru
Fiscinæ menæ,Mātice,Marusplanta Fisci,Fiscine,Fiscelle.Spartea
Fiscellæ sunt vtēsilia ad maioris sūme pecunias capiēdas.auctor Pæ
Sportea dianus.¶Domibus ergo:Verba poetæ subsannātis talē legū
interptationē.¶Ne pereat.s.piscator.¶Iam letifero:sensus ē:
Etsi iam tempus erat hyemale:vt facile piscis frigore conser/
uari possetitri piscator veluti vrgente Austro:quo spirāte fa
cile corrumpunt obsonia,ad imperatorē festinat cum pisce.
¶Cedente pruinis.i.hyemi:quo tēpore maxime cadūt prui/ Pruinæ
næ dictæ aūt pruinæ q̄si perurinæ ab vrēdo:q in agris oia
vrāt,atq; absumāt.¶Autūno:Varro putat Autūnum dictū Autum/
ab augendo:q eo tpe præcipue hoium res augeant:coactis nus
agrorum fructibus.¶Letifero:mortalibus pniciosos:solet enim
Autūnus pter temporū mutationes esse grauis,& pestilēs.
tūc eni ventus Auster flat,quo maxime morbi generant.vn
est illud Horatii:Frustra p Autūnos nocētē Corpori metue
mus Austrū.Idē alibi:Pomifero graue tps anno.¶Iā quarta/
nā:in fine.n.autūni solēt febres tertianæ in quartanas muta
ri.¶Sperātibus:declamatio p cōtrariū.i.timentibus.Virgi.
Nūc ego si potui tm sperare dolorē.¶Deformis i appellatur
a poetis hyems deformis,q oia frigore,& niuibus defor/
mia videant.¶Auster:nā(vt diximus)eo flāte(vt docet Pli/ Auster
nius)obsonia corrumpunt.Horatius:At vos præsentes Au
stri coquite horū obsonia.est aūt uentus q a meridie flat,qui
græce Notus dicit:α ὑπὸ τῆς νοτίδος id est ab humiditate, Notus
¶Quales tunc &c.Si,inqt,tanti cōstat gula uilissimi hois: ASCE.
quāti erit impatoris Domitiani,q.d.maximo pretio:qa san/
guine multorum,vt in descriptiōe cœnę ex Rhombo capto &
Domitiano oblato cōsequēter psequit,ostēdens adulatorū
pnitiosissimū malū.Ordo est:Quales epulas putemus.i.puta
re debeamus.ipsum induperatorē.i.impatorē Domitianū:ii
per epenthesim.n.cā metri interposuit du.glutisse.i.tanq̄ rē
dulcē ingurgitasse,aut deuorasse.glyrys enim dulce est.tunc
cū.i.qn purpureus.i.purpurā indutus.scurra.i.captator ri/
sus ex turpibus verbis nō habita rōne psonæ suę.palati.i.pa
latii magni:qa imperatorii:videlicet Crispinus.ructaret.i.
vsq; ad ructationem igurgitaret.tot sestertia.i.sex:q multa
sunt p parte cœnę talis hois.vnde dicit p appositionem.tot
sestertia sup.existentia exiguā.i.modicā partē.& sumptā de
margine.i.de extrema parte modicæ cœnæ respectu aliarū
cœnarum eius.scurra dico olim sup.iā princeps.i.magister
equitū,qui solebat vendere magna voce:more eorū,qui in
pagis & minoribus oppidis pisces vænales nunciāt se habe
re.siluros.i.pisces i Nilo frequētes.municipes.i.secū dū Man
cinelū in eo municipio captos vnde Crispinus.vel(vt dixi)
vænales i municipiis,& viliores q̄ quos Romę vendere pos
set,Vnde addit.de merce fracta.i.putrida.vel accipiendo cō
tentū pro cōtinente.i.de corbe manco & rupto.Incipe Cal/
liope &c.Quia dictū est,quales tunc epulas.q.d.pretiosissi/
mas:descripturus qualē piscē Domitianus glutiuerit:inuo/
cat nimiū facete musas:quasi vero rem ratā sine numinis au/
xilio exequi nō posset.Et id omne facit cū scōmate.i.amara
irrisione.o Calliope dulcis vocis Dea.q heroida.i.maxima q
q scripturis auxilio esse soles.incipe sup.mihi rē memorare,
quā dicere paro.licet.i.licitū est.considere.i.descēdere vt se/
deā.& qetē capiā.hic.i.in hac re quā dicere paro.alii hñt cō/
sistere.i.retinere cursum venæ satyricę:& grauius dicere vn
de subdit.non est cantandū.i.nō oportet cantare tanq̄ iocu/
laria aut fabulosa,qa res vera agit,& o Pierides.i.o Musæ
puellæ.i.adhuc virgines & puræ.narrate mihi beneuole sup.
rem.& prosit mihi dixisse vos puellas.Cū.i.quādo.vltimus
Flauius.i.Domitianus,q nunc est vltimus de Flauiorū gen/
te.laceraret.i.crudelitate sua tyrānica dilaceraret orbē.i.mun
dū.semianimum.i.semiuiuū,& semimortuum.& Roma ser
uiret,idest in seruitutē redacta obediret Neroni caluo:idest
Domitiano sic agnominato.spatium.i.amplitudo & magni
tudo.admirabile.i.admiratione dignum.rhombi.i.talis pi/
scis.adriatici.i.nutriti i mari Adriaco.incidit.i.a casu portū
aut sinū intrauit.ante domum.i.ædē Veneris:quā domum
Anchon ciuitas illa Dorica.i.a Doricis condita.sustinet.i.cō
seruat.& ipleuit sinus.i.angulos & curuaturas maris iuxta
portū.enim pro quia.hæserat.i.adhæserat.vel retibus vel
littoribus & arenæ propter magnitudinē.non minor.i.exi/
stens non minor illis,quos glacies meotica.i.meotis paludis,
quæ

Vsq; lacus superant, vbi quamquam diruta seruat
Ignem troianum, & Vestam colit Alba minorem,
Obstitit intranti miratrix turba parumper,
Et cessit, facili patuerunt cardine valuæ
Exclusi expectant admissa obsonia patres.
Itur ad Atridem, tunc Picens accipe dixit
Priuatis maiora focis, genialis agatur
Iste dies, propera stomachum laxare saginis,
Et tua seruatum consume in sæcula rhombum.
Ipse capi voluit, quid apertius? & tamen illi
Surgebant cristæ, nihil est, quod credere de se
Non possit, cum laudatur Diis æqua potestas.

quæ est in superiori Asiæ parte. operit. i. tegit. tota hyeme. & pingues facit. & ipsa glacies rupta. i. soluta. tandem. i. per longam hyemem, effundit. i. exponit Solibus. i. calori Solis. ad. i. iuxta. hostia. i. receptacula fluuiorũ. ponti. i. illius maris torpentis. i. stagnantis, & tarde aut parũ refluentis. effundit inquã tardos. i. min⁹ agiles. desidia. i. propter sessionẽ, & in fundo hęsionẽ: & pingues lõgo frigore. magister cymbæ. i. nauiculæ. & lini. i. retis linei, destinat. i. adiudicat debere summo põtifici, Domitiano scilicet. hoc monstrũ. i. inuisæ magnitudinis rhombũ. enim ꝓ quia. quis auderet ꝓponere. i. vænalẽ ante cõspectum ementium ponere i aut si ꝓpositus: esset, quis auderet emere talem sup. piscem. q. d. nemo est. cum. i. quando quidẽ. ea littora: in qbus captus erat. forent. i. essent. plena multo delatore. i. occulto accusatores. & cum inquisitores algæ: idest quid cũ alga herba illa villissima, quã mare proiicit: mercium aut nauiũ ad littus proiiciatur. dispersi. protinus. i. ampliter. per omnia agerent. s. litem. i. cõtenderent in iudicio cũ remige. s. piscatore. nudo. i. paupere. non dubitaturi. i. tales qui nõ dubitent dicere piscẽ illum fugitiuum sup. esse. i. qui effugerit ex piscina imperatoris: & depastum esse diu viuaria Cęsaris. & ipsum elapsum inde. i. ex viuariis: hoc est piscinis Cęsaris debere reuerti ad veterem dominũ. i. possessorem Domitianũ. i. Quinetiã si nos credimus quid. i. aliquid Palfurio & Armillato. quicquid est conspicuũ & pulchrũ in toto æquore. est res fisci. i. pertinet ad fiscum. i. ad mensam iperatoris. vbicũq;. i. in quocunq; loco, siue publico, siue priuato nata. ergo quia retineri tute non potest rhombus tantus donabitur sup. iperatori ne pereat. i. corrumpatur: quia alius emere non auderet. & hoc potius q̃ ne perdatur: quia ablatus fuisset. ꝓpterea dico quia sequit̃ iam letifero &c. ironice enim dicit hoc. q. d. ęquũ est vt donetur cito: qa iã finis est autumni: & frigus incipit vigere. q. d. non opus est vt tantũ properetur. Potest tamen sic intelligi, & forte melius. donabitur ergo ne pereat, quia vendere nõ auderet præcipue ea tẽpestate. qua diu cõseruari posset: & ad imperatore incorruptus aduehi. si enim alio tẽpore vendidisset, potuisset dixisse: quia incorruptũ attulisse nõ potuisset. Dic igit̃ ne pereat, cum iuste auferatur a delatoribus, & a nullo audeat̃ emi. & hoc autũno letifero. i. letũ hoc est mortẽ afferre solito. cedente. i. locum dantiam pruinis: idest (vt galli dicunt) gelu albo: vel materiæ roris congelatę: quod intensi frigoris signũ est. & ęgris sperantibus. i. tementibus. sicut pri. Aeneis. At sperate Deos memores fandi atq; nefandi iam quartanam sup. febrem, quæ in fine Autũni, aut annalis aut mortalis iudicatur. hyems. i. tempestas hyberna. deformis. i. formositatẽ anni: hoc est frondes & flores delens. stridebat. i. vẽtorũ stridorẽ dabat. & seruabat. i. ꝑseruabat a putrefactione, prędã recentem. i. nõ solitã. & tñ hic videlicet miser piscator properat. i. festinat portare rhombũ illum ad imperatorem. tanquã Auster uentus ille tepidus & humidus vrgeat: idest impellat timore corruptionis.

IOAN. Brit. Lacus Albani ¶ Vsq; lacus superant: aut ita dictũ est: sicut illud apud Cæsarem in tertio cõmentario: Quod hyems suberat hoc facere neglexerunt. aut hypallage est. i. postquam piscator lacubus superat, qui Albani vocantur. Nam Alba (auctore Dionysio) inter montem excelsum, atq; lacum magnũ & profundũ extructa est æque distãs ab vtrisq;: hiq; erant tanq̃ muri vix expugnabilem eam reddentes. De lacu sic Cicero in primo de Diuinatione: Quid q in annalibus habemus Veienti bello, cum lacus Albanus præter modum creuisset: quendam ad nos hominem nobilẽ profugisse. Eius etiam meminit Valerius in primo: Subito lacus Albanus solitum stagni modum excessit. De lacubus Albanis sic etiã meminit Horatius: Albanos prope te lacus Ponet marmoream sub trabe cypria. Vnde fit vt putem apud Virgiliũ in 5 primo mendũ esse: vbi ostendit Nisum & Euryalũ peracta multorũ cæde in castris Rutulorũ peruenisse ad locos, qui Albani sunt dicti: ita vt ad lacus Albanos, non locos legendũ cõtenderim.

¶ Ignem troianum. i. colit ritus Vestæ: in cuius tẽplo perpetuus ignis adseruabatur a sacris virginibus. ¶ Troianum: nã id institutũ seruandi ignis initium habuit a Troianis, cum in Italiam Aeneas penates vexisset, & ignẽ ęternum Vestæ. vnde Virg. Sacra, suosq; tibi commendat Troia penates: Hos cape fatorũ comites. Idem alibi: Vestãq; potentẽ, Aeternũq; adytis effert penetralibus ignẽ. Papini. An tacita vigilet face troicus ignis. Põtifex maximus custos erat virginũ Vestalium, quæ custodiunt ignẽ perpetuum vt scribit Plutar. Vnde & Papini. loquẽs de patre docẽte Neapoli. sic inquit: Sub te Dardanius facis explorator opertæ. Nã fax siue ignis cinere opertus seruabatur. Quæ vero Deã colebant virgines quatuor principio erant eligentibus eas regibus ad ea, quæ cõstituerant Numa legitima: posterius autẽ propter multitudinẽ sacrorũ ministeriorũ, quæ perficiunt sex factę sunt apud Deã vitam agentes. Vnde scribit Tranquil. ustestamentũ Augusti apud sex virgines Vestales depositũ fuisse. Triginta annos necesse est eas manere innuptas. & castas sacrificia peragẽtes ex lege: quo in tẽpore opus est eas decẽ anni discere: decem sacra perficere: decem vltimis alias edocere. Lege Dionysium. Lotos antiquissima arbor fuit in vrbe, quę capillata dicebatur. ad quam virginum vestalium capillus deferebatur. Plinius libro. xvi. capi. vltimo. ¶ Vestam minorẽ i ad differẽtiam templi, quod Romæ ab Numa Pompilio extructum fuerat nouum & rotundũ, & maius. vt scribit Plutarchus in vita Numæ. ¶ Alba diruta: nã post supplicium sumptum de Metio Suffecio Albanorũ duce, alba imperante Tullo Hostilio diruta est. Templis tamẽ Deũ (vt scribit Liuius. ita enim edictum ab rege fuerat) temperatũ est. Albanis in vrbẽ Romã admissis, mons Cęlius inhabitandus traditus est. sicq; Albæ ruinis duplicatus est numerus ciuium. Albã (auctore Dionysio) condidit Ascanius filius Aeneæ. Annos durauit postquã cõdita est quingentos minus tredecim. ¶ Alba: describit autem locum vbi Domitianus quotannis in Albano quinquatria Mineruæ celebrabat: cui collegiũ instituerat sacerdotũ. ¶ Valuę. idest postes a uoluendo, q in cardinibus voluãtur. Propertius de templo Apollinis palatini: Et valuæ libyci nobile dentis opus. ¶ Patres: idest senatores, q in Albano erant cum imperatore. ¶ Ad Atridem: ad Domitianũ. nam vt Agamẽnon omnium græcorũ ducum voluit imperator appellari: ita Domitianus non solum dux ducũ, & princeps principũ, sed etiam Deus. aut appellauit Atridẽ a crudelitate, vt quando Neronem etiam dixerit i ostẽdat in omnibus Neroni similem fuisse. vt sit: Itur ad Atridem: idest ad Neronẽ alterum, qui matrem suam interemit Agrippinam, sicut Orestes Atrei nepos & Agamemnonis filius matrem suam Clytemnestram. ¶ Tunc Picens: idest piscator de Piceno agro, qui rhombum cœperat. aut reuera nomen est propriũ, sicut apud Martia. Scribit in aduersa Picens epigrãmata charta. ¶ Maiora. i. pretiosiora q̃ priuato conueniant homini: quasi dicat digna tantũ principibus. ¶ Iste dies agatur genialis: hic dies celebretur summa cum volupꞇate. Nam tunc Genio operam dare dicimus, cum animi relaxationem sequimur. Persius: Indulge genio, carpamus dulcia nostrum est Quod viuimus. ¶ Laxare stomachum: hoc dictum est per irrisionẽ a

Sed decrat pisci patinæ mensura. vocantur
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miseræ, magnæq; sedebat
Pallor amicitiæ primus clamante Liburno,
Currite iam sedit, rapta properabat abolla
Pegasus, attonitæ positus modo villicus vrbi.
Anne aliud tunc præfecti? quorum optimus, atq;
Interpres legum sanctissimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iustitia, venit & Crispi iucunda senectus,
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium, maria, ac terras, populosq; regenti
Quis comes vtilior, si clade, & peste sub illa
Sæuitiam damnare, & honestum afferre liceret
Consilium? sed quid violentius aure tyranni?
Cum quo de pluuiis, aut æstibus, aut nimboso
Vere locuturi fatum pendebat amici?
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec ciuis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.
Sic multas hyemes, atq; octogesima vidit
Solstitia, his armis, illa quoq; tutus in aula.
Proximus eiusdem properabat Acilius æui
Cum Iuuene indigno, quem mors tam sæua maneret,
Et domini gladiis iam destinata, sed olim
Prodigio par est in nobilitate senectus,
Vnde fit, vt malim fraterculus esse gigantum.
Profuit ergo nihil misero, quod comminus vrsos
Figebant numidas albana nudus arena
Venator. quis enim iam non intelligat artes
Patricias? quis priscum illud miretur acumen
Brute tuum? facile est barbato imponere regi.

poeta in exprobrationē gulæ: vt sit stomachū tuum extēde, atq; imple. nam quæ implentur, laxanī, & extenduntī. ¶ Saginis: idest pisce saginato. nam sagino idem est quod pingue facio. Vnde Sagina pro pinguitudine accipitur. ¶ Seruatum in tua sæcula: aperta & manifesta adulatio, quæ omnibus fere grata esse cōsueuit. Vnde Seneca ad Lucilium: Quicquid in nos adulatio sine pudore congessit: tanquam debitum prehendimus: optimos nos esse sapientissimos affirmantibus assentimur: cum sciamus illos multa mentiri: adeo quoq; indulgemus nobis, vt laudari velimus in id, cui contraria tam maxime facimus. Mitissimum ille seipsis in supplicii audit: in rapinis liberalissimum: in ebrietatibus ac libidinibus temperatissimum. Sequitur itaq;, vt ideo mutari nolumus, quia nos optimes esse credimus. ¶ Quid apertius? scilicet ista adulatione. ¶ Surgebant cristæ: translatio a Gallis sumpta, quibus cristæ eriguntur: quod alacritatis est indicium: idest Domitian⁹ licet cognosceret manifestam esse adulationem: mira tamen afficiebatur lætitia: & sibi placebat talia audiēdo. ¶ Nihil est: valde enim aures principum adulationibus delectantur. Vnde Alexander Macedo prædicantibus se Iouis esse filium, aliquādo credidit ita, vt cum in India vulnus accepisset, magnūque sentiret dolorē: Omnes, inquit, iurant me esse ipsius filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. ¶ Cū laudatur Diis æqua potestas: ex historia est. Nam tantæ fuit stoliditatis & arrogantię, vt cum audiuisset se nominari Deum: per libellum statim edixerit ne alia præfatione appellaretur. Vnde Martialis in quinto: Edictum domini, Deiq; nostri. Et ipse Domitianus cum pcuratorꝶ suorꝶ noīe formalē dictaret epistolā sic cœpit: Dominus & Deus noster sic fieri iubet. Vnde institutū post hac vt ne scripto quidem, ac sermone cuiusquā appellaretī aliter.

¶ Vtq; lacus &c. Ostendit quomodo oblatus est piscis. Ordo est. Vt: idest postquam. lacus, qui erant sub mœnibus Albæ suberant sup. piscatori. i. postquam superauerat lacus, & appropinquarat Albæ vbi tunc Domitianus in collegio sacerdotum erat. vbi. i. in quibus lacubus. Alba quāquam diruta. i. deleta a Tullo Hostilio: tamen sup. seruat ignem troianum, qui perpetuus erat. & colit Vestam Deā virginitatis, quæ per ignem signatur. minorem. i. quam Romæ a Numa coli iussa est turba miratrix obstitit parumper. i. paruo tempore piscatori intranti: idest volenti intrare. & cessit: idest locum dedit. valuæ. i. ianuæ. patuerunt. i. aperte sunt. apportāti. s. facili cardine. i. reuolucro earum, patres. s. senatores exclusi expectant obsonia admissa: idest rhombum: quem pluris q̄ patres faciebat imperator. itur ad Atridem: idest terrificum & magnanimum imperatorem Domitianum, qui Agamemnoni comparandus est. & hoc ironice. vel (vt Mancinellus dicit) tanquam ad Orestem Atridæ nepotem, & matris interfectorem. tunc Picens adulator ille dixit. O imperator accipe obsonia maiora: idest excellentiora. focis priuatis: idest qui debeant coqui in focis priuatorum. iste dies agatur genialis: idest sicut is in quo Genio. i. Deo naturæ indulgeri solet: hoc est natalis, quo voluptati & libidini maximā operam dabant. propera laxare. i. euacuare. saginis. i. pingui pistrino. vel potius laxare. i. recreare, & laxum reddere stomachum tuum saginato pisce. & consume rhombum seruatū a fatis scilicet. in: idest vsque ad tua sæcula: quod patet: q ipse voluit capi. quid apertius inquit poeta posset mentiri? vel sunt verba Picentis. quid apertius q̄ capi voluisse: quasi dicat nihil. & tamen cristæ: idest spinæ surgebant illi: scilicet rhombo præ indignatione q captus esset. verum nihil est quod potestas æqua: idest æqualis Diis. i. Domitianus, qui se dominū & Deum voluit appellari. i. cui persuasum est q Deus esset. non possit credere de se cum laudatur.

IOAN. Brit.

¶ Sed deerat: in irrisionem principis hoc fingit poeta, eius luxum, & gulam notās. ¶ Deerat: idest tantus erat piscis: vt nulla extaret patina, quæ eum coquendum integrum caperet. ¶ Pallor: idest timor. ab eo quod præcedit id quod sequitur. Nam timorem pallor sequitur. Multi enim ob principis crudelitatem pallebant. Vnde ita scribit Cor. Tacitus in vita Iulii Agricolæ, vt ante diximus: Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre & aspici, cum suspiria nostra subscriberentur, cum denotandis hominum palloribus sufficeret sæuus ille vultus, & rubor quo se contra pudorem muniebat. ¶ Amicitiæ magnæ: idest imperatoriæ. Vnde prima Satyra: Magni delator amici: idest imperatoris: quam & miseram appellat ab effectu, q infelices fierent, qui eam sequerentur. ¶ Pegasus: iurisconsultus fuit celeberrimus temporibus Vespasiani: a quo & vrbi præfectus fuit: vt Pomponius in origine iuris est auctor. Verum illum suspirio quodam satyrico non præfectum vrbis, sed villicum appellat: innuens vrbem Romam iam principum sæuitia ita deformatam, atque desertam: vt iam potius rus, q̄ vrbs videri queat. vnde bene subdit. ¶ Anne aliud tunc præfecti? quasi dicat non est mirum me villicum appellasse Pegasum: quia tunc præfecti aliud nihil erāt, q̄ uillici: quasi non ciuitatis, quæ iam nulla erat, sed ruris præfecti: qui proprie villici appellantur. Nam Romani inter seruos rei rusticæ destinatos, villicos appellarunt, qui totius villæ curam gererent, totique familiæ imperarent. Bubulcos vero quibus cura esset arandi, & serendi. Mediastinos uero qui reliqua ruris opera peragerent: utpote qui scrobes effoderunt, fossas purgarent, fruges legerent, & reliqua id genus opera rustica. Lege Columellam. Præfectura autem urbis omnia omnino sibi crimina uendicauit: nec tantum ea, quæ inter vrbem admittuntur, verum ea quoque quæ extra urbem intra Italiam. Lege iurisconsultum libro primo Digestorum. οἰκόνομος autem tam pecuniæ, q̄ frugum, & omnium quæ dominus possidet, dispensator est. ¶ Abolla: de abolla dictum in tertia Satyra.

Villicus

Econo/mus

¶ Liburno

¶ Liburno.i.seruo Nomenclatore, qui in senatum patres vocaret. nam (vt diximus ante) ex Liburnia serui procere staturæ mittebãtur, & proinde dominis gr... superius: Et igenti curret super ora Liburno. ¶ Iam sedet.s. imperator. ¶ Anne aliud tunc præfecti.s. subaudi erãt, q̃ villici. ¶ Quorum: scilicet præfectorum. ¶ Optimus.s. erat. ¶ Interpres legum: idest ipse Pegasum legũ peritus, & iuris optimus & sanctissimus erat ¶ Tractanda inermi iustitia: & si, inquit, sanctissimis erat morbus: tamen sæuitiã Imperatoris veritus putabat non omnia sibi agenda, vt iustitia postulabat, sed ad nutũ & volũtatẽ principis oia esse moderanda. sicq; moraliter docet principes assentatoribus delectari: assentatoresq; eis semper præsto esse: q ex stultis fatuos reddunt homines. ergo iustitia inermi.i. debili & modica. ¶ Venit & Crispi: hic est ille Vibius Crispus orator, qui (vt scribit Quintilianus) delectationi natus cuidã (auctore Tranquillo) interrogãtus esset ne quis intus cũ Cæsare Domitiano: nõ absurde respõdit: Ne musca quidem. vnde poeta iucundam senectutem appellat quod facetus esset. Cõsueuerat.n. Domitianus initio principatus sui quotidie sibi horariũ sumere: nec quicq̃ amplius q̃ muscas captare: ac stilo peracuto configere. ¶ Maria, ac terras: sensus est: Crispus moribus principis se optime accõmodabat: vt p omnia assentaret. Sed nemo vnquã vtilior comes Imperatori fuisset totũ orbem regenti: si ei licuisset p sæuitiã principis omnia libere loqui. legendũ q; est cũ interrogatiõe. ¶ Illa clade & peste: hoc est Domitiano, qui cõmunis erat quædam oium pernicies. ¶ Dãnare sæuitiam.i. scelera hominum. aut (quod magis placet) libere accusare & coarguere. ¶ Sæuitiam: principis, qui more sæuissimi tyranni verũ audire nolebat. vnde sequitur: Sed qd violentius aure tyranni? ¶ Cũ quo de pluuiis: sensus est: imminebat mortis periculũ amico: si quid forte locuturus de rebus incertis aliquid dixisset: quod eius voluntati fuisset aduersum. ¶ Fatũ: mors. ¶ Pendebat: in ambiguo erat: veluti sunt res pendulæ in ambiguo ne cadãt. ¶ Ille: Crispus. ¶ Cõtra torrentẽ: illi dicuntur cõtra torrentẽ niti, qui cõtendunt eos vincere, quos nequeunt, est autẽ metaphora prouerbialis ab iis, qui cõtra torrentem natare nituntur, nã torrens magno impetu ferri cõsueuit: hoc est nunquã imperatoris voluntati refragratus est. ¶ Nec ciuis erat: efferatã: Domitiani crudelitatem ostendit, cum nemo esset, qui libere loqui auderet. ¶ Sic.i. per hãc ingenii comitatem. ¶ Octogesima solstitia.i. octoginta annos: quibus in aula principum est versatus. Nam etsi in anno duplex est solstitiũ brumale & æstiuum: cum tamen absolute ponitur, pro æstiuo tantũ intelligimus. ergo quot solstitia dicimus, totidem annos intelligimus. Vnde Virg. Humida solstitia, atq; hyemes optate serenas Agricolæ. hic.n. intelligimus de solstitio æstiuo. Sic etiã apud Columellam: Sunt quædam loca, quę solstitiis minus cõcalescũt: sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. ita: vt semper solstitiũ absolute positum æstiuũ intelligatur. Cõtra vero brumale solstitiũ nõ dicimus absolute: sed semper solstitium brumale. Est autẽ solstitium æstiuum. viii. Calendas Iulii. die, quo tẽpore remeare ad iferiores Sol icipit circulos. de eo sic Pli. li. xviii. capi. xxvii. Iulii vero longissima dies totius anni, & nox breuissima solstitiũ conficiunt. Hiemale vero. vii. Calendas Ianuarias. die, quo tempore Sol altiores incipit circulos petere. dictũ autem solstitium, quasi Solis statio. Tunc enim Sol stare videtur. ¶ His armis: sensus hic est & ordo: Acilius eiusdem æui pperabat. proximus.i. secundus post Crispũ. tutus in illa aula his armis.i. pari arte & paribus moribus & assentatiõibus. Hic est ille Acilius Glabrio, quem postea (vt scribit Tranquillus) supplicio affecit vna cũ Saluidieno, & Orfico, quasi molitores nouarum rerum. fuit etiam isdẽ tẽporibus Acilius Rufus vir consularis. de quo Plinius in epistola ad Vrsum: Censuit Acilius Rufus consularis designatus inquisitionẽ Bityniis dandam. ¶ Illa aula: tam sæui principis. est autẽ aula sedes & domiciliũ impatoris & tyrãni. vnde fit aulicus, q in aula versatur, & tyrãni est cõtubernalis. ¶ Cum iuuene indigno: aliqui de Eluidio filio Eluidii, quẽ Domitianus interemit, putant intelligẽdũ: q; quasi scenico exordio sub persona Paridis & Oenones diuortium suũ cum vxore tractasset. sed cum plurimos interemerit: nulla extat historia quis fuerit iuuenis, q cum Acilio pper. bat. ¶ Festinata: in iuuenibus mortem acerbam & festinatam appellare solemus, quasi quæ ante tempus festinet. Vnde festinata legendũ est: non autẽ destinata. Versus eni nõ staret. I enim breuis est in destinata. recte autẽ poeta mortem (vt dixi) festinatã appellat, quæ iuuenem opprimat: quasi quæ celerius festinet q̃ cõueniat. ¶ Gladiis domini: Domitiani. sed olim.i. superioribus tẽporibus: quibus Domitianus ipenabat. Hincq; apparet Iuuenalem Satyras suas non scripsisse sub Domitiano. Sensus est: Tam multos, inquit, Domitianus efferata quadã crudelitate ciues interemit: vt in prodigio haberet, si quem in urbe offenderes senem nobilem & patriciũ. Porodigiũ autem dicitur (auctore Festo) velut prædiciũ qd prędicat. Vnde & Cicero libro. ii. de natura Deorũ ait: Ostenta, mõstra, portenta & prodigia dicta q ostendant, monstrẽt, portẽdant, prædicant. Vnde fit vt malim: cum igitur, inqt iperator in nobilitatẽ tam atrociter sæuiret (nã, vt scribit Eusebius, multos i exilium ex nobilibus misit, & occidit) maluerim frater culus esse gigantum: qui terræ filii fuerunt.i. ignobilis, & obscurus, q̃ patricius & nobilis. Nam q obscuro genere essent orti: quasi quorũ parentes ignorarentur: filii terræ appellari consueuerunt. quare Lactantius Firmianus libro primo diuinarũ Institutionũ sic inqt: Minutius felix in eo libro, q Octauius inscribitur sic est argumentatus: Saturnũ cum fugatus esset a filio, in Italiã q; venisset, Cęli filium dictũ: q; soleamus eos, quorũ virtutes miremur: aut eos, qui repentine aduenerint de cælo cecidisse dicere: terræ autẽ eos esse filios, q ignotis parentibus sint nati. Vnde & Tertulianus in Apologetico de Saturno loquens sic scribit: Dictus autẽ Terræ & Cæli filius, quia ignoti vel inopinato apparentes de cælo superuenisse dicuntur: vt terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum est. Cicero ad Atticũ primo libro: Sed hæc ad te scribam alias subtilius. Nã neq; adhuc satis mihi nota sunt: & huic terræ filio nescio cui cõmittere epistolã tantis rebus non audeo. ¶ Fraterculus: satis lepide se fraterculum, & non fratrem dicit: vtpote q sentiat tantæ moli gigantẽ se parem non esse. ¶ Gigantum: gigantes (vt fabulosa prodidit antiquitas) ex imis terrę visceribus nati sunt imanissimo corpore: qui cum conati essent sede cælesti Deos deturbare: tã acriter vtrinq; pugnatũ est: vt Dii in Aegyptũ vsq; fugati sint: qui demũ parta victoria gigantes perdiderunt. Berosus vero Babilonicus historiã persequens scribit in Syria circa Lybanũ fuisse Enos vrbem maximam gigantum, qui vniuerso orbi dominabantur ab occasu Solis ad ortum. Hi vastitate corporis ac robore confisi inuentis armis oẽs opprimebant, libidiniq; inseruientes inuenerunt papiliones, & instrumenta musica, & omnes delicias. Manducabãt hoies, & procurabant aborsus, ineduliumq; præparabãt, & cõmiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis, & brutis, & nihil erat sceleris quod nõ admitterent, cõtemptores religionis & Deorũ, vnde & Macro. lib. pri. Satur. gentem quãdã impiam vocat, Deos negantem. & ideo existimatã Deos pellere de cælesti sede voluisse. horum pedes in draconũ volumina desinebant: quod significat nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorũ gressu atq; processu in inferna mergẽte. ¶ Profuit ergo: putabat, inquit, se per studiũ venatiõis theatralis, quo & ipse imperator maxime delectabat posse sæuitiã eius effugere: ac proinde feras in arena cõficiebat: vt placeret. simulaq; se ipsum fatuũ ostẽdebat: qppe q & nudus idẽ efficeret. sed nihil inqt ei hoc profuit: qa tales artes iã nouerat Imperator. ¶ In Albana arena: nã & in Albano: vbi quotannis qnquatria Mineruæ celebrabat: feras conficiendas exhibuit: ipseq; centenas varii generis cõfecit auctor Tranquillus. ¶ Numidas: libycos. Nam Numidia pars est Africæ imperio Masinissæ clara. dicta Numidia a pascuorum fertilitate. nam νομὸς pascua, siue pabulum significat, o igitur conuersa in u fit Numidia. Inde Vrsi feroces

Prodigium

Gigãtes

Enos

Numidia

mittebantur. Plini. libro. viii. sic inquit: Annalibus notatum est Domitium Aenobarbum ædilem curulem Vrsos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopas in Circo exhibuisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, cũ in Africa Vrsos non gigni constet. Et miror Plinium negare Vrsos gigni in Africa: cum cęteri scriptores, nasci affirment. Solinus: Numidici vrsi forma cæteris præstant. Martia. Et freno libyci domantur Vrsi. Virgi. libro qnto: Horridus in iaculis & pelle libystidis Vrsæ. Idem lib. viii. Effultum spoliis, & pelle libystidis Vrsæ. ¶ Nudus: depositis vestibus: vt esset expeditior: & quasi quandã stultitiam. ¶ Quis iam: non est, inquit, opus his artibus principẽ seduci: qui simulatam nobilium noscit stultitiam ¶ Brute: Brutus vt auunculi sui Tarquinii superbi sæuitiam vitaret, cum ab eo omnem nobilitatis indolem excerpi: interq; cæteros etiã fratrem suum, qui vegetioris ingenii erat, interfectũ animaduerteret, obtusi se cordis esse simulauit: eaq; fallacia maximas virtutes suas texit. Ait ergo poeta: Rudi illa ætate facile potuisti Brute principes decipere. Sed nũc, inquit, nemo esset qui artes illas tuas non nosceret. ¶ Acumen priscũ: hoc est prudentiã & sagacitatẽ illam priscam: idest qua priscis vsus fuisti temporibus.

Imponere ¶ Imponere. seducere. Nam impono cum datiuo tantũ iungitur, efficiturq; neutrum: idem est, quod seduco & decipio Seneca ad Lucilium: Oculis nostris imponimus. i. oculos nostros decipimus. Pli. epistola ad Proculum: Si modo mihi nõ imposuit recitatio tua: leges enim suauissime & peritissime. inde fit etiã impostura. i. deceptio. ¶ Regi: Tarquinio super

Impostura bo. ¶ Barbato: nam romani quadringentis & quadraginta quatuor annis intonsi fuerunt: cũ tonsores non haberẽt, eos postea Ticinius Mena ex Sicilia in vrbẽ adduxit. Olim tõsores non fuisse significant ant quoq; statuæ, q̃ pleræq; habẽt capillũ & barbã magnã. auctor Varro lib. ii. de re rustica.

ASCE. ¶ Sed deerat &c. Inuenta est poetę occasio describendi sęuitiam Domitiani: & perfidiã adulatorũ: & quã quisq; apud Domitianũ vitam ageret: ideoq; recenset cõciliũ procerum: dicens ipsum vocatũ ad hoc: vt disquirant quo pacto piscis ille coqui debeat, aut apponi. non enim habebat vas satis capax: nec dignum videbatur talẽ piscẽ cõcidi. Ordo est: Sed mensura patinæ. i. vasis patentis in quo piscis apponeretur deerat pisci. proceres ergo vocantur in cõcilium. i. concionẽ ad capiendũ consilium. quos proceres ille. s. Domitianus oderat, & in quorũ facie sedebat. i. apparebat cum vocati essent. pallor in signum timoris. miseræ, quæ miserũ exitũ habebat & magnæ. i. imperatorię amicitię. Pegasus vir ille Albanus positus. i. cõstitutus modo. i. paulo ante. villicus. i. tanq̃ villicus .i. gubernator villæ. q̃uis esset p̃fectus vrbi. s. Albanę. attonitæ. i. perculsæ: q̃si tonitru Iouis edicto Domitiani properabat .i. properanter currebat primus. & hoc abolla veste tali rapta .i. celeriter accepta. & Liburno. i. p̃cone ex Liburnia clamante. o proceres sup. currite. i. celeriter venite ad consiliũ. nã sup. imperator sedit. i. iã locũ cœpit. Graphice aũt expressit vocẽ clamantis, trepidantis. nõ enim multis verbis vtitur. & tanq̃ de noto: nõ dicit quis sedit, nec q currãt. dico Pegasus villicus: & si dicis q̃ præfectus esset. respõdet: An ne præfecti vrbis aliud sup. erant tunc q̃ villici? Vel sic: an ne p̃fecti: tunc aliud sup. faciebant, q̃ Pegasus qui properabat. q. d. nõ quorum scilicet præfectorũ. hic scilicet Pegasus erat supple optimus. atq; sanctissimus interpres legũ. q̃q̃ putabat omnia esse tractanda iusticia inermi. i. sine ui & potentia. & hoc tẽporibus diris, quia tẽpora essent dira: quibus non liceret in malos imperatori caros rigorẽ iustitię exequi. iucunda senectus Crispi. i. ipse iucundus senex Crispus. venit &. i. etiã cuius mores erant sup. tales. qualis facundia. i. dulces & amabiles. & ingenium mite. i. benignum & placidũ. vnde Statius: Lumina nestorei mitis prudentia Crispi &c. Quis sup. esse posset comes vtilior Domitiano sup. regenti maria, terras, ac populos. i. imperium Romanum ea continens: si liceret sub illa clade & cæde, quã Domitianus in bonos exercuit, damnare sæuitiam & ferre honestum consilium: quasi dicat nullus, sed quid est sup. violentius aure tyrãni, scilicet Domitiani: quasi dicat nihil. vtpote cũ quo fatum. i. mors. amici. s. quem simulabat sibi amicũ: locuturi de pluuiis. aut æstibus. aut nimboso. i. ventoso vere & autũno. s. idest de dispositione temporis. pendebat. i. imminebat. igitur, quia sciebat ea nõ licere. nunq̃ direxit brachia contra torrentem. i. fluxum impetuosum: hoc est nunq̃ quicq̃ fecit contra violentiam Domitiani. nec erat sup. aliquis tunc tẽporis ciuis. vel nec ipse Crispus cum haberet mite ingenium nõ erat talis ciuis, qui posset proferre libera verba animi & ipendere vero vitã. i. qui vellet dicendo verũ obire mortẽ inferẽdam a tyranno. Hæc omnia possunt ironicos legi: quia Tacitus Crispũ inter claros magis, q̃ iter bonos habendũ censet. Sic. i. per assentationem, aut per dissimulationẽ. ipse Crispus vidit multas hyemes, quia octoginta. & octogesima. i. octoginta solstitia supple estiualia: hoc est octoginta annos: quos (vt accumulatius eloqueretur) in hyemes & æstates diuidit. sicut Virg. in primo Aeneid. triennium dicens: Tertia dum Latio regnantẽ viderit æstas: Ternaq; transierit Rutulis hyberna subactis. Accipit hic solstitia pro ęstiualibus. sicut Virgilius in Buco. Solstitium pecori defendite. Nã si bina solstitia quadraginta annis dederit: iam non eric senes. vidit inquam octoginta solstitia. tutus his armis. i. vel hac comitate, vel hoc silentio & dissimulatione, quoq;. i. etiam. in illa: idest in sæuissima aula. Acilius vir ille eiusdem æui properabat proximus sup. Crispo: cum iuuene indigno, quem tã sæua mors: ut passus est. & quæ destinata. i. addita illi est gladiis domini. i. Domitiani. maneret. i. certissime futura expectaret. Dicit Calderinus hunc quoq; Acilium uocatum: quem qsfit latere Mancinellus dicit. sed quia (vt Seruius docet) quoties patris & nõ filii nomen exprimitur: eodem noie fuisse credendi sunt: facile in sniam Calderini concessero: etiã si filius eius nõ fuerit: nisi Valla Domitium appellaret. Sed senectus in nobilitate est olim. i. iam multis annis. par. i. similis. prodigio: hoc est prodigium creditur nobilis senex: quia (vt etiam dicitur Ecclesiastico x.) Omnis potentatus breuis uita. Et Satyra. x. dicturus est poeta: Ad generũ Cereris sine cæde & vulnere pauci Descendunt reges, & sicca morte tyrãni. Vnde. i. q̃de re fit: vt ego malim esse fraterculus. i. de genere gigantum: qui filii terræ sunt: & ideo ignobiles: utpote quorum parentes ignorẽtur. Quando enim specialia nescimus, ad generalitatem recurrimus: & ideo filiũ quoq; parentes sunt ignoti: dicunt (auctore Seruio) filii Neptuni s̃m eos, qui omnia ex humore pro- Filii Neptuni creari dicunt. sicut Tales Milesius. vñ illud. iiii. Geor. Oceanumq; patrẽ rerum. Qui uero ex terra potissimã originẽ homines trahere dicunt: sicut & fides habet: dicunt quorum parentes ignoti sunt esse filios terræ. vnde Persius Satyra. vi. Filii terræ Præsto est mihi Manius hæres Progenies terræ: quære ex me: quis mihi quartus Sit pater: haud prompte dicam: tamẽ adde etiam vnũ: Vnũ etiã terræ est iam filius. Dicit autem, fraterculus per diminutionẽ: quia non affectat molẽ corporis gigantei: sed ignobilitatẽ: vt tutus sit a persecutione tyrãnorũ: respectu igitur gigantum paruus sit. ergo cum mori debuerit: dicit eñi Valla, q̃ cũ Acilii filium Domitianũ Domitianus occidisset: ipsum Acilium, quo poenas sentiret seruauit incolumem. Nã fuit misero. i. Domitio iuueni, q̃ venator ipse nudus. i. inermis. vt Domitiano eius rei studioso placeret. figebat cõminus. i. de prope. vt dicũt. i. ense. vrsos numidas. i. magnos & feroces: quanti & quales sunt in Numidia parte Libyæ: in arena Albana. Quis enim non intelligat iam artes patricias: idest patriciorũ: hoc est ex patribus seu senatoribus hortorum. artes: idest calliditates: qui se isames exhibeant: & ob id stultos: & sæuitiam tyranni euitarent: quasi dicat nemo: quia quilibet intelligit id eos ea gratia facere. o Brute quis miretur illud tuum priscum: idest priscis temporibus mirandum, acumen. i. ingenium tuũ: quo Tarquinii Superbi superbiam euitasti: quasi dicat nemo. sed facile est imponere. i. fraudem facere, aut imponere falsam opinionem regi barbato. s. Tarquinio superbo eo tempore nato, quo reges Romani barbati, & intonsi erant: sed nũc per quã difficile eẽt callidos tyrãnos latere aut circũuenire.

¶ Nec

Nec melior vultu quamuis ignobilis ibat
Rubrius, offenſæ veteris reus, atq; tacendæ.
Et tamen improbior Satyram ſcribente cinædo.
Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus,
Et matutino ſudans Criſpinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera, ſæuior illo
Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro,
Et qui vulturibus ſeruabat viſcera dacis
Fuſcus marmorea meditatus prælia villa.

DAN. rit.

¶ Nec melior: nec lætior, ſed pari triſtitia. ¶ Quamuis igno
bilis: hinc oſtēdit nimiā Domitiani crudelitatē, qui in oēs pa
riter ſæuiret, tam nobiles, q̄ plebeios. ¶ Rubrius: hic Rubri⁹
tpibus fuit Domitiani, vt ipſe oſtēdit poeta, ſed hiſtoria mi/
nime eſt nota, qūo reus fuerit offenſæ veteris & tacēdæ. Ita
q; de hoc adhuc quęrendū cēſeo, quæ aūt ab aliis afferunt ex
teſtimōio Taciti de Rubrio
Gallo, alioq; Rubrio, qui in
cōiuratione Piſoniana depre
henſus eſt, nō placēt: cū ad rē
poetæ minime ſint accommo
data. ¶ Et tñ iprobior: i. licet,
inqt, Rubrius ignobilis eſſet,
& humili loco natus, tñ im/
probrior fuit Nerone ipſo, q
Satyram ſcripſit in Quintia/
nū, appellauitq; eum mollem,
& effœminatum: cū ipſe eſſet
cinædus. Nam nupſit Dory/
phoro ſeruo, vt ſcribit Trāquillus, ſicut ſpſi Sporus. Ta/
citus eum appellat Pythagorā, quē Trāquillus Doryphorū:
ea forte ratione a Tranquillo Doryphorus appellatē, quem
pprio noīe dicit Tacitus: q; ſatelles fuerit Domitianis. nam
Græci dicunt Doryphorū ſatellitē ab haſta ferēda: q̄ Dory
græco vocabulo nominatē. Quod aūt Nero in Quintianum
ſcripſerit, ſic pdidit Tacitus: Quintianus molli corpore iſa
mis, & a Nerone pbroſo carmine diffamatus, cōtumelias vl
tū ibat, Ergo cinædo ſcribente Satyrā. i. Nerone: qui carmē
probroſum ſcripſit in Quintianū; cū & ipſe eſſet cinædus:
carmē etiā Elegiacū ſcripſit. Mart. lib. ix. Ipſe tuas etiā veri/
tus Nero dicitē aures: Laſciuū iuuenis cū tibi luſit opus: Scri/
pſit etiā Iliada. auctores Tranqllus, Tacitus, & Euſebius.
¶ Mōtani quoq; vēter adeſt: de Curtio mōtano itelligit. de
quō multa apud Tacitū legunē, cū uilē fuiſſe cauſidicū oſten
dit in. xi. Satyra. Dic tibi q ſis Orator vehemēs, an Curti⁹,
an Matho. Dictū aūt ſatyrice: Quoq; venter adeſt: vt oſten
dat hoiem corpulentū fuiſſe, & epulis intentū. vnde eū in ſe
quētibus oſtēdit magnā edendi habuiſſe peritiā, cū ait: Nulli
maior fuit vſus edēdi. ¶ Abdñe: Pli. li. xi. ca. xxxvii. vt dixi/
mus in. ii. Satyra docet abdomē ab ātiqs vocatū, qđ nūc ſu/
mē. ¶ Et Criſpinus. ſ. adeſt. ¶ Sudās Amomo matutino. i. un
guēto pfuſus matutino. Eſt aūt Amomū genus ſruticis pue
niēs in Syria, cui⁹ vna i vſu ē frutice venoſo, palmi altitudi
ne, carpitē q; cū radice. Ex eo vnguētū fit p̄cioſiſſimū. vñ Pli.
Oīa āt acutiora fiunt coſto amomo, q̄ maxime nares ferint.
Vnguēto ēt qđ dicebatē regale, iter alia adhibebatē ēt amomū.
¶ Matutino: nō placet vt exponas oriētali: ſed quo mane vn
gerētē. matutinū aūt dicim⁹ a Matuta Dea. i. Aurora. ¶ Quā
tū vix redolēt: iuidioſe hoc dicit i Criſpinū, quē vbiq; vt lu
xurioſum & mollē lacerat. ¶ Duo corpa: nā mortuoꝝ corpo
ra perungebantē, Pli. Vnguentoꝝ quoq; honos ad mortuos
ptinere cœpit. Perſius nī: Oſſa inodora dabit. ¶ Pompeius:
ſubaudi a ſuperioribus adeſt. Tēporibus Domitiani multi (vt
diximus) quæſtus cā ad delationē ſe contulerant. Inter quos
& Pompeius. Sed cū tēporibus Domitiani plures extiterint
eiuſdē noīs, de Pompeio Rufo poſſumus itelligere. de quo
ita Pli. in epiſtola ad Corneliū Minutianū: Quietiā duo cō
ſulares Pompeius Rufus & Libo frugi læſerūt Norbanū te
ſtimonioſtāq apud iudicē ſub Domitiano Salui liberalis ac
cuſatoribus affuiſſet. Dānatus & in iſulā relegatus eſt. Licet
etiā (vt diximus in prima Satyra) itelligere de Pōpeio Fal/
cone de quo idē Pli. Conſulis an exiſtimare in tribunatu cau
ſas agere decere? ¶ Aperire iugulos: figurata locutio. i. ad/
aperiendos iugulos. Iuguli aūt, ſiue iugula (vtrūq; n. legitur
apud probatiſſimos auctores) ſunt illa duo oſſa, q̄ ab vtroq;
humero trāſuerſa extenduntē ſupra ſummitatē pectoris vbi
definit collū, & vbi cōiunguntur veluti lacunā quandā effi
ciunt, q̄ quo maior eſt, eo excellentius in hoīe ingeniū indi/
cat. tñ Zophyrus phiſognomon, q ſe profitebat hoīum mo
res, naturaſq; ex corpe, oculis, vultu, fronte pnoſcere, ſtupi/
dū eſſe Socratē dixit, & bardū, q; iugula concaua nō hēret:
obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat. Ibi locus eſt
maxime cædi obnoxius. Lucanus: Iugulū q; ſenilē Cōſcidā.
hinc fit verbū iugulo: quod nō modo gladio: ſed & morbo
occidere ſignificat. Celſus lib. iii. Nā q̄rtana neminē iugulat.
De iugulo ita ſcribit Celſus lib. viii. Iugulum vero ſi trāſuer/
ſum fractū eſt, nonnunq̄ p ſe
rurſus recte coit: & niſi mo/
uetur ſanari ſine iūctura po/
teſt. Nonnunq̄ vero, maxime
q; vbi motū eſt elabitē, fereq;
id qđ a pectore ſub id quod
ab humero eſt in poſteriorē
partē inclinatē. Et paulo iſra:
A dextro vero iugulo ſi id
fractum eſt ad alam ſiniſtrā a
ſiniſtro ad dextrā. De iugulo
itē ſic Ariſtoteles lib. i. Com/
munis colli & pectoris pars
iugulū eſt. Iugula vero genere fœminino ſignū cæleſte eē do
cet Varro i lingua latia, de quo meminit Plautus i Amphy
trione: Neq; iugula, neq; Veſpertigo. ¶ Tenui ſuſurro: i. mini
ma delatiōe: vt notet Domitianū, q minimā ob rē quocunq;
accuſante ciues dānabat. ¶ Meditatus p̄lia villa: hoc eſt q in
aīo ſuo p̄lia ptractauerat in villa ſua. Aut q exercuerat p̄lia
in villa tentans qd poſſet efficere aduerſus hoſtē. Nā medita
ri accipitē p cogitare & mente pertractare, vt illud Horatii:
Neſcio qd meditans nugaꝝ. Terentius: Meditata ſunt mihi
oia mea incōmoda. Itē pro exercere. vt illud Quintiliani: De
clamatio eſt forēſiū actionū meditatio. i. exercitatio. Plinius
in Panegyricis Traiani: Cū in illa meditatione campi milita
ribus turmis impatoriū puluerē, ſudorēq; miſceres. vbi acce
pit meditationē pro proluſione. & ſic meditari p proluderē.
Sic Virg. cōtra proludere accepit pro meditari: Aut ſparſa
ad pugnā proludit arenā. i. præmeditatē. Sic Cicero: Si me/
cum in hac pluſione nihil fueris. i. in hac p̄meditatione certa/
minis. Ioſephus de bello Iudaico ait meditationes dicit cōfli
ctus ſine ſanguine: p̄lia vero meditatiōes eē cū ſanguie. ¶ Et
Fuſcus: ſubaudi adeſt. Eſt. n. Cornelius ille Fuſcus, q tpibus
Domitiani p̄torianæ cohortis p̄fectus bellum geſſit aduer/
ſus Dacos: a qbus in p̄lio eſt occiſus. Lege Tacitū. Marti. de
eo ita ſcribit lib. vi. Ille ſacri lateris cuſtos, Martiſq; togati:
Credita cui ſummi caſtra fuere ducis. Hic ſitus eſt Fuſcus, li/
cet hoc fortuna fateri: Non timet hoſtiles iā lapis iſte minas.
Grande iugū domita Dacus ceruice recepit: Et famulum vi
ctrix poſſidet vmbra nemus. ¶ Vulturibus: bene autē vultu
ribus. cadauera. n. adeo auide ſequuntē, vt triduo ante, aut bi
duo volare eo, vbi cadauera futura ſunt, tradantē. Pli. lib. x.
¶ Nec melior vul.: deſcribit reliquos ad cōciliū citatos. Vñ
ordo eſt: Rubrius Gallus q̄uis ignobilis. tñ ſup. non ibat ad
cōciliū melior. i. cōfidētior vultu, q̄. ſ. ille iuuenis, quia vterq;
pallebat timores exiſtēs reus veteris, atq; tacēdę offenſæ: du
plex eſt huius offenſe expoſitio: aut ſtupri: qđ ſcelus p̄ turpi
tudine nimiꝝ tacēdū ē aut (vt Mancinellus ſentit cōtra Cal
deri.) offenſę tacēde. i. quā icurrit: q̄a nō tacuit p Flauio Sa
bino cōtra Cecinnā. Et q̄uis ſup. nō melior eēt: hoc eſt timidē
timebat. tñ erat iprobior. i. ipudētior. cinedo. i. muliebria pa
tiēti. ſcribēte Saty. i. carmē maledicū i alios, qđ iprobiſſimū
eſt. Vēter Mōtani. i. Curtii. i. ipſe Curtius motan⁹ vētroſus
& piguis tardus pp pingue. abdñe. i. ſumine adeſt. quoq;. i.
ēt. & Criſpinus, de quo iā i pncipio huius Satyrę dictū ē ſu
dās. i. diſtulās amomo. i. vnguēto ex flore amomi. matutino
. i. oriētali, vbi. ſ. Sol matutio tpe oritē: ſudās ſup. tm̄ q̄tū olēt
vix duo funera. i. cadauera diuitū, q opobalſamo amomo &
eiuſmodi cōdiri ſolebāt. Pōpeius. ſ. Falco ſęuior. i. cū ſæuitia
peritior apire. i. facere iterdicere. leui ſuſurro. i. modica dela
tiōe. iugulos. i. guttura multoꝝ ſup. aderāt. Et Fuſc⁹ medi
tatus p̄lia in villa marmorea. i. ſūmo otio & tranqllitate. qui
ſeruabat viſcera. i. cadauer ſuū vulturib⁹. i. auibus illis rapa
cibus. Dacis. i. i Dacia exiſtētibus. vbi oppſſus ē ſup. aderat.

Dory/phorus

Abdo/men

Amo/mum

Matuti/num

Juguli
Jugula

Jugula/re

Jugula

Medita/ri

ASCē.

Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunq̃ visæ flagrabat amore puellæ,
Grande,& cõspicuũ,nostro quoq; tẽpore monstrum,
Cæcus,adulator,dignusq; a ponte satelles,
Dignus aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaq; deuexæ iactaret basia rhedæ.
Nemo magis rhombum stupuit,nam plurima dixit
In leuum conuersus,at illi dextra iacebat
Bellua,sic pugnas Cilicis laudabat,& ictus,
Et pægma,& pueros inde ad Velaria raptos.
Non cedit Veiento,sed vt phanaticus œstro
Percussus Bellona tuo diuinat,& ingens
Omen habes inquit,magni,clariq; triumphi,
Regem aliquem capies,aut de temone britanno
Excidet Aruiragus,peregrina est bellua,cernis
Erectas in terga sudes?hoc defuit vnum
Fabricio,patriam vt rhombi memoraret,& annos.

JOAN. Brit. ¶ Prudẽs Veiento: Veientonis & Catulli Messalini Cæci
mẽtionẽ facit Pli.ep'la ad Semproniũ Rufum: Sic cœnabat
Nerua,cũ paucis Veiento recumbebat ꝓximus,atq; etiam in
sinu. Dixi oia:cũ hoiem nominaui,incidit sermo de Catullo
Messalino, qui luminibus orbatus ingenio suo mala cæcita/
tis addiderat,nõ verebaꝝ,nõ erubescebat,non miserabaꝝ. Sę
pius a Domitiano non secus
ac tela, quæ & ipsa cæca &
iprouida ferũtur, in optimũ
quẽq; contorquebat. De hu/
ius neqtia,sanguinariisq; sen
tentiis in cõmune oẽs super
cœnam loquebanꝝ. Hic ergo
poeta mortiferũ Catullũ ap/
pellat, vt delatorẽ & nocen/
tissimũ hoiem. Veientonẽ au
tem appellat honorifice pru/
dentem. neq;.n. vsq̃ apparet
eũ fuisse malũ, sed doctũ &
familiarem Neruæ. est autem
Fabricius ille Veiento vir se/
natorius,de quo in sexta Sa/
tyra intellexit poeta: vbi ostẽ
dit Hippiã vxorem eius, reli
cto marito per impudicitiã
gladiatorem abeũtẽ ab vrbe
in Aegyptum vsq; fuisse secu
tam. ¶ Nunq̃ visæ: ordo est:
Qui flagrabat amore puellæ nunq̃ visæ. erat.n.(vt dictum
est) luminibus orbatus. ¶ Grande: expositio est. ¶ Satelles di/
gnus: hoc est dignus qui ad pontes mendicaret. in q̃bus solẽt
considentes pauperes stipem a transeuntibus petere. Seneca:
In sublicium pontem me transfer, & inter egenos abige, nõ
ideo tñ me despiciam, q̃ in illoꝝ numero consedero, qui ma/
num ad stipẽ porrigunt. Iuue. in sequentibus: Nulla crepido
Satelles vacat, nusquã pons. Idem alibi: Inuitatus ad hæc aliq̃ de põ
te negabat. In alio codice legiꝝ: Dirusq; satelles. ¶ Satelles: iro
nice satellitem, quasi pontis custodẽ appellauit. nam satelles
ꝓprie is appellaꝝ, qui ad custodiã principis assistit. Vnde Ce
cilius Ciprianus in epistola ad Donatũ: Exigit pœnas pari
ter de potentiore sublimitas sit licet satellitũ manu septus,
& clausum ac ꝓpe tectũ latus numeroso stipatore tutetur.
¶ Aricinos. i. q̃ stipẽ peteret ab iis, q̃ Ariciã vehunꝝ. Nam Ari
ciæ, quæ sita est in cliuo in Appia uia post Albanũ montẽ: lu
cus fuit Dianæ, qd' Arthemisiũ appellauere: quo magna po
Arthe/misium pulorꝝ multitudo confluebat: ꝓpter quod mendici in eo cli/
uo sedentes mēdicabãt. ¶ Rhedæ deuexæ: est enim cliuus iu/
xta Ariciã. Martialis: Debet Aricino cõuiua recũbere cliuo.
¶ Magis stupuit: q̃ ipse Catullus Messalinus. ¶ Sic pugnas
Cilicis: Cilix nomẽ fuit gladiatoris, cuius pugnas simili adu
Pægma latione laudabat. ¶ Et pægma: pægmata machinamẽta erãt
lignea, q̃ in triũphoꝝ põpa ferebanꝝ. eo artificio cõpacta, vt
per se surgerẽt veluti ramos exerentia. Seneca ad Lucilium
Ludicrę artes de artibus liberalibus: Ludicræ sunt artes, q̃ ad voluptatem
auriũ atq; oculoꝝ tendũt. his annumeres licet machinatores
q̃ pægmata p se surgẽtia excogitẽt & tabulata tacite in sub/
lime crescẽtia. Mart. Et crescũt media pęgmata celsa uia. Io/
sephus itẽ lib. vii. de triũpho Vespasiani & Titi loquens sic
scribit: Maxime aũt erat stupor machinaꝝ, q̃ portabanꝝ, siue
pægmatũ fabricatio. p quoꝝ magnitudine timẽdũ, viribus
portãtium occurrẽtes timebãt. multa.n. in tertiũ nidũ, quar/
tũq; surgebãt. & magnificentia fabricæ cũ admiratione de/
lectabãt. De q̃bus sic Claudianus de cõsulatu Manlii Theo/
dosii: Vel q̃ More auiũ sese iaculanꝝ in auras: Corporaq; ędi
ficant celeri crescentia nexu: Quorũ cõpositã puer augmen/
tatus in artẽ Emicet, & victus plãtæ vel cruribus hæres: Pẽ/
dula librato fugat vestigia saltu. Mobile ponderibus descen/
dat pægma reductis. Pægma aũt dictio est græca, quę paga
mẽtũ significat: α ϖο του ϖηγνυειν: qd' est pangere. ¶ Et pue
ros. i. laudabat residentes in pęgmate. ¶ Inde raptos: idest ex
pægmate finitis ludis ablatos, aut raptos, mox stupratos.
De quibus videꝝ intellexisse Diuus Augu. lib. ii. sic dicẽs: Ve
niebamus nos etiã aliquãdo adolescentia ad spectacula, ludi
briaq; sacrilegiorum spectabamus arreptitios, audiebamus
symphoniacos, ludos turpissimos, q̃ Diis, Deabusq; exhibe/
bebanꝝ. vbi vꝫ (vt diximus) per arreptitios intellexisse pue/
ros arreptos ad stupra. ¶ Ad
Vela/ Velaria: Velaria loca erãt vbi
vela reponebanꝝ: q̃ ad ornan
dũ theatrũ tenebanꝝ. nõ sum
nescius & Velaria poni ẽt ꝓ
ipsis velis: nisi mẽdũ est apud
Papinium in Siluis lib. i. Iam
Velaria lintea pluebãt. Nam
illic in plerisq; codicibus legi
tur: Bellaria adorea pluebãt.
¶ Non cedit Veiento: idest in
adulatiõe, & piscis laudatio
ne non cedit Messalino. ac si
dicat longe vehemẽtius adu
Phana/tici laꝝ. ¶ Vt phanaticus: Phana/
tici ꝓprio epitheto dicebanꝝ
sacerdotes Cybeles, siue Bel/
lonæ, q̃ veluti Deæ numine
afflati caput & comas rota/
bãt, iactabãtq;, futuraq; ꝓdi
cebant. Lucanus in primo:
Crinẽq; rotãtes Sanguineũ
populis cecinerũt tristia Galli. Quintil. lib. ix. Iactare caput
& comas rotare phanaticũ est. Lampridius in Heliogabalo:
Iactauit aũt caput inter ꝓcisos phanaticos. & genitalia sibi
deuinxit. Porphirio ita scribit in Horatiũ: Affirmat aũt nõ
magis matris magnæ, aut Apollinis numine instinctos fure/
re, q̃ eos, qui iracundia sunt incitati. Horatius in Poe. Aut
phanaticus error, & iracunda Diana. Iidẽ Enthei etiã dice/
Enthe/ banꝝ: q̃si diuini & Deo pleni. Papinius in Siluis: Eat Enthea
vittis: Atq; hederis redimita cohors. Mart. Spadone cũ sit
euiratior fluxo: Et cõcubino mollior cęleneo: Quẽ sect' vlu/
lat matris Entheæ gallus. Nã sacerdotes Cybeles furere cor/
repti in sacris vlulatu regrebãt Athyn: quẽ olim Cybele ama
nerat. De sacerdotibus Bellonæ sic & Lactantius lib. i. de in
stitutione diuina. ¶ Percussus tuo œstro o Bellona. i. tuo fu/
rore correptus. Oestrũ græci (vt auctor est Festus) appellãt
Oestru/ furorem. οιστρεω enim idẽ est, quod insanio. Vnde Oestrum
Asylus ẽt accepere græci pro eo quẽ latini Asylũ dixere. i. Tabanũ.
est.n. genus violentæ muscæ, quę in furorẽ armẽta agit. Vir
gi. in. iii. Geor. Est lucos silari circa illi, cibusq; virentem Plu
rimus Alburnum volitans: cui nomen Asylo Romanum est:
Oestrũ graii vertere vocantes. Semp acerba sonans, quo to/
ta exterrita siluis Diffugiũt armẽta. Hic ergo Oestrum ꝓ fu
rore poeta posuit. Statius lib. i. Thebaidos: Tempus erit cũ
laurigero tua fortiter œstro Facta canam. Idem in Siluis de
Genethliaco Lucani: Docto pectore concitauit Oestro. Pli.
lib. xi. cap. xvi. Nascunꝝ aliq̃ñ in extremis fauis apes grãdio/
res, quæ cæteras fugant, Oestrus vocaꝝ hoc malũ. Et idẽ ca.
xxviii. eiusdẽ libri: Quibusdam aculeus in ore: vt Asylo, siue
Tabanũ dici placet. Senec. ad Luciliũ: Hunc quẽ græci Oe/
stron vocant, pecora peragẽtem & totis saltibus dissipantẽ
Asylũ nostri vocabant. q̃bus verbis ostẽdit vocabulum Asy/
lum interiisse: & Oestron in vsu remansisse. ¶ Bellona: Dea ẽ
belli. Sensit Apuleius in Metamor. sua Cybelẽ, bellonam, &
Isidem easdẽ esse Deas, eosdemq; sacerdotes, q̃ suo cruore in
earum sacris rẽ diuinã faciebãt. Nã gladiis humeros sibi, &
lacertos ferientes, & capitis agitatione discurrebãt: & velu/
ti numine Deæ afflati agebanꝝ, prædicebantq; futura. ¶ Et
Bellona: vocatiuus est casus. vt sit ordo: Veiento vt phanati
Diuina/re cus percussus tuo Oestro o Bellona diuinat. ¶ Diuinat: ꝓdi/
cit. est.n. diuinare qd' futurũ sit, ꝓdicere. ¶ Regem aliquem ca
pies: hunc argumentaꝝ, diuinatq; eũ capturũ aliquẽ regẽ bar
barũ, & peregrinũ, q̃a piscis sit peregrinus & spinis armat',
vt reges

vt reges casside cristata armantur. ⸿ Excitet de temone Bri/
tanno: idest capietur in bello: & de curru deiicietur. Nã Brit
tanni curribus utuntur in bello: ut auctor est Cæsar in com
mentariis, quos Couinos (auctore pomponio Mela) uoca/
Couinus. bant. Lucanus: Et docilis rector mõstrati bona Couini. Q d
Britanni curribus in bello uterentur indicãt. ⸿ Propertius
sic Hybernique Getæque picto que
Britanni curru. Et Cor. Ta
citus i uita Agricolę loquẽs
de Britãnis: Quedam natio
nes & curru præliant. ⸿ Ar/
uiragus rex Britãniæ. ⸿ Su/
Sudes des: metaphoricos appellat
pinnas: cũ sudes dicãtur pa/
li. ⸿ Hoc defuit unum Fabri/
cio: ita, inquit, reliqua per as
sentationẽ prędixit: vt alid
nihil restaret, q̃ ut cõmemo/
raret patriam piscis & quot
annos esset natus: sicque tantã
assentationem, apprehenso/
remque eius subsanant.
ASCE. ⸿ Ecce cum mortifero. Eãdẽ
rem prosequitur. Ordo est:
Veiento prudens: idest callidus: qui sciebat imperatore vti:
vitam suam diu conseruare supple aderat. q diu uixerit pa/
tet ex carmine Statii de bello Germanico: vbi sic dicit: Lu/
mina Nestorei mitis prudentia Crispi. Et Fabius Veiento
potentem signat vterunque purpura ter memores implerunt
numine fastos &c. aderat inquam cum Catullo scilicet Mes/
salino cæco. sed mortifero: idest adulationibus & delationi/
bus mortem ferente. qui flagrabat. i. ardebat amore puellæ
nunq̃ uisæ: quia cęcus erat. existens grande & conspicuũ mõ
strũ nostro tẽpore: qa cæcus adulator. & dirus. i. crudelis sa/
telles: idest apparitor, asecla. i. cõtinuus comes Domitiani. a
ponte sup. assumptus. uel q nequitiam suã uisus est a ponte,
vbi mendici sedent, deduxisse dignus qui medicaret ad id/
est apud. axes. i. currus Ariciam tendentes, aut inde redeun/
tes. & q iactaret. i. de longe daret. blanda basia. i. blanda ver/
ba qualia qui basia dare uolũt habẽt. rhedæ. i. vehiculo tali.
deuexe. i. deorsum vectæ. hoc est in cliuo positę: cum Vrbs sit
in colle citta. nemo magis stupuit rhombũ, q̃ ille cæcus. nam
ille conuersus in leuã sup. partem dixit plurima de rhombo.
ad. i. sed bellua marina sup. s. rhombus iacebat illi dextra. i. ia
cens erat dextra, est. n. nominatiui casus. & ipse laudabat sic:
idest adulatorie & impudenter. pugnas, & ictus Cilici. i. illi
ut gladiatoris ex Cilicia, quẽ nõ uidebat: & laudabat sic peg
ma. i. talem fabricã: aut machinã ligneam in qua ludebatur.
& laudabat si pueros raptos ad stuprũ. ⸿ inde. i. ex pægma/
te. ad Velaria. i. ad loca i quibus Vela seruabãtur. Veiẽto nõ
cedit ipsi. s. Catullo cęco, sed diuinat. i. futura pdicat. ut. i. quẽ
admodũ. phanaticus. i. is qui præest phano percussus o Bel/
lona. i. Minerua, quæ inuẽtrix es belli. tuo œstro. i. tuo stimu
lo furoris. quo percussi inter sacrificandum proprii sangui/
nis effusione explicabant præsentia, & vaticinabantur futu
ra secundũ Lactantium. diuinat ergo & inquit: o imperator
tu habes ingens. i. valde magnum omen. i. portentum & in/
dicium magnum triumphi. tu capies aliquem regem. aut Ar/
uiragus rex Britanniæ excidet de temone. i. regimine. Britã
no. i. regni Britanniæ. alludit autem ad currus, quibus tunc
vtebantur Britanni in prælio. sed q regem capiẽdum signi/
ficat: patet ex magnitudine eius. dictum enim est, q erat ma
ior priuatis focis: & q Britannum qui extra mũdum regna
re dicit. potius q̃ vicinum patet: quia bellua est peregrina. i.
externa. q autem omen belli sit constat: quia o imperator tu
cernis sudes: idest spinas. quæ representant sudes præustas,
quæ sunt rusticorum arma erectas in terga: si de tergo pi/
scis loquitur: magis grammatice diceret in tergo: quia non
videtur habitudo accusatiui casus: si de aliis loquitur: dic in
terga. i. contra terga obstantiũ, omnia ergo quæ de rhombo

dici possent consecutus est, sed hoc vnum defuit Fabricio, s.
Veientoni: ut memoraret patriam, & annos bombi.
⸿ Quidnam igitur cẽses: Verba sunt Iuuenalis: Quid putas IO
inquit, decretũ fuisse de pisce coquendo. ⸿ Cõciditur: verba BR,
personæ introductæ respõdentis. ⸿ Absit ab illo: uerba poe/
tæ recitantis sententiam Montani. ⸿ Dedecus hoc. s. ut con/

Quid nam igitur censes, conciditur? absit ab illo
Dedecus hoc Montanus ait, testa alta paretur,
Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem.
Debetur magnus patinæ, subitusque Prometheus.
Argillam, atque rotam citius properate, sed ex hoc
Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur.
Vicit digna viro sententia, nouerat ille
Luxuriam imperii ueterem, noctesque Neronis
Iam medias, aliamque famem, cum pulmo falerno
Arderet, nulli maior fuit vsus edendi
Tempestate mea, Circeis nata forent, an
Lucrinum ad saxum, Rutupinoue edita fundo
Ostrea callebat primo deprendere morsu.
Et semel aspecti littus dicebat echini.

cidatur. ⸿ Testa: patella fi/
ctilis in qua integre coquat. Mur
⸿ Tenui muro: quæ summæ
sit tenuitatis. laus est figuli i
conficiendis uasis ea ducere
tenuia. Hyperbolicos murũ
appellauit: cum murus pro/
prie sit qui publica ambiat,
Vt ciuitatem. Paries uero pri parie.
uata, ut domos. ⸿ Orbẽ spa/
tiosum: idest quæ spatiosa sit
& apprime capax. ⸿ Debetur
prometheus: inueniẽdus est,
inquit, optimus & prudens
figulus: qui fingat patinam:
qualis fuit promotheus, qui prometheus
ex limo hominem finxit in/
animatum, & insensibilemque:
sed beneficio Mineruę in cælum assumptus ignem ex radiis
Solis iuratus est, cumque pectusculo hominis applicans ani/
matum reddidit. Higinus: Ouidi & Fulgentius dictum au/
tem voluere prometheum quasi, προμήθειαν: quod nos la/
tine prouidentiam dicimus. Sapientia enim eloquentiaque
sua ad bestiarum vita in ciuilem homines trãsformauit. ⸿ Ar Argill.
gillam, atque rotam: Argilla genus est terræ, unde finguntur
vasa. ⸿ Rotam scilicet figularem. Eã inuenit Anacharsis Scy/
thes, siue Chorebus Atheniẽsis, ut plinius in. VII. & Laertius
Diogenes tradunt. Quamuis scribat Sene. ad Lucilium: figu
li rotam apud Homerum inueniri. ⸿ Sententia: scilicet Mon
tani. Digna uiro: ac si dicat: Talis fuit sententia qualis uiri
quasi qui cibis optime conditis delectaretur. Corpulentum
enim fuisse & magni uentris superius ostendimus ⸿ Noctes/
que Neronis, non est, inquit, mirum si tam grauem tulit sentẽ/
tiam de coquendo pisce: quia calleabat quid imperatores
superiores: & præsertim Domitius Nero facere consueue/
rint in parandis obsoniis. Nam Nero (ut auctor est Trãquil
lus) epulas e medio die ad mediam noctem protrahebat:
refotus sæpe callidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis.
⸿ Aliamque famem: idest quomodo nouam aliam famem pos/
set sibi excitare: cum ex nimia repletione cibi & potus stoma
bus arderet: ac si dicat nouerat delicatis pulmentariis, lau/
tioreque apparatu ciborum stomachũ refocillandum. ⸿ Cũ
pulmo arderet: idest nimia crapula ferueret. ⸿ Falerno: ui/
no campano austero. ⸿ Maior vsus edendi: maior peritia in
ciborum delectu: q̃ ipsi Montano: qui primo morsu callebat
ex quo littore mitterentur, educataque fuissent ostrea. ⸿ Cir/
ceis: idest in Campania iuxta Circeos essent nata. Circei enĩ
oppidum est Campaniæ. Horatius: Ostrea circeis Miseni o/
riuntur echini ordo autem est: Montanus callebat deprehen Circei.
dere primo morsu an ostrea nata forent Circeis: an ad sa/
xum Lucrinum: an edita essent fondo Rutupino. ⸿ Ad sa/
xum Lucrinum: hoc est in lacu Lucrino. nam illic prima fuit
ostreorum cõmendatio: primusque Sergius Orat: (vt scribit
Pli. lib. ix.) optimũ saporẽ Lucrinis adiudicauit, alibi capta
in Lucrinũ aduehebãtur, vt illic saginarentur. Idẽ Plinius
auctor. Martialis: Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino.
Lacus autẽ Lucrinus in Campania est. ⸿ Saxum. i. rupes Lu/
crinas. ⸿ Rutupino fundo. i. ex mari Britannico, nam ostrea
Britanica inuenta fuere post Lucrina. Plin. lib. ix. Nõdũ Bri
tannica seruiebant littora: cũ Orata Lucrina nobilitabat. Ex
extremis. n. maris tractibus quærebãtur pisces. Vnde Vitel
lus in delicatione patinæ suça Carpathio usque freto Hispa
niæ per nauarchos ac triremes pisces conquisiuit. Seneca:
Non est necesse perscrutari profundum: nec strage animaliũ

ventrem onerare:nec conchylia ultimi maris ex ignoto litto
re eruere. ❡Rutupino: Rutupinum autem Britannicum si
gnificat ob oppido littorali:quod docet ptholomeus lib.ii.
Ostrea vbi scribit Caticorũ urbem esse Rutupinas. Lucanus:At ua
ga cũ Tethis rutupinaue littora feruent: Vnda Caledonios
nescit turbata Britannos.❡Ostrea:pisces sunt concha inclusi.
Oui.lib.v.Fastorũ:Ostreaq; i
cõchis tuta fuere suis.❡Echi
ni: sunt Echini ex genere cã
crorum:in quibus spinæ pro
Echinus pedibus.Ingredi his est i'or
bem uolui.Echinus etiam ca
Echineis pitur pro theca illa spinosa
castanearũ.Echineis uero pi
scis est paruus:quã remorã la
tini dixerunt. Naues velis
plenis euntes retinere dicit,
si carinis hæserit.auctor Pli.
lib.ix.Lucanus: Nõ puppim
retinens Euro tendente ru
dẽtes In mediis echineis aqs.
❡Semel aspecti:quem semel aspexisset.

saporẽ reprobũ.Sentẽtia digna viro:quia cũ esset maximus
lurco:i.deuorator.dedit sententiam se dignam:ut integer
seruetur:quod ad gulam spectat.Sicut in prima dictum est.
Quanta est gula,quæ sibi totos ponit apros.
❡Misso:pro dimisso.❡Concilio:senatoribus.❡Arcẽ Alba IOAN. BRIT.
nã:bene aũt arcem appellauit.Nam(ut auctor est Asconius)
arx dr vel sedes tyranni, uel Arx
editus in ciuitate & munitio
ad salutẽ ciuiũ locus. Vnde
Virgil.Quo rex summa loco
panthu,quã prehẽdimus ar
cem? ❡Traxerat:hoc uerbo
ostẽdit eos inuitos sequi im
peratorẽ ob eius sæuitiã. Se
cessu.n.Albano maxime dele
ctabatur. ❡Attonitos:anxi
os:& q sibi timerent ob eius
crudelitatem.❡Tanquam de
Cattis:legendũ est de Cattis
non Getis.ad historiam.n.re
spicit,Nã de Cattis, Dacisq; Catti

Surgitur,& misso proceres exire iubentur
Concilio,quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos,& festinare coactos,
Tanquam de Cattis aliquid,toruisq; Sicambris
Dicturus,tanq̃ diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola penna.
Atq; vtinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sæuitiæ,claras quibus abstulit vrbi,
Illustresq; animas inpune,& vindice nullo,
Sed periit postq̃ cerdonibus esse timendus
Cœperat,hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

ASCE. ❡Quid nã igitur cẽses. Hic explicatur cã concilii. Dictũ.n.
est:Sed deerat pisci patinæ mensura,uocãtur ergo ad cõci
liũ pceres.dr ergo a V.lentone aut alio consultante,qdnam
igit cẽses.i.iudicas de hoc pisce faciẽdũ esse:cõcidit ur.i.non
ne,qa deest mẽsura patinæ,debet cõcidi.i.in particulas diui
di?❡Mõtanus ille, q dictus est vẽtrẽ ab dñe pinguẽ hẽreitã q
primus gulæ pceptã affert primã sñiam & ait hoc dedecus.i.
hæc cõtumelia, & hęc indignitas absit ab illo.s.pisce tam no
bili:ut concidatur.sed testa.i.uas terreũ paretur.i.fingatur.q
colligat spatiosum orbẽ.i.capacẽ rotunditatẽ:tenui muro vt
leuius & melius coquat.magnus & subitus.i.subito inuentus,
vel subito operãs.prometheus.i.figulus peritissimus qualis
erat prometheus.debet patinæ.i.ad patinã fingendam,pro
perãte.i.properãter afferri curate.citius argillã.i.tenacẽ ter
rã,atq; rotã,qua currẽte fingat.sed o imparor ne forte aliqñ
similẽ defectũ patiaris.figuli sequantur ex hoc tpe.i.posthac
tua castra.Vicit digna uiro:vrbane Domitianũ rephẽdit,q
talibus uiris acqescebat.Ordo est:Sñia digna uiro.s.Monta
no epuloni uicit.i.approbata est.ille.n.expertus aut cõuictor
habitus nouerat uetẽrẽ luxuriã.i.abundantiã i cibo:uestitu:
Venere:aut eiusmodi re aliqua,in qua luxus est,quo oẽs fe
re impatores a Suetonio peccasse notant.& nouerat iã me
dias noctes Neronis,quas solitus est Nero in comessationi
bus traducere.& aliã.i.nouã & exqsitã famẽ cũ pulmo arde
ret.i.flagraret æstuaret.falerno.i.vino Falerni montis ardẽ
tissimo:quo digerente cibos appetitus excitabat.nulli,inqt,
poeta maior usus.i.experientia edendi fuit mea tẽpestate.i.
tpe meo,q̃ sup. Montano.quia callebat.i.callide sciebat.de
prendere.i.internosse:& cõprehendere primo morsu ostrea
an forent.i.essent.nata.i.pcreata.Circeis.i.mari apd Circeũ
montẽ:an ad saxũ Lucrinum.an forent edita.i. extracta, aut
pcreata fundo Rutupino.i.Britãnico.& dicebat littus.i.lo
cũ natiuũ,aut educatiuum.echini.i.illius piscis de genere can
crorum.semel aspecti.i.postq̃ semel aspexerat.Est autem echi
nus piscis de genere cãcrorũ spinosus:ad cuius similitudinẽ
cooptoria,seu calices castanearũ ẽt echinos appellant:& quæ
cunq; in eorũ similitudinẽ quid includũt.Echineis aũt huius
echineidos pisciculus est nauẽ ingẽtẽ detinens.unde remora
latine appellari põt:auctore Dona.sup illud in Andria Te
rentii:Manebo neqd uestrũ remorer cõmodum.Iucunde au
tem & diserte dicit:quidnã igit censes?quæ uox est attoni
ti & incerti cõsilii:ut te nescientis uisa difficultate rei qd di
cẽdũ sit:quasi de re cẽsoribus digna:uidet aũt declarare in eã
sñiam ut cõcidatur:uiso quod non est patina satis ampla:q
oia ironicos p po tã effecta sunt:quia licet sex librarũ fuisset
rhombus:facilis repertu fuisset tanta patina. Sed ut perdi
tam gulã Domitiani, & eius cõuictorum significet:dicit ip
sum etiã fictilibus usum:qa in fictilibuscibus non contrahit

post varia plia duplicẽ triumphũ egit. Tranqllius & Eusebi
us auctores.Statius lib.i.Siluarũ:Das Cattis,Dacisq; fidẽ.
Eutropius de expeditionibus Domitiani sic scribit:Expedi
tiones quattuor habuit:unã aduersus Sarmatas:alteram ad
uersus Cattos.duas aduersus Dacos. Sunt aũt Catti popu
li Germaniæ Sicambris finitimi:q indigẽtia laborãt. auctor
est Strabo lib.vii. Eos inchoare ab Hercinio saltu scribit Ta
citus.❡Sicambris:Germaniæ sunt populi inter Rhenum & Sicambri
Albin flumen sitis ad Oceanũ,de quibus multa Cæsar in cõ
mentariis:& Tacitus in libro de situ Germaniæ. ❡Toruis:
terribilibus a torrendo quasi terui. ❡Epistola anxia:hoc est
quæ res afferat tristes & calamitosas. ❡Pẽna precipiti:hoc ẽ
quæ p auem esset allata.Nã cum celeriter aliquid nunciandũ
esset:didicere antiqui auibus literas alligare:quas uolantes p
ferebant.Plin.de Columbis sic scribit libro.x. Quin internũ
ciæ in magnis rebus fuere,& epistolas annexas earũ pedib?
obsidione Mutinensi in castra pertulere,D.Bruto mittente.
Quid vallũ & vigilũ obsidio,atq; ẽt retia amne ptẽta pfue
re Antonio,p cęlum eunte nuncio?❡Atq; utinã his potius:
utinã,inqt:tẽpora imperii sui potius cõsumpsisset in his nu
gis,nec abstulisset nobiles & illustres ciues. ❡His nugis:his
deliberationibus:quales fuerunt de coquendo pisce.❡Quib?
.s.temporibus.❡Abstulit:necando.s.❡Illustres aĩas: nobiles
& illustres ciues. Complures enim senatores,in iis aliquot cõ
sulares interemit:ex qbus ciuicã cerealẽ in ipso Asiæ procõ
sulatu:Saluidienum:Orfitũ:Acilium:Glabrionẽ:quos prius
exilio insulari mulctatos interemit,quasi nouarũ rerum mo
litores. Cæteros leuissima quẽq; de causa, Aeliũ Lamiã:Sal
uiũ Coccianum:Metium Põposianũ:Sallustiũ Lucullum:Iu
nium Rusticum:& multos alios. Lege Tranqllum decius se
uitia,& Eusebiũ.❡Impune:nullo existente,q tantã crudelita
tẽ vlisceretur.❡Sed periit postq̃:sensus est:Dum sæuit in no
bilitatẽ:hunc & illũ necãdo:nemo inuẽtus est,q eum interime
ret:sed postq̃ cœpit sanguine plebeio manus suas cõtamina
re:statim inuentus est interemptor.Nã a Stephano Domicil
læ Flauiæ pcuratore,parthenioq; cubiculario cæteris coñ
spiratis cũctãtibus est occisus in cubiculo.De Parthenio tanq̃
cubiculario Domitiani sic meminit Mart, Musæ parthenium
rogate uestrũ:Admittat timidã,breuẽq; chartam Intra limi
na sanctioris aulæ.Nosti tẽpora tu Iouis sereni.lege Trangl
lum.❡Cerdonibus.hoc est plebeis & uilissimus hominibus.
nã Cerdo is appellat q artificio & lucro uictũ qrit. κέρδος
enim lucrũ significat.κερδαίνω lucror. Causam autem mortis Cerdo
eius in hunc maxime modũ exortã esse docet philostratus in
Apollonio Tyaneo. Interfecerat Domitianus Clementẽ vi
rũ cõsularẽ,cui propriã sororem matrimonio despõderat,
palã ẽt dixerat post tertiã,quartamue diem ipsam quoq; ad
virũ esse perfecturã. Stephanus igitur mulieris libertus:cui?
nomen figurã uisi pridẽ in cęlo portẽti significaba .nam co

rona græce Stephanos diciturisiue de interfecto Clemēte co cogitasset, iu e oium Romanorum ciuiū cōditione miseratur tyrannū interficere proinde aggressus est: atq; olim Atheni ensium libertini fecerant. Is igitur breuem gladiū in sinistræ manus brachio collocās, manū tāq̄ fractā multis fasciis circū ligauit, inde tyrāno a foro ubi ius dixerat redeūti obuiā pce dēs: opus mihi est, inqt, o rex secreto quędā tibi referre: au dies autē ex me res magnas, atq; mirabiles. Cūq; tyrān' colloquiū nō abnueret, i porticū, duę reg'ę adiacebat illū deduxit. Tūc Stephan' nō est (inquit, mortuus (ut arbi traris) inimicissimus tibi de mens, sed viuit adhuc: egoq; id optime scio: & ipse est qui nūc aduersus te irruit: damā tis adhuc regis, & ab ea quę audierat pturbati, stephanus ab aligato brachio gladiū e/ ducēs, femur pfodit vulnere qd ad subitā mortē referēdā nō sufficiēt: sed quoddiutius cruciatū extiguere tādē pos sit ut nullis medicamentis es/ set curabile. Ille vero & alio/ quin robusto corpore, & an/ nos ætatis quinq; supra qua draginta natus, propter uul nus minime deiectus est, ap prehēsoq; Stephano super i cūbens, cruere oculos nireba tur: & faciem aureo calice, q forte sacrorū causa, astabat, ptundēs, Palladē ut sibi fer/ ret auxiliū inuocabat. Audiē tes autem clamorē corporis custodes, aliquo mō illum op primi cognouerūt uniuersi i/ lico accurrētes, cū iā pene exa nimatū offendissent, aliquot illatis uulnerib' iterfecerunt. ¶ Hoc nocuit. s. sęuiuisse i cer dones, & hoies t euuls fortu nę. ¶ Macedēti cęde Lamiar. hoc est cæde nobiliū. Nā La mias posuit p oib' nobilib', respexitq; ad historiā: Aeliū enim Lamiā interemit ob su spiciosos & ueteres & inoxius iocos. Auctor Tranqllus. La miæ genus dixerunt ab Lamo, qui (ut tradit Homerus in o dyssea) Caietæ regnauit. Silius: Et regnata Lamo Caietæ. Horatius: Aeli vetusto nobilis ab Lamo.

ASCE. ¶ Surgit &c. Vrbane admodū ostēdit quomō dimissum est cōcilium & simul amare taxat Domitianū, q i re nulla summa maturitate consilii usus est: & in re grauissima ut pote pcerū interēptione, nulla, unde dicat q q passim, & nullo uindice nobilissimos quosq; interemit, tādē periit cū cœperit esse ti mēdus cerdonibus. i. uilissimis qbusq;. qd dictū uidet quasi cū nihil de nobilitate dereliquerit, i cerdones. i. uilis q̄stus gra operatores sęuitiā suā extēdissent. Ordo est: Surgitur sup: ab omnibus. & proceres iubent exire cōcilio misso. i. demis/ so. quos proceres magnus dux uidelicet Domitianus: quod per ironiā dicit: quia dux erat epulonū traxerat. i. celeriter aduenire cōpulerat, in arcem Albanā: vbi templū Vestę erat attonitos. i. quasi tonitru repentino percussos. & coactos se stinare tanquam sup. esset dicturus aliquid de Getis, & Sicā bris toruis. i. ferocibus populis illis in extremis oris ferę Ger maniæ. Virg. etiam producit primam de dictione Getæ dū cens: Mortem contemnunt laudato uulnere Getæ, sed idem poeta omnes pedes hexametri uersus a breui inchoasse nota tur. & tanquam epistola anxia. i. anxietatis index & signifi/ catrix. uenisset: idest apportata esset a diuersis ptibus orbis pręcipiti penna uidelicet columbę. aut alterius auis ad hoc edoctæ & emissæ in extrema obsidione, atq; Vtinam Domi tianus supple dedisset potius his nugis: idest huiusmodi re bus inutilibus, tota illa tēpo ra sæuitięq; quibus abstulit im pune: idest sine punitione, & nullo vindice, claræ Vrbi sci licet Romę, quę per illustres animas clara erat nā dicēdo claras illustres animas: duo es sent epitheta uitiose cōiūcta: qa sine cōiunctione. Sed ipse periit: qa interēptus est a cō/ iuratis ministro quodā Ste/ phano uocato, ut dicit Sue/ to. postquā cœperat esse ti/ mēdus cerdonic'. i. mechani cis lucro itētis: hoc scilicet se timēdū fecisse. nocuit Domi tiano madēti sanguine La/ miarum: idest nobilium, qua les erant Lamiæ: e quibus q̄/ dam Aeliū noie interemat.



Iunii Iuuenalis Aquinatis, Satyra Quinta.



I te propositi nndū pudet, atq; ea
dem est mens,
Vt bona summa putes aliena viue
re quadra,
Si potes illa pati, quæ nec Sarmen
tus iniquas
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba
tulisset,
Quamuis iurato metuam tibi cre
dere Testi.
Ventre nihil noui frugalius, hoc tamen ipsum
Defecisse puta, quod inani sufficit aluo,
Nulla crepido vacat? nusq̄ pons, & tegetis pars?
Dimidia breuior? tanti ne iniuria cœnæ?
Tam ieiuna fames? cum possit honestius illic?
Et tremere, & sordes farris mordere canini?

Satyra Quita Site, ppositi. I te ppositi. Mul/ tis tpibus poetę a/ micitias nobiliū & diuitum sequebā/ tur, & uilissimis q buisq; officiis cœnas captabāt In quo uitæ instituto versan/ tē Trebiū amicū suum poeta monet, deterretq; ne tale ge/ nus uitę sectet, ostendas su be, cōtumeliosęq; a diuitib' accipi pauperes, Sicq; notat auaritiā sui temporis. ¶ Si te propositi, nondum pudet: or do est & sensus: O Trebi ego nihil noui frugalius vētre: q̄si dicat modicis potes esse con tētus, Sed tñ putemus hoc ip sum modicū: quod pōt suffi/ cere inani aluo defecisse tibi: nōne potes mēdicare? hoc au tem dico: Si te non pudet propositi ut uelis sequi mensas no bilium: & si potes pati quæ nec Sarmentus, nec Galba scur/ ræ tulissent: quamuis tibi iuratoq;. s. nō te pudeat, & possis ferre tot contumelias non eandem credere. Sicq; ostendit to lerabilius esse mendicare, q̄ contumeliosas sequi mensas nobi lium: ubi tanto excipiuntur ludibrio. Potest etiam alio mo/ do nec improbande exponi: ut sit sensus & ordo: Ego, o Te sti metuam tibi credere quāuis iurato: idest te vt hominē ne/ quam putauero: proindeq; nulla in re tibi fidem habuero: si nondum te pudet propositi: si adhuc tibi placet sequi men/ sas nobilium: & pati turpes illas contumelias quas nec Sar mentus, nec Galba scurrę tulissent, Nam qui talia sectantur: contemnendi omnino sunt: nec digni quibus ulla in re, etiam iuratis fides habeatur. unde cum indignatione subdit Ven/ tre nihil noui frugalius: quasi dicat nullam habes causam ho nestam quare hoc uitæ institutum sequaris: cum natura ho/ minis modicis sit contenta, neq; enim ist quieq̄ frugalius uē tre: hoc est moderatius: & quod pauciora quærat. Sed quia posset dicere Trebius: quid si illa pauca deficerent: satius est, inquit, mendices. ¶ Nondum pudet: ut velis mensas nobiliū

IOA BR.

Primo fige loco, quod tu discumbere iussus
Mercedem solidam ueterum capis officiorum,
Fructus amicitiæ magnæ cibus, imputat hunc rex,
Et quamuis rarum, tamen imputat. ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem,
Tertia ne uacuo cessaret cu' citra lecto,
Vna simus ait, uotorum summa, quid vltra
Quæris? habet Trebius propter quod rúpere somnú
Debeat, & ligulas dimittere solicitus, ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

sequi. ¶ Aliena quadra: aliena mensa, & repositorio alieno. nã quadra repositorium appellatur a forma quadrato, ubi iocisa reponuntur obsonia, quod ostendit Virgil. in Aeneidos Patulis nec parcere quadris Fatalis crustu. ac si dicat repositoriis. Capitur & quadra pro frusto veluti quadrato, ut ela/pud Martialem: Cum mittis, turdum q mihi quadrã q pla/centę Bucellas misisse tuas te Pontia dicit quadram ergo idest frustum placentæ quadratum. Horatius in epistolis. Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Seneca de beneficiis: Quis beneficiũ dixit quadram panis aut stipẽ æris abiectam aut ignis accendendi factã potestatẽ? Mar. libro duodecimo i Vaeerrã: Nec quadra deerat casei tolosani. ¶ Nec Sarmentus iniquas: Sarmentus eques fuit Romanus scurrilitate notissimus, ac p hoc Augusto Cæsari gratissimus. de quo meminit sic Horatius in Satyris: Nũc mihi paucis Sarmẽti scurræ pugnã, Messiq; cicerri: Musa uelim referas. Eius et meminit plutar. in Antonio. ¶ Galba: itẽ scurra. Mar. ille suo felix Cęsare Galba uetus. alibi: Qui Galbam salibus tuis, & ipsum posses vin ere Testiũ cebellum. ¶ Tibi iurato: hoc est qui iuraueris. In actiua significatione. Est enim ex his verbis neutris, quæ antiquitas dupliciter flexit præteritum: ut prandi pransus, cænaui cœnatus, placui placitus, nupsi nuptus, iuraui iuratus. Cicero i Officii: Cum uero iurato sententia dicenda est. Horatius in epistolis: Per sanctum iuratus dicat Osirim, Credite. ¶ Testii: Vocatiuus est casus. Necesse est intelligamus Trebium Testium uocitatum esse. casus ¶ Nulla crepido: nullum saxum: nullus locus eminẽs ubi solent mendici considere. Nam crepido capitur pro loco excelso, & summitate excelsi loci. unde Sene. ad Lucilium. ¶ Nusq pótinam in pontibus mendicare solent pauperes. unde in priore Satyra: Dignus a ponte satelles. & alibi: Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit. Itaq; colligabit si vastã altitudinẽ in crepidine eius consilius despexerit. ¶ Et tegetis pars: est autem teges genus straguli non absimile floieæ. de qua sic Varro in re rustica libro primo. Sic fiunt de canabi, lino, iunco, palma, scirpo: ut funes, restes, tegetes. Idem in secundo: Diligentioris tegeticulis subiectis oues tondere solent ne qui flocco intereant. Idem i tertio: Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordine, supra quos tegeticulæ canabinæ sunt impositæ. unde & poeta in sexta Satyra: Ausa palatino tegetem præferre cubili: hoc est stragulum lupanaris lecto imperatorio. Plin. lib. xiii. & lib. xxiii. Papyri uela, tegetesq; nec nõ & uestẽ, atq; stragula ac funes cõtexunt. ¶ Tanti ne iniuria cœnæ: est ne tanti facienda cœna illa iniuriarum plena, ut debeas pati tot cõtumelias: cum fames tua tam ieiuna possit honestius illic & tremere &c. ut legendum sit possit, & non possit: cum uersus aliter stare non queat. ¶ Fames ieiuna: hoc est, quam uix saturare possis ac per hoc semper videtur esse ieiuna. ¶ Illic: in locis mẽdicantium. ¶ Sordes farris: non mundi: idest panem sordidum caninum: hoc est qui datur canib? Varro i re rustica: Panem hordea ceum canibus dandum putat.

Si te propositi nondum pudet, in hac quinta Satyra poeta duo facit. notat impudentiam ingenuorum: qui ut uilissimi scurræ cœnas diuitum sectabantur uilissimas & auaritiam atque iniquitatem diuitũ q tales cœnas clientibus & familiaribus apponi iusserat, cũ ipsi delicatissimẽ uiuerent. Ordo est secũdũ Calderinũ: O Trebi ego nihil noui frugalius. i. modestius & tẽperantius ventre sup. tuo. tamen puta hoc ipsum' qd suffi/cit inani aluo defecisse sup. tibi. ut necesse sit aliunde petere nullã crepido. i. abrupti saxi altitudo. uacat: id est vacua est q;

teris mendicis, vt illic sedeas, & mendices. & pons. i. sedes in ponte nusquã vacat. & pars tegetis. i. teges mutilata. i. abrupta breuior' dimidia sup. parte integra tegetis. nulla inquam teges. i. protectio a pluuio in qua mendicus vacat. q. d. pluris ma adhuc loca uacant. in quibus potius tibi mendicandum esset. & hoc si te nondum pudet propositi tui q eadem mens est sup. tibi: ut putes sũmũ ma bona uiuere aliena quadra. i. pane in quadrã scisso. vnde scissorium uulgus uocat: sup quem panem diuites e bsonia pinguia incidunt, quapropter a mendicis amatur. & si potes pati illa supple opprobria, & illas contumelias & iniurias quæ. s. opprobria: nec Sarmẽtus scurra ille tulisset idest pati, uoluisset ad mensas Cæsaris. s. iulii. iniquas. i. si fuissent iniquæ. hoc est inæquales, nec Galba scurra il le uilis tulisset. q̃q; metuam ti bi testi iurato. i. postq̃ iurasses hoc testificanti per iuramentũ credere tanti sup. est. & c. hic ordinẽ innuit Calderinus. quia tamen nis is longus est & intricatus dicamus ex ordine textus sic: O Trebi, uel tu quincunq; es Trebii similis: quod potius mihi placet: si te nõdum pudet propositi: a si eadem mens est tibi: ut viuere aliena quadra putes esse summa bona si potes pati illa: quæ nec Sarmentus, nec Galba uilis tulisset ad mensas Cæsaris iniquas. i. si fuissent iniquæ. quamuis me tuam. i. formidem id credere tibi Testi iurato: sed iuramentũ nõ astricto. quia ego nihil noui frugalius. i. parcius vẽtre tuo. & ita quẽ q potius fames, q̃ talia patiaris. sed puta hoc ipsũ quod sufficit inani aluo defecisse. i. pone casum. q illud modicum, quo venter tuus cõtentus est, desit tibi ita vt necesse sit aliunde petere. nulla crepido uacat: nusquam pós & tegetis pars dimidia breuior. i. uacat ne aliquis locus sibi potius mẽdicet: quam cœnulas superbe ut sectetis. nam q ne tãti tibi iniuria cœnæ: idest reputas ne tãtum valere iniuriosam cœnam: & est ne tibi tunc supp'e tam ieiuna fames? eum. i. idest quando. posse is. i. exig s, cupis. tremere. i. eum timore sedere honestius illic. i. ea cœna iniuriosa diuitum. & mordere sordes. i. reliquias immundas farris canini. i. panis duri & immũdi: & quem ne canes quidem esse vellent. de quo dicet infra Ecce alius quãto porrexit murmure panem: Vix fractum solidæ iam mucida frusta farinæ. Quæ genuinum agitẽt non admittentis morsum. Ego hanc interpretationem ab aliis non accepi. nam (Vt vidistis) Mancinellus legit possis a possum, quod sine dubio fieri non potest: quia ultimam apud omnes producit. ergo legetem potius possit: vt fames tua possit. i. tu fame licus possis. Sed quia verosimile est q uiri hone sti potius amabant iniuriosas cœnas diuitum sectari, q̃ publice mendicare: & etiam tam in pc nte, q̃ in cœna diuitum sordes canini farris dabatur: ergo lego & legendum non dubito posceis & expono illic: idest apud iniuriosam cœnã. Vnde obest mihi q eum in hac significatione apud alios raro indicatiuo iungitur: sed tamen non coniunctiuo q iqua si nusquã in ea significatione in quo hic accipi videtur a Iuuenale indicatiuo iungitur: quod nolim concederet: tamen dum quando idem est q quando passim indicatiuo iungitur: vnde expono sic cum: idest quando tibi fames est tibi cum posceis. vel subsit cum: idest quando vt si fames est tibi cum posceis. vel sum/ gitur cum sequẽtibus ut sit. cum. i. quando tu poscis: idest requiris & exigis: tremere illic honestius. i. cum maiori honore, supple in ponte &c. Primo fige loco &c. IOAN. BRIT.

¶ Primo fige loco: proponit incõmoda & cõtumelias, quibus afficitur in cœnis diuitum. putat, inquit, diues amplissimam tibi laborem mercedem rependisse: si tibi unam dedit cœnam. ¶ Fige: pone, & statueiam hoc. ¶ Primo loco. s. contumeliarum. ¶ Fructus amicitię: ordo est. Cibus est fructus magnæ amicitiæ, magnam amicitiam appellat diuitis: sicut

Qualis coena tamen, uinum quod succida nolit
Lana pati, de conuiua Corybanta uidebis,
Iurgia proludunt, sed mox & pocula torques
Saucius, & rubra deterges uulnera mappa,
Inter uos quoties libertorumque cohortem
Pugna saguntina feruet commissa lagena.

Post hunc manni delator amici, & alibi: In quorum facie miserae magnaeque sedebat Pallor amicitiae: idest iperatoriae: & potetis hominis. ❡ Rex: diues, de quo prima Satyra diximus: & ex horum. ❡ Imputat: obiectat. Seneca de beneficiis, Ministerium est serui, quem cõditio sua eo loco posuit, vt nihil eorum, quae praestat, imputet superiori. ❡ Et quamuis rarum scilicet cibũ. licet, inquit, te raro uocet ad coenã: id tamẽ ibi imputat, & obiicit. ❡ Ergo duos: ordo est: Ergo diues ait simꝰ una. ❡ Tertia culcitra: tertius lectus. ternis enim lectis coenabant antiqui unde (ut alibi ante diximus) tridinium graece appellatur non solum ipsi tres lecti: sed & locus ipse vbi coenabãt.

Culcitra — Horatius: Saepe tribus uideas lectis coenare quaternos. Culcitra autem appellatur quod aut plumis, aut tomento repleatur, & inculcetur. Cicero in tertio Tuscula. Eripiamus huic aegritudinem, quomodo? colloecemus in culcitra plumea. Lampridius in Antonius Heliogabalo: Nec cubuit in accubitis facile, nisi his quae pilum leporinum haberent, aut plumam perdicum subalares saepe culcitras mutans. ❡ Votorum summa: exclamatio poetae cum in vanos clientum labores: tum in sui temporis auaritiam. haec: est, inquit, summa uotorum: idest uotorum & desideriorum tuorum merces & retributio.

❡ Quid vltra Quaeris: hec in derisum ipsius clientis: non ne hoc magnum est praemium? quid vltra est quaerendum cum hoc sit satis? ❡ Habet Trebius: ironicos leguntur. cum capiat, inquit, tantam mercedem Trebius habet sane, quod debeat rumpere somnum, & sequi diuitem in officio salutandi ❡ Ligulas dimittere solicitus: nam qui properabant ad salutandum, non poterant se colere. unde Martialis libro tertio Horridus, ut primo semper te mane salutem. Per mediumque trahat me tua sella lutum.

Ligula — ❡ Ligulas: Festus Pompeius ligulã scribit esse partem quãdã in calceo ad similitudinem linguae exertae. hanc properantes demittebant. erat etiam genus gladii

Ligula — Ligulla. Gellius. Ligulam item accipimus pro genere mẽsurae, & coclearis per diminutionem a lingua eiusdem significationis. Plin. li. xx. capi. xxxiii. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant linguae mẽsura. est enim instrumentum ad similitudinem coclearis: nisi quia coclear concauum est: lingua vero plana est: & oblonga in speciem linguae. Marti. in Distichis de ligula diminutiuo: Quamuis me ligulam dicant equitesque, patresque: Dicor ab indoctis lingula grammaticis. ❡ Peregerit orbem: officium salutandi perfecerit. ❡ Sideribus dubiis: ut adhuc nõ facile cognosceret an dies, & lux vicina foret. ❡ Aut illo tempore: idest appropinquante die: quo tempore plaustrum peregit cursum suum in septentrionem. Propertius: Cum iam flectant Icarii sidera tarda boues. ❡ Frigida sarraca: idest plaustra septentrionalia. ❡ Bootae: idest bubulci. Nam qui de astrologia scripserunt: tradunt septem stellas esse i caelo, ex quibus duae, quae pariles & maxime in uno loco uidentur, pro bobus haberentur. Reliquae vero quinque figuram plaustri simularent: & quod proximum est his signũ Bootem appellari uolunt. ❡ Pigri: hoc est ex ratione sperae dictum. nam cum modico flectatur gyro circa polum septentrionalem: nec longe discedat: ideo piger vocatur.

.SCE. — ❡ Primo fige loco. Mancinellus legit. finge: idest cogita. alii fige: idest fixum pone in animo tuo. docet autem coenas diuitum esse aspernandas multis de causis. primo propter iacturam & damnum, qd' ex eo sequitur. nã cliens non habet aliã mercedem. pro itolerabili labore, q̃ vnam coenam, & eam uilissimam. Ordo est: Fige: idest pone primo loco inter iniurias & causas contemptus coenae: quod tu iussus discũbere: id est ad mensam diuitis sedere, capis solidam: idest integram mercedem ueterum officiorum: idest obsequiorum, & ministeriorum. nam fructus: idest utilitas, & lucrum magnae amicitiae: idest familiaritatis cum diuite est supple cibus: idest cibatio i vna coena. rex, i. diues dominus cõuiuii, i. iputat: idest exprobrat tibi hunc cibum scilicet, & quia exprobratio fieri solet in ingratos, qui saepe & multa beneficia acceperit: nunquam aliqua referentes. ideo ne forte putes clientes saepe accipi: aut ad coenas uocari addit. Et quamuis rarum sup. det cibum. tamen imputat eum vel imputat hunc cibum: & quamuis rarũ tamen imputat eum. Ergo si libuit: idest si libidine: non ratione, nec gratitudine ductus voluerit. accire: idest ad uocare post duos menses. clientem scilicet te neglectum. ne tertia culcitra cessaret: idest otiosa esset. lecto existẽte vacuo: hoc est vt infimus triclinii lectus esset plenus: & ut conuiuium esset plenũ. Erãt enim in tricliniio (ut prius dixi) tres lecti. unde Hora. primo Sermonum: Saepe tribus uideas lectis coenare quaternos. Erant tamen lecti minores, qui ternos capiebant. in quorum primo dominus solus sedebat: adhibitis ex aliis. De quo triclinio sic dicit Martialis: Septem sigma capit, sex sumus, adde Lupum. .s. impleatur triclinium. Non ergo pro tuo commodo: sed ex libidine sua. & ne tertia culcitra: idest tertius torus culcitra tectus uacaret. si libuit inquam te accire, ipse ait: idest dicit ad te. simus una: idest simul in vna coena. summa: idest consumatio. & plenitudo uotorum: idest desideriorum tuorum supple haec est quid quaeris ultra? quasi dicat nihil. Trebius habet: pro tu Trebi habes. Mutat personam: vel quia prius de alio Trebi simili modo locutus est: quod mihi absurdum non uidetur. uel quia moris est quãdo in uomine ut potenoto & nobilius sis quaedam est: relicto pronomine transire ad ipsum etiam persona mutata: ideo ad Trebiũ locutus in secunda persona: nunc quasi de Trebio loquatur in tertia persona dicit: Habet Trebius &c. Sic quinto Aenei. Nisus de se loquitur dicens: Quae munera Niso Digna dabis: primam merui qui laude coronam. Niso dicit quasi cuius nomen tam q̃ victoris iam omnibus innotescebat, priusquam ceciderat. Sic hoc loco Trebius, qui prae se fert ingenuitatẽ habet hoc dicto propter quod debeat rumpere: idest interrũpere somnos. & dimittere ligulas: idest partem calciamenti cooperientem pedis summitatem factam in modum linguae. Nam a lingua diminutiuum esse uolunt: solent autem diminutiua syllabam corrumpere: quae elementa abiicit: ut ofella ab offa. tigellum a tigno. sigillum a signo: figulus a fingo, ligula a lingua &c. Debeat inquam dimittere ligulas solicitus: ne tota turba salutatrix: idest salutantium, peregerit orbem: idest ne iam caeteri salutatores omnes diuites salutauerint, quos per orbem: idest circuitum adibant. In prosa dixisset: Ne turba salutatrix peregerit totum orbem. & hoc sideribus dubiis: idest in diluculo: cum iam sidera cum luce certant. aut in illo tempore quo frigida sarraca: idest plaustra septẽtrionis: quae tempore frigido uidentur. Bootae, qui Arctophylax: idest ursae custos dicitur. pigri: idest tarde se mouentis. circũagũt: idest circumuectunt se.

❡ Vinum quod succida nolit Lana pati. cõqueritur nõ idẽ vinum apponi conuiuis. sequitur enim: Ipse capillato diffusum consule potat. Eadem etiam est querela apud Plinium in .xiiii. loquentem de Catone redeunte cum triumpho ex Hispania. Non aliud, inquit, vinum bibi q̃ remiges, in tãtum dissimilis istis qui etiam conuiuis alia, q̃ sibimetipsis ministrant, aut procedente mensa subiiciunt. IOAN BRIT ❡ Succida: ea dicitur lana succida, quae succisa ex oue nondum est lota. dicta a sudore. De quo ita Varro in re rustica libro secundo: Tonsurae tempus inter aequinoctium vernum, & solsticium, cum sudare inceperint oues. a quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. — Succida lana

Corybanta uidebis: iam inquit: putabis de conuiua importuna ministrantium uexatione esse insanum & furentem: quales erant Corybantes: qui ita sunt appellati: quod inter saltandum capita iactarent, quod coryptin dicitur: quos Betarmonas uocat. Homerus: Euge age Phaeacum Betarmones egregii adsunt. Hinc qui capita saltando — Corybantes; Betarmones

Corybã- tiare factant, & numine aspirantur, & furiis agitantur corybantiare dicimus. Hi autem existimantur iidem fuisse, qui & Curetes, Iouis in Creta educatores: qui quia alendi Iouis curam gesserunt, Curetes nominati sunt. Nam dicuntur in Ida mõ-

Curetes te cum Iupiter infans nutriretur, ne uox eius vagientis audiretur a Saturno, tympana & cymbala pulsasse. De quibus multa Strabo i decimo. Alii uero tradunt Corybãtes dictos eẽ a pupillis oculorum siue genis, quas græci uocant: q ipsi cum custodes essent Iouis, non modo excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogebãtur. huic natum uicio ex fabula uocabulum: ut qui leporum modo somnum caperent, oculis patentibus ita nominarentur. Seruius libro quarto

Iurgare Obiurgare ⸿Iurgia: Verborũ cõtentiones. Inde ẽ iurgare & obiurgare non sine differentia: ut iurgare sit uerbis contendere, & ueluti altercari. Obiurgare: vero reprehendere. Vnde est illud apud Apuleium in prima apologia: Rhetori iurganti, an philosopho obiurgãti. Rhetor eni in actione causarum uerbis contendit, ac pstrepit: philosophus uero hominum delicta obiurgat. ⸿Præludunt: præcedunt tanquam futuræ pugnæ prçludium. Alibi legitur Proludũt. ⸿Torquestin ministros

Mappa a quibus pulsatus fuisti. ⸿Mappa: genus est mantilis ad vsum mensarum. Horatius in epistolis loquens de conuiuiis sic: Varius mappa compescere risum Vix poterat. Idem in Epistolis: Ne turpe toral, ne sordida mappa, Corruget nares, & (ut alibi in sequentibus dicemus) cum publice ostendebatur: erat signum futurorum ludorum Circensium: Interea megalesiacæ spectacula mappç. ⸿Rubra: quæ ex uulnere

Lagena. facta est rubra. ⸿Lagena: uas tam uinarium q̃ aquarium. ⸿Saguntina: hoc est fictili a Sagunto ciuitate Hispaniæ: vnde vasa fictilia pulcherrima mittebantur Martialis: Ficta saguntino Cymbia malo luto. Ea quia fictilia erant, & tanquam modici pretii apponebantur pauperibus conuiuis. Martia. Quæ non solicitus teneat, seruetq; minister: Sume Saguntino pocula facta luto.

⸿Qualis cœna &c. Describit iniquitatẽ cœnç. primo quia

ASCE. vilissima apponebantur clientulis: secundo quia lautissima et maxime opipara domino. secundum facit ibi: Ipse capillato. Ordo est hic: Tamen quamuis supple tantopere cœnam sectaris: qualis supple est ipsa cœna: quasi dicat vilissima. quia vinum supple apponitur in ea quod lana succida: idest quæ sudante oue tonsa est. nolet pati: idest imbibere ut mundetur tam crassum & immixtum est. Tu videbis: idest quilibet vi-

Corybãtes dere poterit. corybanta: idest aliquem raptum furore effectũ quasi corybanta. de conuiua: idest effectum malignitate uini ex eo, qui venerat vt esset conuiua. Iurgia: idest contumeliosa verba iurgiorum incitamenta. proludunt: idest pugnam tãquam proludia præcedũt. sed tu saucius: idest vulneratus ob eo cui conuitia dixeris: vel a furentibus & ebriis. torqueis: idest impellis & proiicis in aduersariũ tuum. mox: idest paulopost iurgia illa. pocula: idest vasa potoria. & deterges uulnera supple. mappa: idest mantili. rubra: idest sanguinolenta, vel sanguine tincta. Quoties pugna commissa inter uos: scilicet clientes & parasitos & cohortem libertorum ipsius domini. nam serui non accumbunt. lagena saguntina: idest fictili ex luto sagũtino: q a Sagunto Hispaniç oppido Romam aduehebatur, feruet, i. feruide fit. q.d. freque-

Ipse capillato diffusum consule potat,
Calcatamq; tenet bellis socialibus uuam
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico
Cras bibet albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriam, titulumq; senectus
Deleuit multa ueteris fuligine testæ,
Quale coronati Thrasea, Heluidiusq; bibebant
Brutorum & Cassii natalibus, ipse capaces
Heliadum crustas, & inæquales beryllos.
Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum,
Vel si quando datur, custos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, unguesq; obseruet acutos.
Da ueniam, præclara illic laudatur iaspis,
Nam Virro (ut multi) gemmas ad pocula transfert
A digitis, quas in uaginæ fronte solebat
Ponere Zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ.
Tu Beneuentani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasorum quattuor, ac iam
Quassatum, & rupto poscentem sulfura uitro.
Si stomachus domini feruet uinoq; ciboq;,
Frigidior geticis petitur decocta pruinis.

tissime. & ita neq; bene, neq; quiete accipiebantur.

IOAN. BRIT. ⸿Ipse: scilicet diues. ⸿Diffusum: expressum. quod postea in vasa diffundi solet in vsum totius anni. Vnde Plini. libro de

Protopum cecimo quarto: Protopum appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uuæ: hoc protinus diffusum lagenis suis deferuere passi. Et alibi: Vt statim dicem? vina q̃ eo anno diffusa sunt in ducentissimum annum seruata fuerunt. Idem: Alibi diffusa, ita decimo die obtulerant. Apuleius libro nono de asino aureo: Concurrit vnus e cçlla vinaria nuncians omne vinum, quod olim diffusum fuerat in omnibus doliis feruẽti calore rebulire. ⸿Consule capillato: vinum opimianum intelligit. Nam Lucio Opimio consule, quo tempore Caius Gracchus tribunus plebis agrariæ legis promulgator interemptus est: cæli temperies fulsit: quam coctu ram uocant Solis operetantia vini fertilitate & præstantia: vt quæ eo anno diffusa sunt: in ducentisimum annũ seruata fuerint. redacta i speciem mellis asperi: ita ut non sit mirum ad tempora vsq; Iuuenalis perdurasse auctor est plinius libro decimoquarto capite quarto. ⸿Capillato: antiqui intonsi incedebant & capillati. ⸿Calcatam: idest vinum quod exit ex vuis calcatis & pressis. Horatius: Et prælo domitam Caleno, tu bibes v-

Causa belli socialis uam. ⸿Bellis socialibus: idest quo tempore fuit bellum sociale: quod ob hanc causam excitatum est. Nam cum senatus (auctore Liuio libro septuagesimo: & septuagesimoprimo) impotentiam equestris ordinis in officiis exercendis ferre nollet: omni viniti cœpit: vt ad se iudicia transferrentur. M. Liuius Drusus tribunus plebis causam senatus suscepit. Itaq; ut maioribus uiribus eam tueretur, socios, & italicos populos spe ciuitatis Romanæ solicitauit. Iisq; adiuuantibus per uim legibus agrariis, frumentariisq; latis legem quoq; iudicialem tulit: vt æqua parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa sociis ciuitas præstari non posset: Irati Italici defectionem agitare cœperunt: propter quod M. Liuius Drusus etiam senatui inuisus factus, velut socialis belli auctor incertum a quo domi occisus est. Contra autem matrem & parentem suam, Vrbẽ, omne Latium, atq; Picenum, Hetruria omnis, atque Campania. postremo Italia consurrexerunt. Eo bello nihil unquam fuit calamitosus. ⸿Amico Cardiaco: idest laboranti dolore stomachi: καρδίαν enim stomachum dixerunt veteres græ-

Cardiacus. ci: auctore Galeno libro qui inscribitur medicus: vbi sic scribit: [illegible] τὸ πάθος αὐτῶν ὀνομάζεται ἄλλοις καρδιακοί [illegible] τὸν στόμαχον [illegible]. dispositio autem cardiaca non sic denominata est, q dolor circa cor esse contingat, sed quoniam cardian antiqui stomachum uocabant, cardiacis autem vino optimo maxime succurritur. vnde Plinius libro vigesimo tertio: Cardiacorum morbo vnicam spem in vinó esse certum est. Id autem morbi genus nihil aliud est, q̃ nimia imbecillitas corporis: q stomacho languente immodico sudore digeretur. Hçc Celsus libro tertio. Seneca ad Lucilium: Bibere & sudare vita Cardiaci est. Plinius ait: Cor eius cremari non posse, qui tali morbo perierit. ⸿De montibus Albanis: vinum albanum intelligit prædulce. Albanæ enim vuæ urbi vicinæ prædulces sunt: vt scribit Plinius libro decimo quarto capite sexto: & vt scribit Columella: In nobilitate vini principatum

ni principatum obtinent, ultes Marsici: Surrentinique, & Albani, atque Caecubini agri. ¶De setinis: diuus Augustus seti/num praetulit cunctis, dictum a Setia ciuitate Campaniae. Martia. Pendula pontinos, quae spectat Setia campos exigua vetulos misit ab urbe cados. ¶Titulum: inscriptionem, quae vasis adhiberi solet. ¶Multa fuligine: multa nigricie. Nam fuligo dicitur nigricies omnis, quae ex fumo prouenit, quasi fumigo. Apuleius in prima apologia: Parietes fuligine deformatos ait: idest fumigatos. ¶Veteris testae: vasis. Horatius: Quo semel imbuta est recens seruabit odorem Testa diu. Nam apud veteres vina vasis fictilibus condebantur, obturabaturque gypso, lege Plinium libro decimoquarto. unde saepe est apud poetas vasa linire, ut illud Terentianum: Vasa omnia releui: idest aperui remoto gypso, est enim releui praeteritum a relino. Appellatione autem testae intelligimus & vasa integra, & vasorum fragmenta. ¶Thrasea, Heluidiusque bibebant: adeo vterque libertatis studiosus fuit: ut natalem diem Brutorum & Cassii, qui patriam a tyrannis liberauerant summa poculorum hilaritate celebraret. Petus Thrasea Paetinus fuit, cui Nero (vt Tacitus scribit) infensus uade factus est, quod scilicet senatu egressus esset, cum de Agrippina referretur: & quod Iuuenalium ludicro parum expectabilem operam praebuisset. ea enim offensio altius penetrabat: qui idem Thrasea Patauii, unde ortus erat, ludis caesticis a Troiano Anthenore institutis habitu tragico cecinerat. Die quoque quo praetor Antistius Sosianus ob facta in Neronem probrosa carmina exilio mulctatus est, mitiora censuit, obtinuitque. & cum diuini honores Poppeae decernerentur, sponte abiens iuberi non interfuit. Nec Poppeam Deam credidit, ob quae Nero stimulante Capitone Cossutiano Thraseae inimico eum ad necem compulit, Venis enim vtriusque brachii excisis uitam cum sanguine amisit. Talibus uerbis vsum Capitonem Cossutianum tradit Tacitus contra Thraseam: Frustra Nero Cassium amouisti, si gliscere & uigere Brutorum aemulos passurus es. Nam Cassium Longinum iusserat interfici hac vna causa, quod in vetere gentili stemmate Cassii percussoris Caesaris imaginem retinuisset. Thrasea autem fuit socer Heluidii, de quo ita Tacitus: Heluidius Priscus regione Italiae Terracinae municipio, Cluuio patre, qui ordinem primipili duxisset, ingenium illustre altioribus studiis, iuuenis admodum dedit, non ut plerique, vt nomine magnifico segne otium valeret, sed quo firmior aduersus fortuita rempub. capesseret doctores sapientiae, secutus est, qui sola bona quae honesta: mala tantum quae turpia: nobilitatem, caeteraque extra animum: neque bonis, neque malis annumerabat. Quaestorius adhuc a Peto Thrasea gener delectus e moribus soceri, nihil aeque ac libertatem hausit, ruina soceri in exilium pulsus a Nerone Apolloniam concessit, vt Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraseae accusare aggreditur. Hic postea Vespasianum in studio libertatis offendit; vt putaret id optante auunculo Claudio pristinum libertatis statum posse reuocari: quo nomine reus, ac praeter spem absolutus est. Hi ergo duo Thrasea & Heluidius Brutorum aemuli fuerunt in tuenda libertate. Haec autem historia inserta est a poeta non tam vt bonum vinum designaret, quam inuidiam Domitiani, qui (ut tradit Suetonius) Iunium Rusticum necari iussit: quoniam Peti Thraseae, & Heluidii laudes ediderat, appellaueratque eos sanctissimos: praeterea eadem de causa philosophos omnes ab urbe expulit: & Heluidium Heluidii filium sustulit. De Thrasea & Heluidio sic scribit Cornelius Tacitus in vita Iulii Agricolae: Legimus cum Aruleno rustico Petus Thrasea, Herennio Senectioni Priscus Heluidius laudati essent capitale fuisse: neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saeuitum delegato triumuiris ministerio: aut monimenta clarissimorum ingeniorum in comitio, ac foro vrerentur. ¶Coronati: nam in solemnibus conuiuiis Romani epulabantur coronati: sumpta consuetudine ab Ionibus populis Asiae, qui vnguenti, coronarumque in conuiuio dandarum & secundae mensae ponendae consuetudinem haud parua luxuriae instrumenta (vt tradit Valerius) repererunt. Verum eum morem homines prius accepisse uidentur a Prometheo: qui eam ab Ioue vinculis liberatus fuisset in monte Caucaso coronam habuisse fertur: vt se victorem impune peccasse diceret. Itaque homines in maxima laetitia, uictoriaque coronas habere constituerunt. Idque maxime in exercitationibus, conuiuiisque est custoditum. Lege Higinum. ¶Brutorum: & Iunii scilicet. qui Tarquinium Superbum eiecit post stuprum Lucretiae. Et Decii qui vna cum reliquis coniuratoribus Iulium Caesarem in senatu confodit. ¶Cassii: nam & Cassius vnus fuit ex interfectoribus Caesaris studio libertatis. ¶Ipse capaces: ordo est: ipse Varro tenet phialas expositae capaces crustas heliadum & inaequales beryllos. Sicque designat Electrum: ex quo vasa potoria magni pretii fiebant, id autem erat aurum vbi quinta argenti portio inerat. Nam cum omni auro inest argentum vario pondere: alibi denario, alibi nona: alibi octaua parte. Vbicunque argenti quinta portio idem Electrum uocatur. vt scribit plinius libro trigesimo tertio capitulo quarto. Ex electro in Lindo insula Rhodiorum Helena sacrauit calicem Mineruae mammae suae mensura. Electri natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendere. uerum hoc loco id poeta prosequitur quod graeci mendaciorum affectatores finxerunt: quod nostri poetae imitati sunt. Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis Electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum uocamus, & Electrum appellatum, quoniam Sol uocitatus sit Electros. Quod esse falsum italiae testimonio patet. neque enim in italia ex arboribus fluere electrum constat. licet Ouidius graecos imitatus dixerit: Deque ramis electra fluunt, quae lucidus amnis Excipit, & nuribus mittit gestanda latinis. Vnde & Martialis libro quarto graecos secutus ita dicit: Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit: Fluxit in obstantem succina gemma feram. Quae dum miratur pingui se rore teneri: Concreto riguit vincta repente gelu. Nam succino siue Electro illo ex arboribus distillante animalia plerunque corripi falso poetae nostri tradiderunt, creditum est, quae ita inclusa perpetuo uiuere videbantur. Martialis in eodem libro: Et latet & lucet phaetontida condita gutta: Vt videatur apis nectare clausa suo: Heliadum igitur: idest sororum phaetontis: quae in arbores popolos secundum fabulas fletu nimio mutatae sunt: ex quibus electrum fluat, & inde calices fiant, Helios enim Sol appellatur. Verum fabulam poeta historiae immiscet, neque enim ex succino illo, quod Electrum etiam appellatum est, vasa potoria fiebant: cum id (si Plinio fides habenda est) nusquam reperiatur: sed ex Electro illo, cui quinta argenti portio inest. unde sequitur. ¶Tibi non committitur aurum: unde male hunc locum accipiunt, qui ex succino illo vasa fieri crediderunt, cum nusquam inueniri id moneat (vt diximus) qui de ipso Electro multa differit libro trigesimoseptimo capitulo secundo. ¶Inaequalesque Beryllos: nam Berylli, aliique lapides pretiosi poculis aureis inserebantur. Berylli autem coloris sunt crystalli, sed crassioris. de hoc Martialis: Et felix niueum pustula vincit ebur. inaequales dixit: quia (vt testatur plinius lib. trigesimoseptimo) sexangulari forma poliebantur: vt color repercussu angulorum excitaretur. Hos autem mittit India. ¶Tibi non committitur aurum: hinc apparet phialas illas ex auro non gummi fuisse. ¶Virro nomen fictum diuitis. ¶Qui numeret gemmas: gemmatus calices intelligit. Nam poculis (vt modo diximus) aureis gemmae inserebantur: & praecipue smaragdi, qui scythici dicuntur. plinius prooemio libri trigesimitertii: Nec hoc fuit satis, turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiae causa tenere Indiam iuuat. Martialis: gemmatum scythicis vt luceat ignibus aurum. Aspice quod digitos exuit iste calix. ¶Gemmas insertas scilicet calici. ¶Da ventam tronicos: non est, inquit, mirum si tam accuratae custodiunt pocula. nam illic sunt iaspides pretiosi, qui merentur custodiri, sicque immoderatam sui temporis luxuriam taxat, & nimias delicias. ¶Iaspis: lapis est, qui vi-

Setinum vinum — Fuligo — Corona in conuiuiis — Electrum — Beryllus — Iaspis

ret, & sæpe transflucet. plurimæ ferunt eam gẽtes: & in agro
nostro Brixiano maxima est varii generis copia. Sed cum di
uersorum sit colorum: optima est illa, quæ purpuræ quicq̃ ha
bet. secunda quæ rosæ tertia quæ smaragdi. ¶ Nam multi tã
ta, inquit, est lautitiæ affectatio apud Romanos: vt multi la
pidibus pretiosis, qui in digitis gestandi sunt, calices ornẽt,
¶ Quas in vaginæ, solebat, inquit, Aeneas Troianus talibus
lapillis non pocula, sed vaginam gladii adornare. ut per Ae/
neam intelligas omnem antiquitatem, quam ostendit a deli/
ciis penitus fuisse abhorrentem: vt sic molliciem sui sæculi dã
net. eleganter autem Aenea nominauit: ut pote a quo Ro/
mani originem traxerunt: ac si dicat eos a uestigiis maiorum
multum declinasse. ¶ In fronte vaginæ: in superficie & par/
te exteriore vaginæ. allusit autẽ ad illud Virgi. Stellatus iaf
spide fulua Ensis erat. ¶ Iuuenis: Aeneas scilicet. ¶ Prælatus
Zelotypias Hyarbæ: quem Dido Hyarbæ regi Libyæ in amore propo
suit. Spreto enim Hyarba nupsit Aeneæ. ¶ Zelotypo: quia ita
amat, vt timeat ne quis amore suo fruatur Zelotypus est.
Zelotypia diffinitur a Chrysippo: ægritudo animi ex eo, p
ueniẽs, q̃d timeas ne adsit alteri q̃d cũ nemine uelis hẽre cõ/
mune, deductumq; vide ... .i. amore: ... .i. feriri: eo q̃ Zelotypus assiduo amoris aculeo pcutiat.
¶ Tu beneuẽtani sutoris: tu cũ uoles bibere: calices non habe/
bis aureos: sed uitreos: & deformes. Nã Vatinius qdam Be
neuentanus sutor vitrearius fuit: cuius calices vitrei & de/
formes erãt. Mart. Vilia sutoris calicẽ monimẽta Vatini Ac
cipe, sed nasus longior ille fuit. De Vatinio ita scribit Corn.
Tacitus loquens de Nerone: Apud Beneuentũ interim cõse
dit: vbi gladiatoriũ munus a Vatinio celebre edebat. Vatini
nius inter fœdissima eius aulæ ostenta: fuit sutrinæ alũnus
corpore detorto, facetiis scurrilibus, prio inter cõtumelia as
sumptus, de hinc optimi cuiusq; criminatione eovsq; valuit
vt gratia pecunia, ui nocendi inter maximos emineret. Poe/
ta autẽ in contẽptũ Vatinii fœdissimi hominis calices eius
nominat magis, q̃ alterius opificis. ¶ Nomẽ sutoris: nam cali/
ces vaticiniani appellabantur a nomine ipsius Vaticini. ¶ Na
sorum quattuor: quattuor rostrorũ: ut sit descriptio vasis.
Nã ita protẽsis quattuor rostris instar nasorũ fingebãtur vn
de est illud (vt modo diximus) Martia. in distichis: Vilia su/
toris calices monimenta Vatini Accipe: sed nasus longior il
le fuit. ¶ Poscentem sulfura: quam uitrũ ruptũ sulfuratis per/
mutabatur. Martia. Qui pallentia sulfurata fractis Permutat
vitris. Statius in Siluis libro secundo: Quiq; cõminutis per
mutat uitreis gregale sulfur. ¶ Decocta: aqua cocta absoluta
Decocta. dicitur decocta. Scribit Plin. lib. xxxi. cap. iii. Neronis prici
pis inuentum esse decoquere aquam: uitroq; demissam in ni
ues refrigerare. ita voluptas frigoris contingit sine uitiis ni
uis. Vnde Mart. Nõ potare niuem, sed aquam potare rigen/
tem: De niue commenta est ingeniosa sitis. Seneca lib. xv. ad
Lucilium: Quid tu illam æstiuam niuem non putas callũ in/
terioribus obducere: appellat autem niuẽ æstiuam, qua de/
cocta refrigerabatur. Didicerunt enim luxuria monstrante
Romani (Vt docet Seneca ad Luciliũ) niues tempore æsta/
tis locis subterraneis conseruare, unde plin. lib. xix. Seruatur
algor æstibus, excogitaturq; vt alienis mẽsibus nix algeat.
¶ Pruinis geticis: hoc est scythicis: ac p hoc frigidissimis, vbi
ASCE, perpetua sunt frigora. Nam Getæ populi sunt Scythiæ.
¶ Ipse capillato. Ostendit e diuerso lauticias cœnæ domi/
norum. nam sicut (Seruio teste) plena alicuius rei commen/
datio, atq; laudatio fit: ex presentia bonorum eius & absen
tia malorum quæ aliis insunt: ita plene vituperatio e conuer
so, ex præsentia malorum quæ habet ex carentia bonorum,
quibus caret. Ordo est: Ipse. s. dominus & rex conuiuii: po/
tat. i. abũde bibit supple vinum diffusum. i. quod diffuse & a
bunde prouenit. consule capillato. i. intonso: & per hoc an
tiquissimo. virtus autem vini ex diuturnitate eius compro/
batur. quod & Cicero in lib. de amicitia attestat his verbis:
Amicitiarum esse debent sicut aliarũ rerum societates: veter
rima quæq; vt ea uina, quæ vetustatẽ ferunt, esse debẽt sua
uissima &c. Hinc quoque Virg. Aenei. primo. Impletur vete

ris Bacchi, pinguisq; farinæ &c. Et ille tenet vuam: idest li/
quorem vuæ: idest vinum opimianum, calcatum: idest calci/
bus expressum. bellis socialibus: idest dũ essent ea bella, quæ
socialia & Marsia uocantur. nam L. Opimio consule cũ Gra/
chius tribunus plebis interemptus est: temperies quædam
fuitque coctura dicit: in tanta vini fertilitate & prestantia:
vt quæ eo anno diffusa sunt in ducentesimum fuerint seruа/
ta: redacta in speciem mellis: vt scribit Plinius. tenet ergo: id
est habet in potestate: ut bibat tale uinum. nunquam missu/
rus: idest cõcessurus. cyathum: idest poculum illud amico. car
diaco: idest cordis dolorem: cui sitim generat patienti tenet
inquam: nũc quia bibet cras aliquid supple vini: idest aliquod
vinum de montibus albanis: aut de setinis supple qui sunt iu
xta pontinos campos. cuius supple vini senectus: idest uetu/
stas deleuit: idest amouit. multa fuligine: idest mucore aut si/
tu nigro veteris testæ: quia in testis vinum olim seruabant:
siue in fereis: idest terreis vasis, non in ligneis. deleuit inquã
patriam: idest inscriptionem de qua patria esset & titulum
eius. scribebant enim ad vascula illa pisce obturata & in mul
tos annos reposita: continentem patriam: & nomen & pre/
tium vini: qui iam vetustate amotus aut offuscatus erat. qua
le supple vinum Thrasea & Heluidius libertatis amatores:
& tyrannorum inimici solebant supple bibere, vel tenere. co
ronati: idest habentes coronas pampineas in capite: qua su/
mebant, qui egregie potare decreuerant. natalibus: idest in
die natiuitatum Brutorũ. & Cassii: idest Cassii libertatis uin
dicum. nam Iunius Brutus reges exegit. Decius autem Bru/
tus cum Cassio imperatores exigere conatus: Iulium Cæsa/
rem occidit. ipse Virro: idest uir diues rex conuiui. tenet cru
stas Heliadum: idest uasa quæ ex electro cauabantur. quod
quidem electrum fit ex lachrymis Heliadum: idest filiarum
Solis, & sororum Phaetontis qui cum fratris mortem nimi/
um impatienter ferrant in arbores mutatæ sunt: aut alnos,
aut populos. unde species electri distillare dicitur. tenet in/
quam capaces: idest valde amplas crustas: idest corticum ele/
ctra sudantium particula. Heliadum: idest filiarum Solis.
& tenet Betyllos: idest lapides tales inæquales. itẽ Virro te
net phialam: idest pateram. Aurum: idest poculum, aut aliud
vasculum aureum non committitur tibi: qui conuiua pauper
es vel si aurum datur quando: idest aliquando: custos: idest
obseruator est supple affixus ibidem. qui numeret gemmas:
idest pretiosos lapillos: qui sunt in vasculis illis aureis. Et
qui obseruet: idest diligenter custodiat ne furentur. ungues
aduncos: idest rapaces: quibus gemmas abradere possis. da
veniam: idest ignosce illiusmodi luxuriæ. iaspis: idest lapil/
lus talis. præclara: idest pura & multum perlucida. laudatur
illic: idest in conuiuiis diuitum, vel potius in poculis. Nam
Virro vir ille diues transfert gemmas: idest lapillos pretio/
sos a digitis ad pocula: vt multi supple faciunt. gemmas dico
quas: idest quales. iuuenis: scilicet Aeneas prælatus supple ab
Elysa, quæ Dido dicitur secundum Virgilium: Hyarbæ
duci illi Zelotypo: idest primũ zelum tenenti. solebat pone/
re in fronte uaginæ: idest in capulo, seu menubrio ensis, vel
in summa parte vaginæ. Dicitur enim. iiii. Aeneid. de ense
Aeneæ: Stellatus iaspide fulua Ensis erat. Solent enim mor/
tales, quibus maxima oblectantur plurimum exornare. Bi/
baces ergo & Bacchi proceres pocula sua gemmis exornant:
belligeri uiri ensem suum &c. Tu uero cliens siccabis. i. ebibẽ/
do siccum reddes: cum non sit satis vini in eo, calicem scili/
cet vitreum. quattuor nasorũ: idest plurimæ deformitatis: si
cut Vatinio Vitriario ex Beneuẽto vnus nasus multũ diffor
mitatis afferebat. siccabis dico calicem quatuor nasorum ha/
bentẽ nomen sutoris Beneuentani: idest ipsius Vatini. a quo
calices vitrei Vatiniani dicti sunt. & siccabis calicẽ iam quas
satum: idest concussum, & dissolutum. & poscentem sulfu/
ra: idest requirentem commutari pro sulfure: & hoc vitro ru
pto. Si stomachus domini feruet vino & cibo. i. febricitans
est. aqua supple decocta: idest artificiose facta. frigidior prui
nis geticis: idest quæ sunt apud Getas: ubi plurimæ & diuis
simæ sunt niues. petitur supple pro eo.

¶ Non

Non eadem uobis ponit modo uina querebar,
Vos aliam potatis aquam, tibi pocula cursor
Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri,
Et cui per mediam nollis occurrere noctem.
Cliuosæ ueheris dum per monimenta Latinæ,
Flos Asiæ ante ipsum pretio maiore paratus,
Quam fuit & Tulli census pugnacis, & Anci.
Et ne te teneam Romanorum omnia regum
Friuola, quod cum ita sit, tu Getulum Ganymedem
Respice, cum sities. nescit tot millibus emptus
Pauperibus miscere puer, sed forma, sed ætas
Digna supercilio, quando ad te peruenit ille?
Quando uocatus adest calidæ, gelidæque minister?
Quippe indignatur ueteri parere clienti,
Quodque aliquid poscas, & quod se stante recumbas,
Maxima quæque domus seruis est plena superbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, solidæ iam mucida frusta farinæ,
Quæ genuinum agitent non admittentia morsum.
Sed tener, & niueus, mollique siligine factus
Seruatur domino, dextram cohibere memento,
Salua sit artocopi reuerentia, finge tamen te
Improbulum, superest illic, qui ponere cogat.
Vix tu consuetis audax conuiua canistris
Impleri, panisque tui nouisse colorem.
Scilicet hoc fuerat, propter quod sæpe relicta
Coniuge, per montem aduersum, gelidasque cucurri
Esquilias, fremeret sæua cum grandine uernus
Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo.

IOAN. BRIT. ¶ Non eadem: ordo est: Ego modo querebar uina poni uo-
bis non eadem, quæ ponebantur domino: sed eandem aquã
cum diuite non putatis. ¶ Vos aliam potatis aquam: frequẽs
est conquestio apud Martialem clientes paribus cum domi-
no non excipi dapibus: ut illud in tertio libro in Ponticum:
Cum uocor ad cœnam non iam uænalis ut ante: Cur mihi
non eadem, quæ tibi cœna
datur? Plini? iunior itidem
conqueritur in epistolis. Sic
& Plinius senior libro deci-
monono capite quarto: Heu
prodigia uentris, mirum es-
set non licere carduis peco-
ri uesci, non licet plebei. A-
quæ quoque separantur, &
ipsa naturæ elementa ui pe-
cuniæ discreta sunt. Hi niues
illi glaciem potant, pœnasque
montium in uoluptatem gu-
læ uertunt. ¶ Cursor: non de-
licatus pincerna, sed qui in-
ter seruos est cursor, & qui
officium habet eundi quo-
cunque missus fuerit a domi-
Apedibus no, ii etiam A pedibus dice-
bantur. Martialis: Cursorem
sexta tibi Rufe remi simus
hora Carmina, quem madi-
dum nostra tulisse reor. Idẽ
i tertio: Sed tuta fœno Cur-
sor oua portabat. nam mira
erant pedũ pernicitate. Spar-
tian? in uita Commodi scri-
bit eu cursoribus suis exem-
plo Cupidinum alas frequẽ-
ter apposuisse: eosque uento-
rum nominibus sæpe uoci-
tasse. Boream alium, alium
Notum, & item Aquilonem,
aut Circium, cæterisque nomi-
nibus appellans. Et indefes-
se, atque inhumaniter faciens
cursitare. ¶ Getulus: i ex Ge-
tulia Africæ regione. ¶ Manus ossea: idest Aethiops ipse os-
seus. nam Aethiopi manus & reliqua corporis membra sunt
Monimenta exilia & sine pulpa. ¶ Nolis occurrere: ueteris enim ne ma-
nes essent alicuius, qui ex bustis exissent. ¶ Monimenta: sepul-
chra dicta a monendo, quod moneant nos, & maiorum no-
strorum & nos esse mortalis. unde & monimenta dicimus,
quæcunque nobis memoriam alicuius rei relinquunt. ¶ Lati-
næ: de uia Latina dictum in calce primæ Satyræ.
¶ Flos Asiæ: idest formosissimus pocillator ex Asia. Inde eni
pulcherrimi habebantur serui. ¶ Quam fuit census: nec mi-
rum tanti seruum emi: cum scribat Plinius libro septimo
capite duodecimo M. Antonium duos puerros eximios for-
ma mercatum fuisse ducentis sestertiis. ¶ Census Tulli pu-
gnacis: pluris, inquit, seruos mercantur, quam fuerint opes
Tulli Hostilii tertii Romanorum regis, qui Romulo etiam
ferocior fuit: unde pugnacem appellauit. de eo sic Virgi-
lius in sexto: Cui deinde subibit Otia: qui rumpet patriæ re-
sidesque mouebit Tullus in arma uiros: & iam desueta
Ancus Martius triumphis Agmina, quem iuxta sequitur iactãtior Ancus.
Nam Ancus Martius quartus fuit Rex a Romulo, nepos
Numæ Pompilii ex filia, æquitate & religione auo simi-
lis. Hi autem pauperes fuere reges. ¶ Et ne te teneam: ne
longo uerborum anfractu te remorer. ¶ Omnia friuola re-
gum Romanorum: tantum, inquit, impendunt in emendis
seruis: ut omnes regum Romanorum facultates talibus pre-
tiis sint inferiores. ¶ Omnia sunt friuola: idest nullius se-
re pretii in comparationem eorum, quæ impenduntur in
comparandis seruis. Nam friuola (auctore Festo) sunt pro-
prie uasa fictilia quassa. unde dicta uerba friuola, quæ mi-
nus sunt fide subnixa. De quo uocabulo plura diximus in
tertia Satyra illic: Friuola transfert Vcalegon. ¶ Quod cum
ita sit: ut serui scilicet tanti emantur. ¶ Tu Getulum Gany-
medem respice: ac si dicat: non est quod credas tibi a talibus
pocula ministrari: sed respi-
ce Ganymedem Getulum:
idest pincernam deformem
& nigrum: ut pote Sole ustu-
latum: quem supra cursorem
dixit. Ganymedem autem
ironicos dixit. Nam is puer
fuit delicatissimus, Troos re-
gis, & Galliores filius: quem
Iupiter uenantem cõuersus
in aquilam tulit in cælum,
mensæque suæ remota Hebe
filia adhibuit pocillatorem.
¶ Sed forma, sed ætas Di-
gna supercilio: nõ est, inquit,
mirandum si pauperibus ab-
nuit ministrare, habet enim
formam & ætatem dignam
fastu & grauitate. nam in su-
percilio (ut auctor ẽ Plini.)
fastus & superbia sedem ha-
bent licet in corde nascãtur.
¶ Quando ad te peruenit il-
le: quasi dicat nunquam ad
te peruenit. ¶ Caldæ, gelidæ-
que minister: nam Romani ha-
bebant ministratores, qui
domino calidam, & gelidã
aquam miscebãt uiceis, quos
ministratorios appellabant.
de quibus Martialis in uici-
mo: Frigida non deerit non
deerit calda petenti: Sed tu Calda
morosa ludere parce siti. Cal-
da autem pro calida ueteres
sunt usi. Vnde Quintilianus
libro primo ita scribit: Au-
gustus quoque in epistolis ad C. Cæsarem scriptis emenda-
tius calidum dicere quam caldum mauult: non quia id non
sit latinum: sed quia sit odiosum. ¶ Ecce: particula est, qua
rem aliquam nouam & recentem ostẽdimus. ¶ Alius: subaudi Ecce
seruus & minister. ¶ Mucida: i mucore corrupta. ¶ Farinæ
solidæ: idest panis solidi & duri. nam aliud nihil est panis,
quam farina adhibito liquore subacta. ¶ Agitent: i labefaci-
ant. ¶ Genuinum: genuini dentes sunt homini notissimi, Genuini
qui circiter uigesimum annum gignuntur multis, & octo-
gesimo. auctor est Plinius. dicti quod a genis (ut scribit Fe-
stus) pendeant. ¶ Molli siligine: delicatissimus panis conficie-
batur ex siligine. de quo Seneca sic in epistolis de abstinentia Panis ex siligine
& temperantia eius: Malum panem inquis, expecta: bonus
fiet: etiam illum tenerum tibi, & siligineum fames reddet.
Idem de parsimonia uictus: Vtrum hic panis sit plebeius, an
siligineus ad naturam nihil pertinet. Plinius lib. xviii. Sili-
nem dixerim proprie tritici delicias, cãdor est, & sine uirtu-
te, & sine põdere. Columella libro secundo: Nec nos tanquã
optabilis agricolis fallat siligo. Nam hoc tritici uitium est, &
quamuis candore præstet, pondere tamen uincitur. ¶ Arto-
copi: hoc est panis siliginei multo labore confecti: ut docet
compositio: ἄρτον enim panem significat: & κόπον laborẽ.
& licet Plinius multa genera panum nominet ut ostrearios, Siligo
artologanos, speusticos, furnaceos, pricos, multosque alios: Artocopus
non tamen Artocopus nomen est proprium panis: sed ip-
sum intelligit siligineum, qui multo labore confectus sit.
Græci tamen ἀρτοκόπον, & ἀρτοκόπον pistorem appel-

Sic artoptam uidetur Plautus in Aulularia pro mensa panaria accipere, cum ait: Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto a Congrione, alii uero putant & rectius accipi

artopta

ptesta ubi panis coqueretur facta compositione ἀπὸ τοῦ ἄρτου quod est panis: & ὀπτάω asso. Artoptę meminit & Plinius libro decimo octauo capite xi. vbi loc⁹ est corrigēdus. nam pro artopta artopteũa scriptum est. ¶ Salua sit reuerentia: salua dicitur reuerentia: cum non violatur: fac, inquit, in pane illo reuerentiam non amittas. ut sit: non tangas: quasi cui reuerentia sit habenda. Verba sunt poetæ ridentis tam superbas & contumeliosas cœnas diuitium. ¶ Finge tamen: hoc est si te finxeris aliquantulum audacem: ut apprehēdas panem: statim adest, qui te inclamet, cogatq; deponere eum. ¶ Improbulum: audaculum. ¶ Vis tu consuetis: uerba sunt serui increpantis: uis ne panem tuum consuetum cognoscere, eoq; impleri: legendumq; est tam obiurgatoria interrogatione. Et uis legendum est a uolo, & non uix. Est enim uerisimile vt quem cogat panem deponere, eum etiam acerbe reprehendat. ¶ Scilicet hoc fuerat: uerba sunt clientis conquerentis pro laboribus suis æquam mercedem sibi non rependi. ¶ Scilicet hoc fuit ratio certe, inquit, hęc tam benigna in cœnis tractatio fuerat causa: ut tot incommoda sustinerem. Legendumq; est cum ironia. Nam hęc particula scilicet fere semper ironicos profertur. vt Persius: Scilicet hoc populo, pexusq; togaq; recenti. Terentius: Id populus curat scilicet. ¶ Sæpe relicta Coniuge: ostendit se sæpe antelucano tempore relicta coniuge ex lecto surrexisse, ut diuitem comitaretur eunte m salutatum. ¶ Besquilias: unus est ex septem collibus urbis, dictæ Aesquiliæ ab excubiis regis, uel ab eo quod excultæ essent rege Tullo. unde regio Aesquilina secunda urbis. Lege Varronem. ¶ Fremeret: hinc maxime emergit querela. ¶ Iupiter uernus: idest aer. Nam Iupiter (auctore Varrone) aer dicitur & cælum. ¶ Nimbo: nimbus proprie appellatur (auctor Seneca) pluuia repentina maximo cum impetu. ¶ Penula: tempore pluuio sumebāt penula. Aelius Spartian⁹ in primo operis sui limine sic scribit de Hadriano: Tribunus plebis factus est, in quo magistratu ad perpetuam tribuniciam potestatem omen sibi factum asserit, quod penulas amiserit: quibus uti tribuni ple. tempore pluuiæ solebant: Imperatores autem nunquam, unde hodie quoq; Imperatores sine penulis a togatis uidentur. hinc est iocus ille apud Quintilianum: Cum Galla roganti penulam amico respondit: nō pluit non opus est tibi, pluet ipse utar. Vulpianus iurisconsultus scribit penulam communem esse habitum tam uirorum, quam mulierum. Tradit Lampridius Alexandrum cōstituisse ut senatores penulis intra urbem frigoris causa uterētur: cum id uestimēti genus semper itinerarium, aut pluuiæ fuisset. Matronas in urbem uti uetuit penulis. Varro in Virgula diuina scribit: vt est auctor Marcellus: Non quærenda est penula hoī qui habet virtutem. Penulæ autē repertores Lacedæmonios fuisse scribit Tertulianus in Apologetico.

Aesgliae
Aesgli
na regio
Nimbus
Penula
Penulae
reperto
res

¶ Non eadem vobis poni modo vina querebar. Non tantū, inquit, in vino quod dominus conuiuii optimum, clientes pessimum bibunt, discretio est: sed etiam in aqua & pane: & multo maxima in seruis, seu ministris. Ordo est: Ego querebar: idest conquerebar, modo: idest pauloante, non eadem uina poni, idest apponi, vel proponi vobis & domino: Verum quod intolerabilius est: vos potatis aliam aquam: quia inde coctam. cursor Getulus: idest niger: qualis sunt Getuli. dabit tibi pocula. aut ossea: idest, macilenta manus, in qua nisi ossa & nerui videntur. mauri, quem vulgo morum dicunt, nigri in colore. & is supple cui nolis occurrere per mediā noctem. dum veheris per monimenta: idest sepulcra Latinæ supple viæ. diuosæ: idest dependētis. vel illic vbi diuosa est & sepulchra sunt: quia crederes spiritum, aut manes defuncti esse. Flos Asiæ: idest pulcherrimus iuuenis ex Asia: sicut erat Ganymedes raptus i pincernam Iouis. ministrabit supple ante ipsum: videlicet dominum, paratus: idest comparatus & emptus maiore pretio q̄ fuit census: idest thesaurus, & possessio Tulli. s. Hostilii tertii regis Romanorū pugnacis: idest bellicosi, qui animos Romanorum tempore Numę resides & otiosos i arma excitauit. & cēsus Anci: idest Anci Martii quarti regis Romanorum. & ne ego teneam te supple suspensum longa narratione, omnia: idest omnes diuitiæ regum Romanorum, qui septem fuerunt supple sunt friuola. i. quasi testæ ruptę. & res nullius pretii respectu pretii dati pro pincerna domini. quod cū ita sit. tu quādo sities respice: idest respicito Ganimedem Getulum: idest pincernam nigrum & deformem ex Getulia: quem ironicos Ganymedē appellat: sicut prius socraticos cinędos: cum nihil sit alienius a Ganymede. quia puer. s. pincerna domini emptus tot millibus nummum. s. nescit miscere supple potum. Sed forma, sed ætas supple talis pueri est supple digna supercilio. i. grauitate: vel potius superbo fastidio & contemptu. & hoc iterum ironice: quasi diceret. Non est ægre ferendum si tam formosus puer: & tam tener adhuc sit superbus & fastidiosus nolens pauperibus propinare, aut seruire, quando ille: idest potus minister: qui vinum ꝓpinat. Vel ille tam dictus puer peruenit ad te: quasi dicat rarissime, aut nunquam. quādo minister calidæ & gelidæ supple vocatus ad te. adest tibi: quasi dicat tardissime. quippe quia certe ipse idignatur parere ueteri clienti: idest tibi, qui ex vetustate contemptum contraxisti: quia noua placent. & indignatur q̄ poscas aliquid ab eo. & q̄ recumbas: idest sedeas ad mensam. se idest ipso stante. maxima quæq; domus: idest omnis magna. & magnorum: hoc est diuitum domus. est plena seruis superbis: idest fastidiosis. ecce quanto murmure alius supple seruus porrexit: idest de procul apposuit tibi panem. uix: idest cum difficultate maxima non scissum. fractum panem dico (appositorie) existentem frusta: idest fragmenta mucida: idest mucore contracto ex uetustate, farinæ solide: idest conglutinatæ: vel in quo nihil est irritamenti gulæ: sicut in pane domini. quæ. s. frusta agitent: idest expellant, vel torqueant genuinum: idest dentē ultimum a genis dependentem inter reliquos molares fortissimum. non admittentia: quia non ad mittunt morsum: idest mordeantur præ duritie. sed panis tener & niueus: idest albus. factus molli siligine: idest farina siliginea: quæ mollis admodum est, seruatur domino. memento cohibere: idest continere, & tecum habere non extensam dextram tuam. reuerentia: idest honor debitus artocopi: idest panis elaborati, vel cum labore facti pro domino. sit salua: idest nulla temeritate fœdata. tamen finge te improbulum. i. ponamus q̄ per improbitatem modicam velis cōtingere panē domini. superest idest super te est: idest astat. q cogat ponere: idest deponere: & dicat supple tu audax: idest temerarie conuiua. vix: idest cum difficultate supple dignus es impleri canistris: idest frustis. quæ in canistrum, aut sportulam, aut corbem colliguntur. consuetis: idest notis tibi. Alii legunt, dicit Georgius: sed non procedit. ego credam auctorem fecisse consuetus: licet syllaba vltima breuis sit: quia in fine dictionis, & in principio tertii pedis sæpe alibi positam leges syllabam alioquin breuem. & esset ordo: Tu conuiua audax consuetus uix impleri canistris: idest pane canistrorum. non potes supple nouisse colorem tui panis? Est sermo abruptus qualis a recitiose datur iratis increpantibus. Respondet conuiua sic reprehensus. scilicet: idest scire licet: quasi dicat: Non ne certe hoc: idest huiusmodi acceptio ad cœnā in qua ne panem quidem mundiorem habere permitto: fuerat propter quod ego cucurri sæpe relicta coniuge per montem aduersum: idest quem ascēdere debebam. & Aesquilias: idest vicum illum Romanorum: vbi plurimi dites residebant. gelidas: idest frigidas: quia expositæ erant vento nocturno. cum Iupiter: idest aer vernus: idest verni temporis, vel in verē. fremeret cum sęua: idest magna, & horrenda grandine. & cum penula: idest exterior uestis uillosa contra pluuiam assumpta. stillaret: idest diffueret multo nimbo: idest multo imbre ex nube vento collecto: quasi dicat nōdebebam propter huiusmodi cœnā relinquere coniugem summo mane. & uenire salutatum patronum hunc per grandinem, frigus pluuiam, & uentos, quęrendo contra ascensum collis.

¶ Aspice

Aspice q̃ longo distendat pectore lancem
Quæ fertur domino squilla,& quibus vndiq; septa
Asparagis,qua despiciat conuiuia cauda,
Cum uenit excelsis manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella,
Ipse uenafrano piscem perfundit,at hic,qui
Pallidus affertur misero tibi caulis,olebit
Laternam,illud enim vestris datur alueolis,quod
Canna micipsarum prora subuexit acuta,
Propter quod Romæ cum Boccare nemo lauatur,
Quod tutos etiam facit a serpentibus atris.
Mulus erit domino,quem misit Corsica,uel quem
Taurominitanæ rupes,quando omne peractum est,
Etiam defecit nostrum mare,dum gula sæuit,
Retibus assiduis penitus scrutante Macello
Proxima,nec patitur tyrrhenum cre scere piscem.
Instruit ergo focum prouincia,sumitur illinc
Quod captator emat Lenas,Aurelia vendat.

IOAN. BRIT.

¶Aspice talium luxum ostendit diuitis cum maxima clientis contumelia.sunt enim uerba poetæ: Aspice,inquit,q̃ grandis squilla paretur domino,tibi autem cammarus tantum. Squilla autem genus est piscis ex genere crustatorũ, de qua sic Cicero in libro de natura Deorũ:Pinna uero(sic eni grece dicitur)duabus grandibus patula conchis cũ parua squilla quasi societatẽ coit cõparandi cibi Hora. Satvra. viii. secundi libri: Affert squillas inter murena natãtes In patina porrecta. De squilla sic scribit Aristoteles lib.iiii.de animalibus:Crusta aũt intectorũ genus primũ locustæ: cui proximũ genus alterum est,quem cãmarum vocant: tertiũ genus squilla est:quartũ cancer,& cętera.¶Distendat:impleat.¶Asparagis:asparagi dicti sunt q̃ ex asperis

Asparagus

virgultis legunt̃:& ipsi scapi asperi sint,non leues nisi dictio sit grçca:nã ἀσπάραγος dicit̃.hæc Varro.¶Qua cauda:quasi quæ maxime expetitur.Nã in squilla & locusta cauda optimi habebat̃ saporis. Fuisse aũt lautæ gulę docet Suidas q scribit Apiciũ eo cibi genere bona consumpsisse,& eius auiditate in Africam nauigasse.¶Despiciat:deorsum aspiciat cũ sublimus a ministro feratur.sequitur enim Excelsus manibus sublata ministri.¶Cammarus: est ex genere piscium(ut diximus)crustatorũ:cuius meminit & Martialis:Concolor in rubra cammare lance tubes. De eo sic & Lampridius i Heliogabalo:Primus fecit,Isitia de piscibus;primus de ostreis & lithostreis,& huiusmodi marinis cõchis & locustis & cammaris & squillis.Cõstrictus ouo:cammari enim immixti ouis coquebantur.¶Cœna feralis: expositio est,idest cœna qualis mortuis dabatur.Vnde Apuleius in quarto Floridorum: Exclamauit uiuere hoiem,pcul ignes amolirentur,rogum demolirentur,cœnam feralem a tumulo ad mensam referrentur.Feram enim ueteres mortem appellauere.¶Venafrano:subaudi oleo. Totus eni ager Venafranus bonitate olei cõmendat̃,vnde illud Plinianũ: Et nulgo principatũ in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe maxime agro Venafrano:est aũt Venafrũ oppido Cãpanię De oleo uenafrano Mart. Hoc tibi campani sudauit baca venafri:Vnguentũ quoties sumis,& istud olet:Varro in re rustica:Quod far cõferam cãpano,quod triticũ appulo,qđ uinũ falerno,quod oleũ uenafrano?¶Pallidus caulis:nã brassicæ pallescentes fastidiũ mouebant.Vnde ut uiriditatẽ custodirent cũ nitro coquebantur.Mart.Ne pallentes moueãt fastidia caules:Nitrata viridis brassica fiet aqua.¶Olebit laternam.i.oleum quale laternis solet indi.Nam in vsum lucernarũ pessimũ paratur.laternã autẽ posuit pro lucerna.¶Vestris alueolis:satyrice appellauit patinas pauperis alueolos. Nam alueoli dicunt̃ vasa pprie ex ligno excauata:sic etiã in sequentibus alueolos appellauit: Cultus & alueolos & lçnã pignerat Atreus:vbi locus est corrigendus:nã pro Alueolis Albiolos legitur:Ergo vestris alueolis.i.vestris patinis vilibus & ligneis.Alueolus itẽ capitur pro tabula lusoria.Varro:Quales sunt tesseræ qbus in alueolo ludit̃. Vocabulũ autem deductũ ẽ per diminutionẽ ab Alueo, vnde Valeri.lib.viii.loquens de Scæuola:Alueo quoq; & calculis vacasse interdũ dicitur.licet illud etiã diuersa significatione accipiat̃. nã & pro vase ligneo ponitur:quod alio nõie soliũ appellamus:eo utebãtur in balneis.vnde Cicero in.iiii.Rhetoricorũ ad Herẽniũ:Deinde vbi visum est vt in alueũ descẽderet Alueus item capitur pro cõcauitate fluminis, vnde dicimus alueũ Tyberis:alueũ Padi.¶Canna micipsarum.i. quod ex Numidia Romã uehitur.Nã Micipsa Massanissæ filius Numidarũ fuit rex:qui moriturus regnũ tribus filiis reliquit.Adherbali,Hiempsali,& Iugurthç fratris filio:quẽ in filiũ adoptauerat.¶Canna acuta prora.i.nauis.Hoc autem dicit,quia (ut scribit Pli.lib,vii.capite.lvi.)naues fiunt utiles i Nilo ex papyro,& scirpo & harundine.simulq; ad id respexit q; in India arundines sunt tantæ proceritatis:vt ex singulis internodiis nauiculæ fiãt quę alueo nauigabili ternos interdũ homines ferant. Auctores sunt Pli.li.vii.capite,ii.Solinus,Diodorus,mela.¶Cum Boccare: tantus, inquit.est fœtor olei vt nemo Romæ lauetur cũ Boccare: hoc est cum Numida aliquo. Boccar aũt(ut scribit Liuius lib.xxix.ab urbe cõdita)rex fuit Maurorũ,fuitq; tpibus Massanissæ regis Numidiæ: pro quo nũc poeta intelligit oẽs Numidas & Mauros.¶Tutos a serpentibus:tanta,inqt,est vis teteri odoris olei vt serpentes ipsi fugentur.¶Mulus erit:piscis est marinus. de quo in superiore Satyra.¶Corsica:insula est in mari ligustico. alio nomine appellata Cyrnus.vnde Virgilius in Bucolicis:Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.¶Rupes Taurominitana:hoc est Sicilia ipsa.Nam Taurominium oppidum est Siciliæ non longe a Messana. olim Naxus vocitatum, auctore Solino.¶Quando omne:ratio est quare tam ex longinquo petantur pisces:quoniam,inquit iam mare nostrum piscibus est exhaustum,dum gulæ tantopere inseruimus.Vnde & Seneca detestans gulam sic scribit ad Lucilium:Vnde quantum rerum per vnam gulam transiturarum permiserit luxuria, terrarumque,marisque vastatrix.Valerius Maximus libro nono loquens de luxuria sic ait:Inde ab Oceani littoribus attracti pisces:inde infusæ culinis arcæ, censibusque edendi & bibendi voluptas reperta.¶Macello scrutante:hoc est piscatore maria quæq; vicina explorante.Macellum enim posuit pro piscatore. Est autem Macellum locus vbi obsonia venduntur.dictum(ut sensit Donatus in Terentium)a mactandis pecoribus ut alii uero tradunt a Macello quodam, qui exercebat in urbe latrocinium, quo damnato censores Aemilius & Furius statuerunt,ut in domo eius obsonia uenderentur,a quo Macellarii dicti sunt,qui obsonia vẽderent:non autem qui pecora mactarent.ii enim Lanii & Laniones sunt appellati,& Laniena locus ubi mactarẽtur,de quo pluribus alibi.¶Nec patitur:scilicet gula.¶Tyrrhenum: Thuscum, & Romanum.¶Instruit ergo focum:cum mare, inquit,nostrum piscibus sit exinanitum:ergo ex prouinciis & longinquis locis petuntur:sicq; poeta gulam sui temporis notat. Quæ etiam a Seneca his uerbis taxatur:Quod dissolut⁹ deliciis stomacus vix admittat ab vltimo petatur Oceano:uomunt ut edant:edunt ut uomant.¶Instruit focum: in causa est ut pisces habeantur ad coquendum.¶Illinc:ex prouincia.¶Lenas:pro auaro captatore ponitur:vt Aurelia pro orba diuite:cui multa mitterentur munera.uterq; autem fuit temporibus Iuuenalis:ut Gallita & Pactius.¶Captator:hoc est qui muneribus alienas opes captat.¶Aurelia uendat:nam lucri cupiditate munera uendebat.

¶Aspice &c.Ostendit quomodo diuersa obsonia diuersimode domino,& clientibus apponunt̃.Ordo est:Aspice q̃.i.q̃tũ lõgo.i.extento & exporrecto pectore minister distẽdat.i.a se & potissimũ a facie ne naso fœdasse putet̃, extensam

Marginal notes: Cammarus; Cœna feralis; Fera mora; Venafranũ oleũ; Venafrũ oppidũ; Alueolus; Solium.

Virroni muraena datur, quæ maxima venit
Gurgite de siculo, nam dum se continet Auster,
Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas
Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,
Aut glacie aspersus maculis Tyberinus, & ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca,
Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburæ.
Ipsi pauca velim, facilem si præbeat aurem,
Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat
Largiri, namque & titulis, & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria, solum
Poscimus, ut cœnes ciuiliter, hoc face, & esto,
Esto (ut nunc multi) diues tibi, pauper amicis.
Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
Altilis, & flaui dignus ferro Meleagri
Fumat aper, post hunc raduntur tubera si ver
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas
Maiores, tibi habe frumentum Aledius inquit,
O Libye, disiunge boues, dum tubera mittas.

teneat lancem: idest patinam. Mancinellus legit distendat .i. impleat. sed minus placet: quia distendi non est simpliciter impleri: sed cum extensione: quæ lanci non conuenit: sicut uberibus & saccis. Alii præterea legunt: qua fertur &c. Vt sit q̃ sup. lance squilla fertur &c. Plures legunt quæ: ut sit aspice quæ .i. qualis & quanta squilla .i. piscis sic dictus, & aspice q̃bus asparagis .i. herbis talibus pro cõdimento circũpositis: q̃si dicat delicatissimis utpote altilibus. sunt enim duplices: siluestres qui proprie asparagi sunt: quia dicuntur secundũ Varronem ab asperitate loci in quibus nascuntur: uel q̃ ex asperis uirgultis leguntur: & altiles qui in hortis aluntur. septa: idest circundata. & qua .i. quali, & q̃ longa cauda despiciat conuiuia .i. uos conuiuas in imo sedentes: quos despicit talis squilla: quia non dignetur talibus anteponi. & despicit: quia ab alto quodãmodo te spicit. cum: idest quando. ueniet sublatas idest sublimatas: sursum latas siue exaltatas manibus ministri. sed cãmarus pisciculus ille de genere locustarum uilis saporis. ponit .i. præponitur tibi constrictus .i. constrictus. dimidio .i. dimidiato ouo: quod appositum est pro cõdimento: vt dicũt interpretes. Vel cammarus constrictus .i. compressus ex decremento eius, ouo eius existente dimidio: idest ad dimiduum usque constricto iam descrescente Luna. habet enim pisciculus ille oua, quæ vt succus eius, & quicquid habet pulpæ cum Luna crescente crescunt: & decrescente decrescunt. Rubet autem cammarus coctus. Vnde Martialis. Cæruleus nostra cammare lance rubes, Georgius Valla scribit grammarus: sic enim vulgo proferunt: sed plures per c scribi volũt sicut Calus. Lycurgus: Caeruisamurcasque vbi chabent per g efferuntur. Cãmarus ergo cõstrictus & iam quasi lãguens, ouo eius existente dimidio: ponitur tibi feralis: idest letalis cœna, vel quia cammari stomacho & capiti nocent. vel quia tunc maxime quando decrescunt mortiferi sunt. vel quia tales cœnæ mortuos decet & lugentes eos. ponitur inquam in exigua patella. ipse .i. dominus perfundit piscem qui sine oleo satis saperet: Venafrano supple oleo quod maxime laudatur. at .i. sed. hic caulis, qui existens pallidus .i. hoc olus pallidum .i. languens: uel caulis lactucæ uetustate languentis: & pallidæ, qui affertur tibi misero, olebit laternam .i. præ se feret odorem olei. quod quia vilissimũ & insipidissimũ in lucernis cõburi debent. illud enim sup. oleum datur vestris alueolis: idest ventribus. quod canna .i. nauicula facta ex canna vel quod in doliolo facto ex canna aduehitur. micipsarum .i. numidarum, qui per Micipsam regem nobilitati sunt, & inde denominati. subuexit acuta prora .i. in acuta naui: hoc est nõ oleũ oliuarũ: quia tali saltem bono careret Africa: sed ex quibusdã seminibus: quod fœdũ & insipidũ est: propter quod supple oleum nemo lauatur Romæ cũ Boccare .i. cum quouis Numida etiam ditissimo: licet esset Boccar eorũ rex: quia cum in patria soliti sunt iungi oleo illo grauissimi odoris adhuc cum corpore eorũ calefiunt, illud olent. nõ autem est verosimile q̃ Romæ vbi est copia optimi olei Boccas oleo patriæ suæ vti velit: quod etiã oleum facit homines tutos ab atris serpentibus: qui grauitatem eius ferre non possunt. Mulus idest piscis delicatus sic appellatus. erit domino .i. dominus habebit mulum: quem Corsica insula illa miserat quem rupes Tauromintanæ .i. rupes quæ sunt iuxta Tauromintum oppidum Siciliæ sup. miserunt. quando .i. quandoquidem ita est q̃ omne mare nostrum .i. italicum. est peractum .i. expiscatum. & tam defecit .i. piscibus euacuatũ est. dum gula .i. gulositas nostra sæuit .i. uehementissima crescit. & hoc macello .i. quolibet piscatore in macello uendere solito. scrutante .i. inquirente. assiduis .i. quibus cõtinue vtitur, retibus. proxima supple maria. nec patitur piscẽ Tyrrhenũ .i. maris Tyrrheni quod idsterum dicitur crescere. ergo .i. ea de causa. prouincia: idest regio lõge posita, & a romanis procul uicta. instituit socum: idest suffecit uel administrat. quib⁹ focus: idest culina instruit: hoc est obsonia præbet. Illud ergo qd Lenas captator hereditatis scilicet emat: ut det diuitibus orbis. & quod Aurelia diues & orba vendere cogitur ne corrumpantur obsonia data. sumitur illinc: id est ex prouincia.

¶ Virroni: ipsi diuiti. ¶ Muræna anguillæ similis est. in freto siculo capitur. Macrobius li. iii. Accersebant, inquit, murenæ ad piscinas nostræ Vrbis abusque freto siculo. Lautæ habebant gulæ adeo vt Licinii Crassi murenæ sit cognominati, q̃ hoc pisce effusissime sint delectati. Lege Plinium lib. ix. Columellam, & Macrobium lib. iii. ¶ Nam dum se continet: non verentur, inquit, piscatores quiescentibus ventis in mari siculo, licet periculoso piscari: vt ostendat nihil intactum relinqui ad idomitam gulam explendam. ¶ Auster: Austrum posuit pro omnibus ventis. ¶ In carcere: fabulam miscet. Nam venti i Aeoliis insulis: in quibus temporibus Illiacis Aeolus regnabat, in carcere ab eo coerceri dicebantur. Virgilius: Aeoliam venit, hic vasto rex Aeolus antro Luctantes ventos, tempestatesque sonoras Imperio premit: ac vinclis & carcere frenat. ¶ Lina temeraria: hoc est temerarii piscatores vtentes retibus. ¶ Charybdim: in freto quod est inter Italiam & Siciliam scopulus est Scylla: item Charibdis mare vorticosum: ambo clara fæuitia. Charybdis sũt Peloro promontorio adiuncta est. De Scylla & Charybdi plura referemus in decima quinta Satyra. ¶ Cognata colubræ: quasi eiusdem generis. scribit Plini⁹ lib. ix. capite xxiii. Murenas in terram elapsas serpentibus commisceri: sed de anguilla hoc non legitur apud plinium, verum poeta sequitur opinionẽ vulgarem, qui credit serpẽtes, & angues coire cum anguillis. ¶ Aut Tyberinum: lupum piscem intelligit, qui in Tyberi stercore pasceretur & imũdaresca inter cloacas vrbis. Et licet hoc loco Iuuenalis Tyberinum piscem vt vilem pauperi apponi dicat, Varro tamen (vt tradit Macrobius) pisci Tyberino palmam tribuit his verbis in libro rerum humanarum .xi. Ad victum optima fert ager Cãpanus frumentũ, Falernus vinũ, Cassinas oleũ, Tusculanus ficũ, mel Tarẽtinus, piscẽ Tyberis. Nam oẽs ex hoc amne pisces maximũ honorẽ tenuerunt apud prodigos, in primisque lupus, qui inter duos pontes captus esset, quod etiã Horatius indicare videt ĩ Satyra quæ incipit: Quæ uirtus, Lupus hic Tyberinus an alto Captus, hiet pontẽ inter iactatus, an amnis Hostia sub Thusci. Columella li. ix. capi. xv. loquens de piscinis sic scribit: Doctaque, & erudita palata fastidire docuit fluuialẽ lupũ, nisi quẽ Tyberis aduerso torrẽte defatigasset. quibus verbis docet lupũ Tyberinũ i precio fuisse. Verũ forte tẽporibus Iuuenalis talis piscis in precio nõ erat: tẽporũ lõginquitate mores, vt fit, mutante. sicut & ætate nostra anguillas quæ tpibus poetæ in minima erãt æstimatione,

IOAN. BRIT. Murena

æstimatione, mensis nostris sunt gratissimę lupos etiã mari
nos laudat Plini.lib.ix.his verbis: Luporum laudatissimi q
appellantur lanati candore molitiaq carnis. hunc piscē grę
ci appellāt λαβραξ asspersus maculis. Nam lupi pisces ma
culis variegati inu nieb intur, iiq minoris ęstimationis. un
de Columella lib.ix.capite.xvii. vbi de positiōe piscinę men
apud tionē facit: Tum etiā sine macula (nā sunt & varii) lupos in
dudamus. Eos nos eē putamus quos uulgo appellāt lucios,
dictos lupos ab eorū voracitate. nā reliquos pisces insectan
tur, unī Columella eodem libro lupos rapaces appella. ſ Gla
cie: per hyemē uidentur enim maculis frigore aspergi. ſ Ver
nula: alūnus. ſ Cloacæ: nā tota urbs pēsilis erat cloacis corri
uatis ſ ptē amnibus a M. Agrippa sordes urbis in Tyberim
deferētibus. lege Liuiū & Pliniū lib.xxxvi.capite.xv. ſ Pin
guis cloaca torrēte. hoc est pinguis sordibus fluentibus per
cloacas. Est enim cloaca (auctore Vulpiano) locus concauus
p quē colluuies, & immūdiciæ urbis fluāt. Cloacæ aūt appel/
latiōe & tubi & fistulæ cōtinent. Ad salubritatē ciuitatū, &
ad tutelā ptinet, vt cloacæ purgent. & reficiant. nā & cęlum
pestilēs & ruinas minant immūditiæ cloacarū. ſ Torrēte: hoc
est (vt scribit plinius) cursu pręcipiti torrentiū modo fluēte
ſ Cryptam cauernā, & loca riparū excauata: quæ piscis de/
pascens perscrutatur. Vnde Lucilis acer & violentus poe/
ta eū quasi liguritorē catillonem appellat. f. qui prime ripas
& stercus insectaretur. Propterea autē Catillones dicebant qui
Catillo/ ad polluctū Herculis vltimi cum venirent, Catillos ligurie/
ts. bāt. Crypta aūt dicta est a κρυπτω id quod est occulto. ſ Sub
urrę: regio erat urbis celebratissima. de qua alibi ante. eo au
tem ait pisces stercus sectantes peruenire. ſ Ipsi pauca velim:
uelim, inqt, ipsum Virronē paucis aloqui si me velit auscul/
tare. ſ Nemo petit: sensus est: Nemo, inquit, petit a te Virro/
vt in pauperes clientes tam munificus sis, q̄ fuerunt Seneca,
Piso, & Cotta in amicos suos, quos multis donis psequebā
tur: sed vt cœnes ciuiliter & cōmunibus epulis cū eis, & nō
discretis. ſ A seneca: Senecā diuitem fuisse & liberalē in ami/
cos scribit Tacitus: apud quem legi est de uita, & nece eius.
C.Piso ſ Piso bonus: multi extitere pisones, uerū de C. pisone illo
intelligit, q amicus & familiaris fuit Senecę, qq auctor fuit
cōiurationis in Neronē, a quo dicta est cōiuratio illa pisonia
na De eo ita scribit Tacitus: Nāq facundiā tuēdis ciuibus
exercebat: largitionē adu e s amicos: & ignotos quoq co/
mi sermone & cōgressu. Vn̄ a poeta & liberalis & bonus ap
pellat. hic postea obiit detecta cōiuratione p Milichium Se
uini libertū abruptis brachiorum uenis. ſ Cotta: hic est ille
cotta, de quo i Satyra: Et spes & ratio, Quis tibi mecœnas
Quis nūc erit aut proculeius, aut Fabius: Quis Cotta iterū,
qs Lentulus alter. ſ Nāq & titulus: ideo, inquit, liberales &
munifici erāt in amicos, q ueteres gloriosius esse i hoie pu/
tarūt liberalitatē exercere, q̄ dignitates adipisci. vnde Sallu
stius in Catilinario cōmendans mores ueterū romanorū sic
scribit: Magisq dādis q̄ accipiēdis beneficiis amicitias para
bant. ſ Titulis: honoribus qui p titulos & inscriptiōes ostē
debant. Vnde Pli.lib.vii. loquens de Pompeio ipostea ad to
ta maria, & deinde Solis ortus missus hos retulit patriæ ti/
tulos, propertius ultima Elegia: Et domus est titulis utraq
fulta suis: idest honoribus & laudationibus. ſ Fascibus: con
sulatu & pturaquæ dignitates inter alias pcipue habebant
ut p has dignitates oēs intelligas, Consulē & pretorē licto
res pcedebant cū fascibus uirgarū: Cōsulē duodecim. sex ue
ro prætorē ſ Cœnes ciuiliter. i. ut bonū ciuem decet: cōmu
nibus. i. epulis & indiscretis. eadē est etiā expostulatio Mar/
tialis aduersus ponticū: Cur sine te cœno: cum tecum pontī
ce cœnē? ſ Hoc face & estoicū indignatione pronunciandū:
face hoc, inquit, & tibi cōcessero ut uiuas diues tibi & par/
cus amicis, ut multi faciunt. sicq sui tēporis hoies sordidos
Iecur taxat. ſ Iecur anseris: prodigi & lautę gulę homines iter de
anseris licata obsonia iecur anseris statuerūt. Vnde Plini. lib.x. capi.
xxii. Iecur fartilibus in magnā amplitudinē crescit. exemptū
q̄ lacte, mulsoue auget. Nec sine causa in quæstione est i quis
primus tantū bonū inuenerit, Scipio an Marcellus uir cōsu
laris: an M. Sestius eadem ætate eques Romanus. Mart. lib.
xiii. Aspice quā tumeas magno iecur ansere maius. Docu t
Apicius saginare anseres fico carica, & satie extinguere.
ſ Altilis: Gallinam intelligit, quæ alebatur ad saginā. Delia
ci cœpere gallinas saginare. un pestis exorta opimas aues, &
suopte corpore vnctas deuorādi. Quod postea lege Flauia
prohibitū est. qua cautū est, nequid uolucrū proponeret pre
ter unam gallinā, quæ nō esset altilis. Pli. ſ Par. crassitudine.
ſ Dignus f rro Meleagri. i. tam prodigosa magnitudine q̄
fuit is, quē Meleager Calydonius interemit. nota est fabula.
ſ Flaui: flauus color (ut scribit Gellius) est ex albo, rufo, & ui
ridi cōcretus. Vnde flauam appellamus Cererem alludentes Flauus
ad frumenta, q̄ in agris flauescere dicuntur cū maturescunt. color
uerū hoc loco flauum intelligimus pulchrū & formosum: si
cuti poetæ sæpe in hac significatione usurpāt, ut ante. Et fla
uā cui det mandata puellam. ſ Post hunc. f. aprum. ſ Tubera:
in genere fungorū numerant. Mart. Rumpimus altricē sum
mo de uertice terram: Tubera boletis poma secūda sumus.
Ea undiq terra circūdata nascuntur: nullisq fibris nixa aut
saltē capillamentis: neq terrę cohęrent: cortice etiā includū
tur: ut plane nec terrā esse possim dicere: neq aliud q̄ terrę
callum. Laudatissima quæ Africæ crescūtic ū fuerint imbres
autumnales & tonitrua crebra tūc nasci dicuntur maxime
& tonitribus: nec ultra annū durare: tenerima aūt uerno tē
pore esse. ſ Radunt: utrū purgantur abraso cortice, cum ap
ponuntur. an raduntur. i. euelluntur ex terra sarculis. ſ Si
uer tunc erit. ordo est & sensus: Aledius inquit i o Lybie ha/
be tibi frumentū: ac si dicat: frumentū; ego non curo: modo
mihi mittas tubera. hoc inq̄ dicit: si uer tunc erit scilicet cum
tubera apponunt: & si tonitrua optata facient maiores cœ/
nas. Nā tunc (ut diximus auctore Plinio) dicunt nasci si im/
bres fuerint autumnales & tonitrua crebra: tenerrima sunt
tēpore uerno. Vnde poeta dixit: si uer erit. ſ Aledius inquit:
Aledium aliq dicūt equitem Romanū fuisse luxuriosum, quē
pro hoie guloso hic accipit. ſ Disiunge boues: per me, inquit
frumentū nō seres. Nam ex Lybia frumenta mittebant. Vn/
de Sidonius: Arma Calybs, frumēta Libyes, Campanus la/
cū Ouidius i Ponto: Cynyphiæ segetis citius numerabis ari
stas, Cynyphii eni populi sunt Africę. Pli. lib. xv. ostēdit afri Cyni
cā frugū fertilē esse his u rbis: Oleum ac uinū inuidit tantū phii
Africæ, satisq gloriæ i messibus fecit. Columella in q̄rto de
re rustica: Mysiā, Libyā largis aiunt abūdare frumentis.
¶ Virroni murena datur. Prosequitur inceptū ostēdens in
æqualitatē obsoniorū. Ordo est: Murena. i. talis piscis delica AS C
tus. dat. i. apponit Virroni: uiro diuiti & domino cōuiuii,
quæ existēs maxima uenit. i. aduecta est. de gurgite. i. de ma
ri uorticoso Siciliæ. Nā dum Auster iuentus ille aquosus. cō
tinet se. i. nō flat. & dū auster sedet: & siccat in carcere. i. an/
tro Aeolio. de quo dicit pri. Aenei. Illa se iactet in aula Aeo
lus: & clauso uentorū carcere regnet. pēnas, qbus uolat. ma/
didas. i. pluuiis imixtas. i. dū sudū: hoc ē serenū est quiescēte
Austro, q Siculo mari infestus eū lina. i. uela linea. temeraria
i. nimiū audacia: hoc est nautæ nimiū temerarii uela pādē
tes: cōtendunt mediā Charybdim. i. uoraginem illam in ma
ri. Siculo: quia in medio eius piscātur murenas. Anguilla pi
sciculis & uulgaris correspondens murenæ. manet. i. expe/
ctat uos. iterea dū murena dño apponitur. anguilla dico co
gnata. i. eiusdē speciei. ut quæ secundū vulgus nata credit
ex eodē. Aut tyberinus supi piscis i Tyberi captus. aspersus
maculis glacie. i. glaciei, uel aspersus maculis glacie. i. ppter
glaciē. uel i glacie. & ipse existens uernula riparū. i. uerno tē
pore natus in ripa. uel alūnus riparum. & existens pinguis.
cloaca: quā latrinā dicūt. torrente. i. in Tyberim effluēte. Et
solitus pen trare. i. penetrare. cryptam. i. meatum abscon
sum & subterraneum. per quē sordes in Tyberim defluūt.
suburræ. i. illius uici populo sissimi. uel accipiendo a parte to
tum. ipsius Romæ mediæ. & ita ppenetrans usq ad sterqui
linia. Ego uelim sup. dicere pauca ipsi Virrōi aut cōsimili di
uiti: si pbeat aurem facilē ad audiendū. nemo petit ea q̄ mit/
tebantur a Seneca: scilicet annæ o Seneca uiro bono, de quo

Structorem interea,ne qua indignatio desit,
Saltantem spectas,& χειρονομοῦντα volanti
Cultello,donec peragat dictata magistri
Omnia,nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores,& quo gallina secetur,
Duceris planta,velut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foris,si quid tentaueris vnquam
Hiscere,tanquã habeas tria nomina, quãdo propinat
Virro tibi,sumitq; tuis contacta labellis
Pocula,quis vestrum temerarius vsq; adeo,quis
Perditus,vt dicat regi bibe?plurima sunt,quæ
Non audent homines pertusa dicere læna.
Quadringenta tibi si quis Deus,aut similis Dis,
Et melior fatis donaret homuncio,quantus
Ex nihilo fieres,quantus Virronis amicus.
Da Trebio,pone ad Trebium,uis frater ab illis
Ilibus?o nummi vobis hunc præstat honorem,
Vos estis fratres,dominus tamen,& domini rex
Si tu vis fieri,nullus tibi paruulus aula
Luserit Aeneas,nec filia dulcior illo.
Iucundum,& carum sterilis facit vxor amicum,
Sed tua nunc Mycale pariat licet,& pueros tres
In gremium patris fundat,simul ipse loquaci
Gaudebit nido,uiridem thoraca iubebit
Afferri,minimasq; nuces,essemq; togatum
Ad mensam,quoties parasitus uenerit infans

statim dicam.amicis modicis.i.modicum habentibus.i.pauperibus,uel etiã in modico:hoc est iam nemo petit a te: quæ Seneca mittebat etiã ad modicos & vulgatiores amicos,q; maiora mittebat,q̃ nunc quispiã audeat petere,nemo etiam nostrũ sup.petit quæ Piso scilicet.Cn.Piso Senecæ soci⁹ bonus.i.beneficus,& quæ Cotta bonus solebat largiri.i.largiter conferre amicis, & plebi Romanæ,nãq; pro quisq; maior gloria donandi habebat olim fascibus & titulis.i.magistratibus fasces & titulos habentibus: sunt autẽ fasces virgæ colligatæ,et quæ portabantur a lictoribus post eos magistratus,qui animaduersionẽ in corpus habebant,& ideo pro summis honoribus accipiunt. nos poscimus solũ vt cœnes ciuiliter.i.more ciuium,quibus epulæ & victus dum cõuiuunt, debent esse cõmunes & cõsimiles.& face.i.fac hæc.i.cœna ciuiliter,& esto sic nũc vt multi nũc sunt sup.diues tibi.i.ad cõmodum & voluptatẽ tuã & pauper amicis.i.ad bonũ & vtilitatem amicorũ.i.in cæteris sis parcus erga alios. & largus in te,nos nõ petimus aliud pro labore nostro nisi vt ciuiliter cœnes.Iecur magni anseris ponitur sup. ãte ipsum.& altilis,i.volucris ad esum alta:vt gallus gallinaceus,aut gallina: aut similis. par.i.æqualis in magnitudine anseribus sup.ponitur ante ipsum. & aper dign⁹ ferro,idest cuspide & venabulis Meleagri.idest illius fortissimi viri ab Aenea geniti. qui aprum a Diana irata Calydoniæ agris immissum interemit, Meleagri dico flaui sup.in colore.talis enim ab Homero appellatur.fumat.idest fumans. & adhuc calidus ponitur ante ipsum.vult ergo dicere quod domino anteponitur aper æqualis & par sui,seu porco Aetolo.tubera.i.radices illæ capitatæ & inflatæ,quæ ex terra effodiuntur: & quia acidæ sunt appetitum prouocant.ideo dicit tubera raduntur.i.parant vt apponantur.post hunc scilicet aprũ.siquidẽ tunc cum talis cœna fiet,erit uer.& si tonitrua optata a gulosis facient cœnas maiores.i.augebunt tuberibus: quæ secunda poma apud Martialẽ appellant sic: Rumpimus altricẽ summo de uertice terrã: Tubera boletis poma secunda sumus. Aledius .i.uir gulosus & tuberũ appetens ait.o Libye habe tibi frumentũ.i.serues tibi frumentũ:nolo ad nos frumentũ tuum mittas:& eius procreandi causa tubera crescere prohibeas disiunge ergo boues sup.aratorios:quibus arãt in pluribus partibus mũdi.i.dissolue ab aratro.dum.i.donec uel dũmodo,mittas ad nos tubera.i.non petimus frumentũ tuũ dummodo tubera habeamus. Quia de Seneca dicere pollicitus sum:dicam ea quæ Georgi.Valla in cõmentariis suis habet, quæ huiusmodi sunt:Annæus Seneca,ppter ingentes opes, animiq; mores excellẽtissimos Neronis inuidiã meruit:haud dubie cito periturus:nisi se ptisicum simulasset. Et(ut Tacitus scribit)cũ non potuisset impetrare ut Neroni opes,quas in eius iperii exordio fuerat assecutus,cunctas legaret,prioris,tum potentiæ instituta cõmutauit: prohibuit ut minus opprimeretur inuidia:salutantiũ cœtus uitauit: comitatus raro per urbem quasi ualetudine infesta: aut sapientiæ studiis attineret. Et(ut scribũt quidã)præ nimio studio: quasi tabe cõfectus erat,hic(ut inquit Probus)sub Claudio qua

Senecæ uita ac mors

si cõscius adulteriorum Iuliæ Germanici filiæ in Corsicam relegatus:post triennium reuocatus est:qui etsi magno desiderio Athenas intenderet ab Agrippina tamẽ erudiẽdo Neroni in palatium adductus:sæuum,imanemq; natum & seni secto,& mitigauit.Inter familiares dicere solitus.nõ fore sæuo illi leoni:quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat sæuitia. Huic postremo quod habitus esset inter cõscios cõiurationis pisonianę:Nero per tribunũ ultimã necessitatẽ denunciauit. Hic interitus amicorum animos, quibus iam eius casus lachrymas excuterat:ad firmitudinẽ reuocauit:rogitans vbi pcepta sapientiæ:vbi tot p annos meditata ratio aduersus iminentia:cui præterea ignota sit Neronis sæuitia. Neq; aliud superesse post matrem fratremq; interfectos:q̃ vt educatoris, præceptorisque necem adiiceret. Deinde sibi venas præsecans, crurumq; venas abrumpens, & durante tractu,latitudine que mortis hausto veneno:& postrema calidæ aquæ stagnũ introiẽs exanimatus est hæc ille.Epitaphiũ eius huiusmodi legitur:Cura, labor,meritum,sumpti pro munere honores Ite:alias posthac sollicitate aias. Me procul a vobis Deus euocat:ilicet actis Rebus terrenis: hospita terra. vale. Corpus aura tñ solentibus accipe saxis:Namq; aiam cælo redimus:ossa tibi.

❡Structorem interea.aliam propon't contumeliã:ut unde q; inquit,habeas q̃ doleas structorem peritissimum incidẽdorũ obsoniorum spectas,qui mira manuum, reliquiq; corporis agilitate ministret domino. Sicq; conuiuatorum luxuriam,lautitiãq; sui temporis flagellat. Quod facit & Seneca his uerbis i libro de breuitate uitę:Cõuiuia me Hercule nõ posuerim inter uacantia tempora,cum uideam q̃ soliciti argentum ordinet, q̃ diligenter exoletorum suorum tunicas succingant,quã suspensi sint,quomodo aper a coquo exsus exeat,quanta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrant,quanta arte scindantur aues in frusta nõ enormia, q̃ curiose infelices pueruli ebriorum sputa detergant. Structor autẽ is dicit,q curã habet struendæ mensæ. unde illud est Vig. Cura penũ struere. ❡Saltantem.i.ut optime agilem. ❡χειρονομοῦντα participium est ἀπὸ τοῦ χειρονομῶ:quod significat manibus gesticulari. Vt sit ordo & sensus: Tu spectas structorẽ saltantẽ, & manibus gesticulãtẽ,ac per hoc i oib⁹ agilẽ. ❡Donec peragat dictata magistri:donec omnia icidẽdo exequatur quæ didicerit a magistro ita:vt nihil pretermittat,quod ad pecoros incidendi gestus pertineat. Nam in vrbe erant qui artẽ incidẽdorum rite obsoniorũ docerẽt per uaria animalia formata ex ligno, vt latius dicemus in Satyra vndecima. Et tota sonat vlmea cœna suburra. ❡Dictata: dicunt numero pluratiuo q̃cunq; in omni genere scientię tã liberalis,q̃ ludicræ tradũt discẽtibus. Horatius ad Lolliũ:Sic iterat voces & verba cadẽtia tollit, Vt puerũ sęuo credas dictata magistro Reddere. Persius:Ten cirratorũ centũ dictata fuisse Pro nihilo pendas. Tranqllus in Cæsare: Tyrones p senatores armorũ peritos erudiebat precibus enitẽs:ut disciplinã singulorũ susciperet,ipsiq; dictata exercẽtibus daret Deductũ ẽ vocabulũ a dictare:quod est aliqd(vt dix)in oĩ genere

IOAN BRIT

Structor.

Chironomia

Dictata

genere scientiæ discendũ tradere. ¶ Nec minimo sane discrimine refert: magnã, inquit putant esse differentiã, quo gestu singula obsonia incidantur, decoro ne an rustico more. Vnde illud est Plinii loquentis de gallinis: postea culinarũ artes inuenerũtur: vt clunes spectentur: vt diuidanẽ in targora: vt a pede vno dilatatę repositoria occupet. Sic Seneca (vt paulo añ diximus ad Luciliũ) Alius pretiosas aues scindit, & p pectus. & clunes certis ductibus circũferens eruditã manum in frusta excutit. Et alibi Seneca de breuitate vitæ, Cum videam q̃ suspensi sint, quo aper a coquo ęcsus exat, quanta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrant, quãta arte scindantur aues in frusta non enormia. ¶ Duceris plantas: alia dissuasio fugiẽdas esse tales coenas: nã illud etiã iquit, tibi adest periculũ: vt si forte velis aliquid inter coenandũ loqui tanq̃ & tu sis nobilis: ilico foras arripiaris p pedes. ¶ Ca

Cacus

cus: nota est historia apud Liuiũ, Dionysium, Eutropiũ. Ca eum fuisse pastorem ferocem viribus, qui captus pulchritudine boum, quas Hercules ex Hispania Geryone interẽpto Romã abegerat, surripuit eas: cũq; auertere eã prædam vellet: veritus ne vestigia quærentẽ dominum ad speluncã ducerent, auersas boues caudis in speluncã traxit. Hercules tali furto elusus cum inde discederet cũ reliquo armẽto, & boues quædam ad desideriũ (vt fit) rectarum mugissent, redditã inclusarum ex spelunca boum vox Herculẽ ec uertit, Cacũ in spelunca latitantẽ magna vi correptũ pedib⁹ extraxit, Virg. Abstractæq; boues, adiuratęq; rapinę Cœlo ostenduntur, pedibusq; informe cadauer Protrahitur. ¶ Hiscere:

Hisçere

eloqui, & os aperire ad loquendũ, quod cum sit ab hio hias debuit facere hiasco. ¶ Tanquã habeas tria nomina: tanquam & tu sis nobilis. Nã nobiles & ciues Romani ostendebantur, nomine, prænomine, & cognomine. vt M. Tulli⁹ Cicero. C. Iulius Cæsar. Idq; multis fuit frequens, vnde Ausonius de ternario numero, Tris equitum turmę: tria nois nobiliorũ. quod alii exponunt tria nomina: idest sis fur, non placet. nã non tria sunt nomina: sed tres tantũ literæ. unde bene Plautus in Aulu. appellat furẽ hominem trium literarũ. Quæ item a Politiano super hoc loco narrantur argutius sunt excogitata, q̃ vt hoc loco cõueniant. De nomie. prænomine, & cognomine ex auctoritate Eutropii apud Persiũ nõnulla commemorauimus: vbi ostendimus eo tempore, quo Tatius Sabinorũ rex una cũ Romulo regnauit. & unus populus Romani & Sabini facti sunt. Romanos ad cõfirmãdam cõiunctionẽ nomina. Sabinorũ suis præponere cõsueuisse nominibus: & inuicẽ Sabinos Romanorũ: itaut per tria nomina intelligẽdus omnino sit nobilis Romanus: qui præter prænomẽ & nomen asciscebat & cognomẽ: aut a maioribus par-

Asciscebat

tum: aut ab aliquo accidente acquisitũ. Vnde & Quintilianus sic scribit lib. vii. propria libera, quæ nemo habet, nisi liber prænomẽ, nomen, cognomẽ. ¶ Quando propinat: diues inquit, tam superbus est, vt nunq̃ tibi poculũ suum porrigat ad bibendum: neq; tuum accipiat si porrigas. Nã propinare est proprie poculum porrigere, & prębere ad bibendũ. Martialis: Qui nulli calicem tuum propinas: Humane facis Herme, nõ superbe. Tranquillus in Tiberio: Ignotissimũ quæsturæ candidatũ nobilissimis anteposuit ob epotam in cõuiuio propinãte se uini amphorã. hoc est porrigẽte & præbẽte. Nec solũ propinare ad potionem referẽ, sed etiam ad alia Vnde Iulius Capitolinus in M. Antonio: Vt parte cultri veneno lita uuluã inciderit venenatam, partẽ fratri edendam propinãs. Plinius lib. xx. capite. xi. Quidam, inquit, ad uuluæ dolorem radicẽ cũ vino dulci propinãt. Vnde & Terẽtius metaphoricos dixit in Eunecho: Hũc ego vobis comedendum & deridendũ propino: hoc est trado & præbeo sicuti pocula præbẽtur bibẽda: πίνω enim idem est quod bibo Ordo autẽ est: Virro quando propinat tibi pocula. plurima sunt sententia probatissima, per quam ostendit q̃ infelix sit vbiq; pauper. Homines, inquit, qui tegula sint tributa, & p hoc pauperes, non audent inter diuites loqui. habenẽ eni fatui. ¶ Quadringenta: venuste mores humani generis explanat, apud quod hoies nõ pro meritis uirtutũ: sed p qualitate fortunæ tantũ sunt fauorabiles. Vt sit sensus: Si tu q nũc ob paupertate diuiti es ludibrio: forte aut Deorũ, aut alicuius hominis beneficio diuitias magnas sortireris: statim diuiti esses acceptissimus: te statim ille summa beneuolentia complecterẽ. ¶ Quadringenta. s. sestertia: quę summa erat equestris ordinis. Marti. Quadringenta tibi nõ sunt, Cherestrate: Surge Lectu⁹ ecce venit. ¶ Aut similis: ordo est: Aut homũcio similis Diis: scilicet liberalitate. ¶ Homuncio: ab homine

Homulus

sunt quatuor diminutiua: homulus: homululus: homuncio: & homunculus. ¶ Et melior fatis: qui melior videretur, & tibi magis propitius si tibi id diuitiarum largiretur, q̃ ipsa fata: hoc est ipsi Dii, q te pauperẽ fecissent. ¶ Da Trebeio: ver-

Homululus

Homuncio

ba sunt diuitis ad ministrũ, quem poeta introducit ita locuturum si cliens suus ditaretur. ¶ Vis frater: attende q̃ beneuola sit inuitatio. ¶ Ilibus: ilia (auctore Celso) dicuntur pulpamenta, quæ inter coxã & pubẽ immo ventre posita sunt. ¶ O

Homunculus

Ilia

nũmi: exclamatio poetæ subsannãtis prauos sui tẽporis mores. Blandiẽ inquit nũmis, non homini. ¶ Dominus: licet hic, inquit, diues tam superbus sit in te, facile tamen in omne tibi obsequiũ flectes: erisq; ei dominus. & rex, nã te vt cliens colet si tibi nulli erunt liberi. ¶ Paruulus Aeneas. i. paruulus filius. allusio est ad illud Virgilianũ in quarto Aeneidos: Si qs mihi paruulus aula Luderet Aeneas. ¶ Filia dulcior illo. s. filio. Nam parentibus filiæ sexus imbecillitate sunt magis cordi. ¶ Vxor sterilis: vxor, inquit, quæ liberos nullos parit, facit tibi diuitem amicum. ¶ Sed tua nunc Mycale: sed quãuis, inquit, Mycale vxor tua pariat nunc. s. cum sis locupletatus: non te penitus aspernabitur: sed tecum una gaudebit tuis liberis, munuscula iubebit afferri. ¶ Nonedum factus es diues. Nã dum pauper est cliens, nullã sentit ditatis in se humanitatẽ, nec in filios. ¶ Et pueros tres. i. tergeminos: potest eni mulier vno partu tres parere. supra pdigiosum est. Plinius lib. viii. Tergeminos nasci certum est Horatiorum, Curatiorũq; exemplo. supra inter ostenta adducitur. ¶ Loquaci nido: loquacibus puerilis: ut sunt auiculæ garrulæ in nido: est enim sumptum ab auibus. ¶ Thoraca: thorax græca est dictio, significatq; pectus. Plinius: Thoracem, inquit, purgãt, bilem detrahunt. & plerunq; capiẽ pro veste, q̃ forte pectus tantũ mu-

Thorax

niat, ut hoc loco poeta accipit. Suetonius i Augusto: Thorace laneo & fœminalibus & tibialibus muniebet. Aristoteles lib. pri. de natura animaliũ: Thoracem eã partem in corpore hois appellat, quæ a collo ad pudenda usq; trũca pertendit. ¶ Minimasq; nuces. i. auellanas. ¶ Assemq; rogatum: asses uarii fuerunt. nam librales antea fuerant: postea Hannibale

Asses

Vrgente Qu. Fabio maximo dictatore unciales facti sunt. In militari stipendio semper denarius pro decem assibus datus est, Plinius ¶ Infans parasitus: similis parasito qui libenter mẽ-

Denarius

sas sectetur. Nam parasiti hi dicuntur, qui mensas nobilium sectantur causa gulę. ¶ Fungi ancipites: periculosi. sunt enim inuenti plerunq; letales: ut docet Plinius. Seneca ad Luciliũ: Quid tu illos boletos voluptarium venenum nihil occulti operis facere iudicas, etiam si præsentanei non fuerunt.

Parasiti

Fungi

¶ Structorem &c. Sicut ostẽso diuerso potu adiecit diuersitatem pincernarum ita nũc ostẽsis diuersis cibariis: superaddit structorẽ, qui gestu manuũ nimium festino singula obso-

ASC.

nia ante dñm mẽbratim concidit. Ordo est: Interea dum tubera raduntur dño: ut appetitum puocẽt: tu affectus iniuriis & misere acceptus: spectas. i. spectare potes: ne qua indignatio desit tibi sup. q tantas delitias dñi uides: cũ tu uix pane satureris. structorẽ. i. parãdæ mensæ ministrũ & dispensatorẽ. saltantem. i. quodã tripudio corporis ante dñm seruiẽtem, & chironomonta. i. manuũ legem, quo motu moueri debeant, obseruantẽ. cultello uolanti. i. agiliter in manu uersante: donec ipse pagat. i. persequaẽ. omnia dictata. i. pcepta magistri. i. pceptoris eiusmodi artis. erãt enim postea dicet poeta, qui eã artẽ profitebanẽ, & dabãt in cœna ulmea. i. lignea. Nã oẽ genus altiliũ in ligno formatũ habebãt: & docuerũt discipulos eiusmodi altilia ligneo cultro mẽbratim dissecare. Nec refert, iqt, poeta p ironiã. sane. i. certe, minimo imo maximo discrimine, i. maximũ discrimen, seu differentiã habeẽ

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, sed qualem Claudius edit,
Ante illum vxoris, post quem nil amplius edit.
Virro sibi, & reliquis Vironibus illa iubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phaeacum Autumnus habebat,
Credere quae possis surrepta sororibus Afris.
Tu scabie fruere mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma, & galea, metuensq; flagelli,
Discit ab hirsuta iaculum torquere cappella.
Forsitan impensae Vironem parcere credas,
Hoc agit, vt doleas, nam quae comoedia? mimus?
Quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt
Si nescis, ut per lachrimas effundere bilem,
Cogaris. pressoq; diu stridere molari.
Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris,
Captum te nidore suae putat ille culinae,
Nec male coniectat. quis enim tam nudus, ut illum
Bis ferat Hetruscum puero si contigit aurum?
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro?

quo gestu lepores seu sup. secentur. i. diuidantur: & quo gestu gallina secet. Duceris planta &c. Aliud gen⁹ cōtumeliae. quod ne loquendi quidem libertas sit clientibus: nec cū domino cōpotandi, aut conuiuandi familiariter. Ordo est: Tu duceris. i. extraheris planta. i. p plantā. velut. i. sicut Cacus filius Vulcani, qui boues Herculis venientes ex italia abegerat: vt dicit Liuius i primo. & Virg. i. viii. velut ergo cacus ictus. i. percussus & occisus ab Hercule: & extractus ex antro: quomodo i ipsum boues per caudas intraxerat, ne vestigia intrantiū, sed exeuntiū appareret. Verba virgiliana sunt: Pedibusq; informe cadauer protrahitur. & tu ponere. i. poneris. & derelinqueris foris: idest extra domum. sunt enim futuri tēporis indicatiui modi. duceris: idest poneris: quia mediam producunt: dico autem poneris: idest deponeris &c. quia si intelligas exponeris: iam diceret foras. pone ergo foris: tanquā habeas tria nomina: idest ac si esses libertus eius, & sumpseris duo nomina eius ad tuū: & ita habueris tria nomina. si tentaueris. i. conatus fueris vnquam hiscere: idest mutire idest etiā summisse dicere. quid: idest aliquid. Audiuistis explanationem Mancinelli, eandem quam Calderinus habet. Sed Angelus Policianus vir diuino ingenio, & incredibili studio praeditus centuriae suae capite. xxxi. iam, quā nos posuimus inuit: probās irrefragabilibus auctoribus libertos patronorū nomina habere. quomodo dictum autumat a Persio: Exit Marcus Dama. i. qui Dama fuerat solummodo appellatus. incipit iam manummissus Marcus appellari nomine patroni sui. Ostendit praeterea testamentarios siue haeredes testamēto institutos: testatorum nomina habere: & non omnes nobiles: nec solos tria nomina habere. Si quis dicat haec quidem vera esse: sed non continuo Iuuenalem sic intellexisse: conuincetur si contextum animaduertit. Nam ad id quod dicit: Duceris planta: dat exemplum Caci dicens: Sicut ictus ab Hercule Cacus sup. protractus vel ductus est. & ad id quod sequitur: Et ponere foris subdit exemplum dicens: Tanquam habeas tria nomina idest tanquam existens libertus eius habeas tria nomina. & ita fueris illi iure patronatus obnoxius: nec audeas quicquam proloqui: cum tamen sis ingenuus ex ingenuis natus. non ergo ordo est: Si quid tentaueris vnquam hiscere: tanquam habeas tria nomina: sed ponere foris tanquam habeas tria nomina. Vnde nisi haec sententia optima & clarissima esset: potius sequeret primam expositionem Tallae dicentis: Ponere foris tanquam habeas tria nomina. i. vocēt te graeci tribus nominibus incipiētibus a K. apud nos a C: idest Cretensem: Cilicem: Cappadocem. Nā pessimi seros Cretenses: Cilices: & Cappadoces produnt: sed nō procedit: & comicis potius q̄ satyricis Plauto quam iuuenali tale cōmentum quadret. Quin adeo sntia veluti ex vno poetae stomacho orta idicat qd poeta intellexit clientem a diuite illo tractari ac si esset libertus eius. subdit enim: Quando propinat Virro, tibi tanq̄ amicos & quādo sumit pocula cōtacta tuis labellis: quasi dicat nunquam, cum non amicorum aut familiarium suorū, sed libertorum loco te habeat. Quis vestrum: idest ex vobis est supple vsq; adeo. idest intantum temerarius: quod vulgo dicitur praesumptuosus: quis vsq; adeo, perditus: idest nullius pensi aut discretionis: vt dicat regi bibe: quasi dicat nemo. Plurima sunt quae homines laena idest chlamyde, vel (vt uulgo dicitur) mantello, pertusa. i. detrita: idest qui vilibus & detritis induuntur: non audent dicere: hoc est ideo non habes auctoritatē loquendi: quia pauper & pannosus es. Sed si quis Deus, vt Hercules, aut Mercurius, aut similis Diis. i. homo beneficus & liberalis Deo beneficentissimo in hoc vt cunq; comparādus: quo verbo poeta, si animaduertimus egregie liberalitatē laudat. videtur eni qui diuitias suas dat. eas contēnere prae amicitia aut humanitate: & ita facere qd Euander ad Aeneā viii. Aeneid. dicit: Aude hospes contemnere opes. & te quoq; dignum Finge Deo. Mancinellus intelligit similē Deo esse heroas. Et de homine dici quod sequitur. & si homuncio: idest minimus hominū. melior: idest benignior in te, satis: idest q̄ fata: quae te pauperē derelinquerūt. Ego sic construo: Si quis Deus aut similis Diis & melior fatis donaret tibi quadringenta supple sestertia. i. censum equestrem. quantus. i. q̄ magnus tu homuncio: idest q̄ nūc reputaris homuncio, fie res: quasi dicat maximus. & quātus amicus Vironis fieres ex nihilo: idest qui nullo gradu amicitiae ei modo coniunctus es. diceret enim tunc Virro: da Trebio: pone ad Trebium. o frater Trebi uis ab ipsis ilibus: idest intestinis pinguibus piscium. Ad quod poeta: O nummi. ipse Virro praesta vobis hunc honorem. vos estis fratres eius. tamen si tu uis fieri dominus idest obtinere multa obsonia a captatoribus vnde facias cōuiuia: & rex domini: idest illius qui te accipiet: ita quod maior sis in domo eius quam ipsemet. Nullus Aeneas paruus idest nullus filius qualem Dido ex Aenea ante obitum eius desiderat. iiii. Aeneid. luserit tibi in aula: idest in atrio tuo existens dulcior illo: videlicet Virrone captatore. nec filia dulcior illo eodem luserit tibi. sic melius intelligitur quam vt filiam dicas dulciorem filio. vxor sterilis. i. infoecunda facit amicum iucundum & carum supple captatoribus. Sed licet Mycale tua scilicet vxor pariat. & fundat tres pueros in gremium patris: idest in gremium tuum. simul: idest statim, postquam ipse dominus diues qui se simulat amicum tuum. gaudebit nido loquaci idest garrulitate tergeminorū filiorum. ipse iubebit afferi thoraca: idest vestimentum pectoris. viridem: idest viridis coloris: quo puer oblectet. & minimas nuces: idest auellanas fructum coryli. & essem rogatum a puero. quoties infans. idest filius tuus adhuc infans. parasitus. idest incipiens amare mensas alienas more parasitorum. venerit ad mensam eius: hoc est q tibi orbo maxima quaeq; munera mitteret. non dabit trium liberorum parenti quicquam: nec liberis tuis etiam iucundis & delectabilibus nisi vilissima quaeq;.

¶ Vilibus amicis: idest infimis & pauperibus. ¶ Boletus: ex genere fungorum est: olim Romano palato gratissimus: eo cum Claudius maxime delectaretur ab Agrippina eius uxore per hanc occasionem dato veneno necatus est. Vnde sequitur. ¶ Sed qualem Claudius edit: de hoc multa Tacitus, & Suetonius. ¶ Claudius: quintus fuit Romanorum imperator pater Britānici. ¶ Vxoris Agrippinae: Agrippinas duas extitisse perspicuum est. Ex quarum altera C. Caligula ex altera Nero princeps, nati sunt. vterque humano generi perniciosissimus. Germanicus ex Agrippina filia Agrippae suscepit filiā Agrippinam: ex qua & Domitio Nerone, natus est Nero princeps: quem Claudius ducta in matrimonium Agrippina sibi filium adoptauit, qui mox sublato opera matris Claudio

IOAN. BRIT.

Claudius Agrippinae duae

tris Claudio boleto medicato imperiũ occupauit: veritusq; Britannicum ne quãdoq; apud hoïum gratiam paterna memoria præualeret veneno sustulit. ¶ Qualia perpetuus: nam antiqtas (auctore Plinio lib. xix. cap. iiii.) nihil prius mirata est, q̃ & Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi.

Alcinous

Alcinous enim rex fuit Phæacum, qui hortos habuit perpetuis fructibus virẽtes. auctor est Homerus in septimo Odysseæ. Nam (vt ille scribit) pyrum pyro succedebat, & malum malo, vua vuæ, & ficus fico. Vnde est illud Papinii: Vos quoq; qui nunquam vacui prodistis ad æthera rami. ¶ Autũnus perpetuus: perpetuum dicit autumnum, quia perpetui (vt diximus) fructus virerent, sicuti cæteræ arbores autumno poma sua ferunt. ¶ Phæacum: Corcyrensium. Nam antea

Corcyra. Phæacus. Phæaces. Horti Hesperidum

insula appellata est Corcyra a virgine Cyrcyra rapta a Neptuno. Ex his natus est Phæacus, a quo Phæaces sunt denominati ex Phæaco Alcinous: qui Vlyssem in Ithacam deduxit. ¶ Sororibus Afris: in insula Mauritaniæ finxerunt poetæ hortos esse Hesperidum mala Aurea ferentes, quos custodirent Aegle, Heretusa, Hesperetusa, & Draco peruigil. Hesperi autem illæ dicuntur filiæ fuisse, qui Atlantis frater fuit & Iapeti filius. Ea poma Hercules fertur occiso Dracone abstulisse. Fabulosum id totum ostendit Plinius libro quinto cap. primo his verbis: Nec preter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore: minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia de iis prodita &c. ¶ Tu scabie frueris mali pomum, inquit, tibi datur scabiosum, quale comedit miles in aggere. videtur autem poeta pomum illud intelligere, quod milites in aggere castrorum serebant. De quo ita Plinius libro

Ziziphia. Tuberes

decimoquinto capite decimoquarto: Peregrinæ sunt Ziziphia & Tuberes: quæ & ipsa non pridem venere in Italiam. hæc ex Africa: illa ex Syria. Sextus Papinius quem consulem vidimus primus, vtraq; attulit. Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorum aggeribus sata: baccis similiora, q̃ malis sed aggeribus præcipue decora: quoniam & in tecta iam siluæ scandunt. De tuberibus satis in Italia sic Martialis: Non tibi de libycis tuberes, & apyrina ramis: De nomentanis sed damus arboribus. Aut reuera omne aliud pomum modici saporis intelligit: quod milites plerunq; deficiente copia commeatus coguntur comedere. Vnde & Cælius libro octauo ad Ciceronem: quid nunc tibi nostri milites, qui durissimis & frigidissimis, deterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur. Ait enim ipsum militem rodere pomum in aggere: non autem pomum illic natum. ¶ Qui tegitur parma: periphrasis est peditis: cuius arma sunt parma & galea. ¶ Ab hirsuta capella: hũc locũ variis exponi modis a commentatoribus non ignoro: vt alii dicãt ab hirsuta capella: idest ab amento caprino, quod hastæ vibrandæ alligatur. Alii a sago cilicio, quod ex pilis hircinis texebatur: cuius vsus esset & in nauibus & in castris. Alii a pharetra, quæ pelle caprina solet integi, ex qua iacula promũtur. Alii a capella hirsuta: idest post tentorium ex caprarum pellibus confectum: quod non placet: quasi tẽtoria non aliis pellibus q̃ caprinis: & non bubulis potius integerentur. Ego vero expono ab hirsuta capella: idest ab hirsuto Centurione: quẽ ideo capellam appellat, q; Cẽturiones vt homines robusti toto fere corpore hirsuti sint. fruticantibusq; pilis sub alis odorem hircinum oleant: quod ex sudore, simulq; laboribus prouenire solet. tales autem ad militiam idonei putabantur. Vnde & Persius: Hic aliquis de gente hircosa Centurionum. Iuuena. Sed caput intactum buxo, naresq; pilosas Adnotet, & grandes miretur Lælius alas. Hócque maxime placet: vt referas illud Discit ad magistrum ipsum. Nam Centuriones nouos milites erudiebant. neq; enim conuenit militem discere ab amento quasi amentum dictata tradat: vt dupilici ratione capellam appellet Centurionem: & q; odorem hircinum oleat: & hirsutus sit vt capella. Nec mirum capellam hirsutam capi pro Centurione: cum alibi in vltima Satyra, Bardiacum cucullum calceum militarẽ & suras grãdes ponat pro milite & centurione: cum ait: Bardiacus iudex datur hæc punire volenti Calceus: & grandes magna ad subsellia suræ. Ita vt verus sit sensus, per capellam hirsutam designari (vt diximus) Cẽturionem. ¶ Iaculum torquere: nam tyrones in castris variis exercebantur modis Cicero in secundo Officio. loquens de filio sic ait: Magnam laudem ab exercitu consequebare: equitando: iaculando: omni militari labore tolerando. ¶ Forsitan impensæ: Virro, inquit, tã contumeliose te non tractat, q; ĩpensę parcat: sed vt te vrat. nam maximam capit voluptatem ex dolore tuo. ¶ Nam quæ comœdia: Comœdiæ enim & mimi iocis suis plurimum delectant: sed ex iis, inquit, tantam non capit voluptatem, quãtam capit ex mœrore tuo, quo ex gula afficeris. ¶ Mimus: ge-

Mimus. Mimographi

nus est fabulæ parum a comœdia d[illegible]ns: Vnde mimographi appellantur mimorum scriptores. [illegible]rum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus. Laberius eques Romanus mimos scripsit donatos a Cæsare quingentis sestertiis & annulo aureo, sessu in quatuordecim. ¶ Presso molari:

Molares. Molares

nam ex nimia indignatione dentibus frendimus. molares autem vltimi sunt dentium, qui contruncatos prioribus cibos atq; confractos subigunt & molunt. Vnde & molares vocati sunt: iidem & maxillares. Molares etiam appellamus lapides, quibus frumẽta moluntur in pristinis. ¶ Bilem: coleram cuius motu ostenditur animi indignatio. ¶ Tu tibi liber homo per sententiam ali. nam vrbane ostẽdit hominem aliquo vitio laborantem ex dogmate Stoico seruum esse: cum in potestate sit vitii & non sua. Tu, inquit, per modicam prudentiam putas te liberum esse & conuiuam regis: sed ille te seruum gulæ agnoscit. ¶ Nidore: odore. Nam nidor idem est qd

Nidor

odor ex quacunq; re prouueniens, sed maxime & combustis. Virgilius: Galbaneoq; agitare graues nidore chelidros. Idẽ: Illi ingens barba reluxit. Nidoremq; ambusta dedit. Cicero in Pisonem: Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. ¶ Culinæ: coquinæ. Nam culina dicta est a

Culina

colendo, quasi colina, q; ibi veteres colerent ignem locupletiorem domus. auctor est Nonius. ¶ Quis enim tam nudus: sensus est: Quis, inquit, est aut natus liber, aut libertinæ conditionis tam pauper, qui possit ferre tantã huius mensæ superbiam & contumeliam: quasi dicat nemo ferre nisi idẽ seruus sit. ¶ Ferrebis illum: vt cum semel expertus sit: iterũ velit experiri. ¶ Si contingit aurum Hetruscum: idest si natus sit liber & ingenuus. Nam bulla aurea, quod insigne erat in spe-

Bulla

ciem cordis dependens a collo gestabatur a pueris vsque ad quartumdecimum ætatis annum. Hetruscum autem appellat quod Tullius Hostilius tertius Rex Romanorum debellatis Hetruscis sellam curulem, lictoresq;, & togam pictam, atq; prætextam, quæ insignia magistratuum Hetruscorum erant, primus vt Romæ haberentur, instituit. Sed prætextam illo sæculo puerilis non vsurpabat ætas. erant enim, vt cætera quæ enumeraui, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Priscus de Sabinis triumphum egit: quo bello filium suum annos quatuordecim natum q; hostem manu percusserat: & pro concione laudauit: & bulla aurea, prætextaq; donauit: insigniens puerum vltra annos fortem præmiis virilitatis & honoris. Nam sicut prætexta erat magistratuum: ita bulla erat gestamen triumphantium: quam in triumpho præ se gerebant: inclusis intra eam remediis: quæ crederent aduersus inuidiam valẽtissima. Hic deductus mos, vt prætexta & bulla in vsum puerorum nobilium vsurparentur ad omen, & vota conciliandæ virtutis ei similis: cui primis in annis munera ista cesserunt: Sed bulla aurea cum prætexta ingenuis tantum concessa est pueris: libertinorum vero filiis lorum tantum: & prætexta, quæ duo hoc loco poeta tetigit. de bulla & prætexta legito Macrobium in primo Saturnalium, & Asconium Pædianum.

ASCENSIVS

¶ Vilibus ancipites &c. Hactenus ostensum est quõ prior mẽsa diuersa sit dño & clientibus, cæterisq; ad cœnã vocatis tã in vino, & pane, q̃ in obsoniis, & ministris nunc ostẽdet differentiam secundæ mensæ: quã pomorũ Ser. esse docet. & dicit q; vilibus amicis anteponitur fungus cũ periculo eorũ vitæ: & dño boletus. dño item poma præstãtissima: amicis vilissima, neq; id tam ex auaritia dñorũ, q̃ ex malignitate. eorũ

Spes bene cœnandi vos decipit. ecce dabit iam
Semesum leporem, atq; aliquid de clunibus apri.
Ad nos iam ueniet minor altilis, inde parato,
Intactoq; omnes, & stricto pane tacetis.
Ille sapit, qui te sic vtitur, omnia fere
Si potes, & debes, pulsandum vertice raso
Prębebis quandoq; caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

sit, gaudēt.n. miseros clientes irridere: & se eorũ dños ostēta
re, Ordo est: Fungi.s. suilli. ancipites.i. dubitãdi: q̃a cũ pericu
lo vitæ sumũtur. interemerunt.n. aliq̃n totas familias. Vnde
(vt vitent a pueris) rustici nonnulli panē Diaboli vocãt, na
scunt in pratis & locis pinguib' periculosi. hñt caput maius
reliquo corpore. Vñ Plau. trinũmo Sicophanta latissimo
galero tecti: de fungino gene
re esse dicit: & materia eorũ
est lanugo, seu mucor terræ.
fũgi igit ancipites potissimũ
suilliq; par. rubent: ponētur
amicis vilibus i bol[...]ēt
de genere fungorũ e[...] de
licatissimus, ponet sup. domi
no. sic & Marti. Sunt tibi bo
leti fungos ego symo suillos
sed sup. talis boletus pone
tur domino, quales Claudius imperator edit: idest comedit
ante illum: scilicet boletum vxoris.i. quem vxor eius Agrip
pina ei anteponi curauit: post quē nil amplius edit, q̃a eo in
toxicatus est: hoc est boletus non venenosus nec venenatus.
Itē Virro.i. dñs conuiuii. diues.s. iubebit illa poma dari.i. vt
illa poma dent & reliq; Virronibus.i. Virroni indiuitiis &
lauiciis similibus. quorũ.s. pomorũ. tu pascaris.s. vel oblecte
ris. sicut pri. Aenei. Atq; animũ pictura pascit inani. vel reue
ra pascaris.i. reficiaris solo odore. Nã odore vehemēti obso
niorũ, qui ea cõcoquunt, sic pascũtur: vt minus comedant. fa
melicus ēt suauissimo odore ad tēpus reficit: licet nõ p̃stet so
lidũ nutrimētũ. Nec itelligo (vt Valla) poeta hoc dicere vel
le: quia tu q̃ cõuiua es de illis pomis: non nisi odorē habeas:
sed q̃ si ea odorare dent tãtæ fragrãtiæ sint vt vel solo odo
re pascaris. Qualia sup. poma. autũnus perpetuus.i. maturi
tas ppetua pomorũ, ac si semp esset autumnus: quo tpe hic
poma maturescunt. Phæacũ.i. illorũ populorũ: quorũ rex Al
cinous erat. Scribit enim Homerus. viii. Odisseę: q̃ Alcino'
Phæacũ rex hortos habuit ppetuis fructibus virentes: in qui
bus pyrũ pyro succedebat &c. Phæaces sũt a Phæace Nep
tuni & Cyrcyrę filio dicti sũt. vt scribit Dio. sup. ea iubebit
dari poma quæ possis credere esse subrepta.i. clam ablata so
roribus Afris.i. Hesperidibus: quæ poma aurea ppter ferti
litatē terræ habuisse a græcis fingũtur: vel q̃a oues optimã
lanã ferētes habuerunt. eodē enim vocabulo q̃dam græcorũ
& poma & oues vocãt videlicet mela. Tu q̃dem de paupe
ribus amicis frueris.i. cũ delectatiõe præ inedia vesceris. sca
bie mali.i. pomi: hoc est pomo scabioso & fere siluestri. q̃ is
sup. q̃ regitur parma.i. breui scuto & galea. q̃ metuēs flagel
li.i. formidãs pcuti vite: ex ea enim erat flagellũ quo milites
cedebãtur. dicit torquere.i. vibrare: et aut ipellere iaculum.i.
hastam. amētatã.i. amento: hoc est chorda inuolutã. a scopel
la hirsuta.i. a loro caprino, vel e pharetra caprina: hoc est co
rio caprina facta deppromptũ telũ. vel ipse vestitus veste ex
pilo: aut lanicio caprino cõfecta: qua naturę & milites cõtra
sæuitiã cæli vtunt. nõ enim a pluuia penetratur, vel a belli
cis tormētis, vel aliis q̃busuis modis itelligas. dũmodo peri
phrasticos.i. descriptiue. tyronē.i. nouitiũ militē intelligas:
q̃ ideo metuens flagelli, dicit: q̃a sine cõmeatu a militia disce
dere non audebat. & ppterea dicit poeta: Tu frueris scabie
mali: quod is q̃ &c.i. tyro vel nouus miles a castris discede
re non ausus. rodit adhuc inmaturũ in aggere sup. castrorũ
vbi quædã poma feri Mancinellus satis recitat. Forsitan im
pēsę. cãm tam vilis cœnæ dicit esse nõ auaritiã dñorum, sed
petulantē malignitatē, q̃ suos irridere gaudēt. Ordo est: Tu
forsitan, credas Virronē parcere impensę.i. cauere ne multũ
impēdat: sed erras sup. q̃a ipse agit.i. p̃tendit hoc. vt.s. doleas
& fleas. & ita sibi spectacula in mēsa p̃beas. nam q̃ comœdia
subest melior.i. delectabilior gula plorãte.i. quãtum homo
gulosus plorat in ipsa cœna ex indignatione. & q̃s mimus.i.
sermo ad imitationē: & ad verũ factus & habēdus: atq; agen
dus cũ gestu corporis est sup. melior gula plorãte. q.d. nulla
& nullus. Quia non pôt q̃cq̃ esse verisimilius, q̃ ipsum verũ,

dum aũt plorat talis cõuiua: nõ iam vt minus agit & repsen
tat plorantē. sed est ipsemet plorans. Ergo si nescis: oia fiunt
a dño ea intētione sup. vt p bilem.i. amaram iram: quã puo
cat bilis: cogaris effundere lachrymas.i. vt te faciant plorare.
vel melius vt nõ sit trãspositio i textu. vt cogaris effundere
.i. extinguere bilem.i. iracũdiã tuã p lachrymas. q̃a mulieres
& molli aĩo bili p lachrymas
iracundiã & dolorē mitigãt.
Vnde Ouid. Expletur lachry
mis: egeriturq; dolor. & vt
cogaris diu stridere molari
sup. dēte: quo cibus molitur
presso.i. cõstricto in signũ oc
cultæ iracundiæ. Tu videris
tibi homo liber: & cõuiua re
gis.i. diuitis viri: & multũ er
ras: quia ipse putãt te esse ca
ptum: & ita mancipium ac seruum suum nidore.i. exhalatio
ne & odore ciborum suæ culinæ. nec cõiectat male: quia re
uera animũ seruilem geris. etiam p quia. quis sup. est tam nu
dus.i. pauper & inops. vt ferat.i. toleret: patiat bis illũ.i. talē
dominũ irrisorē. q.d. nullus. siq̃dem aurũ Hetruscum.i. bulla
aurea, quã ex Hetruria primũ Romã Tullus Hostilius trã
stulit. & quæ ingenuis tñ pueris cõcessa est. si ergo aurũ He
truscum cõtigit.i. datũ fuit ipsi puero.i. cũ esset puer.i. si sit
ingenuus. vel si tñ nodus.i. bulla non aurea: sed coria ex lo
ro facta cordis figurã hñs. vñ dicit: Et signũ de paupere lo
ro cõtigit sup. ipsi puero.i. si fuerit libertinæ cõditionis.
¶ Altilis: gallina saginata. vt dictũ est supra. ¶ Minor: immi IOAN.
nuta a Virrone, qui partem eius comedit. ¶ Inde: ob eã rem: Brit.
q̃ speretis aliquid ex iis habituros. ¶ Ille sapit: reuera, inq̃t,
Virro sapiens est: nec possum nõ laudare, qui te ita tractat.
si potes.s. quãdo potes ferre tot contumelias. & debes.s. fer
re. dictumq; est non sine stomacho & indignatione a poeta.
¶ Pulsandũ vertice raso: eo, inq̃t. ppter gulam paulatim p
uenies: vt passurus sis etiam more parasitorũ verbera. Nã pa
rasiti dũ mēsas nobiliũ sectabãtur: multis verberibus aliisq;
cõtumeliis afficiebãtur. Vnde parasitus ille apud Teren. in
Eunucho: At ego infelix neq; ridi vlus esse neq; plagas pati
possum. Sic & parasitus Plautinus in captiuis ait: Et hic qui
dem Hercle, nisi q̃ colaphos ppeti potest parasitus, frangiq;
aulas in caput. ¶ Vertice raso: quē tibi in ludibrium abrase
rint. ¶ Flagra: plagas illatas tibi p flagrũ. idē enim est flagrũ Flagrũ
quod flagellũ: sed hoc per diminutionē: illud vero pricipale Flagel
Tranquil. in Othone: A prima adolescētia pdigus, ac pcax lum
adeo: vt sæpe flagris obiurgaret a pře. Illud sciēdũ flagrũ &
flagellũ vsurpari ab auctoribus nõ solũ p plagis. & verberi
bus sed ēt p ipsis instris q̃bus verberamus. ¶ Dignus: totũ
cũ idignatione pnũciandũ. dignus q̃dem es talibus cõtume
liis, & tali amico a quo ita tracteris, q̃n aĩo sis tã seruili.
¶ Spes bene &c. Pergit. Nã ordo est, Spes bene cœnãdi de ASCẽ.
cipit vos. dicitis enim in animo vestro sup. diues dabit cras
leporē semesum.i. semicomestũ: aut aliq̃d' de clunibus apri.
Altilis minor.i. gallina nondũ pfecta vel imminuta veniet.i.
domo feretur cras ad nos. Inde.i. ex ea re, q̃a leporē, & aprũ
aut altilem expectatis. oēs tacetis pane existente parato ad
hoc. vt comedatur. q̃ pro &. intacto.i. adhuc integro. & stri
cto.i. iminuto. ablato cortice.i. omnino adaptato vt come
datis. vel stricto.i. strictim ablato e mēsa a vobis intacto. Ali
ter sic, Inde postquã sic speratis existētes domi vestræ: q̃a di
ctum est Cras dabit &c. vos oēs tacetis.i. cõtenti estis. pane
parato.i. parabili cito & vulgari, intacto quem dominus
q̃ cum misit nõ est dignatus cõtingere. & stricto.i. modico,
tñ & iminuto. o Trebi ille sapit.i. sapiēs ē. q̃ vtit te sic.i. hoc
mõ. si tu potes & debes ferre oia sup. dura & itolerabilia: si
cut serui. tu p̃bebis q̃nq; caput tuũ pulsandũ ab ipso diuite
capite tuo raso more libertorũ eius. nã q̃ manu mittebant ra
so capite accipiebãt pileũ. nec timebis iã assuefactus pati du
ra flagra.i. flagella. nã diminutiuũ a flagro est flagellũ. existēs
dignus his.i. hmõi epulis tã vilibus: & tali amico tã iniquo.

Satyra

IOAN. Brit.

¶Satyra Sexta. Credo pudicitiam.



Redo pudicitiam. Dissuasurus hac Satyra poeta amico suo Vrsidio ne ducat vxorem: ingenti vtitur arte. omnia enim vitia, quibus genus fœmineum laborat, cōmemorat, nihil omittens, qd' ad partes dissuasionis pertineat. Deniq; mouet cū oēm vitæ potius sortē, q̄ cōnubiū apprehendēdā. Talē igit nactus occasionē adulteria sui tpis acerbitate satyrica insectat: irridēsq; legē Domitiani i qua adulteria ꝓhibuerat: tantā mulierū esse impudicitiā dicit, vt ostēdat reuoluta sæculorꝫ origie ab ętate vsq; argentea mortales adulteriis flagrasse. Illud autē vnū monēdū putauit: vt interp̄tatu/rus hāc Saty. summa vtat reuerētia: ne adolescētuli, quorum mentes facile ad vitia inclinant, turpia audiendo aliquo se flagitio cōtaminent. ¶Pudicitiā moratā i terris. i. mortales diu inter se bñ, pudiceq; vixisse. ¶Saturno rege. i. sęculo aureo, quo tpe Saturnus regno ab Ioue filio pulsus Latio cū Iano imperauit: tunc. n. ætas aurea fuisse dicit: cū hoies post diluuium cacumina montiū tenerēt: in speluncisq; victitarēt pomis, cæterisq; fructib' agrestibus cōtenti. Vnde est illud Lucretii: Sed nemora, atq; cauos mōtes, siluasq; colebāt: Et frutices inter cōdebāt squallida mēbra.

Aetas aurea

¶Larēq; i vnusquisq; Deū domi suę colebat: quem Larē familiarem appellabāt: eūq; p̄sidē vocabāt: cui canis assisti, & ipse Deus pellibus caninis vestit: cuius rei rōnē reddit Plutar. in ꝓblematis, & Apuleius in lib. de Dęmonio Socratis pleraq; dicit, & nos apud Persiū illic: Bullaq; succinctis Laribus donata perpēdit. vt aūt Lares domi colerentur inde ortū docet Seruius: qa apud antiquos mortui in domibus suis sepeliebant: quos, vt Deos domesticos colere cœperunt & venerari, Laresq; appellarunt.

La

Culmus Culmina

¶Culmo: culmus ꝓprie appellat ipsa palea: vn culmina domuū sunt appellata: q prius culmis: hoc est paleis, integerent. ¶Pellibus vicinarꝫ ferarum: nā rudes illi antiquissimi ex ferarꝫ pellibus non mō lectos sternebāt, sed & vestes sibi cōficiebāt. Vnde Lucretius: Pellib' & spoliis corpus vestire ferarū. Propertius: Atq; hinuli pellis totos operibat amātes: Altaq; natiuo creuerat herba toro. ¶Non similis tibi: non ea mollicie: nec iis delitiis. nam & luxu vestiū & margaritarꝫ oblectabat: vt sæpe conqueritur Propertius: Quid iuuat ornato pcedere vitta capillo. Et alibi: Matrona incedit census induta neptum: sicq; poeta veteres laudādo vituperat mores sui temporis.

Cynthia

¶Cynthia: Propertii fuit amica. Vnde illud cecinit: Cynthia prima suis miserū me cœpit ocellis. Alibi: Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit. ea hostia dicebatur: sed Propertius mutato nomine Cynthiam vocauit: vt auctor Apuleius in prima Apologia. ¶Nec tibi. s. o Lesbia amica Catulli, quæ passerculum (quē in delitiis habebāt) cū amisisset multū fleuit, adeo mollis & delicata erat. Vnde Catullus: Passer mortuus est meæ puellæ: Quæ plus illa oculis suis amabat. Et infra: Tua nunc opera meæ puellæ Flendo turgiduli rubent ocelli. Ea ꝓprie dicebatur Clodia. vt auctor est idem Apuleius in eadē Apologia. ¶Sed ferens: sed quæ ferret. ¶Horridior: incultior, minusque mollis marito suo. ¶Ructāte glādem: qui glāde pascebat. Nā (vt diximus) rudi illa ætate mortales ante vsum[illegible]ri agrestib' pomis vesce[illegible] ¶Orbe nouo: ætate illa aurea: cum hoies essent noui & recēns nati. ¶Rupto robore: cum prima illa ætate hoies ante factas domos in spelūcis, siluisq; more ferarū habitarēt: cūq; ex arboribus vetustate cauatis tanq̄ ex domicilio exirent, putabant ex arboribus eē nati. Qd' Virg. sic ꝓsequit: Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphęq; tenebant: Gensq; virūꝫ truncis, & duro robore nato. Quis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tauros, Aut componere opes norāt, aut parce reparto.

Robur

¶Robore: robur arbor est glandifera. verꝫ a poetis sæpe capit ꝓ omni ligno, vt est illud i Cape robora pastor. Robur item ponit pro fortitudine. vnde robustum appellamus corpus. i. forte & validum. ¶Cōpositiq; luto: allusio est ad id, quod ex luto Prometheus hominem finxerit. q.d. Ex quo hoies cœperunt non ex arboribus nasci, neq; ex luto formari, sed ex parentibus procreari, & connubia sunt instituta, adulteria cœperunt committi.



Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Sexta.



Redo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamq; diu, cum frigida paruas
Præberet spelunca domos, ignemq;, laremq;,
Et pecus, & dominos cōmuni clauderet vmbra.
Siluestrem montana torum cum sterneret vxor
Frondibus, & culmo, vicinarumq; ferarum
Pellibus, haud similis tibi Cynthia, nec tibi cuius
Turbauit nitidos extinctos passer ocellos,
Sed potanda ferens infantibus vbera magnis,
Et sæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo, cæloq; recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati,
Compositiq; luto nullos habuere parentes.

ASCē.



Redo pudicitiā &c. Secūdū Calderinū argumentum huius sextæ Satyræ huiusmodi est: Adulteria q̄ lege ꝓhibuerat Domitianus tota Satyra insectat poeta: & legē irridens, quę cōtēnebat. & notās tēpora sua. Monet aūt Posthumum Vrsidiū q de vxore ducēda tractabat: oēm vitæ sortē cōnubio p̄ferēdā esse. Immo et mortem: & eā qdem turpissimam: qa suspendio peragendā. non q connubia damnet: sed qa intolerabiles Romæ sint vxores i cum ꝓpter intolerabilē supbiā. Vnde multa mulierum vitia recitat: repetitaq; sæculorꝫ origine, ostēdit nullū vitium appetisse prius mortales, q̄ adulteria.

Ioues tres

Scribit idē Calderinus q tres Ioues fuerunt. duo theologi nati i Arcadia: quorꝫ alter erat filius ętheris & Proserpinæ frater. alter filius Cæli & pater Mineruę. tertius Saturni filius. a quo ipse Saturnus expulsus cū Iano i Latio regnauit ætate aurea: vt Hesiodus primus docuit.

Aetas aurea

Homerus vero (si Platoni credimus) sæculū aureum designauit in Cyclopibus: quos scribit post diluuium montium cacumina tenuisse: in speluncisq; victitasset fructibus spōte nascentibus. Ordo est: Ego, inqt, Iuue. credo qdem pudicitiā. i. coniugalē castitatem. moratam sup. esse in terris inter hoies. s. Saturno rege. i. regnante vel existēte rege: hoc est dum regnaret in Latio & visam diu. cum. i. quādo. speluca. i. cauerna in terra, aut

Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Aut aliqua extiterant, & sub Ioue, sed Ioue nondum
Barbato, nondum Græcis iurare paratis
Per caput alterius, cum furem nemo timeret
Caulibus, aut pomis, & aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad superos Astræa recessit,
Hac comite, atq; duæ pariter fugere sorores.
Antiquum, & vetus est alienum Posthume lectum
Concutere, atq; sacri Genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea sæcula mœchos.
Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia nostra
Tempestate paras, iamq; a tonsore magistro
Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras, vxorem Posthume ducis?
Dic qua Tisiphone? quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam?
Cum pateant altæ, caligantesq; fenestræ?
Cum tibi vicinum se præbeat Aemilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus, illud
Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit?
Pusio qui noctu non litigat? exigit a te
Nulla iacens illic munuscula, nec queritur, quod
Et lateri parcas, nec quantum iussit, anheles.

ripibus exhausta: aut manu: aut natura frigida: nullis plumis. s. fulta: & in terra quę frigida est locata. pberet sup. mortalibus paruas domos. i. domicilia modica, que pro &c. & cũ spelunca claudaret cõmunẽ. i. vna eadem vmbra. i. coopertura. s. testudine speluncę ignẽ & Larem. i. Deũ familiarẽ: qui in foco colebat. & pecus, cũ cubilia aut stabula non haberent. & videtur respexisse ad Polyphemum, quẽ Virg. iii. Aene. dicit oues i antro suo habuisse. & quem Homerus dicit aurea ætate fuisse. & dños. i. patresfamilias. & cũ [illegible] montana. i. in montibus habitans, sterneret. i. æquaret. & strueret tor. i. lectum a tortis herbis dictum. frondibus. i. arboribus foliis: quæ pprie frondes sunt. & culmo. i. calamis segetum. q qa sternuntur stramina a plerisq; vocant. & pellibus ferarum vicinarum: qa inter eas versabatur. Existẽs sup. haud. i. non. similis tibi o Cynthia amica Propertii, de qua ipse in principio sic: Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis: Cõtactum nullis ante Cupidinibus. nec similis tibi o Lesbia amica Catulli. cui⁹ nitidos ocellos passer extinctus: idest mortuus. turbauit lachrymis. s. vt approbat Catullus ipse. Sed ferens vbera potanda non solum sugenda: ergo magna, & magnis infantibus, qui tunc magni erant: qñ materno lacte nutriebantur: qd potius dicerem, q̃ qd ideo magni dicant: qa sm Hesio. primo sæculo hoies centum annis sub matris imperio steterant: qa non semp sugebãt. Vult autem poeta duo ostendere humano generi vtilissima: vtpote quo medio pudicitia conseruari posset: qa eodẽ quo tunc seruata est. s. labore: vigiliis: neglectiore cultu liberorum ppriis mamillis educatione, frigore, & parco alimento: qa (vt dicit Comicus) sine Cerere & Baccho friget Venus. i. sine cibi & potus copia nulla est luxuriæ potentia. hæc autem oia latius explicabit poeta in hac Satyra ibi: Seruabat castas humilis fortuna Latinas &c. Item quo pacto validiores sint infantes: qa si materno lacte nutriant. De qua re Phauorinus philosoph⁹ apd Aulũ Gellium lib. xi. cap. pri. multa notatu dignissima pfert. inter quæ hæc sunt ad matrem, quæ filiæ nutricem pcurauerat verba: Oro te mulier sine eam totam ac integram esse matrem filii sui. Quod est. n. hoc contra naturã impfectum, atq; dimidiatum matris genus: peperisse: ac statim a sese abiecisse? Aluisse in vtero sanguine suo nescio qd qd nõ videret: non alere suo lacte qd videat iã viuẽtẽ: iam hoiem: iam matris officia implorantem. An tu quoq; putas naturã feminis mãmarum vbera quasi quosdam venulos venustiores non liberorũ alendorũ: sed ornandi pectoris candidisse? & alia multa quę illic videnda sunt. priscis ergo tpibus naturã secutæ suos fœtus alebãt. vnde dicit hic q magnis infantibus vxor montana ferebat. existens sæpe horridior. i. aliquãtulum horrida. i. frigore cõcussa marito ructante glandem. qua tunc. s. & aqua vescebant. vt Boetius attestatur. & Virg. Geor. pri. his versibus: Liber & alma Ceres vestro si munere tellus: Chaoniam pingui glandem mutauit arista: Poculaq; inuentis acheloia miscuit vuis. Quippe quia certe hoies viuebant tunc aliter. orbe. i. globo mundi existente nouo. & cælo recenti. i. recenter a terra cæterisq; elementis dirempto secundum gentiles: & secundum nos recenter a Deo creato. Sed aduertendũ q cum vna quæq; gens antiqtatis gloriã lubenter sibi vẽdicet:

vt Archades secũdũ Statiũ: & gens italica secundũ Virgil. q asserit suos idigenas. i. hoies nõ aduenas. sed inde. i. ex eo loco genitos: ea tẽpesta fuisse: qua Ianus Saturnũ, accepit. & id in exordio mundi. cum tñ constet adueniẽte Saturno. vel quo tpe cum aduenisse dicunt. multos populos in multis regionib⁹ fuisse: sed poetice fingit poeta Sub Saturno illo mũdum fuisse nouum, & populum nouum: cuius (qa creationem capere non poterant) dicebant ex cælo & terra. i. virtute cælesti: quasi ex putrefactione genitos. qa vero in cauatis arboribus residebãt fictum est quod gens illa sit duro robore nata. vt Vir. dicit: & Statius his verbis: Arcades huic veteres astris, Lunaq; priores: Agmina fida datis: nemorum vos stirpe rigẽti Fama satos: cum prima pedum vestigia tellus Admirata tulit nõdũ arua, domusq;, nec vrbes, Connubiisq; modus: quercus, lauriq; ferebãt Cruda puerperia: ac populos Vmbrosa creauit Fraxin⁹: & fœta viridis puer excidit orno &c. Viuebant ergo aliter tunc hoies, q nati robore rupto vt eniterent. & qui compositi luto nullos habuere parentes.

¶ Multa pudicitiæ: primis, inquit, tpibus ætatis argenteæ cum Iupiter regnaret homines sancte & pudice vixerunt, existẽte adhuc Ioue impubere: sed iam barbam producente, cœperunt paulatim adulteria cõmitti. ¶ Vestigia pudicitiæ: hoc dictum est ex sententia eorum: qui crediderunt pudicitiam Deam fuisse honestatis, quæ cum inter mortales versaretur, videretq; se contemni, stupraq; vbiq; cõmitti, aufugisse fertur cum Iustitia in cęlum. Vestigia enim dicuntur simulachra pedum. vnde est verbum inuestigare: quasi per vestigia aliquid quærere. ¶ Græcis nondum paratis iurare. i. cũ adhuc hoies magna viuerent synceritate: nec adhuc essent aliqua periuria: quorum primi vident fuisse Græci inuentores. nam semp pfidos fuisse, & habitos indicat Plautus in asinaria: Cætera quæ volumus vti, græca mereamur fide. i. statim enumerato pretio, quia aliter Græcis non creditur. Tullius item in oratione p Flacco loquens de Græcis sic ait: Testimoniorũ religionẽ, & fidem nunq̃ ista natio coluit. ¶ Per caput alterius: sic enim iurare cõsueuerunt antiq. vnde & Ascanius sic iurat apud Virgiliũ: Per caput hoc iuro, p quod pater ante solebat. ¶ Aperto horto. i. cum vnusquisq; viueret horto aperto non clauso: neq; enim fures timebant. verũ postea (vt scribit Plinius) sæua latrocinatio cœpit præfigere aspectus hortorum. ¶ Astræa: satis vrbane ostẽdit poeta iustitiã tanq̃ hoium sceleribus offensam vna cum pudicitia in cælum euolasse. De ea sic & Valerius Flaccus: Terrisq; relictis Innocet assiduo saturnia sidera questu. Astræa autẽ dicta est iustitia, q Astræi gigantis ex Aurora filia fuit. ¶ Hac comite. i. pudicitia. hoc autem est ex versu Hesiodi: qui scribit pudorem & iustitiam ætate antea ænea in cælum ascẽdisse. ¶ Duæ sorores: Iustitia enim, & Pudicitia sorores fuerunt. ¶ Antiquum & vetus est: aperte ostẽdit Vrsidio ducendam non esse vxorem: quando iam antiquum sit adulteria committi: sicq; vtitur dissuasione a vituperatiõe rei. ¶ Genium sacri fulcri. i. religionem matrimonii. nam Genium Deum appellabant: qui vim obtineret rerũ omnium gignẽdarum. Aufidius Genius, inquit, Deorũ est filius & parens hominũ: ex quo hoies gignuntur. propterea Genius

IOAN. Brit.

Vestigia

Inuestigare

Græci perfidi

Astræa

Genius

nius meus nominat: quia me genuit. In honorẽ Genii lectus nuptialis sternebat: qui genialis nominabatur. Laberius vero aut Geniũ Deũ esse generis vẽtri parentẽ. vñ illud est: Indulge Genio: & genialis agatur iste dies. Alii dixerũt Geniũ eẽ vniuscuiusq; loci Deũ. Apuleius vero ait in libro de Deo Socratis: Aium humanũ, dum in corpore nro situs est, Dæmonẽ nuncupari, quẽ lingua nra Genium vocare possumus: qm is Deus, q est aius sui cuiusq;, quãquam sit imortalis: tñ quodãmodo cũ hoie gignitur. De Genio plura diximus ex snia Censorini apud Persium illic. Funde merũ Genio.

Fulcra ¶ Fulcri. i. lecti. nam fulcra dicunt ipsa ligna quæ lectũ fulciant & sustineãt. Vnde & Sidonius sellarũ equestriũ ligna fulcra appellat his verbis: Alii sellarũ equestriũ madefacta sudoribus fulcra resupinant. ¶ Sacri: venerandi.

Cõuentus ¶ Conuẽtum: hominũ multitudinẽ & cœtum a cõueniẽdo: sicut cœtus a coeundo.

Cœtus

Sponsalia ¶ Sponsalia: nuptiarũ cõtractum: qui fit per stipulationẽ & sponsionẽ. Nam q vxorem ducturus erat ab eo, vnde ducẽda erat, stipulabatur eam i matrimoniũ ductũ iri. Qui daturus erat itidẽ spondebat daturũ: is cõtractus stipulationũ sponsionum sponsalia dicebant.

Sponsa **Spõsus** Tum quæ pmissa erat spõsa appellabat, qui spoponderat ductũ sponsus. ¶ Iam pectheris: iam politis & comeris: vt eas cultior ad spõsam. ¶ Pignus: annulũ, quẽ sponsus puellæ digitũ induit. De quo more ita scribit Tertullianus: Aurũ nulla norat pterquã vnico digito, quẽ sponsus oppignerasset pronubo annulo. Plin. tñ libro. xxxiii. scribit tẽporibus suis solitum annulũ mitti ferreum sponsæ, eumq; sine gẽma. ¶ Certe sanus erat: ac si dicat nunc sine controuersia desipis, qui de vxore ducenda cogites. ¶ Vxorẽ Posthume ducis? ea interrogatione legendum, qua ne aliqd, fiat inhibemus.

Furiæ tres ¶ Qua Tisiphone: quo furore qua vesania agitaris. Nam per Tisiphonem oẽs furias infernales intelligit: quę tres a poetis fingũtur ad tormenta scelestæ mentis, & insaniã mouẽdam destinatę: Vnde & Orestes furiis infernalibus agitatus. ¶ Quibus colubris? idẽ dixit. nã furiis infernalibus dant serpentes pro crinibus. ¶ Ferre potes? potes ne inqt cogitare de ducenda vxore, cum ad necem multæ sint tibi viæ? ac si diceret: longe satius esset tradere se neci, q̃ cõnubium appetere. Vnde extat carmen illud Crateris e græco in latinũ versi ab Erasmo in pverbiis: Cõiugiũ sequeris, quanta hic te cura sequetur? Desolatus eris, si sine cõiuge eris. Si tollis sobolẽ. multo educenda labore est. Hoc autẽ est ex pverbio, quo vti solemus in summa rerũ desperatione. Sic & Terentius in Phormione: Opera tua res mihi ad restim redit planissime. ¶ Vllam dominã: facete autem vxorẽ dominam appellat: quasi quæ marito imperet. ¶ Saluis tot restibus: cũ possis vitam tuam laqueo finire. ¶ Cum pateant altæ fenestræ: vnde te possis pcipitare. ¶ Caligãtes: quæ nimia altitudine sua caliginẽ oculis obiiciant.

Aemili⁹ pons **Miluu⁹ pons** ¶ Aemelius pons vnde te des pcipitem. Nam pons Aemilius est in via Flaminia distans ab vrbe vltra primũ lapidem. idẽ Miluius est dictus: quẽ Scaurus Aemilius (vt auctor est Plinius de viris illustribus) in cẽsura fecit. ¶ Aut si de multis: sed si, iquit, tibi nullo modo placet oppetere mortẽ: nonne putes melius puerũ habere: qui tecũ dormit? quasi dicat illud vitæ institutum tibi magis est tenẽdum, q̃ ducere vxorem. ¶ Pusio dormit: illud attẽdendũ est, q dormit dixit, non dormiat. Innuit enim Vrsidiũ turpiter pueros adamasse. Non possum hoc loco turpe poetæ cõsilium non detestari: q eo cæcitatis puenerit: vt ea pbet, quæ ab omni honestate sint penitus soluta. Quare illud maxime interp̃tantibus poetam seruandum esse censeo: vt cũ in talia inciderint, aut illa in totũ p̃tereant, aut siqd dicendũ rati fuerint, tali modestia legãt, vt auditor a tali turpitudine penitus se auertat.

Pusus **Pusa** **Pusio** **Pusillus** ¶ Pusio: pusum (vt auctor est Varro) puerũ dixerunt, & pusam puellã. Vnde pusio pusillus puer. quo vocabulo sæpe vtit Diuus Hieronymus i epistolis ad Furiã de viduitate seruãda sic scribit, An vereris ne proles Furiana deficiat, & ex te parens nõ habeat pusionem, q reptet in pectore. Et alibi ad Saluinã: Nebridius pusio patrẽ querẽtibus exhibet. Cicero in primo Tuscu. Pusionẽ quendã Socrates interrogat quædã geometrica de dimẽsione quadrati. Ad ea sic ille rñdit vt puer. Apuleius lib. ix. At vero adulter bellissimus ille pusio, inclinatã dolio pronam vxorem fabri sup incuruatus secure dedolabat. ¶ Lateri parcas: q non coeas. latera enim nimio libidinis vsu offendũtur. Vnde Mar. Rumbis Basse latus, sed in comatis, Vxoris tibi dote quos parasti. Apuleius libro octauo Metamo. Sed diu viuas, & dominis placeas, & meis defectis lateribus cõsulas. Sunt eni in lateribus renes: quos ait Varro ita dictos: quasi riui ab iis obscœni humoris oriãtur. ¶ Quantum iussit: nec tam assiduus sis in coitu q̃ iussit.

¶ Multa pudicitię &c. ostẽdit qũo pudicitia pria defecit. i. dereliqt mortales: & q parũ apud eos mãsit: vt ex ordine capies: qui talis est: Multa vestigia veteris pudicitię forsan: aut si non multa: saltem aliqua extiterant. & i. ẽt. sub Ioue. i. sub ætate argentea. sed Ioue nondũ barbato. i. priusquã Iupiter esset barbatus. & græcis nondũ paratis iurare p caput alterius: dicit grecis nondũ paratis tanq̃ pfidis & periuris, ut quibus nunq̃ deest testimoniũ: nec testis p̃tio iurare paratus. vñ cœpit fides eis a negociatoribus minor haberi: cogebãturq; p̃senti pecunia oĩa mercari. vnde Plau. in Asinaria: Cætera q volumus vti græca mercamur fide: hoc est tradito p̃tio e vestigio: q vero addit p caput alterius: fm interp̃tes huius loci itelligẽdũ est græcos potissimũ in testimoniũ p caput alterius iurare solitos: vt pr p caput filii: q̃ i p salutẽ eius: qd vt pulchre significasse Iulius Ascani⁹ li. ix. dicẽs: Per caput hoc iuro: p qd prãn solebat. q. d. Ego nũc more italico p hoc. i. p meũ caput iuro: p qd pr me⁹ Aeneas cũ grçcissaret iurare solebat añ sup. q̃ in Italiã venisset. sed huic loco meo qdẽ iudicio (nã ab alio nõ accepi) nõ male q̃drare: si dixerimus grçcos tũc p caput alterius: vt Saturni. aut Iouis iurare incepisse: vbi eos Deos esse effinxerãt. q. d. cũ Iupiter & Saturnus p mortalibus haberẽtur: nec Iupiter p flagitia & adulteria apd græcos meruisset: vt p Deo haberet: & p eius caput iurarẽt & cũ nemo timeret caulibus & pomis: nã fruges nondũ inuẽtæ erant. i. holeribus & fructibus arborũ furem. & cum sup. qlibet viueret horto aperto. i. non clauso cõtra fures. i. cũ nemo decerperet qd non plãtauerit. Quia (vt Pli. scribit) sçua latrocinatio coegit p̃figere aspectus hortorũ: qui etiam post inuentã frugem: vbi fures qd non seuerant, metere incepe runt, inuẽtę sunt leges. & ideo vocat Vir. Cererẽ. iiii. Aene. legiferã dicens: Legiferæ Cereri &c. Astrça. i. virgo Astrçi filia: quæ iustitia dicta est. De qua Virgil. in Buc. Iam redit & virgo, redeũt saturnia regna. & Ouid. Victa iacet pietas, & virgo cæde madẽtes Vltima cælestũ terras Astrça reliqt. recessit a mortalibus. s. paulatim: quia fm Ouid. vltima deinde. increscente. s. pfidia ad superos: ad quos oẽs iusti tẽdũt hac. s. pudicitia comite. i. comitante fm Iuue. cũ tñ secũdum alios multo ante discesserit pudicitia, q̃ iustitia. atq; duæ sorores. s. iustitia & pudicitia. fugere. i. fugerũt pariter o Posthume antiquũ & vetus est sup. institutũ cõcutere. i. cõturbare, violare. lectũ. i. torum alienũ per adulteriũ. s. atq; cõtemnere Geniũ. i. Deũ generatiõis. & sacri. i. matrimonialis, fulcri. i. lecti, q genialis dicit. ponit aũt ptẽ pro toto. qa fulcrum est quo lectus fulcitur. & bñ dicit sacri: qa matrimoniũ legitimum sacro fit: aut qa de iure lectus matrimonialis sacer. i. inuiolabilis sit. Aetas ferrea protulit. i. produxit. mox. i. paulo post. oẽ aliud crimẽ p̃ter adulteriũ. s. sed sæcula argentea viderunt primos mœchos. i. adulteros: qa inter Deos ẽt adulteria fuisse asserunt: qd magnæ demẽtiæ Pli. adiudicat. Ponit aũt Iuue. more latinorũ tres tñ ætates. Latini enim poetæ cõsiderãtes omne sæculũ: aut mere bonũ: aut partim bonũ: partim malũ: aut mere malũ: vocauerunt primũ aureũ: secundũ argẽteũ. & tertiũ ferreũ. Græci aũt in illo mixto gradus cõsiderantes ponunt quatuor: aureũ tpe Deorum, quo nullũ penitus vitiũ erat: argenteũ quoq; tpe Deorũ: sed paucis obrepẽtibus vitiis inter mortales: æreum tpe heroũ, qui semidei putati sunt: & ferreũ inter hoies, q natura proni ad malũ sunt. Et tñ q̃uis prima fuerint adulteria: & ea nunc plurima sint. tu o Posthume paras. i. p̃tendis conuentũ sup. amicorũ, & pactũ. i. modũ cõtrahẽdi matrimoniũ. & spõsalia. s.

Sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno,
Mulorumq; iubis, & captatore Macello.
Quid fieri non posse putes, si iungitur vlla
Vrsidio? si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro?
Quem toties texit perituri cista Latini.
Quid? quod & antiquis vxor de moribus illi
Quæritur, o medici mediam pertundite venam.
Delitias hominis Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cedæ iuuencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oscula, necte coronam
Postibus, & densos per limina necte corymbos.
Vnus Iberinæ vir sufficit, ocyus illud
Extorquebis, vt hæc oculo contenta sit vno.

sponsionē de futuris nuptiis, nostra tēpestate .i. nostro tpe: i quo tot regnāt adulteria. tu .n. pecteris iam a tōsore magistro .i. vt in die nuptiarū honestior sis comā exornari facis a tonsore perito. & fortasse dedisti digito puellæ pignus .i. anulū: qui fm Pli. olim ferreus erat: q statim pactæ mittebatur. certe nunqd sanus eras cū .s. spōsalia firmares: tu ne vxorem ducis Posthume. dic qua Tisiphone .i. furia īfernali te īpellente? Tres .n. sunt Tisiphone: Megæra: Alecto. dic qbus colubris .i. serpentibus: quos furiæ p capillis hñt. & quos eis quos furere volūt, iniiciunt. exagitare .i. exagitaris: hoc est furiaris & in furorē raperis. potes tu ferre .i. tolerare & pati vllā dominā .i. vxorē tibi dñaturam. sed & græci & latini cōiuges dominas vocāt. tot restibus .i. tot chordis & funib⁹: qb⁹ te posses suspēder saluis. q.d. rē īcredibilē mihi facis. & potes ferre dominā. cū altæ fenestræ & caligātes .i. oculos obscurātes: ne forte retraharis ab incepto terrore mortis. pateant .i. aptę sint tibi ad pcipitiū. vt rupturus collū te pcipites. & cū pons Aemilius .i. a M. Aemilio Scauro cōstructus, pbeat se tibi vt te pcipites submergendū. aut si nullus exitus vitæ .s. de multis, q multi sunt placet tibi, nōne putas melius esse q pusio .i. puer paticus .i. īpudicus dormit tecū, q nō litigat noctu, sicut vxores solēt q iacens illic in loco noto: vtpote iter brachia tua (vt turpiora taceā) nulla munuscula exigit a te: vt vxores exigunt. nec querit .i. cōqueritur q parcas lateris sup. tuo debitū subtrahens. nec p. & nō & q non anheles .i. amplexeris eū quantū iussit .i. voluit, sicut vxor. Hęc aūt oīa hiperbolice dicta sunt & satyrice a poeta nimiū auide adulteria & fastigia mulierū execrante. nam q sancte & caste loq vellet non cōsuleret maiora mala incurrere ad minus euitādū: sed malus malum est sese interimere, q vxorē ēt adulterā pati, pessimū aūt crimen est masculis abuti: & ita nō debemus poetæ auscultare: nisi qtenus adulteria detestet. modus .n. detestādi nō ex snia poetæ: sed hypbolicos ponit. q.d. oē tibi malū tolerādū: & oē facinus ēt turpe pptrandū esse potius, q vxorē ducas.

IOAN. Brit. ¶ Sed placet Vrsidio lex Iulia: hęc ironicos legēda sunt. Nō ē, inqt, mirū si Vrsidius cogitat de ducēda vxore. nā nō vult adulterii damnari. lex .n. Iulia lata erat cōtra adulteros qua cautū erat, quo pacto adulteri deprehensi puniendi essent.

Tollere ¶ Tollere: hoc loco educare. Teren. Quicqd peperisset decreuerunt tollere. Valerius lib. viii. loquēs de C. Licinio Hoplomacho: Quoniā hæreditatē absumere, q hæredē maluit tollere. ¶ Hæredē dulcem: dulcē filiū. Virg. Nec dulcis natos Veneris, nec pmia noris. ¶ Cariturus: quia captatores habētibus liberos munera non mittunt: sed orbis tm̄ diuitibus.

Turtur ¶ Turture: hoc loco de aue magis intelligēdū est, q de pisce. Nā turturem lautæ, gulę indicat fuisse Mar. Cū pinguis mihi turtur erit, lactuca valebit: Et codeas tibi habe pdere nolo famem. Itē alibi: Aureus i modicis turtur decumbibus implet. Idē alibi: Et cōcubino turturū nates donat. Nam quem græci trigona appellāt .i. turturē: latini pastinacā dicunt marinam, in cuius cauda psentissimi veneni radius extat. ¶ Magno: pingui & amplo. ¶ Mulorumq; iubis .i. mulis iubatis & barbatis. Nā (vt scribit Plinius) gemina barba insignunt labro iferiori: sunt enim pisces marini, de qbus ante dictū est.

Macellū ¶ Et captatore Macello .i. oibus obsoniis: quę in Macello veneunt. Nā Macellum appellarunt locū in quo oia quæ ad uictū ptinebant, vēdebant. de quo pluscula superius. ¶ Captatore: p quod hæreditates captant, nam huiusmodi muneribus captātur diuites orbi. ¶ Quid fieri nō posse: quasi dicat si Vrsidius vxorē ducit: putauero omnia vel pter naturā fieri posse iuxta illud Virg. Mopso Nysa datur, qd non speremus amantes? Iungētur iam griphes equis, æuoq; sequenti Cū canibus timidi venient ad pocula damæ. ¶ Mœchorū notissimus: qsi cui ciuitatis adulteria sint manifesta. ¶ Ora stulta .i. ipse stultus, figura est synecdoche. ¶ Toties texit: q sæpe in adulteriis est dephensus. ¶ Cista: nā adulteri superueniente marito sic solēt occultari. vñ Horatius: An turpi clausus in arca, Quo te dimisit peccātī Conscia herilis: Cōtractū genibus tangas caput. ¶ Latini: Latinus (vt diximus in prima Satyra) mimus fuit tpibus Domitiani: qui cū timeret delatores: ne falsis criminationibus apud principē accusaretur, iis vxorem suam Thymelē submittebat. vnde supra: Et a trepido Thymele submissa Latino. Ideo poeta ait perituri: quia semp verebatur: ne delationibus periret. vt sit epithetō ppetuum Latini. — Latinus ¶ Quid qd & antiqs: hoc risu & gestu iuuādū est. ¶ Mediā venā: hoc ē haurite sanguinē ex vena media: q ferri solet in delirio. Physici .n. tradūt in brachiis tres esse venas descēdētes ab epate: quarū vna basilica, altera cephalica appellat. tertia, q in medio harū est, media dr. siue nigra. siue cōis, quæ in furore & delirio feriri solet. — Media Vena. Basilica. Cephalica ¶ Delitias hois: acclamatio in derisum Vrsidii: q postulet & qrat mulierē antiqua illa bonitate: cū non inueniat. ¶ Delicias hois: ac si dicat delicatū hoiem: q putet se extra cōem fortunā ponēdū: vt hēat, q alii hēe nō pnt. vt alibi de Caluino: Te nunc delicias extra cōia censes Ponendū. ¶ Tarpeiū limen adora: sensus est: Supplex, inqt, fac ad aras Iouis & Iunonis accedas: quasi grās acturus: si mulierē iueneris pudicā. ¶ Tarpeiū: Capitolinū. Nā mōs Capitolin⁹ vbi ædes erat Iouis, mons aū Tarpeius dictus ē a virgine Vestali Tarepia, q ibi a Sabinis necata armis & sepulta, eius nois reliqt monimētū. inde ēt appellata ē rupes & saxū Tarpeiū vñ noxii pcipitabāt. hūc antea montē Saturniū appellatū pdiderunt, & ab eo late Saturniā terrā. — Capitolinus mons Tarpeius Rupes tarpeia ¶ Auratā: nā victimæ maiores (vt Pli. scribit) cornibus auratis dūtaxat imolabāt. bñ aūt Iunoni ait iuuencā mactādā. Iuno .n. nubētibus pesse dr. Vir. Iunoni ante oēs, cui vincla iugalia curæ. & alibi: Pronuba Iuno. Colebat itē Iuno iugis i vico iugario, vt ē apud Liuiū libro ab vrbe cōdita: qd scribit Festus ita appellatū, q nubere cōiūgeret. ¶ Capitis: ptē posuit p toto .i. corpis pudici. ¶ Paucæ adeo Cereris: tanta, inquit libidine mulieres flagrant: vt paucæ inueniant matronę pudicæ: q digne sint sacra Cereris administrare. p matronas .n. castas Thesmophoria .i. sacra Cereris legiferæ celebrabant. vñ ita scri. Diony. i primo: Ei sacrificia faciebāt p fœminas & nephalios: hoc est sobrios: vt lex est græcis. Ea aūt sacrificia p nouē dies celebrabant a matronis summa p eos dies castimonia. vñ Ouidi. in x. meta. Primitias frugum dant spicea serta suarū: Perq; nouē noctes venerē, tactusq; viriles In vetitis numerāt. Ceres āt Thesmophores appellat: qsi legifera. θεσμός .n. legem significat. pria .n. (vt tradūt auctores, iter quos Pli. in. vii. & Diodo. in. vi.) leges iuenit. De cui⁹ sacris ita Liuius: Sacrū anniuersarium cereris itermissum ē: qa nec lugētib⁹ facere id fas est: nec vlla illa tēpestate matrona luctus exps fuerat. Diod. quoq; tradit Cereris mysteria āticitate, castimōiaq; apd oēs hoies vulgata fuisse. Ci. in Verrinis docet quēadmodū sacra Cereris p mulieres castas & virgines cōficiebant. — Tesmophoria. Tesmophores ¶ Pr oscula: nā ex veteri istituto affines occurētes osculo excipiebāt. vñ

Plinius

Plinius lib. xiiii. sic scribit: Cato ideo propinquos fœminis osculum dare, vt scirent an temetum olerent. de hoc more: item plutarchus in Problematis disputat. ¶ Timent oscula: vt impudica. ¶ Vnus Iberinæ: ita loquitur poeta quasi Vrsidius respondeat Iberinam vno viro contentam. pronunciatiue legendum. ¶ Extorquebis: difficulter obtinebis.

ba sunt cõgratulãtis Vrsidio & dicentis. o Posthume necte postibus tuis coronã. i. corona postes domus tuæ. sicut faciebant qui vxores ducebant. & necte p limina densos corymbos. i. hederã cum corymbis: quæ fructus eius sunt. i. instrue domũ frondibus. & exhibe te paratum nuptiis tuis. inuẽta est enim tibi vxor. Nam vnus vir sufficit Iberinæ mulieri illi in vrbe agenti, quam ducere poteris. Rñdet poeta. Tu extorquebis. i. cum difficultate impetrabis ab ea. ocyus. i. citius illud, vt. s. hæc sit cõtẽta vno oculo, q̃ sup. vno viro.

ASCE. ¶ Sed placet Vrsidio &c. Sed forte, inquit, poeta lex Iulia placet Vrsidio. i. approbat legem latam contra adulteros: non vult amplius esse adulter: sed generare legitimos liberos: sed id fieri non posse videtur potissimum cũ sit maximus adulter: & vxorem castam petat: qualem ẽt si ipse castus esset, difficillimũ esset reperiri. & ita pgreditur ad vitia mulierum notanda. Ordo est: Sed sup. dicas. lex Iulia lata cõtra adulteros placet Vrsidio Posthumo. ipse cogitat. i. aĩo concipit. tollere. i. educare. dulcem hæredem: idest legitimos filios: quibus nihil dulcius. cariturus. i. existens eo animo: vt ob hoc carere velit. magno. i. pingui. turture. i. aue potius q̃ pisce. vtrunq̧ autẽ significat turtur: sed pro pisce tamẽ masculini est generis: pro aue autẽ fœminini. & iubis. i. barbis. & anteriore parte oris mulorum. i. illorum piscium in delitiis habitorũ a Macello captatore. i. omni obsonio: qd a captatoribus e Macello ad ipsum mitti solebat. sed innuit poeta id non esse verisimile. nam quid, inquit, putes nõ posse fieri. q. d. nihil. Aduerte autem grãmatice q̧ non vulgo dicunt: si possibile est maiores: qui caste atq̧ latine locuti sunt semp dixisse: si fieri potest. si vlla. i. quæuis vna qualiscũq̧ vitæ. est enim diminutiuum vllus ab vno. iungitur. i. fit cõiux Vrsidio. Vt sit notissimus olim mœchorum. i. adulterorum. porrigit. i. porro & vltro pbet iam ora stulta. i. desipiẽtia. capistro. i. freno. maritali. i. matrimoniali. quẽ cista Latini periturj. i. qui timebat delationibus perire. vnde in prima: Dicta est a trepido Thymele summissa Latino. texit. i. abscõdit toties. aduentante. s. ipso Latino. qd sup. dicendum est de hoc. q̧ vxor de moribus antiquis. i. casta & pudica quęritur illi. s. Vrsidio. O medici ptundite mediã venã. quã mediã, aut medianã dicunt. vt. s. Vrsidius leuetur ab insania, qua nunc agitatur. delitias hois. i. hoĩem delitiosum. nõ expressit o. quia (vt Valla docet) vbi minor est excandescẽtia & res leuior: o subticetur. ponitur tñ accusatiuus tanq̃ ab eo rectus: vt sit o delitias hois: hoc est o q̃ delitiosus est hic homo. vel quas delitias habet &c. O Posthume adora pronus. i. prostratus in terram. limen Tarpeium. i. introitum arcis Tarpeiæ, vbi Iouis, Iunonis, & Mineruæ templum est. & cæde. i. macta, sacrifica Iunoni. cui (vt Vir. dicit) sunt vincula iugalia curę. iuuẽcam. i. vitulam. auratã. i. aurata cornua habentem. si matrona pudici capitis cõtigerit tibi. Adeo. i. in tãtũ sup. sunt modo paucæ mulieres dignæ cõtingere. i. tractare vittas. i. serta ornantia. Cereris. i. illius Deæ ppter raptum filiæ Proserpinę eius adulteria & incõtinentiã detestantis. & ob id non nisi a castris tractabilis: hoc est igitur paucæ sunt admodum castæ hoc tpe: quarum oscula pater non timeat. q non nisi casta & honestæ castitatis signum præ se ferentia desiderat: cum iã oẽs fere lasciuissima basia conferant. Necte coronam postib⁹. ver

Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
Viuentis. viuat Gabiis, vt vixit in agro,
Viuat Fidenis, & agello cedo paterno.
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus? aut in
Speluncis? adeo senuerunt Iuppiter, & Mars.
Porticibus ne tibi monstratur fœmina voto
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, quodq̧ inde excerpere possis?
Chironomon Ledam molli saltante Batillo
Tuccia vesicæ non imperat, Appula gannit
Sicut in amplexu, subitum, & miserabile, longum
Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit.
Ast aliæ quoties aulæa recondita cessant,
Et vacuo, clausoq̧ sonant fora sola theatro,
Atq̧ a plebeis longe Megalesia, tristes
Personam, thyrsumq̧ tenent, & subligar Acci
Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ
Gestibus Autonoes, hunc diligit Aelia pauper.
Soluitur his magno comœdi fibula, sunt, quæ
Chrysogonum cantare vetent, Hispulla tragœdo
Gaudet, an expectas, vt Quintilianus ametur?
Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusq̧ choraules.
Longa per angustos figamus pulpita vicos.
Ornentur postes, & grandi ianua lauro,
Vt testudineo tibi Lentule conopeo.
Nobilis Euryalũ, aut mirmillonem exprimat infans.

¶ Magna tamen fama est: iterum introducit Vrsidiũ ostẽdentem in agris q̃ndam inueniri, quæ honeste viuat. ¶ Viuat Fidenis: verba Iuuenalis ad Vrsidium, qbus colligit nõ tam facile in vrbibus, q̃ in agris pudicitię locũ esse: sed tñ & in locis agrestib⁹ & montanis multa per libidinẽ flagitia committi. legant̃ aũt pronũciatiue: Viuat Gabiis, vt vixit in agro: ac si dicat: Non ita viuat in vrbe, vt vixit rurj. ¶ Gabiis: ciuitas Latii vbi (vt scribit Dionysi⁹) Romulus & Remus eruditi sunt. ¶ Fidenis: vrbs Latii. ¶ Et agello cedo paterno: & particula indignationem sæpe exprimit. vt illud Virgil. Et quisquã numen Iunonis adoret? quasi inuitus assentiat in agris caste degi. vt sit: cõcedo quidem ita esse vt dicis: q̧ in agro quædam bene viuat: sed qs tamen affirmet in agris nihil impudicũ agi? ¶ Adeo in tantum: ita ne. ¶ Senuerunt Iupiter & Mars: per Iouem & Martem omnes mœchos intelligit. nam Iupiter & Mars (vt ex poetarum monimentis colligitur) mulierum maximi fuere stupratores. ¶ Porticibus ne tibi: pcurrit poeta locos: quo frequentes mulieres conueniebant: vt erat Porticus Liuiæ: Porticus Pompeias Theatrum. Vnde Ouidius in primo de arte amãdi: Tu modo Pompeia lentus spaciare sub umbra: Cum Sol Herculei terga Leonis adit. Nec tibi vitetur, quæ priscis sparsa tabellis Porticus, auctoris Liuia nomen habet. Est ergo sensus: In uenies ne in his locis tantopere celebratis a mulieribus aliquam, quæ honesta sit & digna uoto tuo. ¶ Spectacula: theatra. nam & mulieres ad spectandos ludos in theatra conflue bant. vnde Ouidius in eodem: Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos: Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ. ¶ Cuneis: sedilibus theatri. Nam cunei dicitur sedes Theatri Virg. Nuncius Anchisæ ad tumulũ, cuneosq̧ Theatri Incensas perfert naues Eumelus. Tranquillus in Augusto: Prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis assignauit. Quidam vero non vulgares mathematici cõtẽdunt cuneos proprie appellari vias illas (nam multæ sunt) quibus itur & in Orchestram: quæ in ima parte Theatri humi posita est: & in partes theatri superiores. Cuneus ẽt dicitur quo scinduntur ligna, & ordo in exercitu. ¶ Chironomon: ita, inquit, mulieres sæculi nostri in libidinem sunt prosusę: vt vel lasciuæ saltationis spectatione pruriant & corrumpantur: vnde Ouid. de remedio amoris: Corrumpunt animos citharę, cantusq̧, lyræq̧: Et vox, & numeris brachia mota suis. ¶ Chironomon Ledam: Leda nomen est fabulæ nominatæ a Leda matre Helenæ: quę chironomia repræsentabatur: idest manuum gesticulatione a χειρ quod est manus: & νομοι lex:

quibuſdam.n. veluti pſcriptis motibus & nutibus taciti ſal/
tabāt.quorū alii appellabant ſubitmalii lōgi:miſerabiles alii.
De qbus illic ſenſit Claudianus:Qui lætis riſum ſalibus mo
uiſſe facetus:qui nutu,mãibuſq; loquax. Nã oẽs fabulæ(au
ctore Luciano adhibitis tibicinibus in ſcęna ſaltabãt: vt Lę
da, Antiopa, Andromache, Cyclops. Trangl.in Nerone: Ac
nouiſſimo die vouerat hiſtrionem ſaltaturū, Virgilii Turnũ
Cicero in.ii.qõnũ academicarũ:Qui primo inflatu tibicinis
Antiopã eẽ aiunt:aut Andromachẽ. Horatius:Paſtorẽ ſalta
ret vti Cyclopa rogabat. Iuli⁹ Capitolinus ĩ Galenis ſic ſcri
bit: Cyclopa ẽt luſerunt oẽs arenarii ita, vt miranda qdã &
ſtupenda mõſtrarent. Auſonius in ſaltatorẽ ineptũ: Decepte
felix caſus imiſcuit arti: Hiſtrio ſaltauit, q capanea ruit. Idẽ
q Nioben ſaltauit ſaxeus, vt tum Spectator verã crediderit
Nioben. In Canace viſus multo felicior ipſa:Q d nõ hic gla/
dio viſcera diſſecuit. Idẽ de eodẽ: Daphnẽ & Niobẽ ſaltauit
ſimius idem Ligneus vt Daphne, ſaxeus vt Niobe. Trangl
lus in Caligula:Pantomimus M.Neſtor tragœdiã ſaltauit.
cia ⸿Tuccia veſicæ nõ imperat .i. Tuccia mulier pudica:qua/
lis fuit Tuccia virgo veſtalis: q̃ cribro ſumpta aqua ex Ty
beri virginitatẽ ſuam ꝓbauit. non tẽperat.i. non cõpeſcit ti
tillatum libidinis ſpectando ludos:ac p hoc docet mores nõ
modo turpia audiẽdo:ſed ẽt videndo facile vel in bonis cor
rumpi. Vnde Maſſilienſes debita laude fraudandi non ſunt:q
in ſcænã nullum adytũ mimis dederunt:q eorũ argumenta
maiore ex parte ſtuprorũ cõtinent actus:ne talia ſpectandi
cõſuetudo ẽt imitandi licentiã ſumeret. vnde & Diuus Cy/
prianus in epiſtolis ſuis ſic ſcribit: Adulteriũ diſcit dum videt
& quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculũ matrona proceſſerat,
de ſpectaculo reuertit impudica. ⸿Batillo:mimo ſaltãte Lę
dam chironomon.i.dũ ſpectat Batillũ mimũ ſaltantẽ fabu/
tillus lam Lædã:ubi molli opus erat ſaltatione. nã Batillus(vt di/
ximus in cõmẽ.Per.)Mimus fuit. de quo & Perſi. Tris tñ ad
numeros ſatyri mouere Batilli. Batillus item puer fuit di/
lectus ab Anacreonte poeta, vt oſtẽdit Apule.in floridis. &
Horatius:Non aliter ſamio dicunt arſiſſe Batillo Anacreon
tilli ta Teium. Batilli item populi ſeptẽtrionales, auctore Ptole
mæo Batillũ item inſtrũ eſt ferreum, quo vtimur ad vſum
ignis. Horatius: Prętextã & latũ clauum, pruneq; batillum.
⸿Appula gãnit Sicut in amplexu: Appula nomẽ eſt mulie/
ris. quæ inqt ad pruritũ mouet, & vocis murmure libidinẽ
exprimit: ac ſi eſſet in amplexu hoĩs dum ſpectat talem ſal/
tationẽ. ⸿Subitũ:ordo eſt: Thymele attendit ſubitũ & mi/
ſerabile & longũ. noĩa enim ſunt(vt diximus)geſtuũq; mo/
tu manuum fiebant in ſaltatione. ⸿Thymele:mulier quę ſal/
tationis oblectabat: θυμέλη ꝓprie dicitur pulpitũ, ſcęna. θυμε
λικὸς hiſtrio. de Thymele aũt in pri. Saty. vberius diximus.
⸿Ruſtica:rudis & iperita an vere ruſtica & pagana. vt oſtẽ
dat non modo mulieres vrbanas: ſed & ruſticas ſpectaculis
laſciuis corrumpi. ⸿Attendit:diligẽter obſeruat vt diſcat.
⸿Aſt aliæ quoties:ſenſus eſt: Quoties, inqt, ludi theatrales
ceſſant: & ludi circẽſes ſunt longe a plebeis: hoĩeſq; negociis
forenſibus ſunt occupati:mulieres per multũ ocium ornamẽ
ta hiſtrionica cõtrectant. Eſt aũt ordo: Aliæ triſtes tenent p/
ſonã, & thyrſum, & ſubligar Acci:quoties aulæa recondita
ceſſant: & quoties fora ſola ſonant clauſo Theatro: & quo
ties Megaleſia ſunt longe a plebeis. ⸿Aulæa recondita.i. ve
la q ornamẽta ſcænæ:ac p hoc ipſi ludi ſcænici: in quorũ ap
paratu ſunt ipſa aulea & vela: cũ ad ornatum, tum ad Solẽ
arcendũ. Vñ Hora. in Epiſto. Quatuor haud plures aulęa ꝓ
munt in horas. ⸿Ceſſant: ſubmota ſunt. ⸿Sola fora.i.iudi/
ciaria. nã tria erant fora Romæ. vt docet Trangl. in Augu/
ſto: q cũ duo nõ ſufficerẽt: tertium extruxit. ⸿Clauſo Thea
tro: finitis ludis. clauſo igit Theatro q̃tum ad ludorũ celebra
tionẽ: non q mulieres nõ ingrederent: & ipſa illa ſcænica p
gale tractarent ocioſæ: taliũq; rerũ valde ſtudioſæ. ⸿Megaleſia
ludi erant Circẽſes, q in honorẽ magnæ matris celebrabant.
dicati a Iunio Bruto: qd docet Liuius his verbis: Marcus Iu
nius Brutus ædem magnæ matris Deũ in palatio dedicauit.
& ludos ob eandẽ dedicationẽ factos megaleſia appellauit.
μεγάλη.n. magna dicitur. μεγάλος magnus. Tales ergo ludi
magna cũ voluptate totius populi celebrabant. De qbus Iu
ue. infra: Interea megaleſiacæ ſpectacula mappę: Idæũ ſolẽ/
ne colũt: ſimiliſq; triũpho Prædo caballorũ ꝑtor ſedet: ac mi
hi pace Immenſæ, nimiæq; licet ſi dicere plebis. Totã hodie
Romã Circus capit. ⸿Longe a plebeis: ſubaudi ſunt .i. quo/
ties ludi circẽſes. q in grãm plebis maxime exhibebant, ſunt
lõge a plebeis.i. pfecti ſũt: & plebei a ludis diſceſſerũt. nã(vt
diximus) initio veris ſtato, ſolẽniq; die celebrabant: magno
totius plebis ſtudio & delectatiõe. vñ ait: Ac mihi pace Im/
mẽſę, nimięq; licet ſi diceret plebis. Et alibi: Nã q dabat olim
impiũ, faſces, legiões, oĩa, nũc ſe Cõtinet, atq; duas tm̃ res an
xius optat Panẽ & Circẽſes. Eos plebeios appellauere ꝑm Aſ
coniũ Pædianũ q exactis regibus ꝓ libertate plebis fecerũt:
aut ꝓ recõciliatione plebis. ⸿Triſtes: qa priuatæ ſint ea lu/
dorũ voluptate. ⸿Tenẽt: ptractãt. ⸿Perſonã: indumentũ fa/ Perſona
ciei. pſona aũt dicta eſt a pſonãdo: qm tegmẽ illud oris & ca
pitis vna tm̃ vocis emittẽdæ via puiũ, & magis claros, cano
roſq; ſonitus facit. Hæc ex Gellio. ⸿Thyrſum: haſtã iuolu/
tã Pãpino: quali vtebant Bacche in ſacrificiis Liberi pris. Ta
lia.n. oĩa ĩ Theatro cõſeruabãt. ⸿Subligar idumẽtũ quo hi Subligar
ſtriones ad velãdas ptes corpis iſeriores vtebãt. Idẽ ſubliga Subligaculum
culũ dicebat. Cic. in Officiis ſuis: Scęnicorũ qdẽ nos tãtã hẽt
veterẽ diſciplinã verecũdiã, vt in ſcæna ſine ſubligaculo p/
deat nemo. Nã(vt ſcribit Dion.)certatores ſcænici in ludis
verſabant reliq̃ pte corpis nuda circũ pudẽda velati. Accit
nomẽ ẽ hiſtrionis: ⸿Vrbicus: aliud vitiũ notat in mulierib⁹.
Coplunt, inqt, amore ſcęnicorũ cãtantiũ. Sed eũ ĩi fibulatiuo Fibule
cẽ ſuã vẽdãt in recitatiõe fabularũ: cogunt accepto ꝓtio ſolue
re fibulas ſuas, vt coeãt cũ eis. Nã cãtores ſcęnici vt gratiorẽ
cõſeruarẽt vocẽ iſibulabant. duplex aũt fuit fibulę genus. In
dumẽtũ.ſ. quo nõ ſolũ vtebant ad iguina tegẽda, ſed vt ẽt a
coitu cõprimerent, vñ eſt illud Marti. Menopili Penẽ tã grã
dis fibula veſtit: Vt ſit comœdis oĩb⁹ vna ſatis. Hũc ego cre
diderã(nã ſępe lauamur ĩ vno)Solicitũ voci parcere Flacce
ſuæ. Dũ ludit media populo ſpectãte palæſtra: Delapſa ẽ mi
ſero fibula, verpus erat. Erat tenuiſſimũ filũ ſiue æneũ, ſiue
argẽteũ q̃d ꝓputio ab vtroq; latere ſup glãdẽ pſorato adde
bat. Id aũt fiebat tũ vocis cõſeruãdæ, tũ valetudinis gr̃a. qd
docet Cor. Cel. lib. vii. Placet magis itelligamus de hoc gñe
fibulæ, q̃ de idumẽto. hoc.n. mõ vox magis ſeruari põt, q̃ p
indumẽtũ, qd facile & ſolui & deponi põt. ⸿Vrbicus: nomẽ
ſcęnici. ⸿Exodio: exodia(vt docet Liui. lib. vii. ab vrbe cõdi Exordia
ta, & vt dixim⁹ in. iii. Satyra)ridicula q̃dã erãt itexta verſi
bus. q̃ in ſcęna cãtabãt. Verba Liui. hæc ſunt: Iuuẽtus hiſtrio
nibus fabellarũ actu relicto ipſa iter ſe more antiquo ridicu
la itexta verſibus iactare cœpit: vñ exodia, q̃ exodia poſtea
appellata. cõſertaq; fabellis potiſſimũ attellanis ſunt. Ergo
exodio attellanæ.i. ridiculo iſerto fabellæ attellanę. nã attel Attellanæ fabulæ
lanæ fabulę dictæ ſunt a ciuitate Oſcorũ Attella. Vbi primũ Attella
cœptæ argumẽtis, dictiſq; iocularibus ſimiles ſatyricis fabu
lis græcis. Deſis Diomedes, & Donatus in Terẽ. ⸿Geſtu b⁹
Autonoes, dũ ꝑſonã Autonoes ſuſtinet ĩ agẽda eius fabula. Autone
Nã Autonoe filia fuit Cadmi Thebarũ regis, & mr Actæo/
nis cõuerſi ĩ ceruũ, & a canibus diſcerpti. De Autonoe ergo
ſcripta erat fabula. ⸿Hũc diligit: hinc eſt idignatio poetæ, q
delectata cãtu viri ſcænici ſtati ĩ amorẽ eius iciderit. ⸿Aelia
paup.i. mulier nobilis & paup: vt oñdat non minus paupes
mulieres, q̃ diuites libidinis æſtu flagrare. Nã familia Aeliorũ
fuit pauprima. Eodẽ.n. tpe ſexdecĩ fuere Aelii Tuberones in
unis ædibus: qbus vnus tm̃ fuit fundus in agro Veiẽte, & in
Circo maximo, & flaminio ſpectãdi locus, q qdẽ loca ob vir
tutẽ publice donata poſſidebãt. hęc ex Valerio lib. iiii. ca. de
paupertate. ⸿Fibula comœdi: qua vtit comœdus, vt dictũ ẽ.
⸿Soluit ab iis.i. ab illis mulierib⁹ ad coitũ. ⸿Chryſogonũ:
nomẽ citharœdi fictũ a poeta reſpiciẽte ad Chryſogonũ illũ
citharœdũ, q tpibus Alcibiadis ĩ eius naui tãta arte remigiũ
manus dirigebat: vt cũ illi remorũ pulſum cũ Chryſogoni cã
tu cõiungerẽt iucũdã audiẽtibus redderẽt harmoniã, Chry
ſogonus aũt interꝑtari põt ſemen aureũ, Nã χρυσὸς aurum

γονος semen significat. Cătare vetĕt: sunt aliç, inqt, ĩ causa ne Chrysogonus cantet. factus .n. est raucus nimia libidinis cõtinuatione. Tragœdo: viro scænico. vt oñdat mulieres libenter sequi -pitus virorũ inhonestorum. vnde sequitur. An expectes: .. Quintilianus ametur: quasi dicat mulieres viros sapientes & doctos nõ amant: vtpote qui a tali turpitudine abhorreant. Quintilianũ autẽ posuit pro omni viro sapiente, & docto. Accipis vxorẽ .i. vxorem ducis: de qua liberos suscipient viri citharœdi. nam Echion & Glaphirus nomina sũt citharœdorũ. Martia. Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro. Glaphyrus aũt interpretaĩ festiuus, iucundus, astutus, ornatus, politus. Fiat pater: suscipiat liberos. Coraules: tibicen. qui in choro fistula canit. nam χορος dicĩ tripudiũ, cœtus, chorus. αὐλος tibia. fistula. & αὐλεω tibia cano. Ambrosius: interpretaĩ diuinus & immortalis. Longa per angustos: hæc omnia p ironiã legenda sunt. Simus, inquit, læti & in signũ lætitiæ nuptialis ornemus ędes lauro: vt tibi infantẽ pariat vxor tua ex gladiatore. Figamus pulpita: in nuptiarũ .n. celebratione talia fieri solebant per vrbẽ: vt res ludicras agerẽt. Ianua lauro: nam tota domus in nuptiis ornabaĩ. Apul. in asino aureo lib. iiii. Domus tota lauris obsita: tedis lucida constrepebat Hymenæũ. Statius in nuptiis Stellę: Fronde virent postes, & feruẽt cõpita flãmis. Infans nobilis .i. qui filius tuus putabiĩ & nobilis: cũ tamẽ gladiatore natus erit. Exprimat: representet, referat similitudine, & omnibus oris liniamentis gladiatorem. Euryalũ: nomẽ est retiarii alterius ex gladiatoribus. alter eni mirmillo appellabaĩ. de quibus plura diximus in .ii. Satyra illic: Vicit. & hoc mõstrũ tunicati fuscina Gracchi. Tibi Lẽtule: tibi o Vrsidi Posthume, qui lanista videri poteris, cũ domus tua repleta erit filiis gladiatoribus. Nam Lentulus Barbatus cognominatus lanista fuit caput nobilissimus. Ex cuius ludo quatuor & septuaginta gladiatores pfugerunt: qui seruis ad vexillũ, auxiliumq; vocatis Chryso: Spartaco: & Enomao ducibus crebris exercitus Romanos cladibus afflixerũt. Auctores Plutar. in vita M. Crassi. Liuius lib. xcv. ab vrbe condita L. Florus. Appianus Alexandrinus. Conopeo: lecto tuo. Nã conopeũ velum pprie appellatur quo maxime Alexãdrini vtuntur ad arcendos culices. Extẽdi .n. circa lectũ quaqua versum cõsueuit: quia ibi ex Nilo culices abũdãt. κωνωψ culex dicĩ. De quo ita Horatius: Interq; signa turpe militaria Sol aspicit conopeũ. Varro in .ii. de re rusti. loquens de mulieribus comitantibus pastores. sic ait: Quæ ostẽdunt fœtãs nostras: quæ in conopeis iacẽt dies aliquot esse mucidas & contemnendas. Testudineo: nam lectũ testudine, citro, & ebore ornabantur.

Gaphylrus Choraules Ambrosius Conopeum

ASCẽ. ¶ Magna tamen fama est. Contra illud qđ dictũ est de Iberina muliere in vrbe agenti: q̃ potius cõtenta sit vno oculo, q̃ vno viro: obiicitur mulier in agro degens: vt significeĩ ne in agro qdem esse pudicitia. Ordo est: Tamen .i. quãuis. sup. Iberina non sit casta. magna fama est .i. bona cõmendatio & opinio cuiusdã viuentis rure paterno. respondet poeta. viuat Gabiis vt vixit in agro: quasi dicat id efficere nõ posset: vt etiam in minimo oppido casta viuere possit: sicut in agro forsan vixit: quia eã nemo rogauit. nã viuat Gabiis aut Fidenis .i. in illis oppidulis Italię. nõ sup. viuet vt vixit ĩ agro. sed cedo .i. cõcedo tibi vt sup. viuat in agello paterno: tamen quis affirmet. nil .i. nullũ opus venereũ actum esse in montibus, aut in speluncis. q. d. nemo. vnde infert adeo. nunquid adeo .i. intantum. Iupiter & Mars .i. potẽtes adulterii: quales Iupiter & mars .i. domini pagorum. & milites in agris subinde versantes senuerunt .i. impotentes ad rem veneream effecti sunt: vt quis audeat viuentẽ in agro castam affirmare: q̃si dicat non. Et si non est casta affirmanda, quæ ex agro in vrbem venit: vt Iberina. nec quę in agro paterno adhuc viuit: quærenda est vrbana. nõne ergo fœmina digna tuo voto .i. desiderio: hoc est casta & pudica monstraĩ tibi in porticibus .i. amplis domibus in ciuitate romana porticum habentibus q̃si dicat non. an spectacula .i. Theatra. quo nobiles & ignobiles cõueniunt ad spectãdum. habent totis cuneis .i. recepta culis & sedibus suis sup. aliqd .i. aliquam fœminã. qđ .i. quã. ames .i. amare possis. securis .i. sine cura & formidine de incõtinentia eius. & quod possis excerpere .i. diligere tibi inde .i. ab omnibus illis: quasi dicat non. quod probat: quia Thuscia .i. mulier a Thuscia. non imperat .i. non moderatur vesicæ .i. non potest continere quin mingat. Batillo .i. mimo, & (vt dicunt) ioculatore & saltatore illo molli. saltante .i. dum Batillus mollis saltat. Lædã .i. saltationem illã sic vocatam. Chironomon .i. gesticulatricem, & q̃ seruata lege manuum fit. & est actũs græcus cõmunis generis. Appula .i. mulier ex Appulia. gãnit .i. vocẽ vulpis emittit. sicut sup. emitteret ĩ amplexu .i. si amplecteretĩ ad coitum. Thymele .i. quis mulier scænicis & histrionibus delectata. attẽdit .i. animaduertit. subitũ sup. genus saltãdi, miserabile .i. exile. & longũ .i. plixum. & Thymele dico rustica .i. adhuc imperita saltandi discit. tunc .i. quando. ille saltat sic attendendo ad singulos motus eius. hæ mulieres quæ non ita dudũ in vrbẽ venerant. discunt diligẽter genera saltationũ. & nimio gaudio afficiunĩ saltãte Batillo. Ast .i. sed. quoties aulæa .i. vestes variis floribus, aut imaginibus intertextæ: quæ in aula Attali primũ inuentę dicuntur: & in theatris ad mutos dependent: similes tapetibus, qui in scabellis substernunĩ. aulæis autem Theatrum ornabaĩ quoties ludi agebantur. quoties ergo aulęa recõdita .i. reposita. cessant .i. quoties ludi non amplius exhibenĩ. & quoties sola fora in qbus lis dicĩ, sonãt. theatro .i. loco spectaculoꝝ clauso. & megalesia .i. magnæ Deoꝝ matris: videlicet Cybeles. ludi sunt sup. longe a plebeis sup. ludis .i. post longissima interualla exhibenĩ post plebeios ludos. vel (vt alii intelligũt) sũt longe .i. non exhibentur plebeis sup. hominibus. aliæ sup. mulieres .i. vrbanæ ludis illis assuetæ: existentes tristes. tenent .i. tractant, & induunt. personã .i. tegmen. oris .i. faciei. cuiuslibet effigiem habens (quã falsam, i. nõ suã faciẽ galli vocant) & thyrsum .i. hastam pampinis inuolutam. & subligar .i. quo virilia teguntur. ne inter agendum inhonestius nudenĩ. Acci .i. Acci illius mimi .i. ipsæ inter se imitantur mimos: qđ plus est q̃ adhuc discere. Præterea interea dũ ludi publici nõ fiunt: Vrbicus mimus ille mouet risum inter mulieres. exodio .i. lasciuo & inculto carmine: quo in fine festorum rustici vti solebant. & gestibus Autonoes fabulæ sic dictæ. atellanæ .i. de genere Atellanarum. Aelia matrona illa romana pauper: quę non posset comœdi consuetudinẽ impetrare, diligit hunc .i. Vrbicũ exordioꝝ cãtorẽ. & ita semirusticũ. sed fibula: qua ligabanĩ pudenda actorũ comœdiarum: vt a coitu per quem raucescerent, abstineãt. comœdi .i. actoris comœdiarũ. soluitur ad coitũ .s. his .i. ab aliis .s. diuitibus. magno .i. magna mercede. sunt sup. aliæ quę vetent p frequẽtem coitũ Chrysogonũ cantorẽ illũ cantare. Hispulla .i. matrona illa. gaudet tragœdo .i. actore tragœdiarũ. an expectas vt Quintilianus .i. vir bonus & doctus vt Quintilianus erat, ameĩ. q. d. id frustra faceres. Tu quicunq; Romæ vxorẽ ducis: accipis vxorẽ de qua Echion vir ille citharœdus .i. cithara canens aut Glaphyrus .i. alius citharœdus. aut choraules .i. iflator tibię: hoc est tibicen. Ambrosius .i. adhiberi solitus cũ Ambrosia .i. bellariis & dulciariis peracta cœna. & hoc potius dicerẽ, q̃ propriũ esse viri. fiat pater .i. qui ab illis corrũpenda sit. figamus .i. ponamus firmiter. longa pulpita in qbus nuptiarum ludi aganĩ. per angustos vicos .i. p eos, qui prę multitudine populi angusti fiant. aut p angiportũ postes domus nostræ ornentur sup. frondibus. & ianua ornetur sup. grãdi lauro .i. faciamus oĩa pertinentia ad solẽnitatẽ nuptiarũ: vt o Lẽtule vir Romane, diues, & senatorius, infans nobilis, quẽ vxor tua iã noua nupta pariet. exprimat .i. representet expresse aliqñ. Euryalum .i. retiariũ simile Euryali. aut mirmillonẽ .i. gladiatorẽ aduersariũ eius more gallico armatũ: quẽ retiarius capere tentat cantans: Piscẽ peto: te nõ peto: cur me fugis galle? habebat eni mirmillo piscẽ in galea. exprimat inquã Conopeo .i. sub velo, quali ad arcendos culices Aegyptii vtebãtur. testudineo .i. camerario in morem testudinis incuruato. testudinẽ aũt voco, quã galli voltã .i. curuaturã circumuolutam. Et hoc potentem innuit: sed omnia per ironiã dicit.

Nupta senatori comitata est Hippia Ludium
Ad Pharon,& Nilum,famosaq; mœnia Lagi,
Prodigia,& mores vrbis damnante Canopo.
Immemor illa domus,& coniugis,atq; sororis
Nil patriæ indulsit,plorantesq; improba natos,
Vtq; magis stupeas,Paridem,ludosq; reliquit.
Sed quamquā in magnis opibus,plumaq; paterna,
Et segmentatis dormisset paruula cunis,
Contempsit pelagus,famam contempserat olim,
Cuius apud molles minima est iactura cathedras.
Tyrrhenos igitur fluctus lateq; sonantem
Pertulit Ionium constanti pectore,quamuis
Mutandum toties esset mare.iusta pericli
Si ratio est,& honesta,timent,pauidoq; gelantur
Pectore,nec tremulis possunt insistere plantis.
Fortem animū præstant rebus,quas turpiter audent.
Si iubeat cōiux,durum est conscendere nauium.
Tunc sentina grauis,tunc summus vertitur aer.
Quæ mœcum sequitur,stomacho valet,illa maritū
Conuomit,hæc inter nautas & prandet,& errat
Per puppim,& duros gaudet tractare rudentes.

IOAN. Brit.

¶ Nupta senatori:exemplo Hippię ostēdit primarias mulieres intemperantiæ crimine nō carere. Nam Hippia vxor Fabricii Veiētonis viri senatorii tpibus Domitiani,de quo Plinius meminit,in epistola ad Semproniū Rufum:relicto marito secuta est gladiatorē abeūtem ex Vrbe in Aegyptum. De hoc Veiētone intellexit ante i Satyra:Ecce iterū Crispinus: Et cū mortifero prudēs Veiento Catullo. Vir enim fuit (vt diximus) senatorius,Neroniq; familiarissimus. Ludium: carmen est hypermetrū sicut illud: Veniet q pulmentaria cōdiat. Virg. Hæc finis fandi solio cū Iuppiter aureo. Ludii & Ludiones dnr histriones & viri scænici a ludo nominati. sic etiam Ludiæ dictæ sunt mulieres pari modo se in scænis exercentes.

Pharos

¶ Ad Pharon: Pharos insula est opposita Alexādriæ: eiq; ponte iuncta. de qua egregie scribit Cæsar in cōmentariis seu Oppius pro eo: Et Iosephus in qrto de bello iudaico: Eiusdē nois in ea est etiā turris,ex q̄ faces exerunt tpe noctis indicātes ibi portū eē nauigantibus. ¶ Famosaque mœnia Lagi.i. Alexandriā,q̄ i Aegypto est.vbi & Pharos & Nilus sunt. vt illud ōndat mulierē ad Aegypti oras nauigasse. Mœnia aūr Lagi Alexandriā itelligit. Nā Ptolemęus qui Alexādro successit Lagi fuit filius. vñ & Lagidarū iperiū cepit:qd post multos annos mortē Cleopatræ euersum fuit. ¶ Famosa:infamia,aut qa (vt testat Strabo) oēs post tertiū Ptolemæū male vixerūt delitiis corrupti:oium vero pessime qrtus & septimus & vltimus Auletes:aut qa ibi Popeius pfide occisus sit a Ptolemæo:aut quia in ppinquo Canopi sit fossa nocte,dieq; cymbarū plenai qbus mulieres & viri ipudēter canunt & lasciuiūt. Sic.n. & Cęsar apud Luca.i vii. appellat regna famosa ignaua & imbellia: cū hortat milites aduersus Pompeianos: Ite p ignauas gentes,famosaq; regna. Famosum itē in bonā partem plerūq; est legere apud auctores. Apuleius in.xi.metamor. At ille vir alioqn grauis & sobriæ religionis obseruatiōe famosus.

Canopus

¶ Canopo dānante pdigia.i. Canopo lasciua nō pbante mores Vrbis. Vt sit sensus: Licet Canopitani lasciue & turpiter viuerēt,dānabāt tñ,iquit,mores Romanos & tantā ipudicitiā veluti pdigiosam:quasi q tm flagitiū ipsi nō cōmitterent. Canopus autē nomē accepit (auctore Strabo.) a Canopo Menelai gubernatore:q ibi sepultus fuit.distat aūt ab Alexandria centū & viginti stadiis.de q̄ ēt i prima Saty. Nil patriæ idulsit.nihil pensi habuit:quominus pñæ suæ dedecori eēt.nullū habuit patriæ respectū:quominus id ageret:debuit eni rōne pñæ tanto scelere abstinere. ¶ Plorātes: ordo est: Improba reliqt natos plorātes. ¶ Vt magis stupeas:magis mireris. publicā aūt Romanoŋ (qd sæpe facit) desidiā taxat,q tātope ludis scænicis,circēsibusq; delectarent.q.d. illud maxime est mirādū:qa ēo etiā filios relinqueret,ludos circēses relinquere potuerit.ex qbus tantā vniuersi caperent voluptatē. ¶ Paridē: hoc est ludos scænicos. Paris.n. Pantomimus fuit tpibus (vt ante diximus) domitiani ei acceptissimus. ¶ Ludos.s. scænicos,& circenses quibus tota ciuitas tenebat. alibi: Si potes auelli circensibus. ¶ Sed q̄q̄ in magnis licet,ingt,molliter in domo paterna eēt educata: contēpsit tñ labores,& maritima tedia.

Cunæ Incunabula
Cunina dea
Segmēta

¶ Cunis:cunæ & incunabula dñr lectuli puerorū. vñ & cuninā Deā veteres colebant:q pesset cunis & ifantulis. ¶ Segmētatis:q̄ multis ornatæ fuissent segmētis. Nā segmēta ornamēta sunt muliebria,vt docet Valerius lib.v.cap. de gratis. ergo cunæ talibus ornatę erant segmētis: aut reuera circulis & zonis qbusdam distinctæ & pictæ. Nā Plin. li. vi.cap.xxxiiii. ostendit segmenta significare circulos his verbis: Plura sunt aūt hæc segmenta mundi,q̄ n̄ri circulos appellauere:græci paralellos.nomen aūt deductum videt a secando.i. diuidendo & distinguēdo. de segmētis plura diximus ante in secunda Satyra. ¶ Cōtempsit pelagus:neglexit duros labores & pericula maris. ¶ Famā cōtempserat olim:nō mirū,ingr,eā mare cōtempsisse: q iā famā floccifecerit: vt ostendat eas mulieres,q̄ pudicitiam suam iminuere ad oīa eē audaciores,q̄ honestas nihilq; expauescere qd bonis eēt formidabile. ¶ Cuius: scilicet famę. ¶ Minima est iactura.i. cuius minimā putār esse iacturā, & minimū dānū,cū eam amiserint. ¶ Molles cathedras.i. apud fœminas,q̄ molliter & otiose sedēt in cathedris nihil operis facientes. ¶ Tyrrhenos fluctus:i mare inferū dictum,q littus Tyrrhenū radat. Nam mare a locis,q̄ alluit,nomē accipit. Vt Siculū qa Siciliā. Rhodiū qa rhodū. Ioniū qa Ioniā radit. ¶ Ionium.s. fluctum a supiore. ¶ Cōstāti:forti: & minime timido. ¶ Iusta pericli:si forte,ingt,nauigādum sit aliq̄ iusta & vtili cā mulieres statim timēt,nequeūtq; ferre nauigationē. ¶ Durū est:duŋ ipsæ putāt & laboriosum. ¶ Tunc: cum maritus iubet. & honesta est cā nauigatiōis. ¶ Sentina:nauis fundum:quo tota decurrit aqua.a sentiēdo dicta,q maxime putet & sentiat. Sallu.in Cati. Hi Romā sicut aq̄ in sentinā cōfluxerāt. Ci.i Catone maiore: Alii p foros cursitēt: alii sentinā exhauriāt. Vale.li.ii.ca. de Disciplina militari vt accepisse p ipsa aq̄,q̄ in fundo nauis corrupta teterrimi est odoris: vt facile nauigātibus nauseā moueat. sic.n. scribit: Hac turpi & erubescēda sentina vacuefactus exercitus nr. ¶ Vertitur aer:aeris q̄dā vertigo oculis oborit. ¶ Illa:subaudi,q̄ maritum sequit nauseat,& vomit. ¶ Hæc.i.q̄ sequit mœchum.

Rudentes

¶ Rudentes: funes nauium dñr rudētes:q flātib⁹ vētis rudere videnī.

¶ Nupta senatori comitata est Hippia Ludiū. Credo poetā Ludiū scripsisse: & hypermetrū.i. supabundantē mensurā versus in vna syllaba fecisse:q versus tunc vitiosus nō est:qn̄ syllaba abundās p vocalē sequētem absumit: sicut hic sequit: Ad Pharon &c. Arbitror pterea Hippiæ nomē fictitiū sicut Tusciæ & Appulæ. Hippos.n. equus & equa græce dicitur: vnde Hippiā pro equa,cuius ardentissima est coitus libido, non absurde posuerit. non inficias tamen eo:qn p Veientonis vxore accipi possit,in hac aūt dānat mulieres senatorias. nam gradatim ad crimina pgreditur: vt quæq; enim nobilissima est:ita maxima libidine agitatur. qd licet facile est i poeta videre:tñ iis,q imbecilles habēt oculos aperiā. Concedit poeta in agro paterno morantē castam posse dici: sed nō māsurā Thusciā & Appulā,quæ.s. in vrbē venerāt iā discere & obseruare saltatiōes,q̄ prima via ad ipudicitiā est. matronas aūt & cæteras vrbanas ēt scænica indumenta tractare,& comœdos,mimosq; adamare vsq; ad impudicā cōsuetudinē. Hippiā vero mulierē senatoriā deserto mariro Ludiū p maria,ac terras insecutā. Messalinā vero impatoriā cōiugem insatiabili libidine exarsisse. Ordo est: Hippia mulier equina libidine ardens,nupta senatori.i. Fabricio Veientoni.comitata ē Ludiū.i. histrionē,& (vt dñt) ioculatorē ac mimū. ad ā

uicta

Qua tamen exarsit forma? qua capta iuuenta est
Hippia? quid vidit, propter quod Ludia dici
Sustinuit? nam Sergiolus iam radere guttur
Cœperat, & secto requiem sperare lacerto.
Praeterea multa in faciem deformia, sicut
Attritus galea, mediisq; in naribus ingens
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli,
Sed gladiator erat, facit hoc illos Hyacinthos,
Hoc pueris, patriaeq;, hoc praetulit illa sorori,
Atq; uiro. ferrum est, quod amant. hic Sergius idem
Accepta rude cœpisset Veiento uideri.

iuxta, vel vsq; ad Pharon.i.insulā illā oppositā Alexādrię in Aegypto: & Nilū fluuiū Aegypti. & mœnia famosa.i.pp scelera defamata. Lagi.i.regis Alexādriae:q Alexādro successit. & hoc Canopo.i.illa pte Aegypti, vbi maxima erat lasciuia (dicēte Statio: Curuę therapnei lasciuia tota Canopi) dam nāte.i.reprobāte.pdigia.i.pdigiosa scelera, q̄ua sunt ꝙ ptra naturā fiūt. & mores vrbis.s. romanae: hoc ē: qa in canopo detestabant̄ mores Romani tāꝙ pdigia sceler̄. licet hoies ibi lasciue viuerēt: tñ cōtule/ rūt sese ad Alexādrię mœnia vbi mores Romanos nō dā/ nauerūt. quipp ea famosa.i. infamia dicit: sicut famosam vocamus meretricē. Illa vide licet Hippia imemor.i.oblita domus suae & coniugis. atq; sororis. nil indulsit.i.pietatis aut amoris cōtulit patriae, q̄ tñ ex natura nobis carissima esse cōsueuit. & ipsa iproba.i.ab oibus improbāda. reliqt natos.i.plē suā plorātes. & (vt magis stupeas) reliqt Paridem pātomimū illum. & ludos circēses, qbus magis q̄ liberis afficiebat̄. Sed quamq̄ ipsa paruula.i.cum esset adhuc valde parua. dormisset in magnis opibus.i.diuitiis. & pluma paterna .i.molli lecto in domo pris. & cunis.i. cunabulis. segmētatis .i.circulis & fasciis pretiosis circūligatis.i.q̄q̄ eēt nobilissime, & tenerrime educata.tñ sup.cōtempsit.i.paruipēdit, & leue reputauit. pelagus.i.periculū: grauitatē odoris: & oēm laborē maris. nō loquor dicit de fama eius. nā ipsa contempserat olim.i.multo ante.famā suā.i. nomen bonū. cuius sup. famae iactura.i.amissio & pditio.est.i.reputat̄ & existimat̄. minima.i.minimi momēti, & nullius (vt dicunt) iportātiae apud molles cathedras.i.sedes molliū & durissimor̄: hoc ē diuites paruifaciūt si famā amittunt. & ē similis locutio illis prius habitae. Nusq̄ minor est iactura clientis. igit̄ q̄nquidē spretis oib⁹ quae Romae oblectare possent. & paruipēsis oibus quae eam fuga retrahere possent, comitari voluit Ludiū. ipa ptulit cōstāti pectore.i.cōstāti aio, & valido corpe ad finē vsq; tulit .i.ppessa est. fluctus Tyrrhenos.i.maris Tyrrheni. & ptulit Ionium sup. fluctum.i.maris Ionii. sonātē.i.vndar̄ ipetu crepitātē. late.i.ampliter. q̄uis mare eēt toties mutādum.i. q̄uis deberet toties intrare nouum habitum maris. quē vix nautę sine vomitu ferunt. Si rō pericli p periculi: hoc est q̄re debēt obire periculum, est iusta. tūc ipsę mulieres timēt & gelant̄.i. pallore & tremore indicāt se gelari, pectore existēte pauido .i.meticuloso. nec possunt insistere.i. firmiter stare. plātis.i.pedibus. tremulis.i.prae anxietate tremētibus, & titubātibus, seu vacillātibus. sed pstant.i.exhibēt eum pstātia fortē.i.virilem. & cōstātē aium rebus, q̄s audent turpiter.i.cum dedecore. Si cōiux.i.maritus. iubeat cōscēdere nauē, tunc est eis durum. Et sentina.i.exhalatio, q̄ est in sentina.i. pfundo nauis, est grauis.i.grauis odoris. ad vomitum puocās, & tunc summus aer vertit̄.i.tunc dicunt ꝙ aer, q in summitate sua vertitur p̄ se fert tēpestatē maximā. Ea vero q̄ sequit̄ mœcum.i. adulter̄ valet.i.valida stomacho: nec timet sentinā grauē. Illa q̄ maritum seqtur. cōmouit.i.vomitu cōspuit maritū. Hęc quae mœchum seqtur prandet inter nautas. & errat.i.currit huc illuc laeta & petulās p puppim.i.p summitatē nauis. vbi nauarchi.i.gubernatores sedēt. & gaudet tractare.i.cōtingere duros rudētes.i.chordas: qbus malus & vela colligātur.

IOAN. Brit.

Ludii Ludiones Ludiae

Qua tñ exarsit forma? hac interrogatione acrius lacerat Hippiā ꝙ nō forma, q̄ nulla erat in hoie: sed qa arma tractaret secuta sit gladiatorē. Ludia: nā (vt diximus) vt ludii & Ludiones dicebantur viri scaenici, ita & mulieres Ludiae appellabant̄. Trangl. in Augusto: Histriones aut ēt triuiales ex circo Ludios interponebat, aut frequentissime aretalogas. Nā Sergiolus trō quare in hoie nihil esset qd amaretur. nā oēm, inqt, formā exuerat, barbā enim totum guttur vestien/

tē radebat. vt ostēdat illū grādioris fuisse aetatis. Sed qa gladiator erat, placebat admodū. nam tales putāt Hyacinthos hoc est formosos & gratiosos: qualis fuit Hyacinthus puer dilectus ab Apolline, quem cōstat ludentē disco a Borea irato, ꝙ magis Apollinē amaret, interēptū, mutatūq; ab Apolline in florē nois sui. Sergiolus aūt nomē fuit gladiatoris formā diminutiua p cōtēptum. Requiē.i.missionē: quę gladiatoribus dabat̄ cum aliquo fuissent debili mēbro. Mart. Nup cum Myrino peteretur missio laeso. donabant̄ enim rude. Vnde sequitur hic: Sergius idem. Accepta rude cœpisset Veiento videri. Sic attritus galea.i. cōtusus multo attritu galeae & deformatus ita: vt mirum videri possit ꝙ ab Hippia sit dilectus. Gibbus: eminentia & tumor. nā gibbus nascit̄ in qua cūq; parte corporis. Sed gladiator erat: adiuuandum gestu. Hoc ꝙ esset gladiator. Hoc pueris, patriaeq; pluris, inquit, fecit hoc quod gladiator.i.esset, q̄ filios, q̄ patriam, q̄ sororē, q̄ maritum: quos oēs prae gladiatore cōtempsit, atq; reliqt. Ferrum est quod amant: amāt, inqt, eos ꝙ arma pertractant vt viros ad coitum validos. Cœpisset Veiēto videri: si forte, inquit, Sergius gladiator rudē accepisset.i.missionē impetrasset statim ab Hippia derelictus esset, sicut & Veiēto maritus nā illum alterum Veientonē existimasset. vt ostēdat illum tm̄ placuisse, qa arma tractaret. Accepta rude: rudis virga erat qua gladiatores impetrata missiōe donabant̄. erat.n. signum missionis artis gladiatoriae. vnde Horat. metaphoricos ait: Spectatum satis & donatum iā rude Quaeris Mecoenas iterum antiquo me includere ludo. Cicero in secunda Philippica: Tam bonus gladiator, rudem tam cito accepisti.

hyacintus pue[r]

Gibbus

Rudis

ASCĒ.

Quā tñ exarsit forma &c. Ne quis facile ignoscat Hippiae vtpote pulchritudine & venustate captae: ostendit poeta nihil venustatis i eo fuisse, quē secuta est: imo mulieres potius ferrū. q̄ formā viror̄ amare. Ordo ē: Et tñ q̄q̄.s. mirādū sit ꝙ sic aufugerit. qua forma.i.formositate. & qua iuuēta.i. iuuenili aetate eius quē secuta est. exarsit.i.inflāmata est Hippia. qd vidit sup. tā delectabile & placidum in Sergio gladiatore, quē secuta est. pp qd sustinuit.i.ppessa ē. dici.i. appellari p diffammationē. Ludia.i. Ludii: hoc est ioculatoris cōiux vel amica: q̄ prius erat senatoris. q.d. id scire nō possum. nā Sergiolus.i.imitator Sergii. vel (licet Valla neget) sit p diminutionē dictum. vt neq; formosum, neq; pulchrū dicat. cœperat iā priusq̄.s. eā adduceret. radere guttur.i.hēre plenā barbā & seniū attingere. & cœpat sperare requiē.i. missionē a munere gladiatorio. & hoc lacerto.i.brachio eius secto.i.diuiso pp rupturā, aut fracturā ossis. Quādo.n. in munere publico impotētes effecti erāt, remittebant̄. Vnde sperabāt statim absolui ab officio gladiatorio pp annositatem, & imbecillitatē: & ita qa pusillus erat & senex & cōfractus: nō potuit eē pulcher. Praeterea.i. insup. non erat formosus: quia habebat sup. multa deformia: vel multa deformia sup. erāt ei in faciē.i. ad deformitatē faciei: vel deformātia faciē: vel contra decorem faciei, aliter diceret in facie. sicut.s. ꝙ erat attritus galea circa frontem & tempora, & ingens gibbus.i.tumor ex percussione: scilicet erat sup. ei in mediis naribus. & acre.i. asperum & grauiter vrgens. malum.i.incōmodum. ocelli.i. parui oculi. stillātis.i.fluentis semper ex lippitudine.s. Sed q̄uis: scilicet nec pulcher esset, nec formosus: tamen erat gladiator: hoc scilicet esse gladiatorē: facit illos scilicet deformes & senes hyacinthos.i.pulcherrimos iuuenes secundum iudicium talium mulierum Hyacintho in florem sui nominis cōuerso similes. ipsa scilicet hippia praetulit pueris.i.liberis suis, & patrię, & sorori, atq; uiro hoc.s. habere gladiatorem. quia ferrum est qd amāt sup. tales mulieres. Et reuera ingenium mulierū ad

vetita indiclinatũ est: vt quę p sexum ab armis arcent: aio ad ea applicent. Hinc fictũ Martis & Veneris adulterium. hinc Romulus ex Marte satus: hinc hastici ludi mulierũ iudicio submittunt. Sergiolus cœpisset videri Veiento, i. tãtę digni tatis & honoris, quãtæ erat Veiẽto senator & maritus eius. accepta rude. i. postq̃ accepisset rudẽ, q̃ donabant emeriti milites. Est enim rudis quędam virga lõga sine ferro, qua dirimunt gladiatores ab his, q pp vetustatem, experientiam quandã habẽt: & ita recte iudicare possunt: sed nõ vires: quapropter amplius exercere nõ pnt: vñ emeriti dicũt.

DAN. ric. ¶ Respice riuales: vult poeta ostẽdere non modo priuatas mulieres: sed & primarias, principũq; vxores intẽperãtes, ipudicasq; eẽ hocq; pbat exẽplo Messallinæ vxoris Claudii Cæsaris. de qua ita scribit Pli. lib. vii. Cęsaris societas in coitu. homini ppe nulla. Messallina Claudii Cęsaris coniux regalem existimans palmam, certam elegit nobilissimam ex pstitutis ancillam mercenarię stipis, eãq; die, ac nocte superauit qnto & vicesimo cõcubitu. Et Tacitus: Iam Messalina facilitate adulteriorum i fastidium

Riuales uersa ad incognitas libidines profluebat. ¶ Riuales diuoꝝ: Cæsares intelligit, q reꝝ domini æmuli quodãmodo Deoꝝ hẽbant. vnde extat illud: Diuisum impium cũ Ioue Cæsar habet. Potest esse alius sensus & melior. vt hoc dicat. Respice riuales imperatorum: hoc est amatores augustaꝝ. qui enim vxores imperatoꝝ amant riuales sunt. imperatores diui nominant. Diuos enim dicimus ex hõibus factos, quasi qui diẽ obierint. vnde diuos imperatores vocamus. Deos vero perpetuos. Riuales autem dicunt pprie (auctore Vulpiano) qui per eundem riuum aquã ducunt. inter quos de eius vsu sæpe oritur cõtẽtio, vñ metaphoricos nõ solũ amatores dicimus riuales, quasi in vnum amorẽ deriuantes, & de amoris vsu contendentes: sed ẽt in oi arte æmulos & eiusdẽ rei studiosos, illos dicimus riuales, qui pari aioꝝ affectu ad aliqd habẽdum studium suum cõferunt. vñ Hora. in poetica: Quin sine riuali, teq; & tua solus amares. ¶ Claudius: Quintus fuit a Iulio Cæsare imperator: Britãnicum ex Messalina suscepit: ab Agrippina boleto medicato sublatus est. ¶ Quæ tulerit: quãta opprobria passus sit ex adulteriis Messalinæ vxoris suæ impudicissimę. ¶ Dormire virũ: ordo est: Meretrix Augusta linquebat. s. virum: cum senserat eũ dormire. ¶ Meretrix

Augustae Augusta: Cæsarea. nam Cæsarum vxores dicebantur Augustę. ¶ Linquebat: subaudi maritum domi, & in cubili. ¶ Tegetem: stragulũ lupanaris. de tegete aũt diximus i primo limine qntæ Satyræ. ¶ Cubili Palatino: impatorio. nã impatoꝝ

Cucullus sedes & domiciliũ erat i palatio. ¶ Cucullos: cucullus genus est vestis villosæ. de quo abunde diximus in. iii. Satyra illic:

Cucullio Veneto, duroq; cucullo. idẽ ẽt cucullio dicebat. ¶ Comite ancilla: cũ ad fornicẽ meretriciũ descẽderet. nã vnã tm̃ secũ habebat ancillã: vt vulgaris videret fœmina. ¶ Crinẽ nigrũ: nã

Capilli nigri matronis capillus flauus nõ dabat, sed niger tm̃: contra flaua coma meretricibus. ideo Virg. volẽs ostẽdere Didonẽ ipudicã ait: Nõdũ illi flauũ Proserpina vertice crinẽ Abstulerat. er

Galer' go Messalina ne agnosceret galero vitiũ texit. ¶ Galero: galerum, siue galerus, genus est pilei. Virgili. Et temperat astra galero. Idem: Nec Arcadii bene ptegit umbra galeri. eo peculiariter vtebantur pontifices. vnde Apuleius in prima Apologia: Verũtamen hæc Diogeni, & Antisthenis pera & baculus,

Quid priuata domus, quid fecerit Hippia curas?
Respice riuales diuorum, Claudius audi,
Quæ tulerit. dormire virum cum senserat vxor,
Ausa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrum flauo crinem abscondente galero
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atq; suam, tunc nuda papillis
Constitit auratis titulum mentita Lycissæ,
Ostenditq; tuum generose Britannice ventrem.
Excepit blanda intrantes, atq; æra poposcit,
Mox lenone suas iam dimittente puellas
Tristis abit, sed quod potuit, tamen vltima cællam
Clausit adhuc ardens, rigidę tentigine vuluæ.
Et lassata viris nondum satiata recessit,
Obscurisq; genis turpis, fumoq; lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
Hippomanes, carmenq; loquar, coctumq; venenum,
Priuignoq; datum. faciunt grauiora coactę
Imperio sexus, minimumq; libidine peccant.

lus, qd regibus diadema, qd impatoribus paludamentũ, qd põtificib' galeꝝ, qd lituũ auguribus. vñ & Gel. de flamine Dialis solũ galerũ hẽt albũ. Galero post crepusculũ arrepto solutus est. Nero popinas inire, circũq; vicos vagari. auctor Trãquillus. A galero fit p diminutionẽ galericulus p paruo

Galericulus pileo. sed accipit ẽt p coma ex alienis capillis cõpacta instar galeri: qua nõnulli vtunt ad dissimulãdã capilloꝝ raritatẽ: qd fecit Otho. p quo ita Trãql. Vulso corpe galericulo capiti pp raritatẽ capillorũ adaptato & ãnexo, vt nemo dignosceret. Eũdẽ ẽt capillamẽtũ appellauit Tranqllus i Caligula his verbis: Ganeas atque adulteria capillamẽto cælatus, & veste longa noctibus obiret. licet capillamentũ alias pro capillo accipiat. vt illud apud Apuleiũ in. ii. de Asino aureo: Tanta est deniq; capillamẽti dignitas: vt q̃uis auro, veste, gemmis, omniq; cætero mundo exornata mulier incedat, tñ nisi capillũ distinxerit ornata non possit videri. Et per similitudinẽ Pli. reliquiq; auctores in fœniculo, anetho, & ferula capillamenta appellant ipsa folia, q instar capillorũ sint. A galero ẽt denoia

Galerita auis Alauda auis tur auis galerita gallico vocabulo. etiam legioni nomen dedit alauda: vt scribit Pli. lib. xi. cap. xxxvii. Varro eum appellat galericum, q in capite hẽat picẽ. ¶ Lupanar: fornicẽ meretricium. a lupis dictũ. meretrices enim dictę sunt lupę, q nõ minus quæstum ad sunt auidæ, q̃ lupi ad cibum. ¶ Calidum: nimia frequentia celebratum. ¶ Veteri centone: idest cum centone veteri: quo cællam sterneret. Nam centones ex pannis laneis diuersorum colorum: aut lanis in vnum condensatis, atq; consutis conficiebant. in vsum etiam castrorum erant sicut & cilicia. & Centonarii dicebantur, qui centones conficerent. vnde & in Fastis legimus collegium centonariorum. Strabo lib. vii. de centonibus sic facit mentionem: Nomades etenim tentoriis vtuntur, centonum instar pilo contextis in palustris vitam degentes. Cæsar in cõmentariis vbi de expugnatione Massiliæ loquitur sic ait: Centonesq; iniecerũt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterẽt. De centonibus sic meminit Cato in re rusti. Quotiescunq; tunicam, aut sagam dabis prius veterem accipito. vnde centones fiunt. Centrones

Centro dicuntur carmina, quæ ex diuersis locis, sensibusq; concinnantur: quales sunt centrones Probæ Falconiæ, quos ex variis versibus Virgilii composuit. Et Ausonius epigrãmaton non in celebris scriptor de versibus Virgilii Centronem nuptialem composuit, diffiniuitq; quid sit huiusmodi Centro ad Paulum: Et si pateris vt doceam docendus ipse Centro quid sit absoluam. Variis de locis, sensibusq; diuersis quædã carminis structura solidatur in vnum uersum, vt coeant aut cæsi duo, aut vnus & sequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum est. ¶ Atq; suam: quam sibi elegit vbi pstaret. ¶ Papillis: mãmis. nam dicimus papillas, mãmas, mammillas, vbera pro eodem. ¶ Auratis: pulchris, vel auro exornatis. ¶ Mentita titulum: nam cællis meretriciis adhibentur inscriptiones, & nomina sua. Martia. Intrasti quoties inscriptæ limina cællæ. Seneca in secunda controuersia: Deducta es in lupanar, accepisti locũ, ptiũ est cõstitutũ, titulus iscript' est. ¶ Licisca: nomẽ est ppriũ meretricis Mart. Facere i Lyci-

Lycisa scã Paule me iubes versus. ¶ Britãnice: nã (vt diximus) Britãnic' ex Messalia & Claudio nat' ẽ: quẽ prio germanicũ, mox

Britãnicum

Britãnicum cognominauit. eum vicesimo iperii die, inq́ secundo cõsulatu natũ sibi paruulũ ẽt tũ & militibus ꝓ concione manibus suis gestis, & plebi p spectacula gremio aut añ se retinẽs assidue cõmẽdabat. hunc postea Nero ab Agrippina matre edoctus veneno p locustã tẽpato sustulit i coena hæc Trãquillus. ⁋ Vẽtrẽ tuũ: vbi cõcent⁹ fuisti & editus. ⁋ Aera: stipẽ Seruius rex primus fuit q æs signauit: cũ antea rudi Romæ vterenť. Signatũ est aũt nota pecudis. Vñ dicta pecunia. Hæc ex Pli. Tristis abit: non expleta libidine sua. ⁋ Qđ potuit. i. qđ sibi p lenonẽ licuit, nã ut esset oium vltima ad egrediẽ dũ, nõ ẽ a lenone denegatũ. ⁋ Adhuc ardẽs: adhuc libidine æstuans. ⁋ Tentigine: ardore & pruritu libidinis ab extẽdendo: cũ virilia extendũtur. vnde in carmine obsceno: Turpe qdem dictu: sed ne tẽtigine rũpat⁹. ⁋ Vulue: hoc loco abusiue posuit vuluam ꝓ parte genitali. De vulua aũt diximus abũde in. ii. Satyra. ⁋ Rigidæ: extẽte & erecte Virgi. in Buc. Tũ rigidas motare cacumina q̃rcus. ⁋ Nõdũ satiata. nã libido nũq̃ satiať, & extincta reacendiť. vsu crescit. & (vt diximus ex auctoritate Pli.) cęteris satietas in coitu, hoi nulla.

Genę ⁋ Genis: malis hoc loco. nã genæ ꝓprie dñr palpebræ supiores & inferiores, q̃ oculos tegũt & tutanť. Extremũ ambitũ

Supcilium genæ supioris antiq cilium vocauere, vnde & supcilia. infra oculos malæ hoi tm̃ sunt: quas prisci genas vocabant. Hæc ex Plinio, & Cicer. de natu. Deoꝝ. ⁋ Obscuris: & fumo lucernæ & crebris osculis. ⁋ Ad puluinar: ad lectũ mariti. Pului

Puluinar naria, ꝓprie sunt lectuli, qui (vt scribit Seruius) in tẽplis sterni cõsueuerunt in honore Deoꝝ. vnde lectisterna nuncupan

Lectisternia tur, in illis simulachra Deoꝝ recũbẽtia collocabanť. dicta autẽ puluinaria quasi pluminaria. plumis enim aut tomẽto re

Puluinaria plebanť abusiue ergo hoc in loco puluinar posuit ꝓ lecto: aut qa impatores tanq̃ Dii habebanť. ⁋ Odorẽ lupanaris: nõ exponas ꝓstibuli, sed fornicis meretricii. Nã ꝓstibulũ nõ pro

Prostibulum loco accipiemus, sed ꝓ ipso scorto. ⁋ Hippomanes, carmẽq́ loquar: narrabo, inqt: nũc veneficia, q̃ ab ipsis mulieribus perpetranť, quæ ẽt ipsis adulteriis sunt grauiora, legẽdaq́ sunt ꝓnũciatiue. ⁋ Hipomanes: caruncula est, quæ magnitudine caricæ nasciť in fronte pulli equi colore nigro, qđ statim edito

Hippomanes partu fœta deuorat, alioqn partũ ad vbera nõ admittit, siqs præreptũ hẽat. hoc aũt est amoris veneficiũ. Hippomanes itẽ ostẽdit Virg. in. iii. Georg. esse virus qđ ab iguine eque defluit, cũ amoris agitať furore. Hic demũ Hippomanes vero qđ noie dicũt Pastores: lentũ distillat ab inguine virus. Hippomanes. qđ sæpe malæ legere nouercæ. Ex hoc autẽ parabanť multi veneficia. dictũq́ vť ab hippos qđ est equus: & mania furia & insania quædã. nã tunc legiť cum eque furore agitanť, & amores appetunt. ex quo uocabulum est egre, sicuti subare dicunť sues, cũ libidine incidunť. De hippomane multa Aristo. lib. vi. de natu. aialiũ. & Columella inqt: Veneno inditum est nomen hippomanes quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendebat. ⁋ Carmen: incantationes & uerba malefica, quæ veneficiis addi solent vnde Virg. Hippomanes qđ sæpe malæ legere nouercæ: Miscueruntq́ herbas, & non innoxia verba. ⁋ Coctũq́ venenũ: coqtur enim cũ paratur ad necẽ hois. vnde Nero coegit (vt scribit Tranquillus) locastam corã se in cubiculo venenum, quo sustulit Britãnicum, coquere: qđ iteꝝ, ac sæpius recoctũ porcello obiecit. ⁋ Priuigno: dictus est priuignus q ante. q̃ no

Priuignus uerca nubat, & in nouã familiã eat, ꝓgenitus sit. pri enim antiqui (auctor Festo) ponebãt ꝓ præ. ⁋ Faciũt grauiora q̃ sint adulteria. ⁋ Impio sexus: hoc est infirmitate sexus fœminei: quo ad omne flagitium facile impellunť. ⁋ Minimumq́ libidine peccantũ reliqua, inquit, scelera volueris cõsiderare minimum est, quod peccant libidine, & re Venerea.

AS Cõ. ⁋ Quid priuata domus &c. Progrediť (vt dixi p gradus dignitatis ad gradus sceleꝝ: vt q dignitate maxima vtpote imperatoria polleat: sceleris dãnet fœdissimi. loqtur eni de Mesalina Claudii Cęsaris vxore: de qua p Mãcinellum dictũ ẽ: Ordo ẽ: curas. i. Curiose scrutaris o Posthume: vel o lector qđ domus priuata. i. senatoris qui se magistratu abdicauit vel qui priuatus magistratu respectu imperatoris dici posset: & qui Hippia fecerit. q. d. non debeas hoc curare. vnde sequitur: Respice riuales. i. qui ad eundem torum coniugalem: vt tauri ad eundem riuum tendunt hoc est adulteros. Diuorum. i. imperatorũ: qui se Diuos inscribunt: hoc est vide quales & quod adulteros acceperit domus imperatoria. & audi quę. i. qualia opprobria: & quas cõtumelias Claudius imperator ille tulerit. i. perpessus sit. vxor eius. s. Messalina, cum. i. quãdo. senserat viꝝ. i. maritum suum Claudium imperatorẽ dormire: ausa præferre cubili. i. thalamo. palatino. i. impatorio: in palatio impatoris existẽti. tegetẽ. i. tugurium: lupanar. Nam lupanaria: hoc est domũculæ meretricię fere tegetes sunt: hoc est sine tabulatis: solummõ a pluuia tegẽtes & ipa meretrix. i. p mercede corpus exponẽs libidini. Augusta. i. imperatoris Augusti coniux. ausa sumere. i. sua spõte capere. cucullos. i. coopertimẽta capitũ. nocturnos. i. q bus vtebantur cognosci nolẽtes tempore nocturno, linquebat. i. deliquebat. aut liquebat. i. peccabat ẽm Manci. uel ẽm Geor. Val linquebat sup. maritũ. & hoc vna ancilla non amplius comite. i. comitãte eam. & galero. i. coopertimẽto caput in morem galeę circũdante. flauo. i. flaui coloris: quales sunt capilli fere meretricũ. abscõdente. i. occultante. nigrũ crinem ipsius imperatricis: quę more matronaꝝ nigros capillos habebat: p quos ne agnosceret matrona non meretrix esse, abscõdit eos galero flauo, ipa intrauit sup. cũ cẽtone. i. pãno laneo & villoso. veteri: idest ne asperꝝ esset iam detrito: super quem turpitudinẽ suam faceret. lupanar. i. ꝓstibulũ: vbi lupe idest meretrices prostant: calidum ex frequentia eoꝝ i quos Lycisca meretrix ante aduentum eius susceperat. vel calidũ ex fomentis Licisce. vel ordo est: intrauit lupanar calidum veteri centone. i. qđ cento calidũ tenuerat: sed nõ placet. Sẽsus enim est: q fecerat Lycilcam meretricẽ nobilissimam, & a multis petitã exire. quæ locũ calidũ fecerat. vnde sequiť. & intrauit cellam vacuam. i. euacuatam a Lycisca. atq́ suam. i. quã ipsa ad suũ vsum cõduxerat: sed interdiu Lycisce cõcesserat. & tũc. i. postq̃ itrauerat. cõstitit. i. i ꝓstibulo stetit. nuda papillis auratis. i. habens nudas papillas auro in circuitu redimitas. mentita. i. per mendacium præfigens cellæ suę titulum Licisce. i. illius famosæ mulieris. & o Britãnice generose. i. q vt generosus: qa imperatoꝝ domo natus: a pẽe Claudio ostẽtari populo solebas. ostẽdit. i. detexit rem cũ ea habere volẽtibus. vẽtrem tũ. i. vnde tu p natiuitatẽ egressus eras & ipsa excepit blanda. i. blandiens intrantes ad se. s. causa stupri ne crederet non esse meretrix. Et ipsa abit. i. recedit. mox. i. paulopost tristis. & hoc lenone. i. magistro meretricum iã dimittente vr. s. dormitum eant. suas puellas: idest quarum ipse, aut dominus, aut gubernator, erat. sed qđ potuit sup. fecit quia ipsa clausit cellam existens vltima: & ipsa recessit ardens: idest efferuens. tentigine: idest prurigine vulue. i. cunni. rigidę scilicet per libidinem inflati. & lassata: idest fatigata. viris: idest fututoribus. sed non satiata: idest exsaturata. & ipsa turpis. i. immunda. genis obscuris. i. denigratis. fuligine idest contactu: & halitu frequenti amplexantiũ. & fœda fumo lucernæ: idest lampadis: ad quam recipiebat pecuniam. tulit: idest portauit odorẽ lupanaris. i. ꝓstibuli. ad puluinar. i. imperatoris: cum rediret ad lectum eius. Hippomanes &c. tangit alia scelera mulierum quæ grauiora dicuntur, q̃ quæ per libidinem cõmittunt. Ordo est: Loquar. i. describã, vel debeã ne describere mõ. hippomanes. i. veneficia amatoria mulieꝝ, quæ faciũt p hippomanes. i. carũculã quã ab inguine eque præripiũt. & carmẽ. i. incãtatoria, & ẽm Virgiliũ nõ innoxia verba. & venenũ coctũ idest temperatũ & admixto dulcibus. & datum a nouercis. s. priuigno. i. filio mariti ex alia vxore eius nato. ipsæ mulieres coactæ iperio sexus. i. naturæ muliebris. quę ipatiens, supba, & vindicte appetẽs est. vñ alibi dicit poeta: Vindicta nemo magis gaudet q̃ fœmina. faciunt grauiora sup. peccata iã dictis. forte ordo esse posset. Ipsæ mulieres coacte per malitiam. s. faciunt grauiora imperio sexus. i. q̃ sexus eaꝝ fragilis: & ad libidinem pronus imperet⁹ quia peccant minimum: idest pro minima parte libidine: idest per libidinem.

Optima sed quare Cesennia teste marito?
Bis quingenta dedit,tanti vocat ille pudicam,
Nec pharetris Veneris macer est,aut lampade feruet.
Inde faces ardent,veniunt a dote sagittæ.
Libertas emitur.coram licet innuat,atq;
Rescribat,vidua est locuples,quæ nupsit auaro.
Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?
Si verum excutias,facies,non vxor amatur.
Tres rugæ subeant,& se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes,oculiq; minores,
Collige sarcinulas dicet libertus,& exi,
Iam grauis es nobis,& sæpe emungeris,exi
Ocyus,& propera,sicco venit altera naso.

DAN. ¶ Optima sed quare Cesennia? affirmas,inquit Vrsidius,o
rit. Iuuenalis omnes mulieres esse impudicas. At ergo audio Ce
senniam vt bonam & honestam laudari a marito. Sed eam,
inquit,laudat:non quia sit bona,sed ꝙ grandē attulerit do/
tem. Sicq; ostendit poeta notans auaritiam sui temporis mu
lieres censeri non ex moribus. sed ex dote & diuitiis. ¶ Bis
quingentai mille vel sestertia
vel talenta. ¶ Tanti vocat
ille pudicam:ob illam inquit
dotem, vxorem suā probat,
& honestam, pudicamq; vo/
cat. ¶ Nec pharetris Veneris
macer est: si vxorem, inquit,
suam diligit: amor ille nō ꝓ/
uenit ex aliquo libidinis ar/
dore: sed a dote quam tulit.
¶ Pharetris: idest sagittis cu
pidinis: qui filius veneris est,
& pheretratus pingit. eidem
etiam dantur faces, quibus
amantes incenduntur. ¶ In/
de: ab mille sestertiis, Li/
bertas emit: iuxta illud Plau
tinum in Asinaria: Argentū
accepi,dote imperium vendidi.dotem accepi,libertatē ven/
didi. Nam maritus qui grandem accepit dotē,est veluti vxo
ris seruus. ¶ Coram:potest,inquit, vxor diues præsente ma
rito amatoribus suis,& innuere & scribere,neq; eni is quicq̄
idua audet mutire. Vidua est locuples:mulier, inquit, quæ gran
dem tulit dotē ex arbitrio omnia in domo mariti agit:ac si
maritū nō haberet. Vidua dicta est,ꝙ a viro sit diuisa & se/
parata. Nā iduare hetrusca ligua(auctore Macrobio)est di
uidere. vnde vidua quasi valde idua.i. valde diuisa, aut vi
dua quasi viro idua:idest diuisa. ¶ Cur desiderio: ostēdit ēt
mulieres diligi nō ꝓpter pudicitiam:sed ꝓpter formā. ¶ Si
verū excutias:si verū perscruteris. ¶ Facies.i. forma ipsa, &
pulchritudo. ¶ Tres rugæ subeāt.i.si in senectutē declinet,
& iā rugosa fiat. ¶ Cutis arida:q̄ exhausto succo laxior fit &
flaccida. ¶ Et sæpe emūgeris:ꝙ solet eē molestū. Catullus de
amica Formiani sic ait:Nec longis digitis:nec ore sicco.

SCê, ¶ Optima sed quare Cesennia, vel Cæsonia &c. Quia ostē
sum est in omni genere mulierum: difficillimum reperire pu/
dicam, quā secure ames:posset quis obiicere & Cesenniam
& Bibulā,quæ ambæ etiā a maritis vt pudicæ:& castæ lau
dantur. Respondet poeta ꝙ altera ꝓpter dotē casta esse per
hibetur:altera ꝓpter formam:& ita innuit nullā propter pu
dicitiæ virtutem amari. vtriusq; autē mariti miserrima est
conditio:quia alter libertatē castigandæ vxoris ꝓpter dotē
qua illa imperio sibi vēdicauit, amisit:alter meretritio amo
re pro maritali vxori cōglutinatus: eiusq; forma captus sub
mittit colla iugo. De his qui dote libertatē vendūt est illud
Plautinū:Vxorem cepi:dote imperiū vendidi. Et illud Me
nandri,quod Aulus Gellius lib.ii.cap.xxiii.sic latinum fecit:
In aurem vtrāq; quando quidem dotata est cubet. Re confe
cta magnifica:& negocio indyto: Et paulopost:Me miserū,
qui Cleobulam duxi:& talenta decem: Nanā mulierculam:
ubare cuius superbia adeo intolerabilis est &c. Si quis nescit quid
Vtrā/ sit in vtramq; aurem cubare: sciat mulierē pauperem, & ob
autē id morigerā viro faciem semper aduersam non auersam ha/
bere: & ita in vnam aurē cubat. superbam & diuitem tam
auersam.q̄ aduersam pro libito: & in vtrāq; aurem cubat.
De pulchritudine captis sexcenta sunt vnicuiq; ad manum
exempla. Quis enim non audiuit? Adam,Sansonem,Loth,
Dauid,& Salamonē foemina decepit: qs modo tutus erit?
Sed ne in re manifesta te lector morer. Ordo ē. Sed sup. for
te quęras quare Cesennia vel Cesonia? sit sup. optima.i. opti
morū iudicata morum. marito teste.i. attestante. Respondet
poeta:quasi dicat ideo dicta est optima:quia dedit bis quin
genta supple sestertia.i. bis censum equestrē. & ille videlicet
maritus, vocat tanti: quasi dicat ꝓ tanto seu pro tanta dote

vxorē pudicā. nec pro & nō. & non est macer.i. exhaustus &
emaceratus pharetris.i. iaculis, quæ in pharetris sunt Vene/
ris.i. amoris. aut feruet.i. ardet. lāpade.i. teda aut flāma Ve/
neris. habet eni Cupido Deus amoris in altera manu iaculat
quibus vulnerat nondū captos. & in altera flāmas: quibus
incensos inflāmat. qđ respexit Virg. dicens in pricipio quar
ti Aene. Vulnus alit venis:&
cæco carpit igni. Talis ergo
maritus: nullo Veneris: sed
dotis amore captus est. Fa/
ces.i. flāmę amoris ardent in
de.i. a dote. & sagittæ.i. iacu
la amoris veniūt inde.i. a do
te. Libertas sup. peccandi &
nō obediendi viro emitur a
muliere per dotē: & vendit a
viro. Sequentia Calderinus
nō exponit. Man. & Valla in
telligunt sic. licet.i. licitū est,
vt amator sup. innuat.i. nu/
tu adulteriū cōmittat coram
sup. marito: & rescribat ad
coniugē adulter se venturū,
quia sæpe(vt dicit Horati.)
non sine conscio surgit marito. locuples supple mulier quæ
nupsit auaro est vidua:idest tā libera ac si esset vidua. & ita
essent hæc dicta contra superbiam, & licētiam, ac libidinem
mulierū. ego vero credo posse intelligi dicta esse in auaritiā
virorū. vt sit. licet.i. quamuis. maritus innuat.i. se consentire
significet proprio nutu. coram: idest in præsentia constitu/
tus coram tabellarū scriptore seu notario. & rescribat: idest
propria manu, & proprio scripto attestetur contraxisse ma
trimonium. tamen supple locuples.i. prædiues mulier, quæ
nupsit auaro. est vidua: idest carens marito. ex quo enim
non mulierem: sed dotem amat: non soluit debitum ei. & ita
est quasi vidua: idest a viro diuisa. Item posses quærere: cur
Sertorius ardet: idest inflāmatur. desiderio: idest concupi/
scentia Bibulæ: idest illius mulieris formosæ. Si tu excutias:
idest excutiendo inquiras. verum: idest veritatem. & est me/
taphora a vasis, aut a vestibus, quorum valor excutiendo
cognoscitur. facies: idest formositas, aut species vxoris ama
tur a Sertorio: non ipsa vxor, Probat: quia ponamus sup/
ple quod tres rugæ: idest corruscationes, & reuolutiones,
seu pellice pellis laxæ. subeant: idest subsequantur. aut sub/
sequenter veniant in faciem Bibulæ. & cutis arida: idest are
facta iam succo deficiente. laxet: idest laxam faciat, & exten/
dat se. & dentes fiant obscuri. & oculi contecti deformi pel/
le, aut consumpti senio. fiant minores: idest contractiores.
Libertus supple Sertorii dicet iussu eius ad Bibulam. Col/
lige sarcinulas: idest mundū seu muliebrem, ornamenta tua.
non enim attulisti dotem: hoc est migra, & quære alium
maritum, & exi, quia tu es iam grauis: idest molesta nobis.
& tu emungeris: idest naso distillante dum mungeris, ex/
hauriris, & consumere. exi igitur ocyus: idest celeriter. Po/
nitur enim comparatiuum hoc aduerbium sæpe pro absolu/
to. Nam absolutum apud latinos non est, græce autem dici/
tur olchis velox. & propera: idest properanter facesse hinc:
ne forte cum detrimento tuo hic offendaris: quia altera sup/
ple coniux patroni mei, sicco naso: idest habens nasum sic/
cum. & non distillantem. venit: idest iam aduenit ad nos.
est enim præsentis temporis. ex hoc autem loco manife/
ste confirmatur id quod diximus ibi: coram licet innuat &
cætera. videlicet illud dictum esse in auarum: qui dote con/
tentus mulierem quasi viduam facit. Nam sicut hic mari/
tus captus pulchritudine faciem: non vxorem amasse pro/
batur ex eo: ꝙ extincta forma mulierem ipsam exigit: ita
superiori loco dotem non vxorem amasse, quia eam quasi
viduam secubare permittit. licet matrimonium solenniter
contraxerit. debemus ergo totum textum inspicere, vt re/
cte interpretemur.

¶ Interea

Interea calet, & regnat, poscitq; maritum
Pastores, & ouem canusinam, vlmosq; falernas
Quintulum in hoc, pueros omnes, ergastula tota,
Quodq; domi non est, & habet vicinus, ematur.
Mense quidem brumae, cum iam mercator Iason
Clausus, & armatis obstat casa candida nautis,
Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Myrrhina, deinde Adamas notissimus, & Berenices
In digito factus pretiosior, hunc dedit olim
Barbarus incestae, dedit hunc Agrippa sorori,
Obseruant vbi festa mero pede Sabbata reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

IOAN. Brit. ¶ Interea: dum apud maritū est. ¶ Calet: nō friget, inquit, in domo, sed prompta & calens ad oīa tractanda. vnde sequit: Regnat. i. ex arbitrio oīa administrat & imperat. ¶ Ouem canusinam: appulā. nam lanā appulā praecipuae fuisse nobilitatis indicat Plinius his verbis: Lana aūt laudatissima appula: & quae in Italia graeci pecoris appellat, alibi Italica.

Canusium: Canusium autē oppidum est Dauniorū in Appulia. de lana aūt canusina ita Plinius: Hispania nigri velleris praecipuas hēt: Pollētia iuxta alpes: Canusium rutuli, quas erythras vocant. ἐρυθρὸς .n. rubrum significat: hinc est canusinatus canusinā indutus vestem. Mar. Canusinatus nostro syrus assere sudet. Et Tranquillus in Neronē: Canusinatos muliones appellat. ¶ Vlmos falernas: idest vineta cāpana. Nā ager Falernus in Cāpania est. dictus (vt scribit Silius Italicus) a Falerno agricola: qui primus eis vites coluisse dicit. Secūdam nobilitatē Falerno vino dedit Augustus: cum setinum vinum cunctis praetulisset. Martialis: Scelus est iugulare falernum: Et dare cāpano toxica saeua mero. Nigri coloris fuisse indicat Mart. Candida nigrescant vetulo chrystalla falerno. austerum fuisse docet Persius: Indomitū quod dispumare falernū Sufficiat. ¶ Quintulum in hoc poscit, inqr, minimū in hoc. i. in praedictis, ac si dicat hoc minimū est p alijs, q peret. Oēs pueros: magnū seruorū gregē. s. poscit. quod plus est q praedicta. ¶ Ergastula tota. s. poscit. i. seruos oēs ad opus faciendum destinatos, in cōpedibus vincti .n. tenebant. vnde alibi: Squalidus in magna fastidit cōpede fossor. De quibus sic L. Florus: Seruitia (proh nefas) & ergastula armant. Pli. Coli rura ergastulis pessimum est: vt quicqd agit a desperātibus. Apuleius in prima Apologia: Quindecim hoies liberi populus est: totidē serui familia: totidē vincti ergastulū. Ergastulū ēt capit p loco in quo serui tenent in vinculis; vñ illud apud Plinium: Mox Marius Cinna a dominatione reuocatis: ruptis ergastulis exercitū fecit. Columella i primo de re rustica sic: Optimae salutis seruis cellae meridiem aequinoctialem spectātes fient: vinctis q saluberrimū, subterraneum ergastulum, plurimis sitq; id angustis illustratū fenestris, atq; a terra sic editis: vt ne manu cōtingi possint. Et idē in eodē: Ergastuli mancipia recognoscant. Ab ergastulo fit ergastularius: dicitur q is qui ergastulis praeest. de quo ita Columella in primo: Vt ergastulis magis obnoxij. Ergastulū aūt dictū est vel ἀπὸ τοῦ ἔργου. i. ab opere. & στέλλω: mitto: q ad opus faciēdū mitterētur. Vel ab ἐργάζομαι: qd significat operor. Vñ & Ergasterium qd significat officinā. Et ergastes operarium, vel ab εἴργω quod est phibeo, claudo, ipedio, detineo. ¶ Et habet vicinus: importunitatē, inuidiamq; mulieris attende, q doleat se nō habere qd habet vicinus. ¶ Mēse qdē brumę, nauigabit, inqt, maritus impante vxore ēt tpe hyemali: quo ingentia nauigātibus pericula iminent, & frigora obstāt. ¶ Brumae: pars est ea hyemis in qua dies sunt breuiores. ¶ Mercator Iason: Iasonem posuit p omni mercatore, alludēs ad Iasonē Thessalū, qui nauigauit Colchos ad vellus aureū rapiendū. ¶ Clausus subaudi est. i. domi se continet clausum ppter frigora & ventos saeuientes. ¶ Casa candida: niuibus candicans, quod indicat hyemē saeuire. ¶ Armatis: ad nauigandū paratis & instructis. nā appellatione armorū intelligimus instrumenta cuiuslibet artis. ¶ Crystallina. s. vasa, q in magno erant pretio. Crystallū fit (auctore Plinio) gelu vehementiore cōcreto. nec alibi certe q vbi maxime hybernae niues rigēt, glaciēq; esse certū est. vñ & nomē graeci dedere. nā κρύος gelu significat. στέλλω cōtraho. vñ crystallū gelu contractū. ¶ Maxima myrrhina. i. maxima vasa ex myrrha. Lucanus: Non erigit aegros Nobilis ignoto diffusus cōsule Bacchus: Nō auro, myrrhaq; bibāt. Mart. Si calidū potas ardēti myrrhia falerno: Cōuenit & melior sit sapor idē mero. Oriēs (vt tradit Pli.) Myrrhina mittit: humorem subterra putāt calore cōdensari. ¶ Adamas notissimus: Adamas maximū in rebus humanis hēt ptiū iter gēmas. diu nō nisi regib⁹, & iis admodū paucis cognitus; & quo carior teneat adamāti. Magi putāt nomē ipositū ab eo q impetus hoium & iracundias domet. Hęc Pli. q multa de Adamāte scribit li. xxxvii. ¶ In digito Berenices. i. q factus est notus gestatiōe Berenices sororis Agrippę. Agrippa rex Iudaeorū: q regnū post mortem Tyberij adeptus est: moriens filiū reliquit Agrippā noie septēdecim annorū: & filias tres: Drusillā: Mariā & Berenicem: q Herodi patruo iūcta fuit matrimonio. Haec post mortem Herodis multo tpe vidua fama discurrēte: q cū fratre coiret: suasit Polemoni regi Lyciae vt circūcisus eā hēret vxorē. Sic .n. iudicabat falsas oblocutiōes posse mōstrari. Haec ex vic. lib. Iosephi antiqtatis iudaicę. Ait ergo poeta hūc Agrippā barbarū dedisse adamāta sorori suę icestae: vt vnā tm itelligas, nō duas Berenices. vt sit ordo: Agrippa barbarus dedit hūc sorori incestae: nec illud moueat q bis repetat dedit. Nā hoc saepe fit apud poetas. Virg. Teq; adeo decus hoc aeui, te cōsule inibit. ¶ Dedit hūc. i. hoc genus lapilli. i. adamanta. ¶ Obseruant vbi. s. in terra Iudaeorū. est .n. piphrasis terrae iudaicę: vt sit. Dedit hūc adamāta sorori suae illic vbi reges obseruāt festa Sabbata pede nudo. i. i Iudea. ¶ Sabbata: Sabbatū lingua Iudaeorū requiē signat. Nā Moses Damascena ptia antiqū repetita mōtē Synai occupauit: quo septē dierū ieiunio p deserta Arabiae cū populo suo fatigatus: cū tandē venisset, septimū diē more gentis Sabbatū. i. diē qetis appellatū in oē aeuū ieiunio seruauit: qm illa dies famē eis, errorēq; finierat. De Mose aūt meminit Strabo, Corne. Tacitus, Tregus. ergo obseruant festa Sabbata. i. celebrāt & ieiunio & oīum operū intermissiōe. qescūt .n. & ieiunāt. De ieiunio Tranqllus in Augusto: Et rursus de Iudęis qdē mi Tiberi eā diligēter Sabbatis ieiuniū seruat, q hodie ego seruaui. vñ Iudęi dicti sūt Sabbatarii. ¶ Mero pede. i. nudo. Nā Iudaei pedibus nudis sacra sua pagunt: itaq a Tertulliano & Hieronymo nudipedalia dicū. Vñ Iosephus in. ii. lib. belli Iudaici sic scribit: Berenice regina, vt Deo vota solueret p salute Hierosolymam venit, & p more prio hostiis caesis capillisq; derasis nudipes añ tribunal stetit. Egisippus vero in scdo belli Iudaici libro tradit Berenicē sororē Agrippę regis ad tēplū religionis cā venisse, atq; festū psse & Syrię obsecrasse, acerbissima tę de i ppl'm deseuiret. Astabat .n. nudis pedibus religioni iseruiēs. ¶ Senibus porcis: senibus scāt ex lege Mosis porci apud Iudaeos. vt scribit Tacitus q Iudęi carne porcina abstinēt. vñ Augustus Caesar cū audiuisset iter pueros: quos i Syria Herodes rex Iudaeorū itra bimatū iussit iterfici, filiū quoq; eius occisum; mira vrbanitate fertur dixisse: Melius est Herodis porcū esse, q filiū. ¶ Vetus clemētia: vetus Iudęorū benignitas, q ex veteri Mosis istituto carnē suillā nō comedūt. Clemētiā aūt appellat q ei possint dentibus suis in porcos saeuire nō saeuiāt. Est .n. clemētia (vt diximus in prima Saty. ex diffinitiōe Senecae) téperātia aīi in ptāte vlciscēdi: & lenitas supioris aduersus inferiorem.

AS CL. ¶ Interea calet, & regnat. Loquit de ea cuius forma maritus captus ē tātisp, dū viget. Ordo est: Illa aūt formosa & cōscia formae, atq; inde supba. calet. i. succi & boni sanguinis plenā formā: q a formo. i. calido (secūdum Donatū) dicta est. fouet & nutrit, vel calet. i. frequenter amatur: sicut friget q neglegitur: aut negligenter agit, & regnat in domo mariti. & poscit maritum. i. exigit a marito amplexatus eū in lecto. pastores & ouem canusinam, quae optima est, & vlmos. i. arbores

illas falernas.i.in Falerno mõte Cãpaniæ italicæ vitibus or natas. sed quantolũ.i. quantum modicum est sup.in hoc.i.in huiusmodi petitiõe.q.d. minimum est respectu aliarum pe titionũ:poscit enim oẽs pueros.i.seruos familiares mariti.& tota ergastula.i.seruos vinctos.& in ergastulis.i. officinis, seu operatoriis seruorũ operantes.& poscit vt sup.id quod nõ est domi mariti:& quod vicinus habet emotur sibi a marito.& quidẽ certe mẽse brume.i. qui est bruma: hoc est breuissima tẽpestas diei: hoc est Decẽbri.cum.i. quando Iason.i.audax etiam & te merarius mercator.i. qualis erat Iason:q primus naui lõga vsus est in insulã Colchon ad acquirendũ aureũ vellus nauigauerat. clausus sup. est iã ppter gelu & glaciem. & cum.i. qñ. casa.i. domus rusticæ.candida.i.niue consper sa.obstat.i.per terrorem obstaculũ præbet.nautis armatis.i. armis suis.i.instrumẽtis & indumẽtis nauticis instructis.tũc sup.grãdia.i.magna sup.uasa crystallina.i.ex crystallo facta. tolluntur.i.extorquent viro p mulierẽ.vel afferũtur ad mulierẽ a marito de longissimis regionibus per mediũ mare cõgelatũ, & maxima sup.pocula myrrhina.i.ex myrrha facta. tolluntur sup.deinde Adamas lapis ille notissimus & factus pretiosior in digito Beronices illius reginæ vxoris Herodis.i.quia Beronice eũ portauit. Declinat aũt Beronice Beronicẽs. Barbarus.i.Herodes pater eius Beronices dedit hunc cõsimilẽ sororẽ talẽ.incestæ.s.Beronice vxori suæ.& Agrippa dedit hunc.i.cõsimilẽ sorori suæ Beronice.& ita duos habuit alterũ ab Herode: alterum ab Agrippa. Non enĩ est verosimile q illũ eundẽ adamantẽ maritus hic vxori emat,q non de vno:sed de quouis loquit pulchritudine vxoris captos & eius iperio subiectos:& ita sicut historia permittat de eodẽ intelligi locus hic nõ patitur. Illic aũt dedit vbi reges obseruãt Sabbota mero.i.nudo pedẽ.s.in Iudæa vel mero.i.solo pede. q solũmodo ab opere cessent & etiã ab itinere longo. Nam iter Sabbati apud Iudæos modicũ est. Sacrilegũ aũt est Iustinũ, qui ex Trogo multa cõtraria veritati affert sequi relicta sacræ scripturæ veritate. Et vbi vetus clementia indulget.i. indulgenter parcit senibus porcis. Nõ ideo senibus q̃si iunioribus nõ indulgeat:sed quia eos non comedant:ad senium illic permittantur viuere. Loquitur ergo de Iudæa: vnde de Antiocho & Cleopatra absurdum est intelligere.

IOAN. Brit. ¶ Nulla ne de tantis gregibus interrogatio ad Iuue. qua oĩno respondens Iuuenalis cõcludit nullã extare mulierẽ:q ab omni parte sit pfecta. Nã licet,inq, oĩa adsint mulieri,q maxime in muliere pfecta esse debẽt:vt sit formosa, decẽs, diues, fœcunda, nobili genere, pudica, vno vitio laborabit, q si oibus his bonis ponderatur, erit et supba. ¶ Fœcunda q̃ pariat,cõtra q̃ sterilis.q nõ parit. ¶ Porticibus.i.sit nobilis & generosa, Stẽmata tũ in atriis stẽmata locabãtur. Imagines cereæ maior ordine digestæ in singulis armariis.de qbus multa aliis Stẽmata qd faciũt: ¶ Intactior oĩ quã fuerit Sabinæ mulieres,q an te q̃ a Romanis iperãte Romulo raptæ sint, i iura maritorũ pudicissimæ fuisse habitæ. Atq ẽt ex pbitate, vt cũ iã Romanis liberos suscepissent: oborto bello ex iniuria raptarũ iter Romulũ & Tatiũ ducẽ Sabinorũ ipsę inter pres & maritos mediæ intercedẽtes vtrisq pacis cõficiẽdæ causa attulerint.ii eni postea regnũ cõsociarunt, vnã q ciuitatẽ ex duabus fecerũt. De his Liuius pri.lib.ab vrbe condita. Ouid.iii. Fasto. Cũ raptæ veniũt inter patresq, virosq: Inq sinu natos pignora cara tenẽt Vt mediũ capi scissis tenuere capillis: In terrã posito pcubuere genu. ¶ Dirimente: diuidente.nã interuẽtu earũ oĩa sedata sunt. ¶ Rara auis in terris: hoc carmẽ p parẽthesim est dictũ.estq veluti pbibitũ. vñ & Persius. Quãdo hæc rara auis est, si qd tñ aptius exit Laudari metuam, q.d.

Nulla ne de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, diues, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat auos, intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina,
Rara auis in terris, nigroq simillima cygno.
Quis feret vxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, q̃ te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras cũ dote triumphos.
Tolle tuum precor Hannibalem, victumq Syphacem
In castris, & cum tota Carthagine migra.

rarã inuenias, q̃ his ornata sit bonis. ¶ Cygno nigro: q cygni, q aues sunt marinæ, cãdidissimi sunt. ¶ Quis ferat vxorẽ, cui cõstant oĩa? q.d. eã ex tantis bonis insolẽtẽ, superbãq fieri. ¶ Quis ferat:q posset ferre & sustinere mores eius: q postea ita superbiat. ¶ Cui cõstant: cui suppetũt: & adsunt. Virg. Postq cũcta videt cælo cõstare sereno. ¶ Oĩa: qualia p diximus. ¶ Malo Venusinã: ostẽdit poeta mores mediocris mulieris plerũq esse faciliores, q̃ potentis & nobilis matronæ. Malo eni inqt vxorẽ mulierẽ appulã, q̃ romanã generosam: q̃lis fuit Cornelia Africani superioris filia:q ex Tyberio Graccho duos suscepit Gracchos C. & Tyberiũq eloquentia iuxta popularitate freti, leges agrarias respu. pniciosas promulgarũt. hanc aũt poeta in exẽplũ superbiæ matronarũ nominat:q frequenter (vt scribit Plutarchus) gauderet factũ Scipionis pris cõmemorare & iactare. Eam intantũ dilexit Gracchus maritus: vt salutẽ eius suæ ptulerit:& ipsa defuncto eo Ptolemæi regis nuptias spreuit. Ex Graccho duodecim susceptt liberos:sed eã fortuna ad duos redegit. Lege Senecã in cõsolatione Albinæ. ¶ Malo.s. vxorẽ. ¶ Si affers supercilũ: hoc est si te superbã pstas in tantis virtutibus & bonis tuis. Nã in supercilio hois grauitas cõsistit, & sedẽ habet, vnde poeta ille carmen obscænũ scripturus: arcet a se lectorẽ grauẽ & seuerũ Carminis inq̃t lusus lecture procaces Cõueniens latio pone supercilũ. Supcilia aũt appellamus, q̃ Supcilium supra oculos pilis vestita sunt, quæ natura hoi dedisse videt vt sudorẽ a capite & fronte defluentẽ repellant: in q̃ opinione est Cicero in libro de natura Deorũ. ¶ Cũ magnis virtutibus: q̃ magnis fuisse probitatis declarat Valerius: q matronæ campanæ:ei quæ ad eã diuerterat ornamẽta sua pulcherrima ostentãti dixerit eiũ filios suos a schola redeuntes vidisset:& hæc sunt, inqt ornamẽta mea. Eã etiã magnæ fuisse eruditionis Quintilianus ostẽdit his verbis: Nã Gracchorũ eloquẽtiæ multũ cõtulisse accepimus Corneliã matrẽ: cuius doctissimus sermo in posteros quoq est epistolis traditus. ¶ Triũphos: & pĩs & maiorũ tuorũ. Scipio enim pr eius deuicta Carthagine: quã tributariã fecit, amplissimũ, nobilissimũq egit triũphũ: quẽ Qu. Terentius Culeo senator pileatus secutus est. ¶ Tolle tuũ precor Hãnibalẽ: aufer, inqt, istas de maioribus tuis iactatiões de victoria Hannibalis & Syphacis. Nã Hannibal, qui Carthaginenses multis Scipionis victoriis i desperationẽ actis i auxiliũ publicæ salutis ex Italia reuocauerãt, ex Italia sextodecimo anno discedẽs, cũ pacẽ p colloquiũ cũ Scipione cõponere tentasset: nec de conditionibus pacis cõuenisset, a Scipione acie victus est: a quo & Syphax Numidiæ rex: qui se Afris cõiunxerat, captus est: & cũ nobilissimis Numidis, & infinitis spoliis Romã missus fuit. ¶ Cũ tota carthagine. discede, inqt, cũ ista tua iactatiõe Carthaginis victæ a pre tuo. Cuius historiæ series ita se habet: Carthaginẽses primũ magnã partẽ maris tenuerunt, inde Siciliã, Sardiniã, Corsicã, aliasq insulas iperio occuparũt. Septingẽtis deinde annis Romani ex quo vrbẽ Romã cõdiderũt, Siciliã Carthaginẽsibus abstulerũt, inde Sardiniã. Secũdo aũt punico bello Hiberiã oẽm: Poeni Italiã oẽm duce Hãnibale depopulati sunt, Romani cõtra Scipione superiore duce carthaginẽ ceperũt reddiderũtq tributariã, post facta sũt fœdera, q ad quinquagita vsq ãnos pdurauerũt. Post tertiũ ĩchoatũ bellũ, Scipione iferiore duce Carthago subuersa est. Historia Carthaginis victæ

ASC. ¶ Nulla ne de tãtis gregibus. Cõcludit nullã esse ducendam vxoriã: aut enĩ ipudica: aut fœda: aut indecẽs: aut pauper: aut sterilis: aut ignobilis erit: aut his cõtraria ita: vt sit ex oĩ parte pfecta: sed vitia illa hñs non est amabilis: & dotes illas naturæ fortunæ: & morũ habẽs nõ est pp supbiã tolerabilis

etiam

Parce precor Pæan, & tu depone sagittas,
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem
Amphion clamat, sed Pæan contrahit arcum.
Extulit ergo gregem natorum, ipsamq; parentem,
Dum sibi nobilior Latonæ gente videtur,
Atq; eadem scropha Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti grauitas? quæ forma, vt se tibi semper
Imputet? huius enim rari, summiq; voluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta superbo
Plus aloes, q̃ mellis habet, quis deditus autem
Vsq; adeo est, vt non illam, quam laudibus effert,
Horreat? inque dies septennis oderit horis?

etiam si inueniri posset. Ordo est: Ne. i. an. nulla de tantis gregibus. i. cõgregationibus mulierũ: vt modo dictũ est: videt tibi digna: quã vxorem ducas. q. d. video q̃ non. Sed si aliqua formosa in facie & reliquo corpore: decẽs in moribus: diues in fortunis: fœcunda i partu. & disponat. i. p ordinẽ successionis: quasi p stẽmata ponat. i. pingi aut sculpi faciat. auos. i. maiores suos. vetustos. i. longa generatione pductos. in porticipus sup. suis: hoc ẽ sit nobilissima: nec dudũ nobilitata: sed ab antiqssimis nobilitatem trahens. sit intactior sup. a viro. i. castior & inuiolatior oi Sabina sup. muliere. dirimẽti. i. q̃ dirimit. & interrupit bellũ inter Romulum & Tatiũ. De quo ex lib. primo primæ Decados liuianæ sic collegit Valla: Cũ equestri Neptuno ludos finitimis populis Romulus idicasset: circũhabitãtes cũ vxoribus: liberis: totaq; familia: ad vrbẽ velut ad rẽ nouã, & simul ad ludos cõuenere: tum ad spectacula intẽtis aduenis raptæ virgines: & in matrimoniũ a parẽtibus pus Romanis negatũ, abductæ sunt: quarũ parentes vindictã sumpturi Romã petunt: & cæteris fusis: tandẽ Sabini duce Tatio instructiores cõgrediunt. Verũ cũ aliquãdiu acerrime vtrinq; pugnatũ esset: resq; Romana superior videret: Sabinæ mulieres, quarũ ex iniuria bellũ ortum erat: crinibus sparsis, scissaq; veste: victo malis muliebri pauore: ausæ se iter tela volãtia inferre ex trãsuerso impetu facto dirimere infestas acies: dirimere iras: patres hinc: hinc viros orãtes: nẽ sanguine nefando soceri, generiq; respgerent: effecerũtq; vt pacatis animis in vnã ciuitatẽ coirent: vñ q̃ Tatiẽses dicti Romani a Tatio: sicut Quirites a romulo, vel eius hasta. Diremerunt ergo bellum Sabinæ. (& vt Pli. in epl̃is docet) laudant Sabinæ a castitate, sicut Patauinæ a frugalitate. Sed q̃res forsan quõ intactas dicat, q̃ raptæ iam matres effectæ erãt. Ad hoc scies poetã innuere intactã dici, q̃ tãgi noluit, licet violẽtiã sit passa. Castitatis aũt certissimũ indiciũ est amor in maritos: quẽ ille vehementẽ ostẽderunt. Si igit̃ sit mulier formosa: decens: diues: fœcũdas: nobilis, i pudica: q̃ sup. est rara auis i terris sicut phoenix: q vn⁹ dũtaxat repiri dr: & simillima cygno. i. olori nigro. Quis ferat. i. tolerare possit vxorẽ, cui oia iã dicta cõstant. i. simul adsunt. q. d. nemo. vñ ifert. Malo. i. magis volo malo inquã Venusina. i. mulierẽ ex Venusio iter Appuliam & Lucaniã. qualis licet ignobilis & pauper sit, optanda ab Horatio perhibet. q̃ te o Cornelia mater Gracchorũ: q̃ casta nobilis: & fœcunda perhiberis. i. q̃ similẽ tui. si affers cũ magnis virtutibus tuis grãde supcilium. i. superbiã: & numeras in dote triumphos maiorũ tuorũ: videlicet Scipionũ. Ego p̃cor. i. p̃carer si mihi vxor esses: & nobilitatẽ tuam obiiceres. tolle Hãnibalem ducem Carthaginensium tuum. i. ad gloriã generis tui deuictum. & Syphacẽ regem illum etiã victum a Scipione maiore. & migra: idest recede a me cũ tota Carthagine: idest cum tota gloria Scipionum: quorum alter Carthaginem tributariam fecit: alter deleuit.

IOAN. Brit. ¶ Parce precor Pæan: Niobe Tãtali filia vxor Amphionis Thebani quatuordecim filiis fœcũda mulieres cœpit Thebanas increpare sacrificãtes Latonæ: sibi non Latonæ faciẽda ẽẽ sacrificia: seq; ei sobolis numero & diuitiis ẽẽ antepõnendã, Apollo & Diana maternã cõtumelia indignati filios Niobes ante portã vrbis ludẽtes ad vnũ sagittis cõfixerunt. Mater aũt in saxum fatis conuersa est. auctor Ouid. in Meta. De ea sic & Cice. in iii. Tusc. Niobe fingitur lapidea ppter æternũ credo in luctu silentium. Amphion aũt pater motus pietate: cũ filios cerneret sagittis cõfigi clara voce clamauit: Parce p̃cor Pæan filiis, q nihil in te cõmeriti sunt. ipsam aũt matrẽ q̃ vos iniuria affecit occidite. De nũero filiorũ Niobes De numero filiorum Niobes

mira ppemodũ, atq; adeo ridicula (auctore Gellio) tradita sunt a græcis. Nã Hom. pueros, puellasq; eius bis senos fuisse tradidit. Euripides bis septẽnos. Sappho bis nouenos, Bacchillides & Pidarus bis denos: qdã alii tres solos fuisse tradiderũt. quorũ oium diuersas sniãs ne vni magis, q̃ alii sese adiiceret appellatiõe gregis cõplexus est Iuue. hãcq; Niobes fabulã cõmemorat: vt mulierũ supbiã notet: q̃ multorũ sæpe malorũ cã fuit. Ordo ãt ẽ: Amphion clamat: o Pæan pce p̃cor. ¶ Pæan: bñ autẽ Pæana appellauit. Nã cũ Solis duo maximi effect⁹ sint: alter quo calore tẽperato mortaliũ vitã iuuat: alter quo iactu radiorũ nonnunq̃ pestiferũ immittit vir⁹: duo eadẽq; cognoia circa singulos effect⁹ pprii enũciationib⁹ signãt: appellãtes Deũ ἰήιον, atq; παιᾶνα: q̃ cognoia vtriq; effectui sunt apta: vt sit ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι. i. a sanãdo. & Pæan ἀπὸ τοῦ παίειν. i. a feriẽdo. sagittis .n. ferire dr̃ tanq̃ deus sagittarius: qd iõ fictũ ẽ: qa (vt scribit Macro.) iactu radiorũ nonnunq̃ pestiferũ imittit viros. Iõ aũt simulachra Apollinis arcu, & sagittis decorant: vt p sagittas itelligat̃ vis emissa radiorũ. ¶ Nil pueri faciũt: græca imitatione pueros p filiis posuit. Horatius: Dicã & alcidẽ, puerosq; Ledæ. Nã quẽadmodũ apud græcos παῖς p puero, vel ad ætatẽ referas, ponit̃, & p seruo & filio: ita apud latinos puer pari mõ ponit̃. Tales græcorũ imitatiões oñdit Horatius nõ ẽẽ iprobandas si raro & parce fiãt. sic. n. scribit: Et noua, fictaq; nup habebũt verba Fidẽ si græco fonte cadãt Parce detorta. Qua de re i cõmẽtariis Horatii copiosius dicemus. ¶ Cõtrahit: tẽdit. Arcus. n. cornua cõtrahũt̃, cũ sagitta extẽso neruo mittit̃. ¶ Extulit: occidit. Nã efferri pprie dñr mortui cũ ad busta ferunt̃. Efferri
¶ Ipsumq; parẽtẽ: Amphionẽ. Hũc tradũt fabulæ Iouis ex Anthiopa filiũ fuisse: quẽ Pli. lib. vii. scri. citharã iuenisse: primũq; cithara cũ voce cecinisse. vñ fictũ est dulcedine cãtus ad muros Thebanos extruendos saxa traxisse. Amphion
Horatius: Dictus & Amphion Thebanæ cõditor vrbis Saxa mouere sono testudinis, & p̃ce blanda, Ducere quo velit. ¶ Dũ sibi: ordo est: Dũ Niobe vt sibi nobilior. ¶ Gẽte Latonæ: Apolline & Diana: q filii fuerũt Iouis & Latonæ. vel gẽte Latonæ. i. genere & maioribus Latonæ: q̃ filia fuit Cœi ex gẽte Tytanũ. Ouid. in. vi. Met. Genitã Tytanida Cœo. Latona
¶ Alba scropha: ad scrophã Aeneæ respexit: q̃ Lauinii vno partu (vt scribit Varro) triginta edidit porcellos albos: qd portẽdebat futurũ: vt Lauinẽses post triginta annos oppidũ Albã cõderẽt: q̃ ab Ascanio ædificata Alba latina ligua: græca Leucẽ. discretiõis aũt cã distinxit eã ab vrbe altera eiusdẽ nois. figurã vrbis noi adiũgẽs. & est velut cõpositũ iã nomẽ ex ambobus Alba lõga. i. Leuca macra. Hæc Dionysius: Huius suis & porcorũ simulachra ab Aenea in publico posita fuerũt: & corpus mñis a sacerdotibus: qd i salsura fuerat demõstrabat̃. Alba
¶ Quæ tanti grauitas? monet poeta hoiem nulla mulieris grauitate, aut forma adduci debere: vt ducat uxorẽ, a qua quotidie iurgiis, cõtumeliisq; onerãdus sit. sicq; oñdit nullã mulierẽ iuxta dictũ Terẽtianũ iueniri: q̃ vitio careat. Quæ grauitas est tibi tãti. i. tãti ne facies grauitatem, aut formã in muliere: vt velis quotidianis iurgiis, cõtumeliisq; esse obnoxius? Imputet se tibi: vt semp tibi insultet. ¶ Huius. n. rari boni: licet, inqt, mulierẽ inuenias grauẽ & formosã: qd, bonũ rarũ est & magnum: tñ inde tibi nulla erit voluptas: qa plena erit iurgii & cõtentionũ: q̃ nunq̃ te sinat esse getũ. Hæc aũt p parẽthesim legũt, vt sit ordo & sensus: Quæ grauitas & forma est tibi tãti: vt iputet se tibi quoties corrupta aio supbo habet plus aloes, q̃ mellis. ¶ Huius boni: q sit grauis, pudica. & formosa. ¶ Rari: qd raro iuenias vt i muliere sit forma pariter & pudicitia. Iuuenalis: Rara ẽ adeo cõcordia for

me: Atq; pudititię. ſ Sũmi: neq; .n. q̃cq̃ põt eẽ maius ĩ muliere q̃ vt formã pudicitia & honeſtate uenuſtet. ſ Nulla uolu/ ptas: ſubaudi eſt. ſ Corrupta: turgens. ſ Plus aloes: plus ama

Aoe ritudinis. Nã aloe guſtu amara ẽt graui odore eſt. Ex India laudatiſſima affert̃. ſed naſcit̃ & in Aſia. Eſt. n. frutex q̃dã. ꝓuerbialis eſt ſermo quo utimur cũ uolumus ſignificare plus mali, q̃ boni eſſe. Pli. li. xxvi.

Quædam parua quidem, ſed non toleranda maritis.
Nam quid rancidius, q̃ quod ſe non putat vlla
Formoſam, niſi quæ de Thuſca græcula facta eſt?
De Sulmonenſi mera Cecropis, omnia græce,
Cum ſit turpe magis noſtris neſcire latine.
Hoc ſermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta, quid vltra?
Concumbunt græce, dones tamen iſta puellis,
Tune etiam, quam ſextus & octogeſimus annus
Pulſat, adhuc græce. non eſt hic ſermo pudicus
In vetula, quoties laſciuum interuenit illud
Ζωὴ, καὶ ψυχὴ modo ſub lodice relictis
Vteris in turba, quod enim non excitat inguem
Vox blanda, & neq̃? digitos habet. vt tamen omnes
Subſidant pennæ, dicas hæc mollius Aemo
Quamq̃ & Carpophoro, facies tua computat annos.

ſ Quis tã deditus: q̃s tam addictus eſt vxori ſuę. ſ Vt nõ horreat: vt nõ habeat odio? ſ Septenis horis: plus etiã q̃ dimidia pte diei: adeo ipor/ tuna eſt & q̃rula mulier ſem/ per viro aduerſatrix.

ASCẽ. ℂ Parce ꝓcor Pæan. Hoc loco q intolerabilis ſit ſupbia mulierũ ꝓbat, qa ne Dii q̃dẽ ĩuitã dimiſerũt. vt oñdit exẽplo Niobes q̃ Latonæ matri Apollinis & Dianę pp fœcũditatẽ ꝓferri voluit: ſed filii eius ab Apolline: filiæ a Diana in vltionẽ matris iterẽpti ſunt. vr̃ aũt iõ iſerre hoc exẽplũ q̃ſi innuat ambos Graechos filios Cornelię: q p ſeditionẽ ſublati ſunt pp matris ſupbiã occulto Dei indicio ſublatos. Facit aũt hic Amphion exclamationẽ cõtra vindictã in liberos factã: cũ in matrẽ fieri debeat. Ordo eſt: Amphion p̃ liberoꝝ clamat. O Pæan. i. o Apollo. ego ꝓcor: parce ſup. pueris: quos Homerus ſex mares: & ſex fœmellas dixit. Eurypides aũt. xiiii. Sappho. xviii Pindarus. xx. & ita icertus eſt nũerus. cũ alii tres ſolũ ponãt & tu o Diana depone ſagittas. nil. n. pueri faciunt. configite ipſam matrẽ. ſ. Niobẽ ſupbã. ſed Pæan cõtrahit. i. vtraq; manu ſimul. i. in diuerſum trahit arcũ. & extulit. i. efferri ad ſe/ pulchrũ fecit gregẽ. i. multitudinẽ natoꝝ. & ipſũ parentẽ. ſ. Amphionẽ. dũ. i. qñ. Niobe vr̃ ſibi nobilior. gẽte. i. generatõe Latonę m̃ris Apollinis & Dianæ: atq; dũ eadẽ vr̃ ſibi fœcũdior Scropha. i. ſue albaq̃ cũ i Italiã Aeneas veniret trigita capitũ fœtus enixa iacebat. Alba ſolo recubãs albi circũ vbera nati: vt dicit Vir. in. iii. Quę grauitas moꝝ. ſ. mulieris ęſtimatur ne tãti. & q̃ forma. i. pulchritudo; aut formoſitas ęſtimatur tanti. vt ipſa iputet. i. extollat in exprobratione tui ſe tibi. q. d. merito nulla. eni ꝓ qa, nulla ſup. e volũtas eius ſummi & tari boni: q̃d eſt hẽre mulierẽ prudentem & formoſam quoties. n. ipſa eſt corrupta ſupbo aĩo: ipſa hẽt plus aloes. i. amaritudinis. q̃ mellis. i. dulcedinis, aut delectatiõis: q̃s autẽ ẽ vſq; adeo. i. intãtũ deditus. i. addictus & idulgẽs vxori. vt nõ horreat. & oderit i dies. i. p ſingulos dies. ſeptenis. i. ſeptẽ horis, illã quã affert. i. extollit laudibus pp prudẽtiã, faciẽdiã, aut formã. q. d. nullus. Bñ vtit̃ auctor ſeptenis: qa cũ diſtributiõe. q. d. ſingulis diebus ſeptẽ horis. ſed nõ tã venuſte poſuit ſi Vallæ. credimus in dies: q̃d ſine argumẽto ꝓ ĩ eũ poni nõ vult. Poſuit ergo hic ſicut alibi ſæpe ꝓ quotidie.

IOAN. Brit. ℂ Quędã pua, q̃dem. ſ. cõmemorabo: referã: vel q̃d tale. At/ tẽtionẽ captat, cũ dicat ſe rem paruã eſſe dictuꝝ. ſ Sed non tolerãda maritis: rephendit mores mulierum ſui tpis: q̃ vt viderent̃ blãde æmulatiõe Laydis meretricis verba gręca vſurpabãt: q̃bus ẽt turpia inſerebãt. ſ Nõ toleranda maritis: quæ mariti vt turpia pati nõ debent. ſ Quid rancidius? q̃d putidius. ſ De Thuſca: de romana muliere & latina. conterminí enim ſunt Romani & Thuſci. ſ Græcula: ironicos per dimí

Sulmo nutionem dixit. ſ De ſulmonenſi: de Italica. Nam Sulmo oppidum eſt in Pelignis: patria Ouidii a Solemo Aeneæ ſocio dictum. Ouidius in. iiii. Faſt. Seruus ab Iliacis & poſt Antenora flãmis Attulit Aeneas in loca noſtra Deos. Huius erat Solemus Phrygia comes, vnus ab Ida: A quo Sulmonis mœnia nomen habent. Et Silius Italicus: Nomine rhęteo Solemus iã dardana origo: Et phrygio genus a pauo, qa ſceptra ſecutus Aeneæ clarã muris fundauerat urbem: Et ſe ſe dictã Sulmon celebrata colonis Mox italis: paulatim attrito noie Sulmo. ſ Mera: pura. ſ Cecropis: Atheniẽſis a Cecrope: q in Attica regnauit. De quo ſ. ii. Satyra ille: Cecropiã ſoliti baptæ laſſare Cotytto. Et qa grẽcoꝝ q̃nq; ſunt linguę: Ionica Dorica: Aeolica: cõis: et Attica: q̃rũ oium Attica elegãtiſſima habet: iõ merã Athenienſem ſatyrice appellauit: deridens ẽt inane mulieꝝ ſtudiũ: q̃ ẽt i oib⁹ negociis affectẽt ſermonẽ græcũ. ſ Oia gręce: ſubaudi loquunt̃. Ironicos aũt hęc dñr: oñditq; turpe ẽt tãtopẽ linguã peregrinam affectari. ſ Hoc ſermõe. ſ. græco. ſ Pauẽt: affectus oẽs exprimunt. ſ Quid vltra? ſubaudi dicã. ſ Cõcũbũt gręce: nõ mõ gręco ſermone: ſed & turpi ꝯcubitu æmulantur. ſ Dones tñ iſta puellis: ſenſus ẽ: Põt q̃dẽ hoc tolerari ſi puellæ faciãt: verum in vetula muliere turpiſſimum eſt. hinc autem eſt ois poetæ indignatio: oñdit enim eam anum intra pudicitiæ terminos non contineri quæ ſermone gręco obſcęno vtat̃ & domi & foris. Nã oſo vniuſcuiuſq; iterioris ſenſus i dĩciũ eſt. ſ Tune ẽt? acri rephẽſione hæc dñr a poeta. Eſt. n. ſenſus: Tune etiã octogenaria græce loqueris? nec te pudet? ordo eſt: Tune ẽt adhuc græce ſubaudi loqueris: nõ exponas cõcũbis. nã de ſermone græco cõquerit̃. ſeq̃tur. n. Nõ eſt hic ſermo pudicus. Illud laſciuũ. ſ. quod ſeq̃tur gręcũ. ſ Ζωὴ καὶ ψυχή: idest vita & aĩa. ſunt enim verba blanda & meretricia: q̃bus impudicæ mulieres vtunt̃ coitu. Vñ & Martia. lib. x. reprehẽdit Læliam: q gręcis verbis vteret̃ in Venere: Ζωὴ καὶ ψυχή laſciuum cõgeris vſq;. ſ Modo relictis ſub lodice: indignat̃ poeta q anus non modo in concubitu domi: ſed etiã foris aſtante multitudine vtat̃ verbis græcis laſciuis. ſ Relictis modo ſub lodice: hoc eſt veteris in ꝑpatulo ꝓſente turba verbis relictis modo ſub

lodice. i. q̃bus pauloante vſus fuiſti in cubili. Nam lodices opertoria oſtẽdit eſſe lecti. Martialis ĩ Diſtichis: Nudos ſtragula ne toro paterẽt: Iunctæ nos tibi venimus ſorores, cõiunctæ eni videntur totũ lectũ operiri. ſ Quod. n. nõ excitat inguẽ Vox blãda, & neq̃: hæc oia cõiunctim legãtur. oñdit poeta hmõi verbis obſcœnis pruritũ max ie excitari. Vñ eſt illud apud Perſiũ: Cũ carmina lũbũ Intrãt, & tremulo ſcalpuntur vbi intima verſu. ſ Et neq̃: laſciua. A neq̃ (auctore Gellio) neq̃tia fit. Antiq. n. neq̃ appellabãt hominẽ nihil: neq; rei Neq̃ neq; frugis bonæ: vt ꝓdigũ, libidinoſũ, inutilẽ, iprobũ, ſceleſtũ. Eſt. n. neq̃tia (vt ſcribit Donatus) ꝓprie libidioſa inertia Neq̃tia dcã q nihil q̃ſi nullius rei apta ſit. Vñ & nugæ q nihil agaç Nugæ vel a nõ agẽdo. vñ eſt illud Terẽtianũ: Si illũ põt, q alicuius rei eſſe: ẽt eũ ad neq̃tiã abducere. ſ Digitos hẽt: hoc aũt diſiũctum a ſupioribus legẽdũ eſt. Eſt aũt cõfirmatio dicti ꝓcedẽtis. q. d. q̃d op⁹ ẽ verbis: vox ipſa laſciua hẽt digitos. i. nõ minus inguina obſcœnis verbis & laſciuis excitãt, q̃ digitoꝝ & manuũ palpatiõe. ſ Vt tñ oẽs ſubſidãt pẽnę: licet, igt, iguina geſcãt & iaceãt: tñ veluti digitis pertractata erigũt. Eſt aũt metaphora ſumpta ab auibus, q̃ cõpoſitis alis & pennis ſedẽt. ſ Dicas hæc mollius Aemo: ſenſus eſt: Licet, iquit, tu vetula hæc verba dicas laſciuius ẽt, q̃ Aemus, & Carpophorus Carpophorus comœdi in ſcœnis res laſciuas ꝓnunciãt: tñ nunquã iuuenilis videberis ætate. Nã facies tua te vetulam eſſe oſtẽdit. ſ Mollius Aemo: nam in ſcœnis laſciua, & mollia pleriq; ꝓnũciãt: q̃bus facile ſpectatores mouent̃. Vñ Maſſilieſes (auctore Valerio) nullũ aditum i ſcęnã fabulis, q̃ mimi dñr, dederũt q eorũ argumẽta maiore ex parte ſtupꝛoꝝ cõtinent actus: ne talia ſpectandi cõſuetudo, ẽt imitandi licentiam ſumeret.

ℂ Quædã

Si tibi legitimis pactam, iunctamq; tabellis
Non es amaturus, ducendi nulla videtur
Causa, nec est quare cœnam, & mustacia perdas
Labente officio, crudis donanda, nec illud,
Quod prima pro nocte datur, cum lance beata
Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.
Si tibi simplicitas vxoria, deditus vni
Est animus, submitte caput ceruice parata
Ferre iugum. nullam inuenies, quæ parcat amanti,
Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis,
Et spoliis. igitur longe minus vtilis illi
Vxor, quisquis erit bonus, optandusq; maritus.
Nil vnquam inuita donabis coniuge, vendes
Hac obstante nihil, nihil, hæc si nolit, emetur.
Hæc dabit affectus, ille excludentur amicus
Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.
Testandi cum sit lenonibus, atq; lanistis
Libertas, & iuris idem contingat arenæ,
Non vnus tibi riualis dictabitur hæres.
Pone crucem seruo, meruit quo crimine seruus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi
Nulla vnquã de morte hominis cunctatio longa est.
O demens, ita seruus homo est? nil fecerit esto,
Hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

ASCẽ. ❡Quędam parca qdem. Taxat lasciuiã sermonis mulierũ: quæ cũ iam vetustissimæ sint: vtuntur tñ adhuc græco sermone vt blandiores sint. Nã sermo græcus plus blãditiarũ, q̃ latinus habet. Principiũ aũt huiusce textus a Geor. Valla & Mancinello sic intelligit. Ego sup. referam: aut narrabo mõ quædã parca. i. ignobilia fm Vallam. vel quędam modica & exilia vitia respectu aliorũ, sed tñ non tolerãda. i. ea quę non debeant tolerari a maritis. Aliter sic intelligit. Quædam sup. mulierũ est parca qdẽ. i. nõ est magnifica, & sumptuosa, aut supba. sed nõ est tolerãda maritis: qa est in sermone lasciua & morosa. nam qd est sup. rancidius. i. corruptiꝰ. q̃ ꝙ vlla sup. mulier nõ putat se formosam: nisi q̃ facta est de Thusca Gręcula. i. nisi quæ solebat Thusca lingua, q̃ ipsi vernacula est loq: nunc græca loquatur. & nisi quę facta ẽ Cecropis. i. Atheniẽsis, siue Attica. Nam sermo atticus pferf cæteris. de Sulmonensi. i. de Italica. oia sup. dicunt nunc græce. cũ sit. i. reputetur. magis turpe nostris nescire sup. græce q̃ latine. ul sic. cũ sit. i. reputetur nostris. i. latinis. turpius nescire supple dicere omnia gręce quam latine. ipsę pauent. i. pauorẽ suũ exprimunt hoc sermone. & effundũt iram: gaudia curas: idest omnem affectionem animi. hoc, scilicet gręco sermone. & effundũt cuncta secreta idest omnes cõceptiones animi hoc sermone. quid vltra sup. progrediar singula recitando? ipsæ concumbunt gręce: idest dum concumbunt gręco sermone vtuntur. vel concumbunt lasciue more græco. sed pp sequentia prior expositio placet. dones. i. cõcedas ista. i. græco sermone ad oia. vti puellis. i. iuuenculis. vt ne ẽt o vetula sup. quã annus sextus & octogesimus pulsat. i. senio & lãgore vexat adhuc sup. loq̃ris & cõcũbis græce. i. huiusmodi sermo gręcus. non est pudicus: idest honestus in vetula. quoties illud lasciuũ zoe. i. aia. pferẽ aũt græce zoi: quia scribitur per ita literam: quæ apud nos in e mutatur. Kai. i. &. pfertur aũt Kę quia ai diphthongon pferunt vt nos. ae psyche. i. anima. pfertur ẽt a gręcis psychi: qa ẽt ita habet in fine. & tu vteris modo. i. aliqñ. verbis relictis. i. q̃ reliqui debeãt. sicut Diues inaccessos &c. i. inaccessibiles vel cuiusmodi. reliqsti sub lodice. i. stragulo seu coopertorio lecti. in turba. i. vulgo. Quod pnciosum est. qd enim inguẽ. i. mẽbrum libidinis non excitet sup. huiusmodi sermo? Nam vox est sup. illi blanda. & habet digitos nequã. i. luxuriosos incitatores ad Venerẽ. Nisi dicas vox blanda & hẽt digitos. i. tñ excitat inguina, quãtum digiti nequã. tñ demus sup. vt oẽs pennæ. i. vires naturæ: qbus se membrũ erigat. subsidãt. i. ad imũ cadant. neq; surrigere possint. & quãquã dicas hęc. i. huiusmodi verba. mollius. i. effractior & effœminatiore voce Aemo & Carpophoro i. illis mollissimis mimis & histrionibus tamen sup. o uetula facies tua cõputat. i. enumerat nobis annos sup. tuos. i. licet vox tua te iuuenculam iudicet: facies tamen rugosa te vetulam censet.

IOAN. Brit. ❡Si tibi legitimis: dissuasurus poeta Vrsidio ne ducat vxorem: argumẽto vtitur bipartito: quo eum ita vincit, & ligat: vt facile possit intelligere vxorẽ non esse ducendã. Ait enim aut vxorẽ amaturus es, aut non. Si non amaturus es, quare tuis frustra cõsumere nuptias & sumptũ facere cum tuo maximo dispendio. Si amaturus es, multa patieris incõmoda, erisq; veluti seruus. ❡Tabellis legitimis: dotalibus. Nã tabulæ, siue tabellæ numero tñ pluratiuo dicunt, quæ oẽs venditionũ, emptionum, dotium, testamẽtorũ, & id genus contractus cõtineant. ❡Legitimis: nã matrimonium est non modo p leges diuinas: sed & humanas cõstitutum. legitimus enim deducit a lege & tueor: sicut finitimus a fine: æditimus, siue æditũus ab æde & tueor, Lege Gellium. ❡Cœnã: nuptialem. s. quæ non sine magno plerumq; sumptu parat. ❡Et mustacia: Iuuenalis in genere neutro appellauit mustacea: quæ Cato in re rustica in genere protulit masculino his verbis: Mustaceos sic facito: farinæ siligineæ modũ vnum musto conspergito, Anisum, cyminũ, adipis pondo duo, casei librã, & de virga lauri deradito: eodem addito: & vbi defrixeris, lauri folia subtus addito. dum concoques. Et Pli. libro xv. scribit genus esse lauri: quam Leneus grãmaticus mustacem appellat: quod mustaceis subiiceretur ad quam alludens dixit Cicero ad Atticum de Bibulo: In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. Palladius item ostendit genus eẽ panis cũ ait, Panes ex eo breuissimos ad modũ facies mustaceorũ. Caper grãmaticus ait mustacea & mustaceos dici, genusq; esse panis. ❡Donanda crudis: videntur mustacea iuuare stomachum: ideo ait donanda crudis: hoc est qui non facile concoquunt. Ordo est: Donanda crudis labente officio. ❡Labente officio. s. nuptiarum. nam in fine nuptiarum & cœnæ nuptialis donabãtur mustacea cõuiuis adhuc discũbentibus. Nam ad officium ille dicit venire: qui venit ad nuptiarũ celebrationẽ. Vnde Trãquillus i Caligula: Liuiã Borestillã C. Pisoni nubentẽ: cũ ad officiũ & ipse venisset: ad se deduci imperauit. Vnde Iuuena. in. ii. Satyra loquens de nuptiis ait: Officiũ cras primo Sole mihi peragendũ in valle Quirini: Quæ cã officii? quid quæris? nubit amicus. ❡Nec illud. s. nec est q̃re pdas illud. ❡Qđ datur p prima nocte. s. munera quæ dabãtur sponsæ a marito p prima nocte nuptiali: veluti depositæ virginitatis pmia. ❡Cum lance beata: cum hoc loco aduerbiũ est tẽporis. vt sit: quod datur, cum Dacicus & Germanicus radiat in lance beata, & auro scripto: hoc est in lance diuite, ampla, & aurea, & cælata. Nã in poculis imago imperatorũ effigiebatur. ❡Dacicus: aut Traianus, quo impante poeta scribit, quem cõstat (auctore Diony.) deuicto Decebalo Dacorũ duce Dacicũ appellari cepisse. aut reuera Domitianus a Dacis quos deuicit duce Rutilio gallico. Statius in Siluis in Epithalamio Stellæ: Dacas quæ est gloria maior Exuuias. laurosque dabit celebrare recẽtes. Et alibi: Depositã Dacis pereũtibus vrbẽ Pandere. Daci populi sunt, qui supra Istrum habitant Germaniæ oppositi. ❡Germanicus: idẽ Domitianus q Germanos deuicit, auctor Tranqllus. Frontinus in primo Strategematon: Impator Cæsar Domitianus Augustus Germanicus eo bello, quo victis hostibus cognomẽ Germanici meruit. ❡Si tibi simplicitas vxoria: altera est pars argumẽti: Si vxorius es. inqt, & simplicitas illa vxoria. i. stolidũ illud obsequium vxorium est tibi. i. si tam simplex es. vt velis in omnibus obseq vxori tuæ: submitte caput. vt sit ordo: Submitte caput si est tibi illa simplicitas vxoria: idest si tibi illa muliebrositas: idest cupiditas fœmineę voluptatis, quam græci (vt

Tabu
Tabe
Legitimus
Mustacia
Dac

au:tor est Cicero in Tusculana.) φιλογύνας appellant. ¶Deditus vni Est animus: idest si animus tuus est deditus vni idest soli vxori. ¶Submitte caput: inclina caput: idest seruiendū tibi est, sumpta translatione ab armentis, quae iugum ceruicibus excipiunt. ¶Ferre iugum: ferre seruitutem. ¶Amanti: scilicet viro: hoc est qui eam vehementer amet: quasi dicat quanto magis a marito amatur: tanto magis ei aduersatur & molesta est. & hoc dicit, quia praecessit: Si tibi simplicitas vxoria: idest si voles esse vxorius. ¶Ardeat ipsa licet: hoc cum inferioribus rectius coniungitur. vt sit ordo: Vxor gaudet tormētis & spoliis amātis mariti: licet ipsa ardeat. i. licet & ipsa impatiēter amet maritū: tn̄ gaudet eius tormētis. nam ei in oībus est molesta & grauis & inimica rationibus: neq; enim parcit spoliis. ¶Tormētis amantis: ac si dicat oībus mariti incommodis. ¶Igitur longe minus vtilis: sensus est: Vxor q̄tāto humaniorē habebit maritum: tāto et dānosior erit, & magis importuna. Ordo est: Vxor erit minus vtilis illi. s. marito: quisq; erit bonus & optandus maritus. ¶Haec dabit affectus: faciet, inq̄t, vt maritus sit affectus .i. ita dispositus vt ipsa volet: hoc est vt prae se ferat laetitiā, aliquando tristitiam, interdum metum, nonnunquam spem. Nam oportet maritum imperio eius obtemperare. Affectus enim sunt ipsae animi commotiones. ¶Cuius barbam: idest quem domus tua vidit cognouitq; a tenera vsq; aetate: quo tempore coepit barbam emittere. ¶Testandi cum sit: aliud incōmodum proponit Vrsidio: vt deterreat eum ne ducat vxorem. Lenonibus, inquit, & lanistis, gladiatoribusq;: quasi dicat viris criminosis & sordidissimis libertas ē: licet q; ex arbitrio suo testamentum condere: quod tibi non licebit: q; vxor volet eos tantum tastamento scribi, quos voluerit, & praecipue riuales tuos: hoc est, amatores suos. ¶Lenonibus: lenones dicuntur non solum, qui quaestuaria mancipia habuerint: sed & qui in liberis quaestum hunc exercent. in eadem causa sunt. Accipimus & illū Lenonem, qui alterius nomine hoc vitae genus exercet: si q̄s cauponam exercens in ea corpora quaestuaria hēat: ut multi assolēt sub p̄textu instrumenti cauponii p̄stitutas mulieres habere. dicendū est hunc quoq; lenonis appellatione contineri. Haec Vulpianus. ¶Lanistis: lanistae ii dicebātur, qui familias habebant gladiatorū, quos optime ad digladiādū institutos priuatis, publicisq; p̄sonis vendebāt. dicti q̄ viris laniandis praeessent: ¶Arenae: idest ipsis gladiatoribus: q in arena digladiabantur. vnde & arenarii dicti sunt. ¶Nō vnus: sed multi haeredes dictabūtur ab vxore. Nā dictare est, cum vnus dicit, & alter scribit. vñ sunt dictata numero tn̄ plurali omnia quae in quacunq; arte alicui mōstrātur. vt discat. ¶Riualis: amatori vt diximus pauloante. ¶Pone crucem seruo: ostēdit poeta superbā vxoris importunitatē: quae odiosum imperet occidi seruum, vel innocētem. Sunt enim verba vxoris ad maritum. ¶Meruit quo crimine seruus: verba mariti: Quid, iquit, seruus cōmeruit vt cruci affigatur? ¶Quis detulit? quis accusauit? Vnde delatores accusatores dicimus occultos. ¶Audi nulla vnq̄: nunquā, inq̄t, maritus mors hominis acceleranda est. ¶Nulla cunctatio: nulla mora: nulla dilatio est longa de morte hominis. Lento enim gradu ad hominis necem gradiendū est. Est autē sententia catholica. ¶O demens: Verba vxoris appellantis maritū fatuum, qui putet seruum esse hominē. interrogatio est cum reprehensione: ac si dicat: Putas ne tu seruū hominē? ¶Ita: hoc modo vt tu reris. nā illum appellauit hominem: cū dixit de morte hominis. ¶Nil fecerit: attende superbiam mulieris quae etiam immerentem postulet occidi.

¶Si tibi legitimus &c. Iterū probat nō esse ducendam vxorem. Vtitur autem huiusmodi argumentatione, aut amabis vxorem, aut non amabis. si non amabis nulla est ratio ducēdi: si amabis torqueberis, quia nulla est quae parcat amanti. Ordo est: Si non es amaturus cōiugem pactam & iunctam tibi tabellis: idest instrumentis legitimis: idest super hoc legitime confectis. nulla videtur causa ducendi supple eam. nec est quare perdas coenam: idest epulum nuptiale: quod expēsis mariti datur. nec est supple ratio quare perdas mustacea: idest digestiua fercula. donanda: idest quae donari debeant. iam officio supple nuptiali: seu celebritate labente: idest declinante ad exitum. crudis: idest quae dones stomachum oneratum cibis habentibus post coenam vt laxetur & exoneretur. Nec est sensus quem Georgius Valla affert vt sit: Licet eam non sis amaturus: non est tamē causa quare quae in nuptiis eueniunt iucunda amittas: immo sensus est quem diximus. si non amabis: nulla est ratio quare tales expensas facis: & perdas mustacea: nec cur p̄das illud supple donū quod datur a marito nouae nuptae pro prima nocte: idest pro virginitatis flore prima nocte violando. cum: idest quando. Dacus (sicut Mancinellus in antiquis codicibus repertum dicit) sed analogiae magis congruit, & consuetior est lectio Dacicus: idest imago Domitiani Dacorum victoris. & Germanicus: idest imago eiusdem Germanorū victoris. radiat: idest radios emittat. auro: idest signo aureo scripto: idest insculpto. lance beata: idest beatam faciente: quia argentea aureis signis ornata. Vel melius beata: idest bene: hoc est multum pecuniae habente, seu continente. Sensus ergo est. Cur tantum expendas vt tunc moris erat pro nuptiis & prima nocte eius quā non es amaturus. Sed supple si simplicitas vxoria est tibi: idest si simplicitas vnam vis: quam ames. & animus est deditus vni scilicet coniugi: submitte caput tuum: & hoc ceruice existente tua parata ferre: idest portare & pati iugum: idest subiectionem. Nullam enim inuenies quae parcat amanti supple marito: idest quae sinat se ab eo amari. licet ipsa ardeat: idest redamet, & vehementissimo amore illi respōdeat quia quaelibet mulier naturaliter gaudet de tormentis amātis: idest se iactat & gloriatur in hoc quod videt maritum amore sui torqueri. & gaudet spoliis: idest virum amatorem spoliari. Igitur quisquis erit: idest esse volet. bonus: idest verus & legitimus, hoc est syncero amore conciliatus & propterea optandus maritus: vxor erit longe minus vtilis illi. q̄ supple non bono: quia durior erit illius conditio, q̄ non amantis. Nil vnquam inuita & caetera. Ostendit quale imperium exerceat mulier, quae sentit se amari, in amatorem. Ordo est: Tu nil donabis q̄ coniuge inuita: idest nolente & repugnante, idest non audebis aliquid cuiquam donare si coniux noluerit. & tu nihil vnquam vendes haec scilicet coniuge obstante: idest contra stante: hoc est dum obstat. & si ipsa nolit nihil emetur a te: hoc est si ipsa renuat: nihil audebis aut donare, aut vendere, aut emere. Quinetiam haec scilicet vxor dabit affectus: idest affectiones animi tui: idest nullum audebis amare, aut odisse nisi quem ipsa volet. ille: idest notissimus amicus, iam senior: cuius barbam vidit tua ianua: idest qui in amicitia tecum consueuit. excludetur supple a te: imperāte vxore ne fort haeres inscribatur: cum uelit lenonem potius & lanistam cum quo rem habeat haeredem inscribi. Vnde cum libertas testandi: idest recipiendi testamentum: sit lenonibus. Vel cum nunc cuilibet sit libertas: idest libera potestas testandi: idest legandi per testamentum bona sua lenonibus: atque lanistis: idest magistris gladiatorum. & cum idem iuris: idest eadem libertas contingat arene: idest gladiatoribus in arena versantibus: non vnus: immo plurimus riualis: idest eiusdem tori videlicet tui petitor: hoc est adulter: dictabitur scilicet ab vxore haeres: idest quem tu scribas haeredem. praeterea si libuerit coniux tua dicet: pone seruo: scilicet huic, aut illi crucem. & si respondeas: quo crimine meruit seruus supplicium: quis testis est eius criminis. quis detulit: idest indicauit crimen eius. aut quis accusauit eum? audi nulla cunctatio: idest mora, aut deliberatio longa est de morte hominis apud mulierem. Dicit enim: O demens: idest o male sane: qui rationem exigis de morte serui. Est ne supple seruus ita: idest intantum homo: idest reputandus homo: & nō potius pecus: vt ego debeam rationem assignare: quare ipse mori debeat. esto: idest permittamus verum esse quod non meruerit crucem: quid tum postea? ego volo hoc: vt scilicet crucifigatur, & ego iubeo sic. Voluntas mea sit p̄o ratione: idest facis sit quia sic volo. siue iuste, siue iniuste.

¶Sed

Imperat ergo viro, sed mox hæc regna relinquit,
Permutatq; domos, & flammea conterit, inde
Aduolat, & spreti repetit vestigia lecti.
Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.
Sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti,
Quinq; per autumnos; titulo res digna sepulchri.
Desperanda tibi salua concordia socru,
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti,
Illa docet missis a corruptore tabellis
Nil rude, nil simplex rescribere, decipit illa
Custodes, aut ære domat, tunc corpore sano
Aduocat Archigenen, onerosaq; pallia iactat.
Abditus interea latet, & secretus adulter,
Impatiensq; moræ pauet, & preputia ducit.
Scilicet expectas, vt tradat mater honestos,
Aut alios mores, q̄ quos habet? utile porro
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

IOAN. Brit. ¶ Sed mox hæc regna relinquit: aliud recitat mulieris vitiū q̄d aptum est ad dissuadēdū ne ducat vxorem. Nihil, inquit, pensi habet relicto primo marito aliis multis nubere. Scribit Sene. Mulierem quæ multis nubit, multis displicere. ¶ Relinquit regna: domicilia mariti vbi veluti dn̄a regnauit. ¶ Flammea cōterit: crebro nubit. (Flāmeū) Nam flāmeum genus erat veli coloris lutei: quo nouæ nuptæ caput cooperiebāt. De quo Plinius sic libro. xxi. cap. viii. Lutei video honorem antiquissimū in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. (Flāmearii) A flāmeo flammearii dicuntur a Plauto in Aulularia qui flāmea conficiunt. ¶ Inde aduolat. i. a nouo marito discedit: & ad priorem reuertitur. ¶ Ornatas. s. lauro. vt supra: Ornentur postes & grādi ianua lauro. ¶ Vela: aulea, peristromata. ¶ Adhuc virides. i. qui adhuc nō aruerūt: adeo cito ab eo marito auolauit. ¶ Sic crebris matrimoniis. ¶ Crescit numerus. s. maritorum. ¶ Sic fiunt octo mariti: sic peruenitur ad numerum octo maritorū accessum. Nam ad octauū vsq; maritū licebat nubere, supra aūt adulterium putabatur. Vnde Martialis tanquam adulteram notat lib. vi. Thelesinam: quæ decies nupserat: Aut minus, aut certe nō plus tricessima lux est: Et nubit decimo iam Thelesina viro. Quæ nubit toties nō nubit, adultera lege est. ¶ Quinq; per autūnos: per quinq; annos. ¶ Titulo res digna sepulchri: ironicos & pronunciatione adiuuandum. ¶ Titulo sepulchri. i. inscriptione. Nam in sepulchris inscribi solebat quot maritos vxor habuisset. Martialis: Inscripsit tumulo septem celebrata virorum Se fecisse Cloe: quid pote simplicius? ¶ Desperanda tibi: alia dissuasio: nullam fore cōcordiam in ea domo: vbi sit socrus: sed semp lites & iurgia. ¶ Salua socru: salua matre vxoris: quę docet eam spoliare maritum. ¶ Nudi mariti: q ad paupertatem redigitur neqtia vxoris edoctæ a socru. ¶ Nil rude: nil rusticum: sed politum & limatum. ¶ Nil simplex: nil stolidum, sed callidum, & artis plenum. ¶ Decipit illa: ambiguum vtrum socrus: an vxor decipit custodes. Nam mariti sæpe vxoribus suis adhibebant custodes: quos aut simulato langore, aliaue ratione decipiebant: aut pecunia corrumpebant. Videturq; magis omnia rectius socrui conuenire: quasi quæ per eā ęgritudinem filiam ad se rationabili causa possit accire: cum interea ibi adulter lateat expectans filiam. ¶ Aere domat: p̄mio corrumpit. ¶ Corpore sano: cū sit sana, simulata ægritudine Vocat Archigenen. i. medicum. (Archigenes) Archigenen posuit pro omni medico. Nam Archigenes medicus fuit græcus celeberrimus: contra quem Galenus sępissime in libris suis inuectus est. Legendumq; est Archigenē: vt sit accusatiuus atticus: vt stet ratio carminis. ¶ Onerosaq; pallia iactat: induitur, inqt, socrus vestes onerosas, quales induunt ægroti: eaq; vestium ostētatione ægritudinem simulat: vt filiā ad se spē officii traductā adulter ibi abditus ineat. Iactat ergo. i. ostendit dum induit ea. Hora. Illis dū se nimiū q̄renti iactat vltorem. ¶ Interea: dum medicū aduocat. ¶ Præputia: p̄putium appellatur ipsa pellis, quæ glandem tegit in mēbro genitali: q̄d Iudæi circūcidunt. Vnde appellant Apellæ ab Horatio: Credat Iudæus apella. i. sine pelle. idem etiam recutiti dicunt a cute restituta post circuncisionē. ¶ Scilicet expectas: monet poeta illum vehemēter errare, q speret ex impudica matre nasci posse filiam bene moratā. ¶ Vtile porro: matri, inqt, inhonestę vtile ē obscœnis alere filiam moribus. Inde enim quæstum facit.

ASC ¶ Imperat ergo viro, sed mox hæc regna relinquit &c. Esdem rē cōtinet. Ordo igitur est: Frugo ipsa imperat. i. dominatur viro imperans quicquid factum voluerit. sed ipsa relinquit mox. i. paulopost. hæc regna. i. domum huius mariti cum quo regnauit. & pmutat domos. i. ad alium maritū accedit. & conterit frequēti vsu flammea. i. vestes nuptiales: qa sæpe ducitur. Vel conterit. i. dissecat flammea, qbus ducebāt ad illum maritum: tanquam aspernata matrimoniū eius. Et aduolat. i. celeriter q̄si volās abit. & repetit vestigia lecti spreti. s. prioris mariti quē spernens ad hunc venerat. & lingt. i. deserit fores istius secundi mariti ornatas. s. frondibus pauloante. & lingt vela pendentia. i. aulæa suspensa in die nuptiarū. & linquit in limine domus ramos adhuc virides. i. nondum arefactos. Et sic. i. hoc modo. crescit numerus maritorum. & sic fiunt octo mariti p quinq; autumnos. i. quinq; annos: qa singulis annis semel autūnus est. quæ res est digna titulo sepulchri. i. vt inscribatur sepulchro talis mulieris. Quia enī gloriosum erat mulierib⁹ multis viris bonis nupsisse. p hoc enim significabātur mulīris per virtutem, aut quāuis dotem placuisse: ideo nonnullæ eandem rem sarcophago inscribi fecerant. Est ergo hic amara irrisio: qa non per iustas nuptias tot maritos habuit: sed per superbiam contemnens hos: propter pulchritudinem amata est ab aliis. Si non diceret: Spreti repetit vestigia lecti. ego dicerem talem tot maritos aut veneno, aut alio modo sustulisse: quia non erat tam libera potestas mulieri possidendi, sicut viro repudiandi. Desperanda tibi &c. Aliud malum matrimonii q socrus: idest mater vxoris eam corrumpit, & ad malum erudit. Ordo est: Cōcordia cum vxore tua est desperanda tibi. salua: idest superstite socru: idest matre vxoris tuæ. illa videlicet socrus docet filiam suam coniugem tuam gaudere spoliis mariti nudi: idest nudati. vel male vestiti. illa docet filiam rescribere ad mœchos nil rude, & nil simplex. i. artificiose. illa decipit custodes a marito ad custodiam vxoris constitutos. aut si non potest decipere. domat: idest corrumpit eos. ære: idest pecunia. tunc. i. quando fallere vult. aduocat: idest ad filiam. corpore sano: idest sanum corpus habentem tanquam ad ægrotantem vocat. Archigenen: idest medicum illum aut similem. & iactat: idest abiicit pallia onerosa: quasi ea filia sustinere non possit. interea autem dum semotis custodibus visitatur a medico. ipse adulter, qui expectat abitum medici latet abditus & secretus. & ipse impatiens moræ: idest non potens ferre moram, quam medicus aut custodes faciunt. pauet ne videatur. & ducit. idest tractat. præputia: idest virgam suam: vt post abitum rem veneream expedite perpetret. Hic autem versiculus secundum Probum in multis non est. Scilicet expectes ironicos: quasi dicat non debes expectare vt mater tradat filiæ honestos mores, aut alios: q̄ quos habet. Porro: idest sane. vtile: idest in usu est: vel commodum est. inde enim vestitur & viuit. Vetulæ turpi: idest infami. producere: idest educare filiolam turpem. Est enim plebeius versiculus de meretrice: Puta q ei sit filia puta. vt enim Satyra decimaquarta: per totam ferre docebitur. liberi maximopere imitantur mores parentum: & ideo consulit ibidem dicens: Si quid turpe paras, nec tu pueri contempseris annos: Sed peccaturo obstat tibi filius infans. Non est verisimile vt filia ab ineunte ætate turpibus matris suæ moribus imbuta honestior sit: præsertim cum nec mater quidem ad honestatem eam cohortetur: sed potius ab ea dehortetur.

Nulla fere causa est, in qua non fœmina litem
Mouerit, accusat Manilia, si rea non est.
Componunt ipsæ per se, formantq; libellos,
Principium, atq; locos Celso dictare paratæ.
Endromydas tyrias, & fœmineum ceroma
Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?
Quem cauat assiduis sudibus, scutoq; lacessit,
Atq; omnes implet numeros dignissima prorsus
Florali matrona tuba, nisi si quid in illo
Pectore plus agitat, veteq; paratur arenæ.
Quem præstare potest mulier galeata pudorem,
Quæ fugit a sexu? vires amat, hæc tamen ipsa
Vir nolet fieri, nam quantula nostra voluptas?

OAN, rit. Causa ¶ Nulla fere cā est alia dissuasio. Mulierē non pudere agere cā. forēses, qd (vt diximus in. ii. Satyra) ignominiosum erat. Cā aūt est (vt finit Apollodorus auctore Quintili.) negociū oībus suis ptibus spectās ad qōnem. aut cā est negociū: cuius finis ē cōtrouersia. ¶ In qua fœmina nō mouerit litē: in qua aliqd nō inueniat: de quo possit litigare: ac perinde cām suscipiat agenda. ¶ Manilia: Maniliā posuit p quacūq; muliere litigiosa: respiciēs ad eam Maniliā meretricē: q̄ Hostiliū Mancinū ædilē curulē lapide noctu pcussit. Qua de re Hostilius ei diē ad populū dixit, vulnusq; ex eo lapide ostētabat. Manilia vero ad tribunos plebis puocauit: apud eos dixit: Mācinū cū vi ītētū peret: in ædes suas lapidibus depulsum. Hæc ex Gallio. ¶ Accusat si rea nō est: scimus in iudicio accusatorē esse & reū: & vtrinq; litē cōtestari. At ergo poeta: si Manilia nō est rea. i. si ab aliis nō est in iudicium vocata: ipsa alios vocat. sicq; impudentiam ostendit mulieris, cui necesse est si aliis in iudicio nō infestaē, alios infestare. Hic ē vetus sensus. ¶ Libellos: qbus petūt, aut negant: quos græci dicas appellant. Vñ

Dica libel/ s prag/ matici Teren. Grandē tibi impingā dicā. i. cām & libellum. ¶ Per se: nullo adhibito pragmatico. Nā pragmatici sunt illi, qui litigantibus libellos dictant. De qbus plura in. vii. Satyra illic: In fœdera pragmaticorū. ¶ Principium: exordiū, vel insinuationem. ¶ Atq; locos: loci dicunē ex qbus argumēta eruūtur: vt scribit Cice. lib. ii. de oratore. Et in Topicis ait: Quod cū peruestigare argumentū aliqd volumus, locos nosse debeamus. Nā cū ois qō duas hēat ptes: affirmationis vnam: alterā negationis: ex vtraq; parte semp est defensio. hic. n. parte: s affirmātis: ille vero negātis defendit: vterq; argumēta ad partes suas tuēdas pquirit: q̄ argumenta petunē ex locis & sedibus

loci suis. Sunt. n. loci sedes ipsorū argumētorū. Argumentum aūt (auctore Quintil. lib. v.) est rō pstās pbationem, qua colligitur aliud p aliud: & q̄ qd' est dubium p id quod dubiū nō ē, confirmat. ¶ Paratæ dictare Celso. q. d. optimæ oratrices, q̄ ēt possint ipsi Cornelio Celso acutissimo rhetori dare documēta. Nā dictatore ē tradere qd' alius aut scribendo, aut alio mō se exercēdo excipiat. Vñ apud Pli. lib. vii. illud est: Cæsar vero epistolas tantarū rerū q̄ternas pariter librarius dictare. Tranq. in Nerone: Vt facile apperet nō trāslatos, aut dictā-

dictare te aliquo exceptos. Dictare ēt dñr magistri, cū discipulis legunt. Horatius in Satyris: An tua demēs Vilibus in ludis dictari carmina malis. Vñ dictata dñr numero tm̄ plurali: quę tradunē in oi arte imitāda & discēda. Horatius: vt puerq; sęuo credas dictata magistro Reddere. Persius: Ten cirrato rū centū dictata fuisse Pro nihilo pēdas? Celsus. n. tpib' Augusti floruit: scripsitq; de re militari, re rustica, medicina, rō/ne dicēdi. cuius rhetoricen multis in locis dānat Quintil. Et

dictata lib. xii. scribit eū fuisse mediocri ingenio: & tñ dignū pposito suo. ex oibus eius scriptis nihil aliud q̄ de medicina nobis relictū est. iniuria. n. tēporū reliqua periere. ¶ Endromydas tyrias: alia itē dissuasio ducēdā nō esse vxorē. notat. n. ipudentiā mulierū, q̄ oi prsus deposita verecūdia æmulatæ viros in ludis gymnicis exercēē. Soli. n. viri, iiq; ēt nobilissimi i gymnasia descēdebāt. mulieres vero ipudētissimæ, eas artes exercebāt sumpto more a Lacedæmōiis: apud quos mulieres nudæ exercebanē cū viris. & nudatio illa virginū apud Lacedęmonios nihil habebat turpe. verecundia. n. aderat, petulātia aberat, sed simplicē quādā cōsuetudinem & robusticatis studiū efficiebat. Hæc Plutar. in Lycurgo. cuius exercitationis meminit & Ouid. in Heroidibus: More tuæ gētis nitida dū

Endro/ mys nuda palæstra Ludis: & es nudis fœmina mixta viris. ¶ Endromydas: Endromys vestis erat pegrina crassiore lana, longioreq; pilo: q̄ ex Gallia mittebaē: licet nomē hēret græcū. ea antiq ad arcēdū frigus, pluuiasq; vtebātur. Vñ poeta ante: Igniculū brume si tpe poscas Accipit endromydē. Eā ēt post certamina athletæ induere solebāt, ne refrigescerēt. Mart. loquēs de Endromyde: Hāc tibi Sēqnice pinguē textricis alūnā: Quæ lacedæmoniū barbara nomē hēt. Sordida: sed gelido nō aspnāda Decēbri Dona peregrinā mittim' endromydē. Seu lētū ceroma teris, trepidūue trigona', Siue harpasta manu puluerulenta rapis: Plumea seu laxi patris pōdera follis, Siue leuē cursu vincere q̄ris Athā. Ne madidos ītret penetrabile frigus i artus: Neue grauis subita te pmat Iris aqua. Ridebis ventos hoc munere tectus. & imbres: Nec sic i tyria syndone tut' eris. ¶ Tyrias: purpureas. molles, & nō crassas, q̄les ab aliis sumebantur'. sicq; sui tpis luxū notat. ¶ Fœmineū ceroma qs nescit. i. qs nescit mulieres in gymnasiis exercere: vbi ceromate perungunē. Nam ceroma (vt ante in. iii. Saty. diximus) genus erat vnguenti ex oleo & terra in spēm luti: quo vngebanē in ludis gymnicis. ¶ Aut quis nō vidit: notat aliā in mulieribus impudētiā: q̄ more tyronū i cāpo Martio se exercerēt ad palū ibi defixū. Nā (vt scri. Vegetius de re militari) tyrones nō tm̄ mane. sed ēt post meridiē exercebantur ad palos: quos singulos singuli defigebāt in terrā ita: vt nutare nō possent, & sex pedibus eminerenē. Cōtra illum palum tanq̄ cōtra aduersariū tyro, nec nō & gladiator crate & clauo veluti gladio se exercebat & scuto: vt nūc q̄si caput aut faciē peteret: nūc a lateribus minaretē: inter dū cōtenderet poplites & crura succidere, recederet, insultaret, insiliret, & q̄si psentē aduersariū, sic palū oi ipetu, oi bellādi arte tētaret. ¶ Sudibus. i. clauis veluti gladio. ¶ Scuto: crate qua loco scuti vtebanē. Nā ex vimine scuta texebāt. ¶ Implet oēs nūeros: idest oia ad plenū pagit: q̄ talis exercitatio posceret. sic. n. dicimus cū aliqd pfecte factū volumus ostēdere. Sene. de bñfi. Magnus luctator nō q oēs numeros, nexusq; pdidicit. ¶ Dignissima prsus: hoc dictū ē igēti stomacho a poeta. vt sit sensus: Hæc, ingt, mulier q̄ calcata oi verecūdia se excrcet ad palū in cāpo Martio: dignissima qdē ē q̄ meretricio more exerceat ludos florales: hoc ē dignissima est, p īter ipudicas mulieres numereē: qñ tam ipudēter sese hēt. Nā meretrices in ludis

Flora/lia floralibus: q adhibito sonitu tubæ & magno populi cōcursu celebrabanē corpora sua nudabāt. Flora. n. (vt dixim' ex auctoritate Lactātii apud Persiū: Nostra aut floralia possint Aprici meminisse senes) meretrix fuit, q̄ cū ingētes opes arte meretricia cōparasset: populū romanū moriēs hæredē reliqt cū magna pecunia: ex cuius annuo fœnore suus natalis dies celebrareē editione ludorū, quos appellāt floralia. sed cū senatui flagitiosum videreē ab ipso noie argumētū sumi: placuit impudēdæ rei q̄dā dignitas adereē: Deāq; finxerūt esse, q̄ floribus pręsit: eāq; oportere placari vt fruges cū arborib', aut vitibus bñ psperreq; florescerēt. Eū colorē secutus in Fastis Oui. nō ignobilē nymphā fuisse tradidit: q̄ Cloris sit vocitata: eāq; Zephyro nuptā quasi dotis loco id accepisse muneris a marito: vt hēret oium florū ptātē. Celebrabanē ergo illi ludi cū oi lasciuia cōuenientes memoriæ meretricis. Nā pter verborū licentiā, qbus obscœnitas ois effundiē: exuunē ēt (vt diximus) vestibus populo flagitāte meretrices. Hęc Lactan. in primo diuinarū institutionū. ¶ Tuba: nā adhibita tuba ludi (vt diximus) celebrabātur a meretricibus. ¶ Nisi siqd in illo: hoc ironicos est pnūciandū. adiuuandūq; gestu. Est, ingt, digna: q̄ inter meretrices habeaē: nisi forte se pparat ad verū certamē & gladiaturā. nā (vt recitauim' ex s̄niam Vegetii) nō mō tyrones, sed ēt gladiatores: ad palū se exercebant: vt p si-

mulatam

IS

Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat
Balteus,& manicæ,& cristæ, crurisq; sinistri
Dimidium tegmen, vel si diuersa mouebit
Prælia, tum felix ocreas vendente puella.
Hæ sunt, quæ tenui sudant in Cyclade, quarum
Delitias,& panniculus bombicinus vrit.
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quam denso fascia libro,
Et ride scaphium positis cum sumitur armis.
Dicite vos neptes Lepidi, cæci ve Metelli
Gurgitis, aut Fabii, quæ Ludia sumpserit vnquam
Hos habitus quando ad palum gemat vxor Asyli.

mulatam pugnã, veram dimicandi disciplinã condiscerent. ¶ Veræ arenæ: veræ gladiaturæ: quæ in arena exhibebatur. Vnde & arenarii appellati sunt gladiatores. ¶ Quem præstare potest: colligit poeta illam mulierẽ, quæ quasi cõtempto sexu fœmineo, virilia sibi vsurpat officia, pudicam esse nõ posse, legendũq; est quidã cum exclamatione. ¶ Quæ fugit a sexu: incerta distinctio: verũ superioribus iungit: vt sic dicas: Mulier galeata: quæ fugit a sexu: quem pudorem potest præstare .i. quam honestatẽ potest exhibere? An sic legendũ sit: Quæ fugit a sexu vires amat .i. quæ muliebria officia relinquit,& virilia sectatur, videtur appetere vires & fortitudinẽ viri: hoc est vt sic fortitudine virili. vt sit sensus: Vellet quidã viro similis esse viribus,& fortitudine: sed tamen nollet in sexum virilem trãsire: cũ longe maiorem intelligat esse voluptatem fœminã quam virilem. ¶ Fugit a sexu: abhorret a sexu fœmineo: idest repudiat quæ mulierum sunt,& quæ mulieribus conueniunt. ¶ Quantula: ouinima.

ASCE. ¶ Nulla fere causa est &c. Ostendit mulieres virorum officia quanta possunt sibi vsurpare. Nã & lites agunt in foro: & in arenã gladiatoriam. Ideoq; dictum opinor Satyra .ii. ex ore muliebri: Nunqd nos agimus causas &c. Et paulo post: Luctantur paucæ: comedunt colliphia paucæ. Video paucæ, quia nõnullæ (vt hic dicitur) luctantur. & aũt illic mulier negat mulieres causas agere non est cõtra hunc locum: quia ibi loquitur ex persona Lauroniæ: hic ex propria. Nec hic dicit quod causas publice agant per se sed quod libellos cõponunt forte per aduocatos offerẽdos. Ordo est: Nulla est fere causa in qua fœmina nõ mouerit .i. excitauerit. aut inuenerit, si vellet, litẽ. & occasionẽ liti gaudi. Manilia .i. quæuis mulier Maniliæ similis. accusat .i. habet partes accusatoris si ipsa non est rea .i. si nõ debet habere partes defensoris. Id aũt potius dico quam cũ Mãcinello: si nõ est aliqua rea. quia vult si ipsæ mulieres non accusent, quod accusent. Ipsæ mulieres cõponunt. & formant per se .i. sine auxilio virorum libellos .i. formã petendi aut accusandi pactũ offerendã. pro exacte .i. promptæ & edoctæ. dictare .i. ad scribendũ a se inuentũ pnũciare. Celso: Cornelio s. viro illi oratori & studioso. principiũ .i. exordiũ, atq; locos rhetoricos. s. quis nescit. q. d. nemo: quia glibet mõ vidit endromydas .i. vestes quibus gladiatores vtunt. sũt. n. densæ. & ita defatigatis cõtra insrigidationẽ circũponuntur: mulieres aũt viris delicatiores habebant eas tyrias .i. purpureas. & qs nescit ceroma .i. vnguẽtum, quo vngebãtur palæstritæ: vt corpora glabra & cõtra ventũ ac sudorẽ nimiũ munita haberent. fœmineũ .i. quo fœminæ palæstrã exercentes vngebãtur. aut qs non vidit vulnera .i. trãsfixiones pali factas in palo .i. poste aut trunco erecto. quẽ palum mulier s. perforat .i. pforat. assiduis sudibus .i. perticis aut lanceis nõ ferratis. & lacessit .i. puocat scuto vt cõtra feriat. atq; implet oẽs numeros .i. oia ad artem militarem spectãtia tam in gestu, quam in aggressione & defensiõe: hoc est ẽt mulieres exercent se in arte militari more tyronũ. implet inquã oẽs numeros matrona existens dignissima prorsus .i. porro versus: hoc est oino. tuba florali .i. vt per tubam ad floralia vocet. & ita cũ cæteris floralia agẽtibus denudet: nisi si qd plus agitat .i. cõcipit in illo pectore .s. gladiaturam quam floralia agentis. & paratur .i. disponitur. Veræ arenæ .i. vt aliquando veram pugnã in arena exerceat. Quem honorẽ .i. quã honestatem potest mulier galeata præstare. q. d. nullum. vt pote quæ fugit a sexu .i. ab officio sexus muliebris. & amat vires .i. robur virorum. & tamen hæc ipsa quæ sic virilia exercet nollet fieri vir. Nam quantula .i. quantum parua. est nostra virilis voluptas respectu muliebris. q. d. minima est.

¶ Quale decus: indignatio est in mulierem arma pertractantem & in cõtemptum mariti ac si dicat, quam pulchrũ, quamq; decorum ornamentũ videas: si forte instrumenta stratiotica vxoris publica auctione venundantur. vel si acciderit tibi: vt cum aliquo tibi sit pugnãdũ: tunc. n. eris felix puella: hoc est vxore tua vendẽte ocreas: ac per hoc arma sua. poteris. n. iis cõparatis armari. Ordo aũt est: Si fiat auctio rerum coniugis. ¶ Ocreas: posuit ocreas pro oibus armis. sunt aũt ocreæ crurum armaturæ: dictæ quæ ocreæ quasi ob crus. Titus Liuius in prima Decade loquens de Seruio Tullo: Nec de armis quicquam mutatũ: ocreæ tñ ademptæ, legẽdũq; est iconicos,& gestu adiuuandum: quale, inquit, ornamentũ rerũ videris. si auctio cõiugis fiat: si publica auctiõe, Balteus,& manicæ reliquaque arma vxoris vendantur. Nã auctio appellatur venditio quæ publice fit ab auctu pretii: qui fit a circunstantibus, vnde & Actuarium appellatur additamentum pretii. Plautus in mercatore: Actuarium adiicito, vel mille nummum plus quam poscet. ¶ Balteus: cingulũ militare ex coriceo quo arma depẽdebant pugnatoria. dictũ (ait Varro) a bullis quibus erat distinctum. ¶ Manicæ: quæ ad manuum cõseruationẽ gestantur aduersus pugnantes manicæ sunt dictæ: etiã et manicas appellamus quibus manus aduersus vim frigoris muniuntur. Vnde Pli. Ad Marcum: Ad latus notarius cum libro & pugillaribus: cuius manus hyeme manicis muniebantur. manicas itẽ dicimus vincula quæ manibus iniiciuntur. Virgili. Manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. ¶ Cristæ: quæ gestari solent in vertice galeæ. ¶ Dimidium tegmen: hoc autem dictũ ex more Aetolorum (auctore Macro.) in bellũ vno tantummodo pede calciato descendebãt. quod institutum Vir. imitatus ait li. vii. de Hernicis Vestigia nuda sinistri Instituere pedis: crudus tegit altera pero. Dimidium aũt dixit quia a pede vsq; ad genu crus tñ itegebatur: reliqua vero pars nuda erat, scuto eam tegente. ¶ Sinistri cruris: bene aũt sinistrũ ait armari. nã in pugna crus semp sinistrum protẽditur adeoq; munitur. ¶ Hæ sunt quæ tenui: risu satyrico subsannat mulieres: quas ait in turpi facinore nullũ prorsus sentire laborẽ: in opere honesto sudare: quas inquit, vides tam fortiter arma pertractare: illæ sunt quæ vel leuium gestamine vestiũ sudant. ac si dicat: hic est ille sexus mollis & delicatus: cui ẽt leues tunicæ sunt onerosæ: & tñ arma vt leuia sine vllo labore pertractat. ¶ Cyclade, vestis est muliebris tenuissima & rotunda: vnde nomẽ: cyclos enim græce circulũ significat latine. de cyclade Propertius: Quæ modo per viles inspecta est publica noctes. Hæc nunc aurata cyclade signat humũ. Lampridius in Alexandro sic scribit: Matronas regias cõtentas esse debere cycladẽ quæ sex vnciis auri plus nõ haberet. Cyclades etiã insulæ sunt in mari Aegæo: dictæ quod in orbẽ & circulũ iaceãt. ¶ Panniculus bõbicinus: pannus & vestimentũ confectũ ex bombice con. Nã bõbices vermes sunt in Assyria: qui telas araneorum mõ texunt ad vestẽ, luxũq; fœminarum, quam bõbicina appellant eas tellas mulieres retorquere, rursusq; texere didicere tanta materiæ tenuitate, vt denudet fœminas vestis bõbicina. vñ Mart. Femineũ lucet sic per bõbicina corpus. ¶ Aspice quo fremitu: hoc ẽt risu satyrico pronunciandũ: Aspice, inquit, quam strenue ex disciplina tractãdorum armorum feriat palũ tanquam aduersariũ. nã ad palũ (vt diximus) exercebãt. vñ sequitur: Quãdo ad palũ gemat vxor Asyli. ¶ Quo fremitu: quia vociferatiõe nã (vt scribit Cice. iiii. Tusc.) in stadio cursores exclamant quam maxime possunt vt se intẽdant ad firmitatẽ: faciũt idẽ cũ exercent athletæ. Pugiles vero ẽt, cũ feriunt aduersarium in iactandis cæstibus ingemiscũt: nõ quod doleãt, animoue succũbãt: sed quia

JOAN Brit.

Ocreæ

Auctio

Actuarium

Balteus

Manicæ

Bõbicea

In profundenda voce omne corpus intendi: venitq; plaga vehementior. hinc igit. Iune. ait eam in feriēdo fremere: hoc ē voce intonare. ¶ Perferat. i. ferat in palū. ¶ Ictus monstratos dictatos a magro. ¶ Quāto pōdere curuet: ac si dicat: nō est mir. si valde icuruat: q̄ onerosa est galea. ¶ Quāta. q. d. q̄ fortis & valida. ¶ Sedeat poplitibus exp̄ssio ferētis ictumq; ge/nibus nitiť incuruatis. oā poplites ꝓprie dr̄r genuū cōcauitates. ¶ Quā denso fascia libro. i. aspice q̄ denso libro. i. denso volumine vestiū fascia adsit ipsi mulieri. nā fascia succinctæ mulieres ludebant. Mart. Harpasto quoq; Subligata ludit. ¶ Et ride: hoc ita superioribus cōiungitur vt sit sensus: Aspice & ride q̄si quę diuersa faciant. ridiculum. n. est eas arma tractare: & mox depositis armis in scaphium mingere. Est. n. scaphiū (vt Iulius Pollux tradit) vas foeminarum in qd̄ mingerent. Vulpianus de auro & argento legato scaphii sic meminit: Scaphia habita vētris cā non puto argēto legato cōtineri: q̄a argēti numero nō hn̄r. dictio autē est a græco deducta. nā σκαφη vas excauum, & peluim significat. Victru. tñ lib. viii. ōndit scaphiū nō solū esse vas ad vsum vētris: sed ēt ad alios vsus aptū his verbis: Scaphiū æreū, aut plūbeum, aut peluis ex his qd̄ erit paratū: idq; intrinsecus oleo vngať &c. ¶ Et ride: sic. n. poetæ ridēdo notāt vitia. Hora. in. i. ep̄la. qd puer, ride, mutat cœnacula, lectos. ¶ Dicite vos neptes Lepidi: hi tres: Lepidus, Metellus, & Fabius gurges fuere viri grauissimi. Horū poeta citat neptes vt mulieres seueras, & ex parentibus seueris natas, rogatq; nunqd tpibus suis talia mulierū exstiterint mōstra: vt deposito oi pudore in publico ad palū exercerentñsicq; sui tpis vitia flagellat: oñdēs oia in deterius labi. ¶ Lepidi: de M. Aemilio Lepido itelligit: q princeps senatus a cēsorib⁹ lectus anq̄ expiraret, ꝓcepit filiis lecto se strato, sine linteis, sine purpura efferrēt: i reliquū funus ne plusq̄ æris denos cōsumerēt: imaginū specie nō sumptib⁹ nobilitari maximorū virorū funera solere. in his cōsul fuit: pōtifex maximus, & cēsor recollega Fluuii Flacci: cū aduersus eū graues inimicitias exercuisset: eas vt simul cēsores effici ati sūt in cāpo deposuit. ¶ Cęcive Metelli: Metellū illū itelligit: q orbā luminibus exegit senectā amissis icēdio: cū ex æde Vestę ardēti pōtifex palladiū raperet memorabili cā: sed euētu misero. Tribuit. n. (Auctore Pli.) populus Ro. qd̄ nunq̄ vlli alii ab condito æuo, vt quoties in senatū iret, curru veheret ad curiā: magnū & sublime, sed ꝓ oculis datū. de hoc diximꝰ in. iii. Satyr. ¶ Gurgitis Fabii: hic est ille Fabius gurges: q aliquot matronas ad populū stupri dānatas pecunia mulctauit. ex quo mulctaticio ære Veneris ædē: q̄ ꝓpe Circum est: faciēdā curauit. filius autē fuit illius Qu. Fabii cēsoris: a quo in q̄tuor trib⁹ redacta est turba forēsis. vñ nomen fuit Fabio maximo datū. Iure ergo citat neptes Fabii gurgitis. vtpote ex eo natas: q vitia mulierū exosus fuerit, puniueritq;. ¶ Quæ Ludia: q̄ mima fecerit id ꝓ tātā ipudētia: q̄ fit a matronis nři sæculi. ¶ Hos habitus. i. tales habitus athleticos & gladiatorios. s. ¶ Quando ad palum gemit vxor Asyli: q. d. maiore verecundia viuit mima & uxor gladiatoris. q̄ matronę nři tpis. neq; enim Ludia ad palum exercet sicut matronæ. Asylus gladiatoris nomē ē. Bñ āt gemit, q̄a (vt diximus) pugiles cū feriūt aduersarium ingemiscunt: nō q̄ doleant, aiue succumbant: sed q̄a in ꝓfundenda voce oē corpus (vt dixi) intenditur.

Asylus

ASCE. ¶ Quale decus rerū &c. Prosequiť eundē rē oñdēs mulieres sibi oia arma, atq; indumenta gladiatorum, ac militum comparasse. Loquitur aūt ironice in principio alludēs ad mundum muliebrē. i. ad ornamēta mulierū. nā mundus ornatus dr̄. Ordo igiť est: Quale decus. i. qualis ornatus sup. fieret vel exponeret. si auctio. i. si vēditio publica sub hasta pactionē ꝓ rerū. i. ornamētorū, & sarcinularum cōiugis fiat. q. d. pulcherrimum. & id ꝑ ironiā. Esset n. balteus. i. cinctura militaris. & manicæ. i. armaturę manuū. & cristæ. i. ornamenta galearum. & dimidiū tegmen sinistri cruris q̄ Virgi. Hernicos armatos in bellū ꝓdiisse dicit. vel si monebit diuersa pila: vt opus sit vtriusq; cruris tegmine. tu sup. eris tū. i. tūc qn̄ fiet auctio talia felix. puella vēdēte: q̄a puella vendit ocreas. i. crurū armamenta: vnde ꝓtium obtineas. hæ. i. hmōi mulieres, q̄ armis iustendū induuntur, & gladiaturā exercent: sunt q̄ sudāt. i. quæ se quasi præ teneritudine & imbecillitate muliebri. simplāt sudare. in tenui cyclade. i. veste tenuiss. ima. quā circūponunt sibi. & quarū delitiis. i. voluptates. vel potius quarū delitias. i. delitiosum corpus pāniculus. i. modicus & tenuissimus ꝑānus bōbicinus. i. ex vermium, q bōbices dicunť, tela cōfectus: vulgo sericum uocat: sed Seres lanā ex arborū foliis carpunt. vrit. i. excitat si voluptates dicis: uel cōburit præ pōdere si delitiosum corpus. Aspice quo fremitu talis cui uestis tenuissima oneri est. ꝑforat. i. ꝑfecte & adoptatū ferat. ictus mōstratos a lanista, seu magro gladiaturę. & aspice quo pōdere galeę ipsa curuet. & quāta. i. quā extēsa & magna poplitibus. i. in poplitibus & suris. Sunt autē poplites nerui post genua: & suræ illæ carnosæ pulpæ post tibias. sedeat. i. incliuet se dum euitat ictus: hoc est vide quanta crura hēat. & q̄ neruosos poplites dū sedet. i. in ipsos incumbit ad euitandum ictus. Mar. dicit q̄ta. i. q̄ pua: qd ad artē spectat: vt. s. redigat se in modicum globum cōtrahere: dum ictus euitet. sed vbi paruitatē significare solet: vtiť poeta diminutiuo: vt iā patuit ibi: Sed q̄tula nřa uoluptas. Præterea sensus poetę est ostēdere ipsā hēre crura nō exilia, sed uirilia. & deesse tñ mēbrum uirile. vñ subdit: Et ride positis &c. hoc est ride dū muliebri more mingit. Quin etiā vt structura eē. Aspice quāta. i. q̄ dēsa fascia. i. ligatura uestium. & q̄ dēso libro. i. uolumine & iplicatiōe uestium. sedeat. i. iplicet poplitibus &c. sed meo iudicio melius q̄dret: vt mulier sedeat q̄ fascia: q̄a vt reor spectisse illud primi Aenei. Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentis. Et ita ordo & sensus est: Aspice q̄ta. i. quantum magna ipsa sedeat poplitib⁹. i. icumbat in genua: q̄ nuda hēt: vt poplites uiriles uideant. & q̄ denso libro. i. volumine uestium fascia sup. sit illi circa gremium. i. femora. Et ride tū. i. qn̄ scaphium. i. vas quo vtunť mulieres ad mingēdū. sumiť a tali muliere. & hoc armis positis. i. depositis. Iō autē ridebis: q̄a quē in armis uiris iudices, mingēte mulierē cēseas. Vos nobilissimę mulieres neptes Lepidi: & Metelli cæci. i. dum Mineruā flagrāti ex æde recipet excæcati. aut gurgitis Fabii. i. nobilissimorū virorum. q̄ Ludia. i. uxor histrionis & gladiatoris sumpserit vnq̄ hos habitus, quos sumitis. q. d. nulla. qñ gemit. i. fremit. uel lassata gemitum facit. uxor Asyli. i. illius gladiatoris ad palum quem ictibus lacessat: & fatiget: sicut uos. quasi dicat nunquam, & ita infamiores illis estis.

IOAN. Brit. ¶ Semp hēt lites: alia dissuasio. Semp, igť, lites & iurgia marito sunt sentiēda: vt nullus sit ne i lecto qdē locus qetis. lis ꝓprie appellaŕ inimicorū certatio. Iurgiū āt bñuolorū & ꝓpinquorū. Cic. in ii. de rep. Iurgare ergo lex putat inter se vicinos nō litigare. ¶ Minimū dormiť. i. modicū & parū dormiť. ¶ Tunc

Lis Iurgium

Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo,
Tunc grauis illa viro, tunc orba tigride peior,
Cum simulat gemitus occulti conscia facti.
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat
Vberibus semper lachrymis, semperq; paratis
In statione sua, atq; expectantibus illam,
Quo iubeat manare modo, tu credis amorem,
Tu tibi tunc curruca places, fletumq; labellis
Exorbes, quæ scripta, & quas lecture tabellas,
Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ.
Sed iacet in serui complexibus, aut equitis. dic,
Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem.
Hæremus. dic ipsa, olim conuenerat inquit,
Vt faceres tu quod velles, nec non ego possem
Indulgere mihi, clames licet, & mare cœlo
Confundas, homo sum. nihil est audacius illis
Deprensis, iram, atq; animos a crimine sumunt.

¶ Tunc grauis illa viro: aliā notat exq̄sitā in muliere maliciā:
q̄ cum amatore suo cū fuerit: verita ne maritus mali de se sen
tiat: aut suspicet: ipsa vltro maritum ꝑ fictas lachrymas accu
sat: totaq; est in suspitio & gemitu: vt dissimulata prauitate
eum decipiat credētē ex vehemēti in se amore id fieri. ¶ Tūc
grauis: ordo est: Illa tunc grauis & molesta viro accusans est:
& peior tigride orba: cum cōscia facti occulti. i. adulterii sui
admissi simulat gemitus. i. simulat suspiria, ac ꝑinde se mari/
Tigris ti zelotypam ꝓbat. ¶ Orba tigride: tigris aial est qđ Indi &
hircani ferunt: velocitatis tremendæ: & tum maxime ablatis
foetibus sæuit præcipua seueritate in littore: cū raptor i na/
ue se cōtulerit: a celeritate nomen accepit. nam tigris lingua
Pellex ꝑsica sagittā significat. ¶ Aut odit pueros: cōsuetudine græ/
ca pueros pro seruis. i. insectaē seruos vt adulterii ministros.
ostendit q̄o grauis sit viro. nam quo irata ei videaē: oia in
domo ꝑturbat: vt grauiter offensa. ¶ Aut ficta pellice plorat:
aut fingit se plorare ꝑp pellicem suam. nam pellex ea appella/
tur: quæ cū eo cubat: cui vxor sit. de qua plura illic diximus:
Statio Residens in codice pellex. ¶ In statiōe sua: hoc est in sede sua.
Nam statio appellatur ois destinatus ad standum: excuban/
dumq; locus: sępe etiam statio ponitur pro ipsis custodibus.
vt illud apud Trāquillum in Nerone: Sed adiuuante vulgi
preces etiam statione militum, quę tunc excubabat: represen
taturum se pollicitus est. inde etiam dicuntur milites statio/
Statio/narii narii. Statio item ꝓ ipso officio standi. vt illud apud Vale:
Voluntaria statiōe & corpora & aios corroborabāt. Alibi:
Anteā senatus assiduam stationem eo loci pagebat. De quo
vocabulo pluscula dicemus in. xi. Saty. illic: Stationes, om/
ne theatrum. ¶ Expectātibus illam. s. mulierem, & dominam
suā. ¶ Quomodo iubeat manare: ostēdit posta q̄ facile sit mu
lieri lachrymas emittere: quæ vt libuit eas fundit: nec mi/
nus in re ficta, q̄ in vera. vnde illud est Ouidii: Credidimus
lachrymis, an & hæ simulare docentur? Hæ quoq; habēt ar/
tes, quaq; iubentur eunt. Terentius: Hæc uerba vna meher/
cle falsa lachrymula extinguet? ¶ Tu credis amorem: insultat
inscitiæ mariti nimis creduli. credis, inquit, hoc fieri quia te
Curru/ca amet? ¶ Curruca places: ignominiose currucam appellat ma/
ritum: quasi qui alienos educet liberos ꝓ suis: vxorēq; suam
ab aliis possessam amplectaē. Nam curruca (vt scribit Arist.
li. vi. de natura ani.) auis est: i cuius nido cucullus parit oua:
quæ curruca vt sua fouet, excludit, & educat. Parit item in/
terdum in nidis minimoꝝ auium, & oua quę aliena rapetit,
edit: maxime vero nidos palūbinum petit: quarū oua esu ab/
sumens sua relinq̄t. ¶ Quę scripta: qualia scripta: ac si dicat i/
Scriniū pudica & amatoria adiuuādumq; ē gestu. ¶ Scrinia: scriniū
ꝓprie appellatur vbi & scripta & vnguēta reponuntur. Pli.
lib. xiii. Castris. Darii regis expugnatis in reliquo eius appa/
ratu Alexāder coepit scrinium vnguentorum. Hora. in epi.
Calamum & chartas & scrinia posco. a scrinio dicuntur scri
niarii: qui scriniis præsunt. ¶ Mœchæ. i. uxoris tuæ, quę mœ
Zeloty/pus cha est. ¶ Zelotypæ: quæ se zelotypam simulat. nam zeloty/
pus ꝓprie appellari potest: q ita amat ut solicitus sit ne quis
Zeloty/pia amore suo ꝑfruatur. Et zelotypia diffiniē (ut ante diximus)
a Chrysippo ægritudo animi ex eo prouemiens, qđ timeas,
ne adsit alteri. qđ cum nemine uelis habere cōmune. Quam
diffinitionem seqtur Cicero in quarto Tuscu. sic: Zelotypia
ægritudo est ex eo q alter quoq; potiatur eo, qđ ille ipse cō/
cupiuerit: videturq; vocabulū deduci a ζῆλος & τύπτω. i. amo
re καὶ τύπτεσθαι. i. verberari: q zelotypus assiduo amoris
malleo pulseē. alii tā dictum volunt: q a ζηλοτυπέω idē est qđ
æmulor & inuideo. ¶ Sed iacet in serui complexibus: ostensu
rus est mulierem non modo ad oia uitia esse pronam: sed in
flagitio deprehensam mira se etiam audacia defendere. Si, in
quit, forte accidat vt eam inuenias in cōplexibus, aut serui,
aut equitis ita: vt ne summus quidem orator eloquentiæ sui
quærat rem tueri: ipsa, inqt, facile & se statim tuebitur. ¶ Dic
Quintiliane: Quintilianū posuit poeta ꝓ summo oratore: q
tēpibus Domitiani floruit: scripsitq; libros de institutiōe ora
toria: q ad nos ꝑuenerunt: vrbis fuit magister primusq; mer
cedem publicā accepit e fisco, vt scribit Eusebius. Docuit et

nepotes Domitiani. Mar.: Quintiliane vagę moderator sum
mæ iuuentæ Gloria romanæ Quintiliane togæ. ¶ Aliquem
colorem. i. dic facti rōnem. Nā græci chorma appellāt qđ nos
colorem. i. rōnem, q̄ factum excusat. vnde Quinti. lib. iii. Sed
dandus illis deformibus color. Seneca in tertio declamatio/
num: Manifestus est adolescētis color: vt dicat se auctoritate
patris oppressum. Idem in. vi. de cōtrouersia. ii. libri. Colore
hoc vsus est latro ꝓ patre puellæ: nō misericordia motā, sed
libidine. & ideo nō est beneficium. Idē in seqnēti ꝯtrouersia:
Alio colore vsus est. dixit. n. non iram illam patris fuisse, sed
calliditatem. Quæstio quæ sine colore est cōsistere nequit,
hoc mō. C. Vatienus sinistræ manus digitos ne bello Italico
militaret, abscidit: reus est læsæ reipu. Hic qm̄ color facti nō
inuenit: cā nequit cōsistere: sicq; defensio subuertiē. Vnde iu
cunde poeta interrogat Quintilianū tanq̄ optimum rheto/
rem: vt cām hāc defendat, & facti rōnē afferat. ¶ Hæremus:
verba Quintiliani. Certe, inqt, hæremus. i. ambigimus quo
pacto rē tam euidentem possimus defendere. ¶ Dic ipsa: ver/
ba Quintiliani. q. d. cū nos id nesciamus dic tu ipsa o mulier.
Illud obseruandum est hoc ꝓnomen ipse iungi primæ perso
næ, secūdæ, & tertię: vt ipse feci, ipse fecisti, ipse fecit. ¶ Olim
cōuenerat: arguta defensio mulieris. ¶ Mare cælo: solent. n.
percipi ita clamādo elemēta ciere. vt illud Terentianum: O
cælum, o terra, o maria Neptuni. ¶ Homo sum: crimen a se re
mouet in sexus imbecillitatem transferēs: vt sit homo sum. i.
mulier sum. & proinde nec mirum si aliquādo a recto trami/
te declino: quando cuiusq; sit hominis errare.
❡ Semp hēt lites. Aliud icōmodū matrimoniis ex vitio mu AS
lieꝝ: q ne noctu qdē requies sit. Ordo est: Lectus i quo iacet
nupta. i. cōiux legitima. hēt semp lites & iurgia alterna. i. al/
tercatiōes. dormiē. s. a viro. minimum. i. ꝓ minima parte no/
ctis in illo. s. lecto. Illa. s. vxor. est tunc grauis. i. molesta viro.
& ipsa ē tunc peior tigride orba. i. cui ablati sunt catuli. tūc
dico. cū. i. qn̄. ipsa ꝯscia occulti facti ipsius mariti simulat ge/
mitus: hoc est qn̄ incipit gemiscere: q simulat se scire adulte/
rium viri: aut aliqđ detestabile factū. & hoc potius dico q̄ vt
de ꝓprio facto intelligā: nō ignarus q mulieres cū peccaue/
rint priores litigent, ne viris sit obiurgādi locus: sed hoc fa/
ciūt qn̄ depr̄hēsæ sunt. hic autē dē occulti cōscia facti: hoc
est facti ipsius viri: qđ ipse putet occultū esse. & ipsa tunc aut
odit pueros. i. familiares. aut plorat pellice ficta. i. simulata. i.
simulās se pati pelliceē. plorat dico lachrymis vberibꝰ. i. exube
rātibus semp, vel existētibꝰ semp vberibus. i. abundātibꝰ. i. pa
ratis semp in sua statione. i. in loco vbi stāt: donec iubeantur
effluere, aut excurrere: sicut cursuri ad stadium stāt in sua sta/
tione parati signo dato excurrere. vn̄ subdit: atq; expectanti/
bus illā. i. iussum eius: q̄o ipsa iubeat eas manare. i. diffluere.
Tu autē q putas eam plorare: q̄si ex zelotypia: cum ploret ex
malitia: credis amorē eius in te. & tu curruca. i. filis currucæ
auis: q sicut illa oua aliena vtpote cuculli fouet: ita tu liberos
alienos: aut saltē cōiugē: q̄si nidum ad quē adulteri accedant.
Galli ꝑuerso officio vocāt eū cucullū: qui alienos liberos fo
uet vt suos: cū cucullus magis ꝓprie vocetur: qui ad alienū
nidū. i. toꝝ accedit. & curruca, quē modo cucullū vocāt. pla
ces tibi. i. supbis infortuniis tuis. & beatū te putas. aut gratu
laris tibi. tūc. s. qn̄ vides cōiugem plorare, & exorbes. i. sorbē
dō exiccas. fletū. i. lachrymas illius labellis tuis. tu iquā lectu
re. i. q lecturus es. quæ. i. q̄lia scripta, & quot tabellas adulte
roꝝ. i. si scrinia. i. capsæ & cistæ. mœchę. i. coniugis tuę adul/
tere zelotypæ. i. fingētis se de te zelotypā. retegaē. i. apiātur.
Sed iacet &c. Nec solū, inqt, hoc mali est: q oculte mœchenē
& tū te adulterii incusent. q etiā in adulterio dep̄hēsę obiur
gādi & se purgādi colorē inueniūt: quē ne Quintilianus qdē
optimus declamator iuenire posset. Ordo est: Sed cōiux tua
iacet? hoc est ponamꝰ q iuenias eā iacētē in cōplexibꝰ serui:
aut eqtis: q sup. via: aut rō ē excusādi. eā o Quintiliane opti
me orator dic, dic io des: blādiētis iteriectio. i. si audes. dic illi
quā aliquē colorē. i. aliq̄ rōnē, q̄ verisilr posset excusari. Re/
spōdet ꝑ fictionē poetę Quintilianus dicēs: Hęremus. i. nos
oratores dubitāmus, an possit inueniri ratio. vnde poeta ad

mulierem deprehensam dicit: Dic ipsa.i.tu quae deprehensa ex ipsa inquit.i.dicit ad vir. Conuenerat.i. conueniens & bonum visum erat tibi olim: vt tu feceres qđ velles: & accederes ad quam velles me spreta, nec non: accipiamus duas negationes pro vna, vt sit: & ego nō possem indulgere mihi.q.d.id equum nō est: quia si tu placitum tuum fecisti, facio iam meum. Vel sic: Conuenerat.i. cōuentum & pactum fuerat inter nos olim: cū.s.aliā plus q̄ me amares. vt tu faceres qđ velles. necnon.i. & etiam. vt ego possem indulgere.i. bonos dies, & mollē, delitiosam qȝ vitā dare mihi. licet.i.licitum ē.pmitto tibi, vel licet.i. q̄uis clames.i.clamādo i vltionem voces: & cōfundas mare caelo: sicut irati solēt. tñ sup. ego sum hō.i.psona humana q.d.sum fragilis & ad libidinem pna: non possum secubare semp: vt imagines ligneae aut lapideae: & ita si tu tibi indulsisti: sine me mihi quoqȝ indulgere. nihil est, inqt poeta, audacius.i.animosius. & magis temerarium illis deprehensis.i.in adulterio inuētis. Nam deprehendimus in facto: rescimus post factum. dicit autem deprehensis ppter metrum. nam deprehensis non staret. Et ipsę mulieres sumūt iram, atqȝ animos a crimine: idest sm magnitudinem peccati simulant se vltro iratas.

AN, it: ℂ Vnde haec monstra tñ: forte, inqt, reqris vnde haec tanta mulieꝶ scelera pueniant. ex nimio inqt otio, nimioqȝ reꝶ luxu haec sunt: qđ p sequētia indicat. nam cū Romani paupertate & bellis, inqt, pmebant, summa in vrbe vigebat pudicitia & pbitas. vnde est illud Salusti. in Iugurthino: Metus hostilis in bonis artibus ciuitatē retinebat: quare elegāter sequit: Praestabat castas &c. Verū iis oibus amotis incōmodis luxuria inualuit: mores totius ciuitatis corrupti sunt. Sicqȝ poeta monet in delitiis perditari honestatem. Vnde illud est Oui. Quaeritur Aegysthus quare sit factus adulter: In prōptu causa est, desidiosus erat. ¶ Labor: nā variis intēti laboribus paupertatē iuebantur vitiis carebant: vnde sapiēter dixit Oui. Otia si tollas, periere Cupidinis artes. ¶ Vellere thusco.i. lanificio. ¶ Thusco: aut quia in vico thusco lanificium exercebatur. Thuscus autē vicus fuit in vrbe: quo itur ad velabrū: vbi consistebant vnguētarii & lenonea. vnde est illud Hora. in Satyris: Vnguētarius ac Thusci turbae impia vici. qđ magis placet: qa ex hetruria vrbi vicina lanificiū habebat. vt intelligas non solū in vico thusco: sed per totam ciuitatē tunc mulieres lanificio, caeterisqȝ honestis artibus intentas fuisse. ¶ Ac pximus vrbi Hānibal.i. bella qualia Hānibal gessit aduersus Romanos. Hānibal aūt post Cānēsem cladē ad Anienem Fluuiū triamillia passuū ab vrbe castrametatus est: quo tpe ploratus (auctore Liuio) mulierū non ex priuatis solum domibus exaudiebant: sed vndiqȝ matronae in publicū effusae circa Deum delubra discurrebāt crinibus sparsis aram verrētes: nixae genibus supinas manus ad caelū ad Deos tendentes, orātesqȝ vt vrbem Romam e manibus hostiū eriperent, matresqȝ romanas, & liberos paruos inuiolatos seruarent. ¶ Stātes in turre collina: nam senatus censuit vt Hānibale pximo vrbi: consules ponerent castra inter portam Collinam & Aesquilinam. Cōsules, senatusqȝ in castra venerunt: ibi de

linā summa reip. consulatum. Collinam autē dictam scribit Varro a varietate collium: quā Quirinalis habuit collis, ea enim porta ad Quirinalem ducebat. ¶ Nunc patimur: ex nimio, inquit, otio multa nunc mala patimur. Luxuria enim vrbem inuasit: quae grauius quidem q̄ bellum omnem honesta expugnauit. Illud sciendum vlcisci dici de amico & inimico: vt vlciscar patrem meum: hoc est vindictam sumam de iis, qui patrem meum laeserunt: & vlciscar pcussores patris. ¶ Victūqȝ vlciscitur orbem: sumit, inquit, vindictam & supplicium de

Vnde haec monstra tamen, vel quo de fonte requiris?
Praestabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitiis contingi parua sinebat
Tecta labor, somniqȝ breues, & vellere thusco
Vexatae, duręqȝ manus, ac proximus vrbi
Hannibal, & stantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longae pacis mala, saeuior armis
Luxuria incubuit, victumqȝ vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusqȝ libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad Histros,
Et Sybaris colles. hinc & Rhodos, & Miletos,
Atqȝ coronatum, & petulans, madidumqȝ Tarentum.

Romanis: qui totum orbem vicerunt. q.d. satius fuisset si totum orbem non superassent: nec luxuria vrbem occuparet. ¶ Vlcisci: illud sciendum vlcisci dici de amico & inimico: vt vlciscar patrem meum: hoc est vindictam sumam de his qui patrem meum laeserunt: & vlciscar percussores patris. ¶ Nullum crimen abest: ex quo, inquit ciuitas imperio, & opibus aucta est: omne genus sceleris exerceri coeptū est. vñ & Tit. Liuius sic scribit in plogo suo: Quāto reꝶ minus, tāto min⁹ cupiditatis erat. Nuꝑ p diuitiae auaritiā, & abūdātes voluptates desideriū p luxū, atqȝ libidinē peundi: pdēdiqȝ oia inuexere. ¶ Hinc nō solū, igr, mores vrbis p luxū corrupti sunt: sed & alię ciuitates vrbis exēplo luxuriāt. ¶ Hinc.i.ex Roma. ¶ Fluxit: idest luxuria. ¶ Ad Histros: Histri ex littore Illvrico i Italiā venięti occurrūt. ab iis ait Festus Pōpeius appellatos esse histriones: q primū illinc venerint: ut ide appareat eos molliter uixisse. Liuius tñ in. vii. primae Decadis. & Tacitus: & Val. lib. ii. de antiqs institutis Ludiū: quis thusco verbo histrio appellatus est: ex Hetruria Romā primum acceitum cōtendunt. ¶ Sybaris: oppidum est Calabriae nō longe a Crotone cōditum ab Achiuis inter duos amnes Cratidem & Sybaridem: a quo cognomen habuit. auctor Strabo. lib. vi. Bene aūt ait luxuriam ad Sybaritas defluxisse. Nam cōstat eos luxu, delitiisqȝ notabiles fuisse. Vnde Philo Haebreus in uita Mosae comoedias, inqt, & Sybariticas neqtias componētes: hoc est poemata lasciua. Strabo eodem libro scribit Sybaritas adeo luxria. delitiisqȝ intēperātes defluxisse: ut oi illa felicitate intra septuaginta dies a Crotoniatis exuti fuerint, & debellati. De Sybaritis sic & Quintil. lib. iii. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret. vnde apud graecos puerbium est: Συβαριτικὴ τράπεζα: hoc est Sybaritica mēsa: qđ dicebatur de conuiuio laute apparato. Suidas refert Sybaritas instituisse: vt eqad tibiae cātum saltare cōdiscerēt. Et Sybaritas luxuriosos appellatos. ¶ Hinc Rhodos & miletos: casus sunt nominatiui.i. luxuria Rhodia, & Milesia, hinc est.i.ex urbe Roma nata est. Et exēplo vrbis Rhodii, & Milesii luxuriare didicerūt. Rhodos āt insula ē maris Lycii cognoiata a Rhodo Neptuni filia ex sorore Telchinū. Bñ aūt Rhodon & Mileton noiauit. Nā oēs fere populi orietalea maximeqȝ Asiatici oi reꝶ luxu affluxerūt. vñ est illud Valerii in scdo: Spartana ciuitas seuerissimis Lycurgi legibus obtēperās aliq̄diu ciuiū suoꝶ oculos a cōtēplāda Asia retraxit: ne illecebris eius capti ad delicatius vitę genus plaberent. audierāt.n. lautitiā ide: & in medicos sumpt⁹: & oia nō necessaria voluptatis gr̄a fluxisse: qđ & Liui. affirmat lib. ix. de bello Macedo. Miletos: ciuitas est Ionię patria Thaletis phi in Asia minore: eā cōdidit Miletus fili⁹ Solis & Pasiphaes. Oui. Spōte fugis Milete tua, celeriqȝ carina Aegeas metiris aqs, & in Aside terra Moenia cōstituis posito rishūtia nomē. ¶ Tarētū: ciuitas Calabriae. ¶ Coronatum & madidū: hoc ideo dicit: qa ibi cōuiuia luxuriosa agitabantur in qb⁹ sumebāt coronae. Cōsuetudinē aūt coenādi cū corōis Iones primi reppisse tradunt, auctor Vale. in. ii. de mollitie Tarētinoꝶ sic: finē pfecto fruēdaꝶ opū: qbus ad inuidiā diu abūdaueras Tarētina ciuitas ōfuisti. Sidoni⁹: Ipsaqȝ perit, trepidauerat vncta Tarētus. Hora. in eplis. Sed vacuū Tybur placet, aut molle Tarētū.i. luxurię vacuās. fuerūt.n. opulētissimi Tarētini: qđ Vale. li. ii. (vt dixim⁹) docet. Macr. li. iii. Satur. scribit Tarētū ligua Sabinoꝶ molle significat. vñ & nux Tarētina dr: q̄ ita mollis ē: vt vix attrectata frangat. itē qdā oues tarētinas dnt: hoc est molles. ¶ Petulās: ad id respexit: qđ nō mō p supbiā res Romanoꝶ i portu suo captas reddere noluerūt: s alteꝶ ex legatis: qa a senatu missi fuerāt ad eas

Sybaris

Rhodos

ad eas repetendas vrina respserint. Pōt etiā huius loci alius
esse sēsus: vt sic legamus: Hinc fluxit ad istos Et Sybaris col
les. vt sic exponamus: Hinc: hoc est ex pace, nimiꝗ́ otio
& abundātia luxuria Sybaritana, Rhodia, Milesia, & Tar
rētina fluxit ad istos colles: scilicet vrbis nostrę: quasi cum cō
temptu dictum ad istos: quasi qui oēm aspernari deberēt lu
xum & molliciem: vt sic intel
ligamus: Mores peregrinos.
a Romanis eē acceptos, post/
quam diuites & in otio esse
cœperūt. vnde sequitur: Pri/
ma peregrinos obscura pecu
nia mores Intulit.

Prima peregrinos obscæna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
Diuitiæ molles, quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, & capitis quæ sint discrimina nescit.
Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet,
Cum perfusa mero spumant vnguenta falerno,
Cum bibitur concha, cum iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.
I nunc, & dubita qua sorbeat aera sanna
Tullia, quid dicat notæ Collactea Mauræ.
Maura Pudicitiæ veterem cum præterit aram,
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemq́ Deæ longis siphonibus implent,
Inq́ vices equitant, ac Luna teste mouentur.
Inde domos abeunt, tu calcas luce reuersa
Coniugis vrinam magnos visurus amicos.

ASCĒ. ¶ Vnde hæc monstra tamē.
Ostendit causam tantæ luxu
riç vt cognita vitetur. Ordo
est: Tamen cum licet verum:
admirabile tamen sit tot vi/
tia in vna ciuitate esse. tu re/
quiris. i. quilibet dubitans re
quirere potest vnde sup. sint
vel prouenerint hæc mōstra. i.
monstrosa scelera: quæ con/
tra naturā & saxū fiūt. & de
quo fonte. i. de qua origine.
Respōdet poeta primū ostē/
dens causam oppositæ virtu
tis. s. pudicitię. quia oppositorū eadem est disciplina. ostenso
eni ꝙ paupertas, labor, vigilia, sobrietas. & huiusmodi sint
causæ continentię: Patebit ꝙ diuitiæ. otium, domitatio, cra
pula, & ebrietas sint causæ incōtinentiæ. dicit ergo sic, For
tuna humilis. i. modica rerū possessio. præstabat. i. exhibebat
q̄ 1ōdam latinas. i. mulieres in Latio castas. & labor. i. assidua
operatio. non sinebat. i. pmittebat. tecta parua. i. humiles do
mos. contingi. i. pollui vitiis. & somni breues. & manus mu
lierū duræ ac vexatæ. i. exercitate. vellere. i. lanitio. thusco. i.
in Thuscia nascente. & Hānibal dux Carthaginensiū & ini
micus Romanorū pximus vrbi. s. Romæ & mariti stātes. i.
excubātes in turre Collina. nō sup. sinebāt pua tecta cōtingi
vitiis. sed nos patimur nūc mala. i. incōmoda longę. i. diutur
nę pacis: perquam otium & sopor: & ex illis luxuria produ
cta sunt. unde sequitur. luxuria sæuior. i. nocentior & īmma
nior armis. i. bellis. incubuit. i. inuasit ciuitatem. vnde incuba
tores dicuntur tyranni: qui occupant regna aliena. & luxu/
ria vlciscitur, orbem. i. mundum victum a Romanis. i. facit
vltionem pro mundo victo: quia vincit victores. Nullum
crimen, & nullum facinus libidinis abest Romanis. s. ex quo
sup. tempore: idest post quod tempus. paupertas Romana
perit: idest periit. est enim syncopa. vt docet vltima syllaba
quæ ideo producitur. Et crimen libidinis & luxuriæ fluxit
hinc: idest a Romanis ad Istros. i. illos populos in extremis
oris Italiæ primos illyrici littoris. Et colles Sybaris. i. illius
ciuitatis inter duos fluuios ab Achiuis conditæ: & maximæ
opulentiæ, atq́ luxuriæ. hinc est sup. Rohdos: idest luxuria
Rhodiorum. Si dixeris hinc luxuria fluxit & Rhodos: ma
lus erit versus: quia in accusatiuo vltima produceretur. &
si deposueris &: vt sit hinc Rhodos iam prima contra cōsue
tudinem producitur. vnde Hora. in Carmi. Laudabunt alii
claram Rhodon & Mytilenem. Et Luca. libro. viii. Clarāq́
relinquit Sole Rhodon. Vbi clara vocatur Sole propter di/
ctum Solini a Mancinello recitatum. Possumus ergo hic le/
gere: Hinc ad Rhodon & Miletos: faciendo spondaicū ver
sum: quē Iuuena. sępe facit. aut vt Hora. Hinc ad Rhodon
& Mitylenen, & forte ita scriptum. reliquit: quia tamen co/
dices habent: Hinc & Rhodos: legamus sicut accepimus. Et
hinc est sup. Rhodos: idest luxuria Rhodi, & Miletos. i. lu/
xuria Mileti. & Tarentum coronatum: idest inter potan/
dum coronis ornatum. & petulans: idest lasciuum. & madi
dum: idest vino, vnguentoq́ diffluens.

IOAN. Brit. ¶ Prima peregrinos: ostendit nimia diuitiarū abundantia

vrbis mores corruptos esse: ciuitas enim iam omni orbe sub/
acto in omnem prorupit luxū. Est ergo sensus: Pecunia ipsa
. i. ampla patrimonia: & diuitiæ multę fuere causa: vt mores
peregrini & luxus in vrbem inueherētur. vt siquid apud na
tiones peregrinas ad luxum esset: id omne Romani vsurpa/
rent. vnde illud in. iii. Satyra: Iam pridē in Tyberim Syrus
defluxit Orontes: Et linguā,
& mores cum tibicine chor/
das Obliquas: nec non genti/
lia tympana secum Vexit: &
ad Circum iussas pstare puel
las. Ex Asia eni (vt docet Li/
uius lib. ix. de bello Macedo/
nico) luxuriæ peregrinæ ori/
go ab exercitu Asiatico inue/
cta in vrbē est. Inde primum
lectos æratos, vestem stragu/
lam preciosam, plagulas, &
alia textilia, & quæ tum ma/
gnificæ supellectilis hēban/
tur, monopodia, & abacos
Romam adduxerūt. Tunc
Psaltriæ, Sambucistrięq́, &
conuiualia Ludionum oble/
ctamēta addita epulis: epu/
læ quoq́ ipsæ: & cura & sum
ptu maiore apparari cœptę.
Tunc coquus vilissimum antiquis mācipium, & æstimatio
ne, & vsu in pretio esse. ¶ Obscæna pecunia, quę in causa est:
vt hoīes rebus obscœnis indulgeāt. & dictum est ex affectu
vtentis. nam per se neq́ bona: neq́ mala est sic & Virgilius
malam falcem appellauit. ¶ Quid enim Venus ebria curat?
sentētia est generalis: prolata tamen nūc propter luxum, in/
temperantiamq́ mulierum. vt sit sensus: nemo, inquit, locu/
ples, diuitiisq́ abundās honestatis rationem habet. Omnia
enim per summum luxum, intemperātiamq́ agit: vt per Ve/
nerem ebriam intelligas effusum in omnem luxum otium
hominis ebrii: idest diuitiis repleti: qui plenis intemperan/
tiæ velis ad omnes & animi & corporis defertur volupta/
tes. ¶ Inguinis, & capitis: mulier, inquit, quæ delicatis reple
tur cibis: vinoq́ multo inebriatur: vnguentis delibuta pre/
tiosis non discernit tanto rerum luxu rationem impedien/
te, quid intersit inter fellationem & coitum: hoc est turpius
ne sit crimen fellationis, an coitus: sicq́ multiplicem: mulie/
rum sui temporis impudicitiam flagellat: ac si dicat omnia
hæc indifferenter agunt: nulla turpitudine abstinent. vnde
& Horatius carmine lyrico ostendit per vinolentiā, licitam,
& illicitam libidinē exerceri: Monet Sithonius nō leuis, cu/
ius Cum fas, atq́ nefas exiguo fine Libidinum discernūt aui
di. Alii aliter sentiunt: vt exponant mulieres eo impudentię
deuenisse: vt nullum faciant discrimen īter honestum & tur
pe: vt non magis eas pudeat ostendere membra pudibun/
da, quam caput: quod inter alia membra primum obtinet lo
cum, sed prior sensus magis placet: Ordo autem est: Mulier
quæ mediis noctibus ostrea mordet: nescit quæ sint discri/
mina inguinis & capitis: idest inter inguem & caput: vt per
inguem intelligas naturalem coitum: per caput fellationem:
cum vnguenta perfusa mero falerno spumāt. ¶ Mordet: co/
medit. ¶ Ostrea: pisces sunt concha intecti: Venerem, si co/
medantur, excitant. ¶ Vnguenta perfusa. i. immixta vino &
epota. nam in tantum vnguentorum luxuria adoleuerat: vt
non solū iis linerentur: sed etiam biberēt. vnde Pli. lib xxx.
ita scribit: At Hercules iam qdam etiam in potu addunt: tan
tiq́ amaritudo est: vt odore prodigo fruātur: ex vtraq́ par
te corporis exteriore. s. & iteriore. ¶ Cum bibit cōcha: hyp/
perbolos. i. grādi poculo. ¶ Cum iam vertigine tectum: uidē/
tur enim omnia ebrio in vertiginem agi: cōgeminariq́ lucer
næ. Horatius: Vt semel icto Accessit furor caput. numerusq́
lucernis. Seneca ad Lucilium loquens de ebrio: Adiice illum
ignorātem sui: dubia & inexplanata verba: incertos oculos

Ostrea

gradum errantem:vertiginem capitis:tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circũagente totam domum. Cicero in secundo de diuinatione:Nam nauigantibus moueri videntur ea quæ stant:& quodam obtutu oculorũ duo pro vno lucernę lumina, Quid dicam insanis:quid ebriis, q̃ multa falsa videantur. vnde est illud Apollonii Tyanei:Videmus enim ebrietate correptos geminam Lunam : geminum Solem sese videre arbitrari. I nunc & dubita: honesta est inhibitio per concessionem:vt ostẽdat minime dubitandum esse. Sic & Martia. in octauo:I nunc & dubita vates an diligat ipsos. Iuuenalis alibi:I nunc & ventis animã cõmitte. Cum hęc, inquit, in mulieribus vitia esse cognoscas, dubitabis quo contemptu, quaq; irrisione habeãt aram Pudicitiæ cũ iuxta illã prætereũt? Est ergo cum indignatione legẽdum: I nunc Posthume Vrsidi:& dubita qua sanna.i. q̃ oris distorsione Tullia rideat aram Pudicitiæ.q.d. nõ debes dubitare Pudicitiã a mulieribus miris modis contẽni, quam præcipua veneratione

[S]anna colore deberẽt. Est enim Sãna irrisio. quæ fit quadam oris,

[S]ubsa/[nna]re & nasi distorsiõe. vnde subsannare.i. irridere & notare. Persius:Posticæ occurrite sannæ.i. irrisioni, quæ fieri solet post terga. Sorbeat aera .i. ore distorto & hiãti respiret in conte[m]ptum Deæ.

[C]olla/[ct]ea Collactea:hoc loco nomen est proprium. Alias collactea illa est (auctore Capro) quæ eodẽ lactę nutrita est. Quid dicat:quã multa ignominiosa in ipsam pudicitiam effutiat. Cũ præterit:hoc autem dicit:qa cũ deberet ex vetere instituto aram prætereũdo venerari subsannat & irridet. nam apud antiquos hic mos custodiebatur: vt non sine summa veneratione tẽpla pręterirentur. vnde est illud apud Apuleium in prima Apologia: Si fanum aliqd prætereat:nefas habet adorandi gratia manũ labris admouere. Noctibus hic ponũt.s.ad aram Pudicitiæ. Implent effigiem Deę mingentes Deam lotio respergũt: quam cõtemnunt vt impudicę & honestatia aduersatrices. sicq; cũ superioribus conueniũt, magis, q̃ intelligas de fellatione dicit. Vt ostẽdat poeta mulieres tantum ab omni honestate recessisse: vt ipsam quoq; Pudicitiam:quã præcipue colore deberent:miris modis contẽnant: & sacra quoq; Bonæ Deæ impudice celebrẽt. Lõ-

[S]ipbo/[n]es gis siphonibus:siphones proprie dicũtur fistulæ & tubi & cãnę ex quacũq; materia, vnde liquida fluere possunt. Corne. Cel. Prodest etiã aduersus tardam cõcoctionem vinum frigidum bibere:& post cibum magnã potionẽ, sed (vt supra dixit) per siphonẽ. qbus verbis declarat fistulam & siphonẽ idem significare. nam pauloante dixerat duos cyathos per tenuem fistulã bibãt. Plinius lib. ii. aqua in summa iuga erumpẽs:Quo spiritu acta & terræ põdere pressa siphonũ modo emicat. Per siphones igitur longos vesicæ meatus intel-

[S]iphun[c]uli ligit:ex qbus vrina exit. Inde per diminutionem siphunculi dicũtur. Plinius ad Apollinarem:In hoc fonte crater:circa siphũculi plures miscẽt iucundissimum murmur. Et paulo infra: e stibadio aqua veluti expressa cubãtium põdere siphũculus effluit:cauato lapide suscipitur. Inq; vicem equitant: hinc apparet Deam haberi cõtemptui:in cuius cõspectu turpissima quæq; pagant. Expressit aũt tribades mulieres:hoc

[T]riba/[d]es est fricatrices. a τρίβω: qđ est frico, siue tero: qualis fuit Sappho. vt ipsa fatet: & Porphyrio docet. qđ genus sceleris primo instituisse dicũtur Lesbię mulieres. Vnde apud Aristotelem κοσβεῖν:idest agere. In vices:vt altera alterã ineat.

[A]ndro/[g]ynos. Pli. lib. vii. Androgynos cõstat vtriusq; eẽ naturę inter se vicibus coeũtes. Alibi Iuue. Nec faciãt vicibus. Cõiugia vrinãt quã emisit ante effigiẽ Pudicitię. Magnos visurus amicos.i. ex cõsuetudine romana amicos salutaturus matutino.

[F]ASCE. Prima peregrinos. Ostẽdit quid castitatẽ præstiterit:nunc qd eam expulit docet. dicens q pecunia & rerũ copia, per quã otium & inde luxu cõsecutus est. Ordo est:Pecunia obscœna.i. quæ obscœnos facit:vel quæ sceno obuoluta est: dum e visceribus terræ extrahitur? fit enim (vt dicũt sancti) ex luto indurato. Sed melius est dicere epithetũ ab effectu. Nam poetæ diligẽtes epitheta pro locis accõmodãt. qđ priusq̃ pergã latius in hoc exẽplo declarabo. Meminerimus ergo tripliciter solere apponi epitheta.i. adiectiua siue apposita:aut ad discretionẽ faciẽdã. vt. iii. Aene. Et phrygię molimur mõtibus Idę. ad excludẽdã Idã cretensem. Aut ad ppetuã rei naturam significandã : sic cælum profundũ & mare veliuolum &c. a Virgilio dicunt. Aut ab effectu:vt mors frigida:frigus pigrũ &c. ab eodem dicuntur. Hic ergo aut ppetua pecunię natura est:vt obscæna sit:qa sceno extrahitur. aut q potius credo epithetũ eius ab effectu pro loco datũ est. Nam in prima Satyra vbi ostẽdit p delatores amore pecuniæ multorũ funera perpetrari. dixit:Et si funesta pecunia tẽplo Nõdum habitas. Hic vero vbi docet q obscęnam vitã induxit:obscęnã vocat. Virg. aũt in. iii. Aene. cõsiderãs duo:alterũ q amore pecunię filius Priami occisus eẽt. & fides violata execrabiliter. alterũ q nulla res ad imania scelera tã cogat, & q̃ fames extrema q̃ et in propria mẽbra sęuire nõ nũq̃ subegit edicit:Quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sacra dixit.i. execrabilis sicut sacer ignis dicit. Pecunia igitur obscæna.i.p quam vita obscęna orta ẽ Romanis. itulit i vrbẽ.s. prima.i. fm Mãcinellum primũ. Vel reuera prima .i. ante oẽs alias res : qa potuerũt plures res mores externos intulisset:vtpote cõmerciũ pegrinorũ, frumẽti, viniq; copia aliunde aduecta: lõga apud externos mora aut belli. aut negotiationis gratia. Tedium aspioris vitę & desideriũ indulgẽtioris & multa alia. Idõ dicit q pecunia prima intulit peregrinos.i. externos. & ob id barbaros & ineptos mores. & diuitiæ molles.i. molles faciẽtes. nam pauptati assueti duri dicũtur. vnde dictũ est: Dardanidæ duri &c. Post longã.s. fugã & varios labores. ẽ ergo et epithetũ ab effectu:qa molles efficiũt. fregerũt.i. corruperũt sęcula.i. ea tpa:qb' creuerãt turpi.i. fœdo luxu. hoc ẽ vestiũ, ciborũ, & cęterarũ rerũ supfluo usu. qd enim curat Venus.i. luxuriosa mulier. .s. ipsa luxuria. ebria.i. ebrietate adiuta. q.d. nihil. qa nescit quæ sint discrimina.i. q̃ sint differẽtiæ inguinis .i. mẽbri genitalis. & capitis.s. oris:hoc ẽ tam facile inguem q̃ caput denudat. Vel sicut os vino, ita genitalia libidini exponit. denisq; nõ plus reuerẽtię capiti. q̃ genitalibus exhibet eo scilicet, quæ mordet iã noctibus sup. existẽtibus medus:grãdia ostrea:quæ Venerẽ prouocãt. cũ scilicet.i. qñ. vnguẽta profusa mero.i. puro. falerno.i. vino Falerni mõtis. spumãt.i. efferuẽt. qa (vt dicit Hieronymus) vẽter mero estuãs facile despumat in libidinem. & cum.i. quando. bibitur.s. ab omnibus illic existentibus. concha.i. amplo vase. & cum tectum.i. summitas domus. ambulat.i. ambulare videtur. Vertigine.i. pro prærvertiginem.i. captis ebriosi girationem. & cum mensa exurgit.i. exurgere videtur. cũ lucernis geminis.i. quæ videntur geminæ:cũ singulæ sint. Et postq̃ videas Romæ tãtam immodestiã & tantos excessus in cibi & potu. dicit poeta figurate præcipiẽs qđ fieri nõ debere, innuit sic. I: hoc est vade, & dubita. q.d. nisi stolidus fueris nõ dubitabis:sed facile pcipies qua.i. quali. sanna .i. narium sonoritate Tullia fellatrix illa, seu cunnilinga. sorbeat.i. auide inspiret, & recipiat p nares. aera.i. aerẽ dum os in fœdo illo opere occupatum habet. & quid.i. q̃ libidinosum verbũ. Collactea illa mulier:vel Tullia Collactea.i. q̃ simul est lactãta cũ Maura. dicat Mauræ illi mulieri. qa tñ nomẽ a patria deductũ videt adeo multi volunt q Maura sit nomen ancillæ. & Collactea pprium matronæ, sed nõ cõuincit:qa Galla etiã patrium videt. & tñ matronas pueniit. Præterea dicit notę. qđ de ancilla nõ diceret. notæ ergo.i. familiari:vel per crissationẽ cognitę. cum.i. quãdo. Maura præterit.i. pertransit veterem aram Pudicitiæ. quod iterũ probat non esse ancillam:quia ancillæ domi diceret. Quid autem dicat ostẽdit ex eo quod faciunt ad arã Pudicitiæ dicẽs. Matronę sup. ponũt hic.i. apud aram Pudicitię. noctib'.i. tpe nocturno. lecticas i qbus se reponãt. & micturiũt.i. cũ pruritu mingũt hic. & implent effigiem.i. simulachrũ Deæ. lõgis siphonibus.i. sonitibus mingẽtium mulierũ longo tempore durantibus.i. vel meatibus vesicarum suarum:quibus ad micturam vtuntur. quasi siphonibus longis .i. canalibus, q & tubi dicũtur:p quos aqua emittitur. & equitãt crissando in vices:idest vicissim dũ se mutuo subagitãdo fricent. Vnde tribades græco vocabulo a Martiale dicuntur, & mouẽtur:idest agitãtur. Luna existente teste.i. tempore nocturno

Nota Bonæ secreta Deæ,cum tibia lumbos
Incitat,& cornu pariter,vinoq; feruntur
Attonitæ,crinemq; rotant vlulante Priapo
Mænades,o quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus,quæ vox saltante libidine,quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens.
Lenonum ancillas posita Laufella corona
Prouocat,& tollit pendentis præmia coxæ.
Ipsa Medullinæ frictum crissantis adorat.
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Nil tibi per ludum simulabitur,omnia fient
Ad verum,quibus incendi iam frigidus æuo
Laomedontiades,& Nestoris hernia possit.

pore nocturno, cum a nemine præterq̃ a Luna se videri pu/tat.inde.i.ex tali cõstrictione(id enim dicitur,licet Valla ne/get)seu crissatione:per quam semẽ emisẽrũt. abeunt domos ad maritos.s. suos. & tu qui maritus es visurus.i. qui surgis vt visas magnos amicos.i.diuites & potẽtes.iam luce reuer/sa:idest tempore matutino.calcas idest pedib' conculcas sm Marcinellum: vrinam coniu gis: quam dimisit in templo: ad quod noctu solę mulieres conueniunt, interdiu etiam viri.vnde dicit q calcas vri/nam visurus in templo. Di/ctum enim est micturiũt hic. Idẽ fere dicit Georgius Val. sed longe subtilior & textui magis quadrans est sententia Calderini sic dicentis:Tu cal cas vrinam coniugi :idest cũ vis surgere ad salutandos di uites amicos: tu forte vis pri us coire cum vxore: sed nihil spermatis in ea reperis. Nam exhausit lũbos nocturno tpe cum aliis mulieribus. Tu igitur tm̃ calcas eius vrinam, & nõ sperma. Hæc ille. Quibus obstat verbum calcas:quod a calci/bus qbus coitus non fit nimirum deducitur. Vnde mea snia est:tu visurus.i.dum prima luce surgis vt visas & salutes ma gnos amicos, qui sportulam dant: calcas vrinam coniugis: quam ebria & prurigine ardẽs ex crissatione præterita dere liquit ante lectum tuum: ad quem se ex sacris recepit.

IOAN. Brit,

¶Nota Bonæ secreta Deæ:ita inferuntur a poeta:quasi di/cat mirum est q̃ sint etiam obscœna,quæ in sacris Bonę Deę fiunt a mulieribus,estq; adiuuãdum gestu. De Bona Dea di/ctum est in secunda Satyra: Atq; Bonam teneræ placant ab/domine porcæ. ¶Secreta Bonæ Deæ:secreta autem dicit: quia(vt auctores sunt Macrobius, & Plutarchus in Cæsare & Cicerone)horum sacrorum ritus archani fuerunt: cumq; celebrarentur, viris interesse non licebat, ea tantum in domo summi pontificis noctu a mulieribus celebrabantur. ¶Cum tibia lumbos:sic illud Persii: Cum carmina lumbum intrãt. Nam lasciuo cantu, & sono libido maxime excitatur. In iis enim sacris ad tibiam(vt ait Plutarchus) saltabant mulieres multa bacchanalibus similia peragentes, vnde supra:Nullo ge mit hic tibicina cornu.¶Vinoq; feruntur:licet in iis sacris vi no vterentur:tamen lactis nomine nuncupatur: & vas mella rium.auctor est Macrobius. Ordo est autem: O quantus ar/dor concubitus est illis mentibus: cum tibia incitat lumbos: & mænades attonitæ cornu & vino feruntur:idest agitanẽ, & rapiuntur. ¶Crinemq; rotant:caput agitant. ¶Vlulante Priapo: vult omnino ostendere poeta in sacris bonæ Deæ,

Bacchanalia

omnia fere fieri a mulieribus: quæ fieri consueuerant in bac/chanalibus:in quibus(vt diximus in.ii. Satyra auctore Li/uio)viri & mulieres non gratia sacrorum,sed concubitus cõ ueniebant,nam ibi stupra erant promiscua ingenuorũ & fœ minarum:tum inter se,tum cum maribus. ibi aderant sacer/dotes Priapi & Cybeles:multiq; vlulatus cymbalorũ, & tym panorũ, & id genus instrumẽtorũ musicorũ.per quod ait poe/ta vlulante Priapo.i.sacerdote Priapi edente sonos & vlula/tus musicis instrumentis: hoc autem faciebant ne quiritãtis vox per vim stuprum patientis exaudireẽ. De qbus baccha/nalibus sic meminit Diuus Augu.lib.xviii.de ciui. dei. Et tñ eius velut Dei nomine per immundos Dæmones bacchana/lia sacra, vel potius sacrilegia sunt instituta. de quorũ rabio/sa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit:vt in vrbe Romana esse prohiberet. ¶Mænades:eas Mænades

Mænades

appellat:q multa bacchanalibus similia peragerẽt. Nam Mæ nades dicuntur Bacchæ a μαινομαι: quod idem est quod fu rõ. ¶Concubitus:genitiuus est casus. ¶Quæ vox: q̃ impudi/ca. ¶Saltãte libidine:titillante prurítu & vredine. ¶Quãtus torrẽs:hyperbole est.i.quantus discursus spermatis collecti ex nimio haustu vini. ¶Lenonum ancillas: carpit mulieres tri/bades sui temporis:conqueritur q; q in iisdem sacris Bonæ Deæ:cum corona seruantibus virginitatem dabatur:nunc p ponaẽ tribadibus. ¶Laufella: nomen mulieris impudicæ & ebriosæ.de qua alibi:Quantum Laufella bibebat. ¶Ancillas lenonum:puellas lenonũ pstitutas. ¶Prouocat: quasi in lius libidinatura. ¶Coxæ pendẽtis:nam quæ succumbit, subli mi coxa excipit tribadem in/cumbẽtem. ¶Ipsa.s.Laufella. ¶Adorat frictum:hoc aũt di cit:q; a genibus incuruatur ad frictum. ¶Medullinæ crissan tis:mouentis se ad turpitudi nem, nam crissari mulierũ est sicuti ceuere virorum. ¶Pal/mã inter dominas virtus na/talibus æquat: cum inter mu lieres, inqt, cæteris in rebus, honestisq; officiis nobilitatis ratio habebatur, ita vt semp nobiliores præponantur: in

Crissare
Ceuere

hoc tñ obscœno libidinis fla/gitio victoria & corona tam ignobili, q̃ nobili indifferẽter datur:put quæq; melius libidinata fuerit: nulla prorsus illic habita rõne nobilitatis. ergo, inqt, nullum illic habeẽ discri/men inter mulieres, sed virtus.s.libidinandi: & coeundi in/ter dñas.i.quę exerceẽ inter ipsas mulieres:æquat palmam.i. facit vt ipsa quæ victrix sit:æqueẽ natalibus.i.nobilitati.nã per natales numero pluratiuo nobilitatem intelligimus. vñ Cor. Taci.loquẽs de Cornelio Fusco ait: Cornelius Fuscus ingens ætate clarus natalibus. Seneca ad Lucilium: Condi/tor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum clari/tate distinxit. ¶Laomedontiades.i.Priamus Laomedõtis fi/lius.per Priamum autem & Nestora omnes extremæ senectu tis intelligit:spẽmq; pro genere posuit. ¶Hernia: Græci en/teroclen & epiplocelen vocant(auctore Celso) qđ nos her/niam. Est enim cum intestinum, aut omentum in sinum testi/culorum, quem Græci oscheon, latini scrotum appellant, de/scendit. quo vitio senes maxime laborant. ¶Nestoris: Nestor Nelei regis Pyli fuit filius: qui(vt tradit Homerus) tertiam hominum ætatem vixit. vnde Ouid. in Metamor. Vixi An/nos bis centum: nunc tertia viuitur ætas.

Natales
Hernia
Oscheon
Scrotum
Nestor

ASCE.

¶Nota Bonæ secreta Deæ &c. Ad grauissima mulierũ scele ra pgredit:quæ cõtra naturam in locis sacris cõmittebant. Ostẽdit aũt in ea re se satyricũ esse. nã olim cũ Satyræ agerẽ/tur introducti erant Dii Siluestres, quos Satyros vocant:q cum essent lasciui & petulci, gaudebãt turpissima quæq; sce lera exprobrare. Cęterũ honestis & pudicis auribus ea res in digna est. Nã licet io recitanẽ huiõi peccata vt vitenẽ:tñ faci lius vitari pñt ab iis, q ea nõ legũt: neq; in legẽdis occupatos hñt aios. habẽt.n. ipsa carnalia vitia occultum venenum: qđ dũ vitandum pdicaẽ, penetrat: quo circa paucis rem ab aliis explanatã pcurram. Ordo est: Secreta sup. sacra quæ olim se/crete cũ oi scelere fiebãt Bonæ Deæ sic vocatæ. sũt sup. nota: .i.manifesta. modo.i.postq̃. Fescẽnia mulier Hispana: pdidit ac indicauit. vel nota sunt secreta Bonæ Deæ.i. nos scimus qualia sint, qa scelestissima. cũ.i.qñ. tibia q̃ in sacris vtendum erat: sed ipsę ad libidinẽ abutebanẽ. incitat.i.commouet ad libidinem lumbos:in quibus est libido maxime in viris. & cũ mulieres feruntẽ.i.agitanẽ cornu & vino.i.qñ more bacchan/tium post potum cornu inflãt. & ad sonũ eius agitanẽ. & cũ ipsæ mænades.i.furiosæ mulieres: qsi Baccho sacrificantes:q̃ furorẽ simulabãt. rotãt.i.in gyrũ voluũt. crinẽ.i.capillos suos dissolutos. & hoc Priapo illo Deo hortorũ & fertilitatis: quẽ sub spẽ mẽbri uirilis colebãt. vlulãte.i.cum vlulatu resonãte: nõ q Deus sit vlulãs: sed q nomẽ ei' dũ inuocaẽ a mulierib' vlulatum citet. O q̃tus.i. q̃ vehemens. q.d. vehementissimus ardor concubitus inest sup. tãc: qñ imago Priapi portaẽ a po tis mulierib': & eius nomẽ aduocaẽ, quæ.i. q̃lis vox, q.d.la/

sciuissima. & hoc libidine.i. tentigine: Vel libidinis Deo saltante.i. exiliente: Vel mutante dum sic mutatur a mulieribus. quãtus.i.q̃ magnus est sup. ille.i. notissimus, torrens.i. subito inundãs riuus seu fluxus. veteris meri.i. vini Vix in vrinã cõuersi: & fluẽtis p crura mulierum madentia: hoc est q̃ abunde putas per impatiẽtiã libidinis in tripudiatione Vrina emittit ab illis potis mulieribus? Lausella.i. matrona illa insanis. puocet ad certamẽ sodomiticæ libidinis, ancillas lenonum.i. pstitutas. & hec corona posita.i. cõstituta victrici. Vel corona pãpinea, qua in sacris Vtebant, posita.i. deposita. sed prior modus pp sequẽtia præstat. & tollit.i. aufert vt victrix. præmia.i. pmiatio nem.s. coronã cõstitutã coxę: idest femoris. pẽdẽtis.i. quam artificiose pendendo prẽmiũ meruit. inferior enim.i. succũbens. supiore: hoc est incũbentẽ sublimi coxa, vt dicit Calderinus, excipit. Et ipsa Lausella adorat: idest ẽm Calderinum & Mancinellum fricando & incumbendo, & genua aperte disponẽdo pagit. Vel ẽm Georg. Val. adorat.i. laudat & colit tanq̃ rem diuinã. vt vero sententiã meã dicam: scias ẽm Vallam adorare esse motu corporis vt genuumflexione, aut nutu capitis honorem exhibere. Vnde crucem domini, inquit, prudentes adorant: fatui orant. Sensus autem poetæ est: quod dum Lausella est incumbens: tunc ipsa est victrix: sed succũbens fatet se victam a Medullina quæ tã artificiose incumbit, vt frictum eius adoret.i. Veneret totius corporis agitatione. Ordo igitur est: Ipsa Lausella tribuas & incubatrix peritissima adoret.i. supplex Veneratur toto corpore frictum.i. cõfricationẽ Medullinæ.i. illius matronæ. crissantis.i. apte dum incumbit se motãtis. virtus.i. cõstãtia & potẽtia crissandi æquat.i. æqparat: æque laudatã facit. palmã.i. victoriã in tali certamine. natalibus.i. generositati & nobilitati generis: q̃ q alto loco nati sumus obtinemus. caret autẽ dictio natales sic singulari. Aequat dico inter dñas.i. potẽtes matronas. Nil simulabit.i. effinget ibi ad ludum.i. simulachrũ libidinis, oia sup. opa illa carnalia fient ad Verum cum vero coitu. qb' Laomedontiades.i. Priamus Laomedontis filius. frigidus æuo.i. senio. possit incẽdi.i. inflãmari ad libidinem. & qbus hernia.i. sacculus testiculorũ Nestoris.i. illius viri. qui ẽm Homerum iam tertiam ætatem vixerat: hoc est mentula eius q̃uis sit præ senio iam ita contracta: vt hernia.i. sacculus ille laxior effectus emineat, possit incendi.

IOAN. Brit. ¶ Tunc cum oia apte paguntur omnia amota simulatione. ¶ Prurigo: libidinis excitatio, oisq; vredo. ¶ Tum fœmina simplex: tũc inqt simpliciter oia agit mulier: neq; turpitudinẽ aliquo pudoris Velamẽto tegit. ¶ Repetit clamor: a fœmina expetẽte adulterũ. ¶ A toto antro: ab loco sacrorũ occultiore. ¶ Iam fas est: verba mulierũ libidinis impatiẽtiũ, vocantiũq; viros intra ædes sacrorũ. ¶ Dormitat adulter.i. si adulter dormit: nec venit: illa iubet iuuenem ad se alium accersi. Cucull' ¶ Cucullo: cucullus genus est vestis. de quo abũde dictũ est in.iii. Satyra: Veneto, duroq; cucullo. ¶ Si nihil est: subaudi amãtium. ¶ Seruis incurrit.i. ad seruos recurrit: vt cũ eis libidinent. Aqrius Aquarius: alii tradũt Aquarium illũ dici, q aquã coquo ministrat: q hoĩs est vilissimi. Aquariũ etiam accipi p eo qui publice aquam vẽdit: vt Romæ & Venetus hodie fit. vnde Cęlius ad Ciceronem: Nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarẽ ciuitatẽ: veternus occupasset. vnde & Aq

Tunc prurigo moræ impatiẽs, tum fœmina simplex,
Et pariter toto repetitur clamor ab antro.
Iam fas est, admitte viros, dormitat adulter.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil est, seruis incurritur, abstuleris spem
Seruorum, veniet conductus Aquarius, hic si
Quæritur, & desunt homines, mora nulla per ipsam,
Quo minus imposito clunem summittat Asello.
Atq; Vtinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra, sed omnes
Nouerunt Mauri, atq; Indi, quæ Psaltria Penem
Maiorem, q̃ sint duo Cæsaris Anticatones,
Illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
Intulerit, ubi uelari pictura iubetur,
Quæcunque alterius sexus imitata figuram est.
Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis
Simpuuium ridere Numæ, nigrumque catinum,
Et Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio quid ueteres olim moneatis amici.
Pone seram, cohibe, sed quis custodiet ipsos
Custodes cauta est, & ab illis incipit uxor.

rium appellamus signum in zodiaco humectũ & imbricũ. nã Sole in eo existẽte, pluuiæ cadunt in terras. Iulius vero Frõtinus de aquæ ductibus ostẽdit illum dici Aquariũ, qui curã hẽt aquarũ ducendarũ p Vrbem. sic.n. scribit: Cuius rei fraus Aquariorũ est: quos aquas ex priuatis ductibus in priuatorũ vsum deriuare deprehẽdimus. Alibi: Nouus autẽ Anio vitiabat cæteras aquas: nã cũ editissimus veniat & in primis abundans defectiõi aliarum succurrit imperitia Aquariorum deducentium in alienos eius specus. Aquarioli aũt dicebant mulierũ ipudicarũ sordidi assedæ. Apuleius in.ii. apologia. Hisce auditis exacerbatus Aquariolus iste vxoris suæ ita ira extumuit. ¶ Atq; Vtinã ritus: dolet poeta in mulieribus tãtã esse libidinis vredinẽ: vt deorũ ẽt tẽpla pfanent: pudicitiã cõtemnãt: in sacris Bonę Deę nulla turpitudine abstineant. ¶ Ritus veteres: solẽnia vetera sacrorum nõ violarent. ¶ Publica sacra: quę p salute populi Romani celebrabant. Plutarchus. ¶ Mauri: Mauritania extrema est parte Africę ad occidẽtem ad mõtẽ Athlantem. ¶ Indi popoli sunt ad orientẽ siti ppe Oceani refluxus, & Solis exort'. Est.n. sensus: Orientales pariter & occidẽtales nationes nouerũt q̃ Psaltria tulerit Penẽ maiorẽ, q̃ sint duo Anticatones Cæsaris illuc.i. vbi sacra Bonę Deę celebrant. ¶ Psaltria: quę optime canit. a psallo.i. cano. vñ psalmus.i. cãtus. & psalterium instrũm musicum. quas psaltrias græci dixerunt, latini fidicinas appellarunt. ¶ Penem: Veretrũ. Penis dicit a pendendo. Nã Penẽ (auctore Festo(caudã vocabãt. vnde offam porcinã cum cauda offam penitã dicebant, nunc vero Penis capitur p membro viri'. sicuti etiam cauda salax. ¶ Duo Cæsaris Anticatones: Cicerõ libellum in laudem Catonis Vticensis scripserat, Contra Cæsar indignatus duos libros scripsit: quos appellauit Anticatones. de quibus ita Suetonius in Cæsare reliquit. & de Analogia duos libros: & Anticatones totidem: in quibus cõplexus est crimina quãplurima in Catonem. De Anticatonibus etiam Cicero intellexit quadam epistola ad Atticum sic scribens: Qualis futura sit Cęsaris vitupatio cõtra laudationem meam perspexi ex eo libro: quem Hircius ad me misit in quo colligit vitia Catonis, vocabulum est aũt cõpositum ex græco & latino. Nã dictiones (auctore Quintil. in primo) ex peregrino & nostro cõponunt: vt Epitogiũ & Anticato. Epitogiũ est aũt genus vestis qd togæ supinduebat, ex ἐπι ppositiõe grȩca, & toga formatũ est. Anticato vero ab ἀντι quod est contra, & Cato. sic autem duo libri in volumẽ vnũ complicati erant, & conuoluti specie tereti. vnde & volumina sunt denominata: vt diximus latius in prima Saty. Cui voluminis modo Penem illum comparat poeta. ¶ Vnde fugit mus: tantæ pudicitiæ ferunt Bonam Deam fuisse (auctore Macrobio) vt extra Gynæceum nunquam sit egressa: nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum vnquam viderit, vel a viro visa sit: propter quod nec vir templũ eius ingreditur. vnde Tibullus Sacra Bonæ maribus non adeũda Deæ. Et Propertius: Fœmineæ loca clausa Deæ, fontisque piandos Impune & nullis sacra retecta viris. & (vt testatur Seneca) ita mares ab eius sacris arcebantur: vt picturæ quoq; animalium masculorum contegerentur. Ostendit igitur poeta in brutis maiorem esse pudorẽ, q̃ in mulieribus quas non pudeat veretra in sacra Bonæ Deæ inferre: Vñ fu-

Aquariolus

Mauritania

Indi

Psaltria psalmus psalterium Fidicina penis Offa penita

Epitogium Anticato Volumen

glant

Iamq̧ eadem summis pariter, minimisq̧ libido,
Nec melior, pedibus silicem quæ conterit atrum,
Quam quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.
Vt spectet ludos, conducit Oculina vestem,
Conducit comites, sellam, ceruical, amicas,
Nutricem, & flauam, cui det mandata, puellam.
Hæc tamen argenti superest quodcunq̧ paterni
Leuibus athletis, ac vasa nouissima donat.
Multis res angusta domi est, sed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec se metitur ad illum,
Quem dedit hæc, posuitq̧ modum. tñ vtile quid sit
Prospiciunt aliquando viri, frigusq̧, famemq̧
Formica tandem quidam expauere magistra.
Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum,
Ac velut exhausta rediuiuus pulluletarca
Nummus, & e pleno semper tollatur aceruo,
Non vnquam reputant quanti sibi gaudia constent.

giãt ipsi mures: tanquam qui sciant ea sacra omni amota virili figura celebrari consueuisse. ¶ Et quis tunc hominum: ut sit sensus: Priscis tpibus tãta veneratione colebantur Dii: vt nemo vnq̃ ausus sit eorũ ritũ cõtẽnere, Nũc aũt ita ludibrio hñr: vt in oibus tẽplis obscœnissima quæq; fiãt. ¶ Numç: q se cũdus post Romulũ rex Romanorũ sacra plurima instituit: ędẽ Vestę ɔfecit: Virgines Vestales elegit: Flamines tres: Dialẽ: martialẽ: q̃rinalẽ: Salios Martis sacerdotes: i sacris fictilibus vsus est. ¶ Simpuuiũ: vas cuius vsus erat in sacris. dcm̃ a sumẽdo: vt scribit Varro. ¶ Catinũ: vas a capiẽdo dictũ. ¶ Patellas fragiles, .i. fictiles a frãgẽdo. nã & patella vas erat, quo ẽt vtebantur in sacris. Vñ scribit Valerius. C. Fabriciũ patellã Deorũ & salinum habuisse: Aemiliũ quoq; Pappũ addit cũ hęreditatis noie ea accepisset, religionis cã a se abalienãda nõ putasse. ¶ Vaticano: collis Vaticanus est appellatus: q eo potitus sit populus Romanus, vatum respõso expulsis Hetruscis. ¶ Sed nunc ad quas nõ Clodius aras: subaudi accedit. p Clodium intelligit oẽm adulterũ: nam Clodius (vt diximus ex auctoritate Plutarchi i vita Cęsaris, & Ciceronis i. ii. Satyra) captus amore Pompeæ vxoris Cæsaris, sumpto habitu muliebri domũ Cæsaris summi pontificis ingressus est: vbi sacra Bonæ Deę celebrabant: sicq; ausus est nulla habita sacrorũ reuerẽtia eã polluere. ¶ Sed nũc. i. tpibus nostris. ¶ Audio qd veteres: intelligo, inqt, o amici veteres qd nũc moneatis me. s. mulieres custodia in castitate posse cõtineri. ¶ Olim tria tpa cõplectitur: pñs vt hoc in loco: & præteritũ, vt illud Horatii: Olim truncus erã ficulnus inutile lignũ: futurũ. vt illud Virgilii: Forsan & hęc olim meminisse iuuabit. Olim item p iterdum nõ nunq̃ ponit. vt illud Horatianum: vt olim dãt crustula blandi Doctores. ¶ Quis custodiet ipsos Custodes: monet poeta nec mulierem tutam esse a custodibus: quando ab iis ipsa incipiat. Martialis: Sed positis custodibus ingens Turba futurorum est, ingeniosus homo ca...

ASCE. ¶ Tunc prurigo moræ impatiens &c. Loqtur de eadem re: videlicet de libidine ad quã excitant: dum sacra Bonæ Deæ inter se tpe nocturno agunt. Ordo est: Prurigo. i. tẽtigo: incitatio libidinis. est ipatiens moræ. i. pati nõ põt dilationem. tunc. i. qñ sic puocatæ sunt p ebrietatẽ, tripudationẽ: Priapi inuocationẽ & cunctationẽ, & summopẽ p crissationẽ. tunc est sup. q̃libet fœmina simplex. i. fm cõmentarios iprudens: nõ simulata: sed fatua nesciẽs libidinẽ suã tegere. Vel simplex fœmina. i. cõfitẽs se fœminã esse & nihil virile agẽs: sed virũ desiderãs. Et clamor repetit. i. iterat. pariter. i. simul ab oib' in toto antro ad qd crissaturæ cõuenerãt. Clamor aũt erat hmõi ad sacerdotẽ mulierẽ custodẽ ne qs vir accedat, obseruãt enĩ: q Ouid. dicit. Sacra Bonę maribus nõ adeunda Deę. Admitte iã, q̃ pactis sacris, viros. est. n. fas. Adulter solitus venire in fine sacrorum ad nos: vbi sup. moratur: nõ dormitat: illa. i. vna ex eis sic impatiens, iubet p ancillã iuuenem properare. i. celeriter uenire cuculla sumpto: ne cognoscat. & si nihil est sup. iuuenũ. i. si ancilla nõ põt inuenire iuuenẽ paratum coire cũ dña. iturnẽ. i. icursus fit a dña seruis. i. i seruos: q̃bus vis infert: vt coeãt. & si sup. abstuleris spẽ seruorũ. i. dixeris seruos occupatos esse in reb' dñi: net tunc inueniri posse quemq; q futuat. aquarius. i. solitus mercede ɔstituta aquã inferre conductus ad Venerem peragendã veniet ad dominã. & si hic. i. aquarius. quærit. i. non possit facile repiri, & si hões cuiusq; conditionis sint, desunt. nulla mora. i. nulla di...

latio est sup. p ipsam. i. q̃tum ẽ in ipsa dña: hoc est si inueniri posset. quo. i. vt. minus. i. nõ summittat. i. suppõat Asello clunẽ: vt ab Asino subagitet. Atq; vtinã, inqt poeta, veterũ rit' sacrorũ. s. a maioribus Romanis: vt a Numa instituti: & non pegrini vt Bacchanaliũ, ant sacrorũ Bonæ Deæ: quos luxuria Romana a gręcis accepit. & saltẽ publica sacra. i. quę fiũt p salute reip. agerent itacta his. i. hmõi malis. i. scelerib'. sed oẽs Mauri, atq; Indi nouerunt. q̃. i. q̃lis. Psaltria. i. mulier instrumẽtis musicis in sacris psallens. quæ inquã, quia vir videlicet Clodius, & nõ mulier. intulerit illuc. i. in ędẽ Bonæ Deæ. vel vbicunq; sacra Bonæ Deæ fierẽt: qa Clodius in domum Cæsaris i habitu Psaltriæ ingressus est. intulerit ergo. i. in illum locum: vñ. i. a quo loco. mus cõscius sibi testiculi. i. sciens se testiculos virilis sexus hře, fugit. intulerit dico Penẽ. i. caudã virilẽ maiorẽ q̃ sint duo Anticatones Cæsaris. i. libri quos Cæsar anti. i. contra Catonẽ scripsit: q sane magni erãt. & affectate vtitur hac comparatione: vt manifeste Clodium notet non sine taxatione Cæsaris & intulerit etiã illuc: vbi pictura quæcũq; imitata est figurã alterius. i. virilis sexus. iubet velari. i. occultari. vt Seneca quoq; attestat. Et qs. i. en qs. q. d. nullus hoium erat sup. tũc apud maiores Romanos contẽptor numinis. i. diuinitatis. aut qs erat tũc ausus ridere. i. irridere. simpuuiũ. i. modicũ calicẽ. Numæ. q. d. nullus. i. quo Numa in sacris vsus est: & vti instituit. Georgi. Val. legit nõ simpuuiũ aut simpulũ: sed vel simpiniũ a simpino verbo græco: qd est simul bibo. vel sumpiniũ fm Varronẽ a sumẽdo vino sed sic si cũda pduceret. Vñ legi vt plures cũ Mãcinello simpuuiũ. et catinũ. i. vas illud fictile. nigrũ. i. ex terra nigra. & patellas fragiles: q a fictiles. de mõte Vaticano: vbi fiebãt. sed nũc ad quas aras nõ ẽ sup. Clodius. i. filis Clodio. in habitu muliebri iter matronas: vt eas corrũpat cõuersatus. q. d. ad nullas non est: qa ad oẽs est. Ego audio quid vos amici veteres. i. maiores nostri moneatis olim dicẽtes. pone. i. abiice: oppone adulteris. s. serã. & cohibe sup. vxorẽ & filias: sed qs custodiat mõ ipsos custodes. q. d. nemo. qa uxor est cauta. i. callida bene sibi cauẽs: ne pdatur a custodibus scelus suum. & incipit ab illis. s. custodibus adulterium: ne postea ab eis accusetur.

IOAN. Brit. ¶ Eadem libido: oẽs, inqt, mulieres pauperes iuxta & diuites in libidinem ruũt. ¶ Pedibus quæ cõterit: idest quę lectica non gestatur: sed pedibus suis ambulat: ac per hoc pauper. ¶ Nec melior: subaudi est, quam diues mulier. ¶ Atrum: nigrũ. ¶ Vehitur ceruice. i. gestatur lectica a seruis Syris. ¶ Lõgorũ: procerorum. nam lecticarii quærebantur magni & proceri. ¶ Vt spectet ludos: aliud vitiũ notat in mulieribus q scilicet ambitiosæ sint, q̃uis pauperes. Volunt enim diuites & nobiles videri. ¶ Sellam: lecticam intellige: quã ideo cõducit vt nobilis & potens videatur. Sellam autẽ poni pro lectica docuit ante Iuue. Ostẽdens vacuam & clausam q coniuge sellam. ¶ Nutricem: nam inter ancillas Romani diuites & nobiles habebãt nutrices liberorum suorum. ¶ Flauam puellam: pulchram. nam (vt diximus ante) poetæ flauum pulchrum appellant. vnde Horatius: Phyllidis flauæ decoret parentes. Alibi: Si flaua excutitur Cloe: hoc est pulchra. ¶ Hæc tamẽ argenti: licet, inqt, mulier modicas possideat diuitias: tñ qdcũq; argenti paterni superest. i. qdcunq; relictũ est ex cẽsu maiorũ suorũ, donat athletis. ¶ Athletis: pugilibus. nã ἆθλος certamen significat ἆθλα vero certo. ¶ Leuibus: politis & sine pilis, ac p hoc iuuenibus. Nam leue dicimus qd est sine

Marginal notes: Simpuuium; Catinũ; Patella; Collis Vaticanus; Flaua; Athlet.; Leue

pliis. Macrobius: Leue autē est mulierū corpus quasi frigore naturali denset. ¶ Nouissima vasa: quae ei extrema fuerūt ex cēsu maiorū. ¶ Multis res angusta domi: subaudi est. licet, inqt mulieres multae sint paupes: nullo tñ pauptatis pudore retinent: quominus sint pdigae: modūq; fortunarū suarū excedāt. nā ille dr pudorē pauptatis nō hēre: q nō timet ne rephendat pauptatis si qd vltra modū facultatum fecerit. Nā pudor est timor iustae reprehēsiōis. ¶ Ad illū modū: ad illā mēsurā rerū, quā dedit ei pauptas. Nō viuit p qlitate facultatū. ¶ Prospiciunt viri. s. pdigi. ¶ Recidiuus: recidiua pgama appellat Virgi. q post casum sint restituta. Sic nūmus rediuiuus qsi q renascat postq̄ iā perierit. In vetustis codicib⁹ legit rediuiuus: quod ex vetusto renouatum significare ostendit Fest. Ergo nummus rediuiuus quasi q renouetur & reuiuiscat. ¶ Exhausta: exinanita. ¶ Pullulet: sumpta metaphora a satis, q̄ cū e terra, siue arbore exeūt, pullulare dicunt. deducto vocabulo a pullo. i. nouello. Horatius pullam appellat myrtum quae nouella sit. ¶ Non reputant: non considerant q̄ magno cōstent voluptates: qūas capiunt ex libidine sua.

SCē, ¶ Iamq; eadē &c. Ostendit luxuriā & libidinem cōem esse oibus mulieribus Romanis. Ordo est: Eadē. i. cōsimilis & cōaequalis libido. est iam. i. tēpestate nostra. pariter. i. conformiter. summis. i. prae diuitibus mulieribus. & minimis. i. paupertimis. Nec ea mulier paupcula quae cōterit pedibus suis frequēter eundo silicē. i. lapidem durū in pauimēto platearū stratum. nigrū. i. lutosum. est melior. i. frugalior, aut castior, q̄ ea q̄ vehit. ceruice. i. humeris. Syrorū. i. seruorū ex Syria. lōgorū. i. pstātiū corporū. i. q̄ potētissima matrona q̄ lectica portat. Oculina. i. mulier paup: sed uideri cupiēs & oculorum captatrix. cōducit vestē vt spectet ludos. cōducit comites. i. pedissequos, q eā sequant. cōducit sellā in q̄ sedeat. cōducit ceruical: sup quod recumbat. cōducit amicas. i. q̄ se amicas simulēt, & eius tanq̄ diuitis amicitiā optare. cōducit nutricē: q̄ foris simulet se liberos eius nutrire: quos ipsamet domi nutrit, & puellā flauā, i. cōptā flauos capillos habentē, cui det p tpe illo mandata tanq̄ dña. & tñ. i. quis. s. appetat diues videri, & pōpose vestiri. hoc donat athletis. i. pugilibus. lenibus. i. imberbibus. qdcunq;. i. qcqd argenti paterni. i. vasis argētei ex patrimonio derelicti supest. i. reliquum est ipsi. & vasa nouissima. i. nouissimum custodienda: vtpote in qb⁹ sacra pagebant: acerrā & salinum: aut hmōi. Quia vero dixit diuitias luxuriā intulisse: & nunc quasdā paupes esse: videret non recte dictum: q eadē libido sit summis & minimis: qa deficiente cā deficit effectus. Ad haec rñdet poeta: q paupes qdē nūc sint per libidinem effectae: sed nullae seruant pudorem & verecundiam decentē pauperes: vsq; adeo nunc sunt oēs corrupti. Ordo: Res angusta. i. modica suppellex. est multis domi: idest multę hñt parum diuitiarum in domo sua: sed nulla habet pudorē. i. pudicā vitā pauptatis. i. qualē pauptas merito faceret. nec sup. vlla metit se ad vllum modū: quē haec. s. paupertas dedit. i. generauit & posuit. & tñ. i. q̄uis mulieres oēs sunt pdigae: viri pspiciūt aliqñ qd sit vtile. & qdā viri expauere. i. timuerunt tādē post lōgā. s. egestatē frigus & famē. & hoc formica magistra. i. exēplo suo mōstrāte. de q̄ ptereaq; Mācinellus affert sunt plebei versiculi: Dum calor est, & pulchra dies formica laborat: ne peat dū nix venerit alta fame. Et illud Prouer. vi. Vade ad formicā o piger: & cōsidera vias eius: & disce sapiētiā. Quae cū nō hēat ducē, nec pceptorem, nec principē: parat in aestate cibum sibi: & cōgregat in messe qd comedat. Sed foemina pdiga. i. porro agēs. i. pfundens & dilapidās sua nō sentit censum. i. thesaurū perire, ac pro &

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbae.
Et quod abortiuo non est opus, illa voluptas
Summa tamen, quod iam calida & matura iuuenta
Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro,
Ergo expectatos, ac iussos crescere primum
Testiculos, postq̄ coeperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus
Conspicuus longe, cunctisq; notabilis intrat
Balnea, nec dubiae custodem vitis, & horti
Prouocat a domina factus spado. dormiat ille
Cum domina, sed tu iam durum Posthume, iamq;
Tondendum Eunucho Bromium committere noli,

nō reputat. i. recogitat, respicit vnq̄. quanti. i. q̄ magno pretio. cōstēt. i. cōparēt sua gaudia. velut. i. pinde ac si nūmus. i. pecunia ad numerādū apta. rediuiuus. i. postq̄ extinctus eēt reuiuiscens. pullulet. i. p se crescat in arca exhausta a muliere. & quasi nūmus tollatur. i. auferatur semper e pleno: & non imminuto aceruo: idest cumulo pecuniarum.

¶ Sunt q̄s: aliā mulierū ipudicitiā notat: qd eunuchis delectet ea. s. rōe vt voluptates sentiāt: & nō cōcipiant. vñ illud est Mart. Cur tñ Eunuchos hēat tua Gellia q̄ris Panice: vult futui Gellia, nō parere. ¶ Imbelles: sunt enim veluti mulieres. ¶ Mollia: q̄si muliebria: cū Eunuchi sint. ¶ Desperatio barbae: barbā. n. Eunuchi nō pducunt: qd fieri scribit Macr. inopia caloris. Calor. n. est q pilos creat, vñ Eunuchis desunt: quorū naturam nullus negauerit frigidiorem esse, q̄ viri. ¶ Et quod abortiuo: alia rō qd spadonibus delectent: qa nō cōcipiāt: ac p hoc abortiuos nō faciāt. De abortiuo dictum est i. ii. Saty. ¶ Illa voluptas Sūma tñ: est veluti antipophora: q̄si aliqs dixerit quā voluptatē pñt cape ex hmōi Eunuchis: cū sint male mentulati. sed summa, inqt, ē voluptas qa nō vtunt Eunuchis nisi q castrati fuerīt i aetate adultiore, vt matura habuerit genitalia. ¶ Inguina: ordo ē: Inguina matura. i. q̄ creuerūt ad legitimā mensurā. ¶ Tradunt medicis: vt inde testes excidāt. ¶ Pectine nig. i. pubescēte. ¶ Ergo expectatos: mulieres, inqt, spadonibus delectant, sed eos nō iubēt prius castrari, q̄ ad aetatē maturā puenerint. Domitianus tñ mares castrari vetuit: & spadonum, q residui erāt, apud māgones pcia moderatus est. ¶ Rapit Heliodorus: nomen medici. Interptat donū Solis. ¶ Tonsoris dāno: qa nō lucrabit. nā eum nō tondebit, cū barbā (vt diximus) nō pducat. ¶ Cōspicuus: Penis magnitudine. nā in balneis bene mentulati a cinaedis obseruabant. Ordo autē est, & sensus: Spado factus a dña. i. qui castratus fuit imperāte dña. lōge conspicuus & notabilis cunctis. i. quē oēs vt pcipuum spadonem notēt & obseruent. intrat balnea, & puocat Penis magnitudine ipsum Priapū. i. potest certare cum Priapo de magnitudine membri. ¶ Custodem vitis & horti: idest Priapum: qui (vt scribit Diodorus in. v.) nō solum in vrbiū tēplis: sed in agrestibus quoq; locis tāq̄ vinearum, atq; hortorū custos colit: fructuum fures castigans. cui Deo sacra cum risu & ludo fiunt: sicuti et Dionysio patri. Nam antiqui fabulant eum filium fuisse Dionysii & Veneris: ea rōne, qd qui vino indulgeant, sint natura ad Venerem promptiores. Asserunt nōnulli priscos illos cum vellent hoium pudenda occultius noiare Priapum dixisse. Omitto multa alia quae a Diodoro diffusius pscribunt. ¶ Dormiat ille Cum dña: potes, inquit, tolerare, vt Eunuchus, qui castratus fuit aetate iam adulta dormiat cum dña: sed cum puero a te dilecto, & iam maturo nequaq̄. ¶ Bromium: puerum tuum formosum: q̄lis fuit Baccus: q Bromius ē appellat⁹ ἀπὸ τοῦ βρόμου. i. a crepitu & sonitu, q ei p tonitru cōtigit cū nat⁹ ē.

¶ Sunt quas &c. Carpit delitias & voluptates mulierū, quę oīa p libidine agunt. Ordo est. Sunt sup. mulieres: quas Eunuchi. i. emasculati, q testiculos nō hñt. & idcirco imbelles ad generationem impotentes. & oscula semp mollia. i. sine asperitate barbae. & despatio barbae delectēt. & qd nō est opus abortiuo sup. partu. i. vt faciant abortum, quem potius facerent, q̄ maturum partum ederent. sed cum non cōcipiant nō est opus abortiuo. Illa tñ voluptas est: idest reputatur a talibus mulieribus summa. q inguina: idest virilia membra, traduntur medicis: idest chirurgicis euellenda. matura: idest quę sunt matura: idest pertigerunt iustam mensuram ad generandum, & hoc iuuenta existente iam calida: idest ad coitum apta, &

IOAN. Brit. — Heliodorus — Priapus — Brom⁹ — ASCē.

Si gaudet cantu, nullius fibula durat
Vocem vendentis prætoribus, organa semper
In manibus, densi radiant testudine tota
Sardonyces, crispo numerantur pectine chorde,
Quo tenet Hedymeles operã dedit, hunc tenet, hoc se
Solatur, gratoq; indulget basia plectro.
Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti
Cum farre, & vino Ianum, Vestamq; rogabat,
An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere. quid faceret plus
Aegrotante viro? medicis quid tristibus erga
Filiolum? stetit ante aram, nec turpe putauit
Pro cithara velare caput, dictataq; verba
Protulit (vt mos est) & aperta palluit agna.

apta. & pectine nigro: idest pube existente nigra quia pubes ante barbam venit: qua nigrescente barba statim nasceretur: si non euellerentur testiculi. ergo cum ita sit ꝙ non appetent alios: Heliodorus ille castrator peritus. rapiti idest extrahit: euellit. damno: idest ad damnum: vel cum damno tonsoris supple barbæ: quam eunuchus non habet, tantum: idest solũ modo, testiculos expectatos ad maturitatem. s. ac iussos crescere primum: idest antequam euellantur. postquã cœperũt esse bilibres. i. duarum librarum. Talis autẽ iuuenis factus spado a domina. i. ad votũ dominæ. intrat balnea conspicuus. i. spectabilis longe & notabilis ꝓ magnitudine mentulæ cunctis. & ꝓuocat. i. ꝓuocare potest non dubie sup. de victoria. i. cõfidenter. custodem vitis & horti. i. Priapum, qui ꝓpter magnitudinem mẽbri virilis Hel espõto eiectus erat. De quo Hora. in Sermonibus: Olim trũcus eram ficulnus inutile lignum: Cum faber incertus scamnum faceretue Priapũ. Maluit esse Deum: Deus hinc ego furũ, auiũq; Maxima formido &c. Ille talis. i. mollis & bñ mẽtulatus. dormiat o Posthume cũ dña. i. cum vxore tua: qa libenter admittet eũ. sed o tu Posthume noli cõmittere. i. destinare. Eunucho. i. vt fiat Eunuchus. Bromium seruum tuum iam dur. i. virilem & robustũ & iam tondẽdum. i. barbatũ. non autẽ formosum vt Baechã. q. d. amitteres operã & impensas tuas: qa vxor tua nollet cũ tali dormire. Non vult ergo poeta dicere id qđ Mancinellus: ꝙ videlicet ẽt cũ Bromio vxor dormire vellet. sed mere oppositũ. & cõsulit vt nõ aliũ vxori castrari faciat, q̃ abs quo eã suppõi vellet. inuit aũt melius eẽ ab Eunuchis, q̃ ab adulteris subagitari cõiugẽ illius.

IOAN. Brit. ¶ Si gaudet cantu: varia mulierũ studia pcurrit poeta earũ semp flagellans ipudiciã: si mulier, iquit: citharœdis & cãtoribus delectatur: nullus est, qui durare possit, ita defatigãtur cõtinuo cantu. ¶ Nullius fibula durat. i. nullus adolescens infibulatus põt tam diutinum canendi laborẽ perferre. Infibulabantur eñ adolescentuli (vt diximus paulo ante) interdum valetudinis, interdũ vocis cõseruandę gratia: frequẽs enim coitus facit vt adolescẽs raucescat. Eius infibulationis rationẽ hãc scribit esse Celsus: vt cutis quæ supra glandẽ est extendatur, noteturque vtrinq; lateribus attramento: qua perforaẽ si glans a notis libera est, is locus idoneus fibulæ ẽ: tum qua notæ sunt cutis acu filum ducẽte transuitur: eiusq; fili capita iter se deligãtur: quotidieq; id mouetur: donec circa foramina cicatriculæ fiant: vbi hæ cõfirmatæ sunt exempto filo: fibula additẽ: quæ quo leuior eo melior ẽ. Erat enim annulus tenuissimus argẽteus, siue aureus. Alii interp̃tãtur ꝙ mulieres p̃tio corrumpant citharœdos & cantores ad coitum: & sic fibulã soluere cogãtur: qđ falsum est. nã non amat eos mulier vt coeat: sed voluptatẽ capiat ex cantu. nã in sequentibus ait: Sed cantet potius, q̃ totam peruolet vrbem. Supra vero taxauit eas q̃ citharœdos amarẽt ad coitũ: Solituris magno comœdi fibula, sunt quæ Chrysogonũ cãtare vetent. Ergo poeta notat hic mulierem quæ studio citharœdorũ canentium teneretur. ¶ Vocem vẽdentis p̃toribus: p̃tores enim, qui ludis præerant adolescentes emebant, qui cantica peragerent. ¶ Organa: instrumentũ est musicum habens (auctore Festo) chordas. ¶ Dẽsi sardonyces: tota, inqt, cithara laudibus p̃tiosis adornata est. Onyx gemma est: cui nomen est cõiunctum cũ Sarda alio lapide. Nam (vt Suidas ait auctore Plin.) Onyci candor est vnguis humani similitudine. Itẽ Chrysoliti & Iaspidis & Sardæ vnde nois societas oritur. Sardonycẽ Ptolemæus a Sardonyce mõte Indię deriuari scribit, ea vsus est primus supior Africanus, auctor

Organum
Onyx
Sardonyx

est Plin. de quo diximus latius apud Persium illic: Et natalitia tandem Cum sardonyce albus. ¶ Testudine: idest cithara quam Mercurius primus (teste Eratosthene) ex testudine fecit: quamq; postea Orpheo, siue (vt alii volunt) Apollini tradidit: cum ab eo contra deno Caduceum accepisset. ¶ Numerantur: percutiuntur, nam numerari videntur cum feriuntur plectro. ¶ Pectine: pecten latine: idest quod græce dicit plectrum, quo chordæ feriũtur. Virgi. Atq; eadẽ digitis mox pectine pulsat eburno. Plectrum autem dictum est a πλήττω: quod est pcutio: ꝙ chordæ eo pcutiant. ¶ Quo. s. pectine. ¶ Hedymeles: nomen fictum citharœdi. nam ἡδὺς significat suauẽ: & μέλος cantum. ¶ Operam dedit, s. cãtui. ¶ Hunc tenet: scilicet pectinẽ. ¶ Quædã de numero Lamiarum. i. nobilium & potẽtiorũ: qualis fuit familia Lamia, quę nobilissima fuit: deducta origine ab Lamo: qui Formiarũ rex fuit in Campania. De quo Horatius: Heli vetusto nobilis ab Lamo: Quãdo & priores hinc Lamias ferunt Denominatos & nepotũ per memores Genus omne fastos. & cætera. ¶ Cum farre & vino: docet Cato ĩ re rustica ca. cxxxiii. quo Iano sacrificaret his verbis: Iano struem cõmoueto sic: Iane pater te hac strue cõmouenda bonas p̃ces te precor vti sies volẽs ꝓpitius mihi, liberisq; meis: domo, familiæq; meę. Mactus hoc ferto, postea vinũ Iano dato sic: Iane pater vti te strue cõmouenda bonas p̃ces bene p̃catus sum eiusdẽ rei, ergo macte vino inferiori esto, Ouidi. in primo Fastorũ: Ara mihi posita est paruo cõiuncta sacello: Hæc adolet flãmis cũ strue farra suis. ¶ Vestãq; rogabat: de Vesta abunde dictũ est supioribus Satyris. ¶ An Capitolina: rogabat, inqt, mulier q̃dam de nobilioribus Ianũ & Vestã facto sacrificio: an Pollio citharœdus: cuius cantu delectabaẽ futurus esset victor in certamine capitolino. ¶ Quercum capitolinã. i. coronã puernam, q̃ dabaẽ victori in certamine capitolino. Martia. O cui Tarpeias licuit cõtingere quercus. & alibi: Quod ꝓ Tarpeiæ frondis honore põt. Nã Domitianus (auctore Tranq.) istituit qnquẽnale certamẽ Capitolino Ioui triplex. musicũ, equestre, gymnicũ, & aliquãto plurĩũ q̃ nũc est coronatorũ. Certabaẽ ẽt prosa oratione græce, latineq;, ac p̃ter citharœdos, chorocitharistæ quoq; & Psallocitharistæ. ¶ Fidibus. s. suis. ¶ Quid faceret: non plus, inqt, anxia esset pro salute mariti ægrotãtis: aut filii, q̃ est ꝓ cithara: hoc est pro ipso citharœdo. ¶ Velare caput: nã qui rem diuinã faciebanẽ ex veteri istituto caput velabãt. vnde apud Virg. Helenus vates p̃cipit sic Aeneę: Purpureo velare comas adopertus amictu: Nequa inter sanctos ignes in honore Deorũ Hostilis facies occurrat & oĩa turbet: Hunc socii morẽ sacrorũ: hũc ipse teneto: Hac casti maneant in religione nepotes. De hoc ritu sacrificandi multa scribit Plutar. in Problematis. ¶ Dictataq; verba: ab aruspice. s. qui vouenti verba dictabat. ¶ Vt mos est: scilicet vt aruspex dictet verba q̃ postea ꝓferat qui votũ facit. ¶ Aperta agna: ex cuius extis aruspices futura cognoscebant. ¶ Palluit: solicita qđ exta portenderent agnæ.

ASC. ¶ Si gaudet cãtu &c. Ais delitias mulierũ taxat: q̃ citharœdorũ captæ amoribus, eis, & eorũ instris magno vtebãtur p̃tio. Est tñ duplex lectio & sensus hoc loco Nã alii legunt durat. alii dura ẽ: qđ fere in idẽ redit. Alii itelligũt ꝙ mulieres cãtantibus abutanẽ. alii ꝙ solo cantu. priores sic cõstruunt: Si sup. mulier gaudet cantu. i. in citharam aut in alio instrũo canent. fibula. i. conexio subligaris: qua vtebãtur ad firmitudinẽ vocis & lateris nullius vendẽtis p̃toribus vocẽ. est dura sup. satis vt non soluaẽ. vel durat: quia statim ꝓposito coitus p̃tio dissoluiẽ. Posterioris sic: Si matrona diues gaudet. i.

Plectrum
Plectrum
Hedymeles
Lamia rex

oblectatur.cantu.i.cantilenis suauibus.fibula.i.conexio sub ligaris nullius vendentis praetoribus vocem.i.cantare condu ctus a praetore solitus est dura.i.satis robusta ad tenendum firmitudinem lateris & vocis ipsius cantoris: qa licet fibula illius non dissoluatur per coitum:raucescit tn frequenti can/ tu.vnde subdit.organa.i.instrumenta musica,quae mulier tā git:vt ad ea cantor cōcinat: semper sup.sunt in manibus mulieris.& sardonyces.i. la/ pilli illi ptiosi.densi.i.dese po siti.radiāt in tota testudine: idest cithara ex testudine pri mum inuēta. Alibi vtitur in foemineo genere: Conducta Paulus agebat Sardonyce. si cut Persius:Et natalitia tādē cū sardonyce albus. Ideo aūt apponit lapillos cithar ae: qa (vt prius dixi) qsq; ea exor/ nat instrumenta: quorū vsu atq; operatione oblectat.vn de Virro homo bibax pocu/ la gemmis ornabat: Aeneas bellator optimus vaginā: & hic mulier cantu oblectata: testudinē.i.citharā suā.chor/ dae.i.nerui,seu fides citharę numerant.i.per numerū pul/ santur seu disponūtur. pecti ne.i.tali instrumēto.crispo.i. crispāte.quia ex pilus fere cō

Aru/spex

fulit diu stando fit varicosus.Aruspex dicebatur, q extra pe/ cudum inspiceret,ex quibus futura pnoscebat. ab aruga de/ nominatus.nam aruga dicitur hostia ab hara in qua condu/ ditur,& seruatur.Hara autem est in qua pecora includūtur. ¶ Sed cantet potius:hinc ostēdit poeta mulieres cantoribus, citharoedisq; delectari vt diximus:non vt cū eis coeant:sed vt ex cantu voluptatem ca/ piant.Cantet,inquit,potius & cum cantoribus versetur: q pet vrbē vagetur,sicq; no/ tat mulieres ambulatrices, q semp impudicae habitę sunt. Vnde est illud praeceptū Ca tonis in re rustica:Mulier ne sit ambulatrix.¶ Ferre coetus virorum: versari magna au/ dacia cum viris.¶ Cumq; pa ludatis: paludamētum vestis militatis Imperatoria. Apu/ leius in prima Apollogia: ve rumtamen haec Diogeni & Antisthenī pera & baculus, quod regib' diadema, quod imperatoribus paludamētū, quod pontificibus galerum, quod lituū auguribus.Tran quillus in Cęsare: Paludamē tum mordicus trahēs ne spo/ lio potiretur hostis. Id autē aut album, aut purpureū ex/ euntibus in praelium dari so

Aruga

paluda/mentum

Dic mihi nunc quaeso,dic antiquissime Diuum,
Respondes his Iane pater? magna otia caeli.
Non est(vt video)non est,quid agatur apud vos.
Haec de comoedis te consulit,illa tragoedum
Commendare volet, varicosus fiet aruspex.
Sed cantet potius, q totam peruolet vrbem
Audax,& coetus possit q ferre virorum.
Cumq; paludatis ducibus praesente marito
Ipsa loqui tecta facie,strictisq; mamillis.
Haec eadem nouit, quid toto fiat in orbe,
Quid Seres,quid Thraces agant,secreta nouercae,
Et pueri, quis amet,quis decipiatur adulter.
Dicet quis viduam praegnantem fecerit,& quo
Mense,quibus verbis concumbat quaeq;,modis quot.
Instantem regi Armenio,Parthoq; cometem
Prima videt,famam,rumoresq; illa recentes
Excipit ad portas,quosdam facit ipse Niphatem
In populos,magnoq; illic cuncta arua teneri
Diluuio,nutare vrbes,subsidere terras
Quocunq; in triuio,cuicunq; est obuia narrat.

ficitur.sunt qui legant crispae:vt sit crispae chordae.quo.s.pe ctine.Hedymeles:idest suauis ille cātor.dedit aliquādo ope/ ram.ipsa.s.mulier.tenet hunc.s.pectinem:& solatur se hoc. & indulget.i.affectuose pbet plectro videlicet pectini. gra/ to.ppterea:q eo Hedymeles vsus esset.basia.i.lasciua oscula. Quaedam sup.mulier de numero Lamiarum.i.nobilium. ac pro &.alti.i.nobilis & supbi.sanguinis.i.generis.rogabat.i. interrogabat:cōsulebat Ianum & Vestam numina a Roma/ nis culta cum farre & vino.i.eblatione ex farre, & vino fa/ cta.an Pollio citaroedus ille deberet sperare quercum capito linam.i.coronam quercinā pro victoria obtenta in certami/ ne Ioui Capitolino a Domitiano instituto.& an posset ipse promittere sibi coronā illam fidicibus.i.chordis suis sonoris. Quid faceret talis nobilis mulier plus viro aegrotāte.i.si vir aegrotaret.q.d.nihil.& quid ipsa faceret plus medicis tristi/ bus erga filiolum.i.ptopter morbum incurabilem filioli:qua si dicat nihil.Ipsa eni stetit ante aram: nec putauit esse turpe velare caput.i.velando sacrificare pro cithara.i.citharoedo. & ptulit verba dictata a sacrificulo.vt.i.sicut est mos.& pal/ luit.i.pallida effecta est.agna aperta ab aruspice vt agnosce/ ret futura:quia nihil salutis significatiuum illic vidit.

JOAN. Brit. ¶ Dic mihi nunc quaeso:hac interrogatione ostēdit tales p/ ces indignas esse quae exaudiantur. ¶ Antiquissime Diuum: nam habitus est antiquissimus Deorū.vnde illud est Ouidii in primo Fastor.:Me chaos antiq;(nā sum res prisca) vocabāt. ¶ Iane pater:hoc verbū est ex ritu,nam in sacris Ianum gemi/ num,Ianum patrem,Ianum Iunonium inuocabant. Patrē aūt quasi Deorum Deum,lege Macrobium lib. primo Saturna.

Comoe/dus ¶ Magna otia caeli:subaudi sunt. ¶ Haec de comoedis:comoe di & tragoedi dicuntur:qui comoedias & tragoedias agūt.

Tragoe/dus Comici & Tragici qui scribunt. ¶ Cōsulit te.s.o Iane. ¶ Va/

Comi/cus ricosus:in homine,vt in Persium diximus: Venae tumescētes in varices su:rtuntur:nec in cruribus solum,sed in toto cor/

Tragi/cus pore conspiciuntur. vnde Celsus ita scribit:Praetor hoc eue/ nit in quordā ventribus varices fiunt:quaę,qa nulla alia cu ratio est,q quae in cruribus esse consueuit &c.Varices autem

Varices dicuntur ex nimia mora standi peruenire. Inde illud est Vatini in Ciceronē varicosum gloriantē se humeris Italiae ab exilio reportatū,vnde ergo tibi varices? Aruspex igitur cū extra cō

lebat.Vnde Valerius lib.primo capite de pdigiis:pulli Cras/ so traditum est paludamentum,cum in plurum exeuntibus al/ bum aut purpureum dari soleret.¶ Strictisq; mamillis:ita co arctatis vt in summo pateat sinu.¶ Quid Seres:populi Syriç prim boium,q noscant:lanicio siluas nobiles psusam aqua depectētes frondiū caniciē.Coetum reliquorum mortalium fu giunt,cū cōmertia expetant.Pli.li.vi.¶ Quid Thraces:popu li septētrionales.¶ Regi Armenio,partho q; vtpote imperii Romani hostibus.¶ Cometē instātē:exitiū minātē.nā come/ tas graeci vocāt,quas nos crinitas stellas appellamus horren/ tes crine sanguineo & comarę modo in vertice hispidas. Pli nius.¶ Facit Niphatem ipse.i.ita rē narrādo dispenit,vt fac/ at Niphatem ipse in quosdā populos.Niphates fluuius ē Ar/ meniae.Luca.Armeniusq; tenens voluptatē saxa Niphatem. est ēt mons eiusdē nois vt scrib. Strabo.¶ Teneri diluuio.s. inundari,& aquis obrui.¶ Nutare vrbes:i. terraemotu quati. ¶ Subsidere terras:in orsum ire.Ouid. Subsidunt valles.

Setes

Comete

Niphates

¶ Dic mihi nunc quaeso.Quia dictū est:qd quaedā mulieres consulunt de salute adulterorum suorum:quasi vero Dii ta/ lia curent.iucunde alloquitur poeta ianum pcunctans eum: an ne aliud agendum habeāt Dii,q talibus q̄onibus rńdere. Deinde pgreditur ad alias petulantias mulierum notādas.Or do est:O antiqssime Diuum.i.Diuorum Iane,q ante Saturnū in Italia regnabas:& principiū,ec ianua quasi dicens,quęso.s. supplex oro.(qd addit ne durum esset verbū imperādi dic,quo bis vtitur)dic mihi nunc:postq te de talibus cōsulunt mulie res:dic inq o Iane pater Diuum.rńdes tu his.i.hmōi interro gationibus mulierum.q.d.certe si hec facis magna sup. sunt otia caeli. Et vt.i.fm quod video.nō est inquā quod agatur, vel melius:non est aliqd quod agat apud nos.s. Deos caele stes.Nā haec.s.mulier consulit.i. cōsilium poscit te.de comoe dis.i.de salute,aut victoria comoedorum.i.actorum comoediarum. illa.s.alia,volet cōmendare.i.protectioni tuae cōmittere tra goedū.i.actorem tragoediarum.& si oibus aurem pbueris.aru spex.i.inspector extorum.arugae.i.victimae fiet varicosus.i.va ricibus:hoc est neruis cōtractis ex lōga statione plenus.Sed cātet potius sup.matrona, q peruolet.i.dissolute volet. per totā vrbem existēs audax.& q possit.i.valeat:potens sit.fer re.i.sustinere.coetus.i.cōuenticula virorum.que pro &. q ipsa possit

ASCē.

possit recta .i.erecta facie:cum tamē pudica mulier vultū demissa pferatur: vt de Didone dicit pri. Aeneid. & mamillis strictis.i.cōpressis quibusdā fasciis a parte inferiore:ut ostēdit Plautus meretrices facere: vt e sinu exiliāt & pateant. vel (vt Probus legit) siccis.i.virilibus:nihil lactis maternalis habētibus.loqui cū ducibus paludatis.i.paludamētis ornatis.

Nec tamen id vitium magis intolerabile,q̄,quod
Vicinos humiles rapere,& concidere loris
Exorata solet.nam si latratibus alti
Rumpuntur somni,fustes huc ocyus inquit,
Afferte,atq; illis dominum iubet ante feriri,
Deinde canem.grauis occursu,teterrima vultu
Balnea nocte subit,conchas,& castra moueri
Nocte iubet,magno gaudet sudare tumultu,
Cum lassata graui ceciderunt brachia massa,
Callidus,& cristæ digitos impressit Aliptes,
Ac summum dominæ femur exclamare coegit.
Conuiuæ miseri interea,somnoq;,fameq;
Vrgentur,tandem illa uenit rubicunda,totum
Oenophorum sitiens.plena quod tenditur urna
Admotum pedibus,de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,
Dum redit,& terram luto ferit intestino.
Marmoribus riui properant,aut lata falerno
Peluis olet,nam sic tan q̄ alta in dolia longus
Deciderit serpens,bibit,& uomit.ergo maritus
Nauseat,atq; oculis bilem substringit opertis.

& hoc marito exsistente psente.i.in psentia.vt sup.tam frequens facit, hæc eadem autē quæ hoc facit nouit qd fiat i toto orbe:quid Seres populi illi ad Indos: qd Thraces populi ad septētrionē uergētes agāt. Et nouit secreta nouercæ. & pueri.i.quid nouerca cū priuignis secrete egit. & nouit qs amet, & qs adulter decipiat. & dicet.i. dicere poterit:quia scit qs fecerit viduam pgnantem.i. grauidam. & quo mense. & qbus verbis. & qūo quæque sup. mulieres cōcumbunt .i. coeunt. Et ipsa vidit prima.i.ante oēs viuentes. cometē.i. sidus crinitum:aut (vt dicūt) caudatū.instantem .i. mortē minantem.aut, si ad sidus refers,minās. regi Armenio.i. Armenioꝶ. & Partho.i.Parthorum.illa excipit.i. ex ore nunciorum capit ad portas priusquā recipiantur in urbem: famā & rumores recentes & facta.i. Prædicat Niphatem flu uium illum isse .s. fluxisse.in quosdā populos & cuncta arua teneri.i.obrui & inundari illic.s.iuxta Niphatē.magno diluuio.i.inundatione aquaꝶ. & ipsa narrat in quocunq; triuio & cuicūq; est obuia.urbes nutare.i. ex teremotu casuum minari. & terras subsidere.i.in abyssum abire: hoc est talis scit oīa & facta & infecta: ut Plau.in Triuūmo de uiris dicit. ¶ Nec tñ id uitium:nec illud uitiū uagandi p urbem, & perscrutādi res nouas grauius est q̄ q iracūdiæ & sæuitie uitio laborat. ¶ Rape:trahere ui. ¶ Vicinos humiles: hoc est pauperes si forte interruptus fuerit ei somnus p canes eorum, ¶ Exortata:ēt exortata. ¶ Solet cōcidere:uerberare. ¶ Illis.s. fustibus. ¶ Dñm .s. canis. ¶ Grauis:terifica. ¶ Balnea nocte. subit:nā ante cœnā lauabantur. ¶ Choncas:uasa qbus utebātur in balneis. ¶ Et castra:quasi castra .i. multā supellectilē. quā secum ferat. ¶ Gaudet sudare:gaudet, inqt, in balneis lauari strepitu magno & ambitioso. unde titulus epistolæ Senece in. viii.talis est:ubi notat tumultuosam balneoꝶ luxuriam. ¶ Graui massa:graui alteꝶ pondere.nā qui balnea ingrediebātur, quo facilius sudorē elicerent:ante quā lauarentur, se exercebāt:nunc grauiora onera manibus ferēdo: nūc alteres rotando. quā rē Seneca ad Luciliū optime ostēdit li. viii, ubi notat tumultuosam luxuriā balneoꝶ sic dicens: Cū fortiores exercētur & manus plūbo graues iactāt: cū aut laborant, aut laborantē imitant, gemitus audio, quoties retētum spiritū remisserunt sibilos, & acerbissimas respiratiōes. Idē alibi ad Luciliū loquēs de exercitatiōibus:Cursus & cū aliquo pondere manus motæ.ergo graui massa.i. graui altere:quā aliud nihil est, q̄ massa plumbea. Dictus aūt alteres ab ἅλλομαι quod est salio. nā saltantes susceptis alteribus exercebātur. Mart. Alterē facili rotat lacerto. ¶ Aliptes: unctor ab ἀλείφω qđ est ungo.ungebant enim, qui uolebant lauari. ¶ Callidus:astutus.nā dum ungit mulierē genitalia manib⁹ maxime palpat, & pcutit. Seneca lib. viii. loquēs de strepitu balneoꝶ:Cum in aliquē inertem, ac plebeia unctione contentum incidi:audio crepitū illisæ manus humeris:quæ ut plana puenerit, aut concaua, ita sonum mutat. Item eadē epistola: Aliptē cogita tenuem & stridulā vocem, quo sit notabilior exprimentē:nec unquā tacentem nisi dum vellit alas: & aliū p se clamare cogit. ¶ Cristæ:genitalibus. ¶ Exclamare:strepitū facere ex percussu manus. Vnde Martia. Et pueri lutulenta de palæstra Vncti verbere vapulat magistri. ¶ Summum femur: summam partem femoris. nam femur totam coxam appellamus: hoc est partē exteriorem, & interiorem uno vocabulo. Apuleius libro .x. Metamorphoseos: Nam quidā colonus partem venationis imanis cerui pinguissimū femur domino illi suo muneri miserat. Femina uero tantū partes iteriores. Vnde Apule. eodē libro: Nā si faciem tuam mediis eius feminib⁹ immiseris, facile peru ctaberis quā grandē tibi demonstret patientiā. loquebatur aūt de Asino. Pli. autē li. xxviii. Femina atteri, aduri q; equitatu notū est. Apuleius in .x. Illam titione cādēti inter media femina detruso. crudelissime necauit. pleruq; tum femora capiuntur ab auctoribus pro partibus genitalibus. ¶ Conuiuæ miseri: hoc est q illā domi expectant: cum ea cœnaturi: vt sit tota ipsa familia. ¶ Interea: dū lauatur. ¶ Tandē: post longā expectationē. ¶ Oenophoꝶ:uas ad ferēda uina. οἶνος enim vinū significat: & φέρω porto. ¶ Sitiēs magna cū sit bibēs. ¶ Quod tenditur: quod plenū est. unde & ubera distenta dicimus, quæ plena sunt. ¶ Admotum a pedibus.i. appositum seruis vt pessimū. nam pessimū erat uinum. qui enim vomere uolebant uinum pessimū bibebant: quale dabatur seruis quod appellabāt τρώπιν quod significat versionē, quæ solicet stomachū perturbabat. Id uerbū est apud Martialem. bibit ergo tropin vt vomat. Hoc autē fiebat vt exinanito stomacho maior edendi excitaretur appetentia. De A pedibus autem diximus in prima Satyra illic: Ab octaua Marius bibit. ¶ Sextarius alter:idest duo sextarii. Est autē Sextarius sexta pars cōgii. Cōgius enim sex capit sextarios. auctor est Prisc. ¶ Ducit:bibitur. Horatius: Ducere nectareos succos. Idē in quarto carminū: Sed pressum i cadibus ducere Liberum Si gestas. ¶ Ante cibū:idest ieiuno stomacho. cōtra vinum optimū uomitū coercet. Horatius. Vel quod fluentem nauseā coerceat: Metire nobis cecubum. Vinū, inqt Plin. lib. xxiii. ieiūos bibere nouitio iuēto inutilissimū est. Et li. xxix. ca. pri. Potus ieiunoꝶ, ac uomitiōes, & rursus ppotatiōes, ac pilorum euiratio istituta resinis eoꝶ. Vbi manifeste talia medicinę instituta irridet. ¶ Rabidā ore.i. rabidū appetitū. orexis.n. dictio ē græca: q̄ appetitū significat: ὀρέγομαι.n. græce, appeto latine. A Galeno in libro qui inscribitur ὅροι ἰατρικοί: hoc est diffinitiones:quā ad medicinā spectāt diffinitur sic ὄρεξίς ἐστι ... hoc est orexis est desideriū, siue appetitus & inqsitio: pro uomitu etiam ponitur. Plin. ad Priscum de Fania ægrotāte pro uomitu sic scribit: Hoc discrimine implicita ē insidēs febris, tussis, orexis, summa macies, summa defectio. Iuuen. alibi in sequentibus: Hinc surgit orexis: Hinc stomacho bilis. nā uinum illū pessimum bibebant ut uomerent: sicq; euacuato p vomitū stomacho maior esset edēdi appetentia. Vnde Seneca: Vomūt ut edant, edunt ut uomant. Idē Seneca ad Lucilium loquēs de intēperantia mulieꝶ: Non minus, inqt, potāt, & oleo, & mero uiros puocāt. Aeque inuitis ingesta uisceribus p os reddunt, & uinū omne uomitu remētiūt. ¶ Dū redit: Sensus est,

Femur

Femina

Oenophorū

Sextarius

Cōgius

Orexis

& ordo: Sextarius alter ducit̃.i.hauritur & bibitur ante ci
bum facturus rabidam orexim.i.rabidã appetentiam dũ re
dit.s.ex stomacho.i.dum remittitur & uomitur.nã sic p uo
mitum exinanito stomacho appetitus edẽdi magnus excita
tur. ⁋Luto itestino.i.uino luteo: quod in itestina hauserat.
luto enim positũ est pro luteo.sic Virg. Croceo mutabit uel
lera luto . & in sequentibus
Iuuen. Incude & luto Vulca
no ad Rhetora misit. Quẽ
locũ animaduerti sic legẽdũ:
& non luteo:primã enim ha
bet longã. Persius: Surgit ti
bi lutea pellis. Carmen exa/
metrum luteo non admittit
duabus extremis longis, &
media correpta.ergo luto p
luteo p synæresin. Sicut apd
Vir.i sexto Aluo pro alueo:
Laxat q foros, simul accipit
aluo. Et Teri p Terei in Bu
colicis, Aut ut mutatos Te/
ri narrauerit artus. ⁋Riui:
hyperbolicos q̃si riui. ⁋Mar/
moribus: p sola & pauimen/
ta marmorea. ⁋Aut lata sa/
lernũ Peluis olet:est enim sensus: Vomitus uini ut in terrã
Oleo.
cadit, aut pelui excipit̃. ⁋Olet falerno:oleo & accusatiuo iũ
gitur, Horatius, Pastillos Rufillus olet. & ablatiuo. Oui. Nõ
arabo noster capillus olet. ⁋Bibit, & uomit: Mart. Nec cœ/
nat prius, aut recũbit: Quã septem. uomuit meros deunces.
⁋Tanq̃ lõgus serpẽs:cõstat.n. serpẽtes uini auidissimas esse
auctore Pli.li.xxii.c.xxiii. Et idẽ sic ait i Decu. Serpẽtes cũ
occasio est, uinũ pcipue appetunt:cũ alioqn exiguo indigeãt
potu. ⁋Maritus nauseat.i. marito stomachus subuertit̃: &
ad vomitum mouet̃. Nã nausea proprie appellat̃ ipsa stoma
chi subuersio sine tñ vomitu. vnde Corne. Cal. lib. primo: Si
Nausea
sine vomitu nausea fuit. Seneca lib. vii. Nausea enim me se/
gnis nec sine exitu torquebat: q̃ bilem mouet, nec effundit.
Nauseo autẽ vnum est ex sex verbis desinentibus in eo quę
Sex verba in eo primæ coniu/gatiõis
primæ sunt cõiugationis:q̃ sunt hæc Beo Creo, Meo, Nau/
seo, Screo Laqueo cum cõpositis. Reliqua vero in eo desi/
nentia secundæ sunt coniugationis:præter eo & queo cum
compositis, quæ quartæ sunt. ⁋Bilem substringit: sed cole/
ram, inquit, compescit conniuendo.
ASCE
⁋Nec tñ id vitium. Nunc sæuitiam & inclementiã mulierũ
taxat. Ordo est: Nec tñ id vitiũ.s.curiositatis & leuitatis: ac
dissolutiõis:ẽ magis intolerabile, q̃ q ipsa exorata.i. post q̃
semel ẽ pcibus placata vel exorata a vicinis malis. solet rape
re.i. ui arripere. & cõcidere.i. flagellare. loris.i.scuticis, seu
flagellis ex corio factis. uicinos humiles.i. infimæ pdonnis.
nã si somni alti.i. pfundi: & cerebrũ qd altum est ampliter
occupãtes. rũpuntutur.i. interrũpuntur latratibus canũ.t.
ipsa ingt ad lorarios suos.i. seruos, q uincula & uirgas cu
stodiũt & exercẽt afferte ocy⁹.i. ualde cito huc.i. ad me fu/
stes.i. baculos & uirgas magnas. & iubet dñm.i. possessorẽ
canis feriri.i. uapulare: aut cędi illis.s. fustib⁹ & deide canẽ.
& ipsa grauis.i. molesta & aspa ac terribilis occursu, dũ cuiq̃
occurrit. & teterrima.i. toruissima, inimicissima vultu iubet bal
neã parari sibi nocte.i. tempore nocturno. & iubet conchas
.i. vasa ampla, in qbus lauet̃. & castra.i. sarcinulas p modum
corũ, q in castris sunt mouere: quasi ad nouã obsidionem p
gat ita morosa & põposa cum tot istrumẽtis balneũ intrat.
& hoc iterũ nocte, vt molestũ sit ministris. & ipsa gaudet su
dare magno tumultu, dũ moltos videt afflictos in obsequio
suo. Cũ.i. postq̃ brachia eius lassata graui massa.s. plũbea: q̃
exercebãtur in balneis ceciderunt.i. inclinata sunt. & aliptes
.i. vnctor. callidus.i. ex industria. errans, & nesciens qũo ipsi
cõplaceat. impressit cristę.i. summitati uuluę erectę digitos
suos & coegit summũ femur.i. summã partem femoris.i. in
guen dominę, exclamare.i. crepitũ facere. dũ manus eius un

Illa tamen grauior, quæ, cum discumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elisæ,
Committit, uates, & comparat inde Maronem,
Atq alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grãmatici, uincuntur rhetores, omnis
Turba tacet, nec causidicus, nec præco loquantur,
Altera nec mulier. uerborum tanta cadit uis,
Tot pariter pelues, & tintinabula dicas
Pulsari. iam nemo tubas, atq æra fatiget.
Vna laboranti poterit succurrere Lunæ.
Imponit finem sapiens & rebus honestis.
Nam si docta nimis cupit, & facunda uideri
Crure tenus medio tunicas succingere debet,
Cædere Siluano porcum, quadrante lauari.

cta p membra lubrica agiliter rotatur, & ducitur. Cõuiuæ
miseri, qui inuitati sunt ad cõuiuium: uel ab ipsa: uel a dño.
urgẽtur.i. affligunt̃ interea: dum ipsa sici balneis lauat̃: som
no & fame. illa aũt uenit tãdẽ.i. post expectationẽ. rubicun
dula.i. subrubẽs ex calore. & sitiens totum œnophorũ.i. uas
uinarium: quo uinũ affertur ut inde in pocala diffundat̃: qd̃
nimiũ pro tot conuiuis capa
cissimũ erat, qd̃ uas tendit.i.
distendit̃: implet̃ urna plena.
admotum.i. aduolutũ. pedi/
bus.i. pueris seu seruis. p qd̃,
ingt Mancinellus, malum ui
num uomitũ excitans signifi
cat. Sed de hoc in fine huius
lectiõis disputabo. nõ enim
cõtrarium illi qd̃ dictũ est: q
.s. sitiret illud œnophorũ: qa
hoc solũ dicit pro mẽsura ex
primẽda: non q ipsa uinũ ex
illo œnophoro biberet nisi
ut uomat: sed quia maior est
mẽsura uini seruorũ & fami/
liarium, q̃ dñi & dominę. Vo
mitura ãt de illo uase afferri
sibi iussit. uñ sequitur, de quo
.s. œnophoro. ducit̃.i. extractus ad dominã fertur. alter.i.
secundus sextarius: hoc est duo sextarii: q tertiam partẽ con
gii. vnius efficiunt. ducit̃ inquã facturus.i. vt faciat. orexim
rabidam.i. appetitũ vehementẽ ex vomitu pcreatũ, Vel vo
mitũ ipsũ. dũ.i. qñ ipsa redit ex balneis. & ferit.i. vehemẽ
ter opplet luto.i. oleto, seu stercore. intestino.i. intestinis pro
fluente. terrã.i. dum ore & podice egerit. & riui micturæ et
vomitus pcurrant.i. properãter currunt. marmoribus.i. per
parietes domus marmoreæ. aut lata peluis in quam recipiũt
ministri uomitũ & urinã eius olet.i. putet. falerno sup. uino
quo deonerari uoluit ut nouũ reciperet. Nã ipsa bibit, & uo
mit. sic.i. eodẽ modo. tanq̃.i. ac si longus serpẽs deciderit in
dolia.i. sic dũ uult euomit. ut audiret postq̃ biberit serpẽtẽ
delapsum & submersum esse in illud doliũ vnde ipsa bibit.
ergo maritus uidens ipsam sic uomentẽ. nauseat.i. nausea af
ficitur. & substringit.i. clã cõstringit ne ipsa percipiat bilẽ
idest humorẽ amarum fellisq ex indignatione cõcitatur. &
hoc oculis opertis.i. occlusis. dixi Mancinellum & quẽ fere
sequitur Calderinum uelle: q malum & seruorũ uinum signi
ficet: de quo quid sentiam paucis explicabo: quia dixi q lata
peluis olet falerno: non uideret̃ absurdũ si illud œnophorũ
ad motũ pedibus.i. a pueris uel aduolutũ pedibus nõ allatũ
manibus præ magnitudine sit repletum falerno optimo q/
dem uino: quod nimirũ orexim.i. appetitum excitat. Nec ob
stat q dicit eam uomere: quia acre uinum a calida muliere
sumptum facile uomitum generat: tu legito vt voles.
⁋Illa tamẽ grauior: ridẽdo ait poeta eam maioris esse gra
uitatis: quæ etiã in cœtis disputet de poetis. Sic Persius: Ec
ce inter pocula quærunt Romulidæ saturi qd alia poemata
narrent. ⁋Perituræ ignoscit Elisæ: ita bene historiã ait scri/
ptam a Virgilio de nece Didõis: vt nõ irascatur ei q ipsa si
bi mortem attulerit, sed ignoscat, laudetq vt ab ea recte fa
ctũ: vt totum sit in laudẽ Virgilii: qui causas necis optime de
scripserit. solemus enim irasci, & nullo modo ignoscere cum
qs se interemerit nulla existẽte causa honesta. ⁋Elisę.i. Dido
ni. huĩ Elisa nomen fuit pprium. Dido vero Pœnorum lin
gua uiraginẽ significat, quod in ignem sei miserit. ⁋Cõmit/
tit vates: quasi psentes in certamen deducit: vt alter cũ alte
ro cõcertare possit: nec alter altero sit inferior. Est enim cõ/
mittere idẽ quod cõparare, & in cõtentionẽ adducere. Pro/
pertius: Et sua cum antiquæ cõmittit scripta puellæ. de cu/
ius significatione vberius illic diximus in prima Satyra: Ru
tulumq ferocem Cõmittas. ⁋Trutina.i. statera. Idẽ enim
significat. Victruuius libro xi. Id autem ex trutinis: quę sta
theræ dicuntur licet cõsiderare a trutina fit verbũ trutinor

Persius:

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes,
Sed quædam ex libris & non intelligat. odi
Hanc ego, quæ repetit, voluitq; Palemonis artem
Seruata semper lege, & ratione loquendi,
Ignotosq; mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opicæ castigat amicæ
Verba, Solœcismum liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil
Cum viride gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extensis magnos commisit Elenchos.
Intolerabilius nihil est, quam fœmina diues.

Persius: Atq; exporrecto trutinatur verba labello. Cedūt grammatici, & rhetores: clamosi sunt, tamē superantur a mu-
Rhetor liere strepitu vocis. Rhetores: differt rhetor ab oratore: q
Orator ille pcepta artis tradit & docet: hic vero secundum precepta artis loqtur. Nec causidicus: hoc vult intelligi: tantum esse mulieris clamorē: vt oporteat omnes silere dū loqtur etiam q soleant esse clamosi vt causidici, pcones, & reliquæ mulieres, ac si dicat: Si causidici et pcones loquerent ea dicente non exaudirētur: tātus est strepit? vocis muliebris: omnes, inqt, tacebunt qn̄ incassum loquerent, quia non audirentur. Tanta vis: tanta copia verbo℞. Cadit: exit ex ore. Tot pariter: tu dicas vocem illam tam sonoram, tot pelues esse, & tot tintina-
Peluis bula. Peluis: vas aquarium, in quo varia perluuntur. vnde & nomen. Nemo fatiget tubas: nemo, inquit, ad succurrendum Lunæ vtatur tubis: neq; alio strepitu qn̄quidem mulier voce sua omnes vincat strepitus. Lunæ laboranti: nam (vt scribit Pli. lib. ii. capi. xii.) viri ingētes, inter quos fuit Stesichorus, & Pidarus crediderunt Lunā eclypsim, & quasi mortē pati excantationibus: vnde ne id Luna pateretur dissono crepitu succurrebant. Titus Liuius libro. xxvii. ab vrbe condita: Præliū non solito modo, clamore, ac tumultu est, sed ad alio℞ virorum, equorum, armorūq; sonum disposita in muris Campanorū imbellis multitudo tātum cū æris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorē. ait ergo poeta tam clamosam esse mulierem vt sine tubis, aliisq; crepitaculis sola facile possit sua voce Lunæ excantationibus laboranti auxiliari: ne excantationes audiat. Lunam solere excantari docet Virgili. Carmina vel cęlo possunt deducere Lunam. Imponit finē: nō solum, inqt, mulier de poetis iudicat: sed ēt more philosophi pcepta dat de ratione recte uiuendi, ergo & pro ēt imponit finem & modū rebus honestis. i. docet ipsa sapiens & diffinit quid sit honestū, q̃ vtile, q̃ pulchrū. pnunciādum est risu satyrico. Nam si docta: ex quo, inquit, sibi vsurpat officiū virorum: vt more philosophi de virtute & honesto disputet: iudicetq; de poetis: debet etiā habitū sumere viris sapientibus congruum: & oīa facere, quæ faciunt philosophi & viri literati: si cupit videri docta & facūda: ut quēadmodum doctrina viris parem se facit: ita et habitu sit similis. estq; legendū cum risu: vt manifesta sit sciolæ mulieris irrisio. Crure tenus medio: talem etiā habitū Oratoris fuisse ostēdit Quintil. lib. xi. Tunicæ prioribus oris infra genua paulum posterioribus ad medios poplites vsq; pueniāt. nam infra mulie℞ est, supra Centurionū. Tunicas succingere: aliqui putant legendū esse succidere & non succingere: vt maiorē cum viris habeat similitudinē: si tunica sit breuiore, & succisa. Cædere Siluano porcum: debet, inqt. oīa facere, quæ fieri solent a poetis & viris literatis, q cum loca solitaria quærant & nemora: vbi sine strepitu cōmodius possint scribere. Siluano silua℞ Deo sacrificant mactantes porcum: videturq; poeta ad id respexisse, cū dixit porcū mactādum Siluano: qm (vt docet Cato in re ru.) Marti Siluāo in silua interdiu in capita singula boum votum faciebant. Nam Martem Siluanū appellarunt, cui porcum imolabant. Mulieri ad eam rem diuinā adesse non licebat, neq; videre qūo fieret pmittebatur. Vn̄ nūc poeta p ironiā videt hortari mulierem ēt ad sacrificia, quæ a viris dūtaxat peraguntur. Horatius in epistolis, Siluanū placari lacte sic docet ab agricolis: Tellurē porco Siluanū lacte piabant. De hoc tn̄ aliquid certius quærendū est. Quadrante lauari: exigua mercede: qualem psoluūt pauperes philosophi. vnde Horatius in. iii.

Satyra irridēs stoicū vt mise℞ & pauperē ait: Quadrantem balneatori daturum: Dum tu quadrante lauatum Rex ibis.
Illa tn̄ grauior, quæ cū discūbere cœpit & c. Taxat alias petulantias & molestias mulie℞: q̃ sibi sapientissimæ visæ solæ loq volunt: & de summis rebus in conuiuiis iudicare. Ordo est: Tamen. i. tametsi. multum grauis. i. molesta sit mulier imperiosa & immūda ita euo mens vt iam dictū est: tn̄ illa est grauior. i. molestior, quæ cū cœpit discūbere. i. ad mensam sedere vt comedat, laudabit Virgiliūq; bene scripserit. & ignoscit. i. cōdolet, vel veniam dat Elisæ, quæ & Dido appellatur. perituræ. i. cū imprudenter amans perierit. cum quęlibet mulier talis viri qualis Aeneas introducitur, amore capi posset. committit. i. simul in trutinā mittit: hoc est comparat. vates. i. poetas latinos cum græcis. & suspendit ide. i. ab vna parte in una lāce. Maronē. i. Virgiliū Maronis filium: quē a Vergiliis potius Vergiliū, q̃ a virga Virgilium appellatū docet Angelus politianus. Atq; suspendit alia parte. i. p alia parte. Home℞ in trutina. i. statera, seu bilāce. Virg. aūt doctissimus est poeta℞ apud latinos, & Homerus apud græcos. Grāmatici quo℞ officium est de poetis iudicare, & oēs explanare: vt docet Diomedes. cedunt ipsi mulieri. & rhetores, q artem dicendi docent vincūtur ab ea. oīs turba. i. totum cōuiuiū tacet: dum ipsa. s. loqtur: nec causidicus, nec pco loquatur: cum vterq; loquēdo viuat: nec altera mulier. tanta vis. i. tanta vehementia verbo℞ illius vocis mulieris cadit. i. decidit ex oro. ut tu dicas. i. qlibet qui adsit dicat: tot pelues: & tot tintinabula pulsari pariter: vt sup. nulla vox audiat. & ideo nemo fatiget. i. fatigare frustra debet iam cū. s. talis loqtur. tubas atq; æra. i. pelues æreas. & tintinabula. i. cymbala ærea. qa vna. i. sola mulier. poterit. i. satis sit tinnitu vocis suæ succurrere Lunæ laboranti p incantationē. Credebāt enim gentiles q p incātationē Luna posset e cælo deduci. aut in eclypsim trahi. vnde est illud Virgilii in Bucolicis: Carmina vel cælo possunt deducere Lunā. Remedium aūt credebant cōcrepitum peluiū. & tintinabulo℞: sicut & nos campana℞ sacrata℞ sonitu contra aduersam tempestatē vtimur. unde Tibullus: Cantus & e curru Lunā deducere tentat: Et faceret. si non æra repulsa sonent. Ipsa pterea sapiens. i. more philosopho℞ profitens sapientiā. imponit rebus. &. i. ēt honestis finē. i. ostendit & docet inter bona honesta qd sit summū: quasi reiecto bono voluptatis & fortunæ de bono honesto. de quo stoici: cęteriq; sapiētissimi habiti disputant: tātūmodo discutiat. nam si ipsa cupit videri nimis docta & facunda. ipsa debet succingere tenus medio crure. i. usq; ad medium crus tunicas more. s. oratorum: hoc est debet etiam habitu se ostendere. & cædere Siluano Deo porcum more uiro℞: cum mulieres Cereri sacrificarēt, & lauari quadrante more philosophorum. ut ostendit Hora. de stoico dicens Saty. iii. Dum tu quadrante lauatū Rex ibis. IOAN. BRIT.
Non habeat: dicendi genus. non sit ea eruditione ut ex arte possit dicere: cognoscatq; genera dicēdi: quę tria sunt grāde, mediocre, & humile. sic & Martia optat esse uxorē suam: Sit mihi uerna satur, & non doctissima coniux. Torqueat enthymema: enthymema est syllogismus imperfectus. di-
Enthymema ctū ab eo qd in mente relinqt obseruatio vnius ppositionis hoc modo. Nō oportet dari pecunias Aeschini: etenim Pisistratus cū cepisset: tyrannū se fecit relictū est autē in mente: Igitur Aeschines quoq; capiens pecunias tyrānum se faciet: hac de causa Iuuenalis curtum dixit enthymema: qd totum non sit explicatū: sed qd pars in mēte sit relicta. vn̄ Quintil. ait: Alii enthymema rhetoricū syllogismū: alii impfectū syl

logiſmũ vocauere: quia nec diſtinctis: nec totidẽ partibus cõcluderetur. Enthymema intellectum vnũ habet: quo omnia mente cõcepta ſignificat. Enthymema enim idẽ eſt, q̃d cogitatio ſiue cõmentum & cõmentatio. Quatuor eſſe inſtrumẽta retulerunt antiqui p quę in animis hoium generatur fides: Syllogiſmum. ſ. inductionem, enthymema & exemplũ quorũ duo dialectices ſunt propria. Syllogiſmus, atq; inductio. reliqua aũt rhetorices. Eſt igitur Enthymema, genus argumentationis: quo oratores pluribus modis vtuntur: p ſimile: contrarium: cõplexionẽ: cõuerſionem: gradationem: cõmutationem: diuiſionẽ: expeditionem: ſubiectionẽ: compẽſationẽ: & frequentationem. Per ſimile aut maius aut minus hoc modo enthymema fiet. Si iure occiſi ſunt Gracchi, & Saturninus, q in pari cauſa fuit iure occiſus eſt. Itẽ ſi mercede dignatur, qui militẽ ſit tutatus, nõ ne & qui ſeruauerit imperatorẽ? Per contrarium. Eum quẽ nihil accuſas, damnas. Bene quẽ meritum autumas, male mereri iudicas. Per complexionem. Si hoibus mala euenerint, non incuſandus eſt Deus. Nã ſi boni ſunt in aduerſa fortuna fient meliores. Sin mali, aut ſe corrigẽt, aut iuſte punientur. Per cõuerſionẽ. Cõplexioni cõtrariũ enthymema efficitur ita, ut ſuperiora diluat. hoc mõ. Deus utiq; accuſandus eſt, ſi hoibus mala euenerint nam ſi boni ſunt, nec caſtigari debent, nec punitiõe dignantur. Si mali i aduerſa fortuna nõ fient meliores. Per gradationẽ hoc pacto enthymema formatur. Induſtria Scipiõi virtutẽ parauit, virtus gloriã, gloria æmulationẽ, inimicitiã æmulatio: induſtria igitur Scipiõi parauit inimicos. Per cõmutationẽ ita. Quę de Põpeio dicũtur, dici nõ pñt. Quæ aũt dici poſſunt, nõ dicũtur. Per diuiſionẽ. Quid ego nũc vobis de meis meritis p̃dicem? nã ea ſi meminiſtis, obtũdã. Si obliti eſtis, nihil mihi credetis. Per expeditionẽ ſiue partiũ enumerationẽ hoc modo. Neceſſe eſt, cũ cõſtet hunc quẽ tenes fundũ, meũ fuiſſe: ut oſtẽdas aut a me illius cãm habuiſſe: aut longo tpe p̃ſcripſiſſe. Atqui cũ eũ fundum uacuum poſſederim: nõ potuiſti p̃ſcribere: nullã p̃terea a me illius in cãm habuiſti. Relinquitur ergo eũ fundũ ad me ptinere. Per ſubiectionẽ ita. A quo hic auxiliũ ſuis in periculis auxiliũ iplorare, q patriæ ſalutẽ neglexit? An ab agnatis amiciſue. At ii merito illi inimici ſunt facti: nec q̃ſq̃ eorũ ẽ qui ſe huius agnatũ, amicũue dici turpe nõ putet. An ſe conuertet ad ciues? At illi velut inutilẽ, atq; igratũ optimo iure extra fines eiicient. An imortalis Dei fauorẽ implorabit? Atq; & Deus ipſe igrati ſerui p̃ces reiecit, eũq; dãnatum tortoribus excruciandũ tradidit. Per cõpenſationẽ. Magnus labor, magna pericula obiiciuntur. At imortalis gloria ex his erit cõſecutura. Per frequẽtationẽ hoc modo. A quo tandẽ abeſt iſte vitio: q̃d eſt cur iudicio eum velitis liberare? Suæ pudicitiæ proditor eſt, inſidiator alienę, cupidus, intẽperans, petulans, ſuperbus, impius, in parẽtes ingratus, in amicos iſeſtus, in cognatos, in ſupiores contumax, in æquos, & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis, deniq; in oẽs itolerabilis. ¶ Torquearia culetur in aduerſariũ. ¶ Rotato ſermone. i. celeri & breuibus cõprehẽſo. ¶ Palæmonis: tãtę (vt teſtatur Sueto. de claris grãmaticis) arrogãtię fuit Rhemius hic Palæmon Vincẽtinus: vt de ſe diuinaſſe diceret Virgiliũ, cũ dixit: Tãtũ vicine Palęmon. vt videlicet poetarũ aliqñ arbiter fieret, Varronẽ porcũ literarũ appellabat, lřas dicebat ſecũ eſſe natas, & ſecũ morituras. ¶ Antiquaria: q verba ab vſu remota & pene exauctorata ſcrutantur: quaſi inde eruditiõis famã aucupãtes antiquarii appellantur. Quinti. eos irridet ſic: Famã eruditionis affectabãt: vt quædã ſoli ſcire viderẽtur, Cacozelos aũt & antiquarios, vt diuerſo genere vitioſos pari ſtudio ſpreuit (auctore Trãql.) Auguſtus. Nã Cacozeli latine dici poſſe vidẽtur mali affectatores, ęmulatoreſq;. Quintil. li. viii. ait Cacozelon malã eſſe affectationẽ p omne dicẽdi genus peccãtem. Nã tumidas, & exilia, & p̃dulcia, & abundãtia, & accerſitas, & exultãtia ſub idẽ nomen cadunt. ¶ Nec curãda viris: illam ẽt, inquit, odi q̃ exq̃ſitæ ẽ diligẽtiæ circa ſtudia: vt ẽt amicæ barbariſmos (rẽ ſane minimã) caſtiget: q̃d viris ẽt negligẽdũ ſit cũ ab amicis tale quid committatur. ¶ Opicæ: barbare & veluti incultæ latinitatis, vñ illud eſt Catonis apud Plin. libro

Antiquarius

Cacozelus

xxix. graculos inſectãtis: Nos quoq; dictitant barbaros & ſpurios, noſq; magis q̃ alios Opicorũ appellatione fœdant. De Opico dictũ in tertia Satyra: Et diuina Opici rodebãt carmina mures. ¶ Solœciſmũ: Solœciſmus eſt (vt docet Cicero ad Herẽnium) cum verbis pluribus cõſequens verbum ſuperiori nõ accõmodatur. Aſinius Capito in literis, quas ad Clodiũ Thuſcũ dedit hiſce verbis diffinit: Solœciſmus eſt, inquit, impar & incõueniẽs cõpoſitura partium orationis: cũ græcũ aũt vocabulum ſit Solœciſmus, an attici hoies, q elegantius locuti ſunt vſi eo ſint quæri ſolet. Sed non, inqt. Aulus Gelli⁹, neq; Solœciſmũ, neq; Barbariſmũ apud græcorũ idoneos adhuc inuenimus. Nã ſicut barbaron ita Solœcon dixerunt. Noſtri quoq; antiquiores ſolœcõ facile Solœciſmũ haud ſcio an vnquã dixerint quod ſi ita eſt, neq; i gręca, neq; in latina lingua Solœciſmus probe dicitur. a vetuſtioribus autẽ latinis Stribiligo dicebatur: a verſura videlicet & prauitate tortuoſæ orationis tanquã ſtrebiligo quedã. Nã ϛρεβλοῦ apud græcos torqueo, ac deprauo ſignificat: vnde & Scribilita appellata eſt: quod in circuitu ad reſtis modum torqueretur: vñ a noſtris torta appellata ẽ Martia, Circũlata diu mẽſis ſcribilita ſecũdis Vrebat nimio ſęua calore manus. De Solœciſmo aũt multa tum Quintil. in primo, tum Diomedes grãmaticus. ¶ Liceat feciſſe marito: non ſic, inqt, tam docta vt intelligat cũ marit⁹ incõgrue loqtur. Sic & Martialis (vt diximus) optat eſſe vxorẽ ſuam: Sit mihi verna ſatur: & nõ doctiſſima cõiux. ¶ Nil nõ pmittit ſibi: mira inqt, eſt mulierũ impudẽtia, q̃ omnia ſibi licere putaut: q̃nquidẽ nec eas pudet circa collũ gẽmas geſtare: & auribus vniones ſuſpẽdere. ¶ Virides gẽmas: ſmaragdos intelligit, q̃bus ait Plin. nihil cõparatum oĩno viridius virere. ¶ Cõmiſit auribus. i. ſuſpendit. Vnde Sene. i. vii. de bñficiis: Video vniones nõ ſingulos ſingulis cõparatos: iam enim exercitatæ aures oneri ferẽdo ſunt. ¶ Elenchos: Pli. lib. ix. capi. xxxv. Vniones faſtigiata lõgitudine elenchos appellat: hos, inquit, digitis ſuſpẽdere & binos ac ternos auribus fœminarum gloria eſt.

Solœciſmus

Stribiligo

Scribilita

Elenchus

ASC

¶ Non habeat &c. Proſeqtur inceptũ. Ordo eſt: Matrona q̃ recũbit. i. ſedet iuncta tibi p cõiugium, ſeu matrimoniũ. non habeat genus dicẽdi. i. non ſit perita artis dicẽdi ita: vt ſciat in vno genere ſermonis verſari: aut nõ ſup. torqueat. i. violẽter exprimat ore rotato. i. circumuoluto. & cõcuſſa linguas qua q̃bus pathos ſeu affectio exprimẽda eſt vti ſolẽt. enthymema curtũ. i. ſuccinctũ. in quo deeſt altera ꝓpoſitionũ: vt fiat ſyllogiſmus pfectus. fit autẽ potiſſimũ expugnãtibus inter ſe ſentẽtiis: & fere p interrogationẽ. quale eſt illud: Antoniũ priuatũ ferre non potuiſti: hunc imperatorẽ feretis. nec coniux tua ſciat oẽs hiſtorias: ſed ſciat quædã ad hiſtoriam pertinẽtia, ne omnino elinguis & ignara rerũ ſit ex libris. aliĩ exponũt ex. i. extra libros: hoc ẽ ſine libris. Alii ex libris quos legere pmittitur. ſed non intelligere ad vnguẽ. vnde ſeqtur: & non intelligat. Odi. i. odio pſequor. hanc. i. eã quæ repetit & voluit artẽ Palæmonis illius grãmatici peritiſſimi: ſed arrogantiſſimi. & hoc lege loquẽdi. & ratione loquendi. i. arte grãmatica, ſeruata. i. obſeruata ſemper ab ea. q; pro &. quæ ſupple exiſtẽs antiquaria. i. antiq̃tatis amatrix. tenet verſus ex antiq̃s, aut annalibus ignotos mihi. qui mei tẽporis verbis vtor. Nec pro & non. & quæ caſtigat amicæ. i. alteri matronæ familiari. & amicę opicę. i. barbarę adhuc ineptę. verba quædã minus culta non curãda. i. nõ animaduertenda viris quia mulieres multis in locis etiam apud barbaros exq̃ſitores. moroſiores: & cultiores ſunt in ſermone q̃ viri. liceat ipſa permittente & nõ curãte viro facere Solœciſmũ: idẽſt ineptum & ſemibarbarũ ſermonem. hoc autẽ non dicit poeta: quaſi precetur vt ſaltẽ parcat marito ſi vitioſe loquatur: ſed quia cõtemnit ſermonem viri. Mulier cum. i. poſtquã. circũdedit collo ſuo viridis gẽmas: idẽſt ſmaragdos. & cum. i. poſtquam commiſit auribus: idẽſt auriculis ſuis extẽſis. i. late patẽtibus magnos elẽchos: idẽſt oblongas vniones, nil nõ permittit ſibi. i. omnia permittit ſibi. & putat nil ſupple eſſe turpe ſibi. Vnde nihil eſt intolerabilius q̃ fœmina diues: opibus ſcilicet confiſa ſuis.

¶ Interea

Interea fœda aspectu, ridendaq; multo
Pane tumet facies, aut pinguia poppæana
Spirat, & hinc miseri uiscantur labra mariti.
Ad mœchum ueniet lota cute, quando uideri
Vult formosa domi? mœchis foliata parantur.
His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit.
Incipit agnosci, atq; illo tunc lacte fouetur,
Propter quod secum comites educit asellas,
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.
Sed quæ mutatis inducitur, atque fouetur
Tot medicaminibus, coctæq; siliginis offas
Accipit, & madidæ, facies dicetur, an ulcus?

IOAN. BRIT. Interea fœda aspectu: insurgit poeta in mulieres cutē cu rantes, & faciē expolientes, ut adulteris placeant. Interea: idest mulier dum sibi omnia permittit, indulgetq;, totam faciem domi linit medicamentis & operit: ut renera & candida cutis fiat: atque ita a marito amplexu & osculis interea fouetur: cum uero ad mœchum proficiscatur, deponit linteola, & medicamenta, exeritq; curatam faciem. Ordo autē est: Interea facies fœda aspectu, & ridenda tumet multo pane: hoc est pane madido lacte asinino. Nam eo lacte cutem in facie erugari & tenerescere, candoremq; custodiri putant. auctor est Plinius. quod fieri solitum ab Othone sic scribit Tranquillus: q; pane madido faciem linere consueuerit. ubi intelligendum panem fuisse lacte asinino maceratū: sicut diximus illic: Et pressum in facie digitis extendere panem. Pinguia Poppæana Spirat: alii poppæana medicamēta esse intelligunt: idest offas panis madidi lacte asinino: ut sit idem bis repetitum: multo pane tumet facies, & pinguia poppæana spirat. Ego uero unguenta fuisse interpretor his rationibus. & q; pinguia dixit, & spirat. Nam vnguenti est esse pingue, & suauis odoris, ex pane autem macerato lacte asinino, neq; odor ullus habetur, neque pingue vnguentum igitur expone pretiosissimū: quod ipsa Poppæa Neronis vxor adinuenerit, vsaque sit. Nam & vnguentorum vsus fuit apud mulieres ut placerent, sequitur enim: Mœchis foliata parantur. ut ita appellata sint poppæana a Poppæa, quemadmodum: Cosmiana a Cosmo: & Niceroniana a Nicerote confectoribus & magistris. Spirat: fragrat, & olet. Et hinc miseri viscantur: hinc maxime indignatur poeta: q; mulier se polliat: non vt marito placeat: sed amatori tantum Nam medicamente illa e facie non lauat domi: parum curas an placeat marito vnde, inquit, labra mariti viscantur cum eam osculatur. Lota cute: elotis e vultu medicamentis. Quando uideri Vult formosa domi? cum interrogatione legendum est. ut sit: Nunquam curat videri formosa apud maritum. Foliata Vnguenta nardina. nam ea pretiosissima habebantur: quæ ex foliis & spicis nardi fiebant. Vnde Plinius de folio nardi Plura dicere par est, ut principali in vnguentis. inde addit: Cacumina nardi in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas, ac folia celebrāt. Idem alibi ait: Vnguentum regale appellatum, quod Parthorum regibus ita temperatur. Constat myrobalano, costo, amomo, cinnamomo, comaco, cardamomo, nardi spica, maro, myrrha & c. Vnde spicatum vnguentum dicebatur, quod ex spicis fieret. De quo Diuus Marcus in euangelio mētionem fecit: Et attulit alabastrū unguenti spicati. vbi loco depravato legitur pistaci: quod omnino culpa librariorum factum est: qui parum curiosi pistaci pro spicati transmutatis literis scripsere. totidem enim, eædemq; literæ sunt in dictione pistaci, quæ in spicati itaq; locus est emēdandus cum vnguētum dicatur spicatum ab ipsis spicis nardi, & non pistacum. Parantur mœchis: ac si dicat: non iam marito, vult, inquit, per vnguenta placere, & grata esse amatoribus suis. bene autem ait paratur. vnguenta enim inuenta sunt ad alienam voluptatem. etenim qui odorem gerit ipse non sentit. His emitur: idest ab his mulieribus. Indi mittitis: ex India enim multi ex huiusmodi odoribus habentur: vnde sic Plinius de Costo, & Nardo loquēs: Radix & folium Indis ex maximo pretio. Graciles: tenues corpore & non pulposi. sic etiam appellauit Mauros: Et nigri manus ossea Mauri: qui ossa tantum habere videntur, q; sint exili & macilento corpore: hocq; ratione nimii æstus, qui macilēti causa est, sicut humor pinguedinis. Aperit uultum: amotis linteolis, & medicamentis. Tectoria: renicos integumenta illa medicamentorum, sumpta metaphora a parietibus, qui tectoriis cooperiuntur, ut sint pulchriores. nam tectorium appellatur incrustatio illa ex calce, quæ parietem reddit leuigatiorem, de quo pleraq; diximus apud Persium illic: Tectoria linguæ. Illo lacte: ad illud respicit quod ait Plinius (ut āte diximus) cutem in facie erugari & tenerescere, & cādorem custodiri lacte Asinino: notumq; quasdam quotidie septingētas custodito numero fouere: Poppæa hoc uxor Neronis principis instituit: balneorum quoq; sic solio temperato asinarū gregibus ob hoc eam comitantibus. Exul: tanta, inquit, est decoris affectatio: ut quocūq; etiam migrandum fuerit in erumnis etiam uoluptatibus indulgeat. Axem hiperboreum. i. septētrionales regiones, Solinus scribit Hyperboreos in eo re ultra Aquilonem: apud quos mundi cardines esse credunt Domus sunt nemora, in diem arbores uictum subministrāt. Dicti Hyperborei: idest Superaquilonares, uetustas enim Hyperboreos uocauit incolas locorū, quæ super Scythiam sunt quasi originem Boreę introrsum recedendo ttā sistent. Sed quæ mutatis: ordo est. Sed facie quæ inducitur, & fouetur tot medicaminibus mutatis. & accipit offas siliginis coctæ & madidæ: dicetur ne facies an ulcus: Legendum cum interogantie: quasi dicat ulcus potius dicēdum est, q; facies. nam & vlcera eodem modo emplastris, & medicamentis foueri solent. Offas coctæ siliginis: idest frusta panis cōsti, & macerati lacte asinino. nam appellatione offæ intelligimus frusta panis, carnis, casei, & huiusmodi rerum unde dicimus offam porcinam: idest frustum carnis porcinæ. Vnde Iuuenalis Satyra secunda: Et patruo similes effundere offas. Persius item appellauit globum carminum offas illic: Carminis offas Ingeris, item plinius inquit amygdalas cōtusas, & in offam redactas. Siliginis: genus tritici ex quo fit panis delicatissimus de quo plura ante.

Tectorium

Poppæanum

Hyperborei

Offa

Siligo

ASCE. Interea fœda & c. Recitat alia muliere potissimum diuite intolerabilia: q; scilicet succo: vt sādice & cerusa: aut lacte asinino: & stercore canino faciem illiniens: labra marito conglutinat ac viscat: mœchis aut adulteris lota & vncta occurrat. Ordo est: Interea dum sic mulier diues omnia sibi permittit & licere putat: facies eius fœda aspectu. i. ad aspiciendum. q; pro &. ridenda. i. irridenda. tumet multo pane intincto scilicet lacte asinino: quo cutis firma & nitida efficitur. & spirat pinguia poppæana: idest emittit odorem pinguiū vnguentorum: quę Poppæa Neronis vxor inuenit. & labra mulieri mariti viscantur: idest conglutinant. hinc: idest ab his vnguentis. Ipsa autem veniet ad mœchum: idest adulterum cute existente lota: idest nitida, & tersa a fuco mūdata. Quādo vult videri formosa domi? interrogatiue positū est: quasi dicat nunquam. sed foliata: idest confectiones vnguentorum parātur mœchis: idest dum ire vult ad mœchos vtitur iis foliatis. Et quicquid vos Indi graciles: idest macilenti mittitis huic: idest ad nos: videlicet Romam: emitur a muliere his scilicet mœchis illis ornata & vncta complaceat: vel vt domi netquod minus placet quia sensus est: domi omnino negligit cultum, & mundiciam, emit tamen ornamenta quæcunq; ab Indis aduehuntur. Vt ornet exitura ad mœchum. Tādem: idest postquam diu fucata icessit, & fucū mutare vult: aut dum vetula efficitur ipsa aperit: idest retegit. vultū: idest faciem. & reponit: idest aufert. prima tectoria: idest coopertimenta, sunt autem tectoria proprie incrustationes, quibus

muri & parietes ruinosi obteguntur: ut nouam faciem habeant. & ita est iucunda metaphora: quia sicut murus ruinosus ex uetustate si tectoria auferātur, caducus & fissuris plenus apparet: ita facies vetulæ ablato fuco rugosa & tetra atque pro &. ideo ipsa fouetur eo lacte scilicet asinarum: propter quod scilicet lac habendum recens: ipsa educit secum asellas comiter: sicut Poppæa facere solebat. si ipsa exul: idest extra solum patrium iens dimittatur ad axem Hyperboreum: idest ad polum septentrionalem: idest licet eundum sit ad extremas oras mundi. Sed ea species supple oris quæ inducitur: idest farcitur & supducitur, atque fouet tot mutatis: idest variis ac diuersis medicaminibus: vel toties appositis: sicut emplastra vlceribus mutari solent. & quæ accepit offas: idest madida frusta siliginis coctæ & madidæ vt rugæ reficiantur: dicetur facies an vlcus: quasi dicat videtur q potius vlcus.

¶ Auersus: ab vxore. si forte, inquit, maritus nocte cum ea non concubuerit, indignata sæuitiam in seruos exercet. ¶ Periit libraria: cū enim maritum animaduertere nō possit, in familiam sæuit. Libraria autem dicta est a libris, quos dominæ exscriberet. Sic & librarius, qui domino excribebat. vnde Tranqillus in Vespasiano ita scribit: Post vxoris excessum Cenidem Antoniæ libertam, & a manu dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium &c. Amianus Marcellinus de Amanuensi muliere in decimo octauo sic meminit: Quibus literis occulte quantum fieri potuit missis: ancilla quam domina dictante perscripserat exemplum ferens, chartulam perdidit. Plinius libro septimo loquens de Cæsare: Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret septenas. Cicero etiam Ciceronis filius ad Tyronem ita scribit: Peto a te, vt q̄ celerrime mihi librarius mittatur, maximè quidem græcus. multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis: nisi forte vocabulum deducatur a libra: vt libraria ancilla diceretur: quæ dispartiendis pensis præesset. Librariam etiam eleganter dicimus: quam græco vocabulo bibliothecam appellamus. Gellius in noctibus atticis libro quinto capite quarto: In libraria ego & paulus consederamus. Cicero in primo de Legibus: Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: ne id tamen ex illa erudita græcorum copia: sed ex librariolis latinis. ¶ Ponunt tunicas: idest deponunt vt flagellentur. Plautus in Persa: Vbi captum est flagrum, dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria. ¶ Cosmetæ: ancillę quæ dominam ornant. Nam κοσμῶ idem est, quod orno. & κόσμος, ornamentum. & κοσμήτη: Cosmeta: idest ornatrix. Tranquillus in Claudio: Inducta teste in senatu: hæc, inquit, matris meę liberta & ornatrix fuit. ¶ Tarde venisse: increpatur quod tarde venerit. ¶ Liburnus: ser

Libraria

Librarius

Liburnus

uus. nam ex Liburnia mittebantur serui robusto & procero corpore, ut diximus illic: Et ingenti curret super ora Liburno. ¶ Pœnas alieni somni: idest mariti, qui dormiuit, nec uxorem ea nocte attigit. ¶ Hic frangit ferulas: in dorso suo. ita dictum sicut alibi de Mario: Nodosam frangebat uertice suo dum verberabuntur. ¶ Flagellis: nam tortores in seruos flagellis animaduertebant. Seneca ad Lucilium: Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat: dicitur rationes accipere. Romæ flagella vendebantur in Suburra. Martialis: Tonstrix Suburrę faucibus sedet primis Cruenta pendent qua flagella tortorum. ¶ Tortoribus: lorariis, quos inter seruos habebant, & mercede etiam conducebant.
¶ Annua prestant: annua absolute salaria appellamus, siue alimenta unius anni. Vnde Tranquillus in Tiberio: Sed & peculio concesso a patre, præbitisque annui fraudauit per speciem publici iuris. Idem in opusculo de claris grāmaticis, & rhetoribus loquens de Palemone Vicentino: Quamquam ex schola quadringenta annua caperet. Sic etiam accipimus diurnum p uictu siue mercede unius diei. Seneca in secundo controuersiarum: Cō sors modo omnis fortunæ diurnum petam. Idem: Diurnum accepit, in cētuculo dormit. Diurnum item accipitur pro libro in quo singulorum dierum rationes notantur, ut infra: Et cædens longi relegit transacta diurni. Suetoni[9] in Claudio: Extat talis scriptura in plerisque libris; ac diurnis, titulisque operum. ¶ Obiter: idest simul, ut sit sensus: Verberat & simul faciem linit, & audit amicas. de quo plura alibi in tertia Satyra: atque obiter leget, aut scribet. Plinius libro duodecimo: Vt obiter quæque genera odorum dicantur: idest simul dicantur. ¶ Faciem linit: medicamentis & fucis excolit. ¶ Audit amicas: cum amicis confabulatur. ¶ Considerat: contemplatur. ¶ Vestis pictæ: uestem Phrygiam forte intelligit quam (ut auctor est Plinius:) acu facere inuenere Phryges: unde & Phrygiones appellati sunt, qui acu uestes pingunt. Possumus etiam intelligere vestem attalicam. Nam Attalus rex Asiæ vestibus aurum intexere inuenit: vnde Attalicis nomen. hæc Plinius. ¶ Et cædens: uerberans: hoc est dum verberat. ¶ Relegit: iterum & sæpius legit, & inspicit. ¶ Transuersa: consueuisse Romanos rationem quærere ex seruis suis ostēdit (ut diximus) paulo ante Seneca ad Lucilium: Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat, dicitur rationes accipere. Mulier igitur furibunda, & irata recognoscens, & diligenter trutinans errata longi diurni uerberat seruū. ¶ Diurni: i. libri in quo (ut diximus) singulorū dierū rationes notātur. Vnde Tranquil. in Claudio: Extat talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis, titulisque opeꝝ. ¶ Trāsuersa: ergo ita ligo errata

Annua

Obiter

Vestis Phrygia

Vestis Attalica

Est operæ pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant, agitentque die, si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas, tarde venisse liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur, hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic scutica, sunt quæ tortoribus annua præstent.
Verberat, atque obiter faciem linit, audit amicas,
Aut latum pictæ vestis considerat aurum,
Et cædens longi relegit transacta diurni,
Et cædit, donec lassis cædentibus, exi
Intonat horrendum iam cognitione peracta.
Profectura domo sicula non mitior aula.
Nam si constituit, solitoque decentius optat
Ornari, & properat, iamque expectatur in hortis,
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.
Componit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda humeros Psecas infelix, nudisque mamillis.
Altior hic quare cincinnus taurea punit
Continuo flexi crimen, facinusque capilli.
Quid Psecas admisit? quæ nam est hic culpa puellæ,
Si tibi displicuit nasus tuus altera leuum
Extendit, pectitque comas, & voluit in orbem.
Est in consilio matrona, admotaque lanis
Emerita quæ cessat acu, sententia prima
Huius erit, post hanc ætate, atque arte minores
Censebunt, tanquam famæ discrimen agatur,
Aut animæ, tanti est quærendi cura decoris,
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput, Andromachen a fronte videbis,
Post minor est. aliam credas, cedo, si breue parui
Sortia est lateris spatium, breuiorque videtur
Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.

go errata & delicta commissa: eum perperam rationes notauerit. vnde dicimus ferẽ transuersus: cum non recte quispiam incedat, & a recta via declinet. ¶ Et cædit donec: ordo est & sensus: Et cędit: hoc est iubet cędi, donec prefectura domus: hoc est ipsa domina, quæ tanq̃ præfecturam domus gerit: intonat horrẽdum Exi, lassis cædẽtibus iam cognitione pacta. Vbi illud obseruandum est: legendum esse præfectura domus non profectura domo: & metri necessitate: & ex vetustissimo exemplari. ¶ Præfectura: ironicos. est autem præfectura vocabulum generale a præficiendo: vnde præfecturam vrbis: & præfecturas militares dicemus: quasi sit quidam magistratus totius domus. nam profæctura legi nõ potest: prima enim syllaba breuis est. Docet iurisconsultus lib. primo Digestorum: Omnia omnino crimina sibi vendicare Vrbis præfecturam: nec tantum ea, quæ intra vrbem admittuntur, verum quoq; ea, quæ extra Vrbem intra Italiam fiebant. ¶ Horrendum: pro horrende. nomen pro aduerbio. ¶ Intonat: clamat, inquit, horrende Exi. ¶ Sicula non mitior

Phalaris aula: idest Phalar de Agrigentinorum tyranno: cuius crudelitatem tantam fuisse constat: vt præmia nouorum inuentoribus tormẽtorũ proponeret: cum (vt placeret) Perillus optimus artifex æneum taurum conflauit: vt inclusus reus subiecto igne torqueretur. & vox hominis exclamantis mugitũ bouis imitaretur. Cæterum Phalaris Perillum nouo instrumento inclusum supplicio mortis affecit. Vnde Ouidius: Vt munus munere penses: Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat & phalaris pœnę mirandę repertor: Ipse tuũ præsens imbue dixit opus. ¶ Iam cognitione pacta: iam omnibus rationibus diligenter recognitis, & excussis. ¶ Nam si constituit: ordo est: psecas infelix componit crimen, si constituit domina: scilicet cum adultero: & si optat ornari decentius solito. ¶ Et si properat: & si iam expectatur in hortis, aut potius apud sacraria lenæ Isiacæ. ¶ Nam si constituit: hac autem particula Nam: rationẽ ostendit feritatis etiam p

Sacrariũ sequentia. ¶ Sacraria: dicuntur loca vbi sacra reponuntur, quæ etiam in ædificio priuato esse possunt: & solent qui liberare ea loca religiosa volunt, sacra inde euocare. Locus autem sacer dicitur sacratus. Hæc Vulpianus titulo de rerum diuisione. ¶ Lenæ Isiacæ: Isis Aegyptiorum fuit Dea, cuius sacrificia Romam translata fuere. in eius templo maxima dabatur adulteriorum occasio. Ouidius ad amantem ait: Nec fuge Niliacæ memphitica templa iuuencæ: Multas illa facit, qd fuit ipsa Ioui. Scribit Iosephus libro decimo octauo antiquitatum: iuuenem quendam nomine Mundum: cum impatienter paulinam quandam generosam & pudicam alioquin matronam amaret: sacerdotes Isidis pecunia corrupisse: qui nouo religionis commento mulierem in templum vocarent. ii igitur cum fingerẽt se per noctem cum Osiride collocutos, persuasere eam a se desiderari. Eam itaq;, cum in tẽplum nocte venisset, iuuenis tanq̃ Osiris compressit: mox cũ petulantis stuprum ei exprobrasset, mulier marito rem detulit, maritus Tiberio. Qui idignatus, sacerdotes cum liberta Mundi, quę totius facinoris fuerat conciliatrix, crucibus affixit, templum Isidis euertit, simulachrum eius in Tyberim præcipitauit, iuuenẽ trans mare relegauit, grauiore supplicio dignum non iudicans, q̃ amoris impatientia, & furore deliquisset. ¶ Lenæ Isiacæ: idest lenæ, quæ in templo Isi-

Tẽplũ Isidis dis mulierem expectat, conciliatq; adulteria. Templum autem Isidis proximum fuisse campo Martio & Tyberi ostendit Iuuenalis: A Meroe portabit aquas, vt spargat in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit Ouili. ¶ Componit crinem: notat superbam mulierum vecordiam: quæ cum ab ancillis ornarentur, essentq; deformes: offensæ ea deformitate: dum in speculo se inspicerent, ancillas ipsas pulsarent. Idem etiam notatur. a Martiale in primo: Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus: incerta nõ bene fixus acu. Hoc facinus Lalage, speculo quod viderat, vita est: Et cecidit sectis icta peclusa comis. ¶ Psecas: nomen fictum ancillæ. ψεκάζω enim idem est, quod irroro. nam dominam se componentem irrorat, sumpsit autem ex libris Metamorphoseon

Ouidii: vbi eiusdem nominis est ministra Dianæ. ¶ Laceratis capillis: a domina scilicet. ¶ Nuda humeros: idest habens humeros nudos, & mamillas discissa veste a domina a qua cæditur. ¶ Altior hic quare: verba dominæ increpantis ancillam. Quod & Seneca notat libro de breuitate vitæ his verbis: Quõ excandescunt si qd extra ordinẽ iacuit: nisi omnia sua in annulos suos reciderunt. ¶ Cincinnus: hoc est capil-

Cincinnus lus annulatus: vt dixi mõ testimonio Mart. Annulus incerta non bene fixus acu. ¶ Taurea: nomen matronæ fictum a feritate tauri: sicuti Lalage apud Mart. quę significat vocem, ac p hoc mulierẽ clamosam & loquacẽ. aut (qd magis placet) p Taureã genus lori intelligit. nam hoc vocabulo vtitur & Iosephus libro secundo de bello Iudaico sic: præfecti autẽ militum curabãt comprimere tumultum; & pugnaces quosq; comprehẽdentes taureis vlciscebantur, ac vinculis. vnde & Eusebius de temporibus sic scribit: Tarquinius Superbus excogitauit vincula, taureas, fustes, latomias, carceres, compedes, cathenas, exilia. Eadem verba recitat & Etropius. Erit ergo sensus: Crimen & error ancillæ ilico castigatur loro, & verbero. ¶ Punit crimen: idest quod ipsa putat, & vocat crimen. ¶ Quid Psecas: verba poetæ subsanantis furentẽ dñam. ¶ Hic i hac re. i. cum tu tibi displiceas. indignaẽ enim & irascitẽ ancillæ q̃ deformis sit. ¶ Altera leuũ: sensus est: Altera mulier est, quæ cũ se comit, & capillũ circa caput digerit, alias de ornatu cõsulit. ¶ Altera leuũ: vtrũ extendit leuum capillũ, an extẽdit & pectit comas, & voluit i leuũ orbẽ. ¶ Voluit in orbẽ: circum caput multinodis reuolutionibus disponit. ¶ Est in cõsilio matrona: hoc est qd dicit: cũ altera extendit, pectitq; comas, statim adhibeẽ matrona i cõsilio. nã matronam, & ancillã anum quasi per ætatẽ peritiorem cõsulit de capitis ornatu. est aũt ordo: Matrona, & ea quæ emerita acu cessat admota lanis est in consilio. ¶ Emerita acu. i. iam finito

Emeritus munere suendi pp ætatem. emeriti enim illi dicunẽ. qui functi sunt munere suo, & vocationẽ habẽt. Trãquil. in Caligula: Cęterorũ increpita cupiditate cõmoda emeritę militię ad sexcentorũ miliũ summã rescidit. Papinius in Siluis: Cæsar ab emerito iubeat discedere bello. Cice. in lib. de Senectute: Emeritis stipẽdiis libidinis, cõtentionũ et c. Mulier enim uetula omisso munere suẽdi uitio ætatis carpẽdis lanis admouẽ. vnde Hora. de anu: Te lanæ ppe nobilẽ tonsæ Luceriã nõ citharæ decẽt. ¶ Sententia prima Huius. s. ancillę vetulę vt ptioris. ¶ Minores arte. i. pitia ornandi. ¶ Discrimẽ famæ: piculum existimationis & vitæ. ¶ Tanti est quærẽdi. i. tanti faciũt studium ornandi se. ¶ Aedificat: amplificatio est p irrisionẽ: quasi turrim altam extruat. ¶ Andromachen a fronte: procero corpore fuisse Andromachen Hectoris vxorẽ ostendit Oui. Parua vehaẽ equo, q̃ erat lõgissima nuuq̃ Thebais hectoreo iũcta resedit equo. ¶ A fronte: incessum mulierũ designat: quæ ore elato incedũt ita, ut a frõte videanẽ pcere. & a tergo minores. Vñ est illud Papinii in epithalamio Violantillę: Celsę pcul aspice frõtis honores Suggestũq; comę. Est ergo sẽsus: Si a frõte, inqt, & parte anteriore mulierẽ spectaueris: altissimã dices & alterã Andromachen, ita est capillorũ ordo i capite fastigiat⁹: a tergo vero si videris, cognosces breuẽ eẽ ita: vt aliã credas. ¶ Cedo, si breueparui: iocaẽ poeta in breuiculã mulierẽ. cedo inqt. i. dic mihi qũo facit tã breui statura: cũ maritũ vult osculari? erigit se inqt i plãtas. erit ergo ordo: Cedo. i. dic subaudi extrinsecus qũo facit: cũ vult osculari maritũ, si sortita est breue spatiũ lateris parui: & si videẽ breuior virgine pygmęa adiuta nullis cothurnis. & si leuis ẽ. i. minime põderosa: cũ sit pusilla: cõsurgit, iqt, ad oscula plãta erecta: hoc est ipsa erecta in plãtas: sicq; poeta cauillaẽ mulieres breuiculas. ¶ Adiuta subleuata. ¶ Cothurnis: calciamẽtis, q̃a fiunt ex cortice suberis in vsum mulierũ, vt docet

Pygmęi Spitamęi Pli. ¶ Virgine pygmęa. i. breuis staturæ q̃les sunt Pygmęi: q & Spitamęi dicunẽ: eo q̃ ternas spithamas lõgitudine: hoc ẽ ternos dodrãtes nõ excedãt. ad extremos Indię fines habitãt salubri cælo, sempq; vernãti, montib⁹ ab Aqlone oppositis, quos a gruib⁹ infestari Homerus quoq; pdidit: Famaẽ insidẽtes arietũ, caprarũq; dorsis armatos sagittis, veris tpe

Est operæ pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant, agitentq; die, si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria, ponut
Cosmetæ tunicas, tarde venisse liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur, hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic scutica, sunt quæ tortoribus annua præstent.
Verberat, atq; obiter faciem linit, audit amicas,
Aut latum pictæ vestis considerat aurum,
Et cædens longi relegit transacta diurni,
Et cædit, donec lassis cædentibus, exi
Intonat horrendum iam cognitione peracta
Profectura domo sicula non mitior aula.
Nam si constituit, solitoq; decentius optat
Ornari, & properat, iamq; expectatur in hortis,
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.
Componit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda humeros Psecas infelix, nudisq; mamillis.
Altior hic quare cincinnus taurea punit
Continuo flexi crimen, facinusq; capilli.
Quid Psecas admisit? quæ nam est hic culpa puellæ,
Si tibi displicuit nasus tuus altera leuum
Extendit, pectitq; comas, & voluit in orbem.
Est in consilio matrona, admotaq; lanis
Emerita quæ cessat acu, sententia prima
Huius erit, post hanc ætate, atq; arte minores
Censebunt, tanquam famæ discrimen agatur,
Aut animæ, tanti est quærendi cura decoris,
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Aedificat caput, Andromachen a fronte videbis,
Post minor est. aliam credas, cedo, si breue parui
Sortia est lateris spatium, breuiorq; videtur
Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis,
Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.

muri & parietes ruinosi obteguntur: ut nouam faciem habeant. & ita est iucunda metaphora: quia sicut murus ruinosus ex uetustate si tectoria auferātur, caducus & fissuris plenus apparet: ita facies Vetulæ ablato fuco rugosa & tetra atque pro &. ideo ipsa fouetur eo lacte scilicet asinarum: propter quod scilicet lac habendum recens: ipsa educit secum asellas comiter: sicut Poppæa facere solebat. si ipsa exul: idest extra solum patrium iens dimittatur ad axem Hyperboreum: idest ad polum septentrionalem: idest licet eundum sit ad extremas oras mundi. Sed ea species supple oris quæ inducitur: idest farcitur & supducitur, atq; fouet tot mutatis: idest Variis ac diuersis medicaminibus: vel toties appositis: sicut emplastra Vlceribus mutari solent, & quæ accepit offas: idest madida frusta siliginis coctæ & madidæ vt rugæ tesidantur: dicetur facies an Vlcus: quasi dicat videtur ꝙ potius Vlcus.

¶ Auersus: ab vxore. si forte, inquit, maritus nocte cum ea non concubuerit, indignata sæuitiam in seruos exercet. ¶ Periit libraria: cū enim maritum animaduertere nō posset, in familiam sæuit.

Libraria Librarius

Libraria autem dicta est a libris, quos dominæ exscriberet. Sic & librarius, qui domino excribebat, vnde Tranqllus in Vespasiano ita scribit: Post vxoris excessum Cenidem Antoniæ libertam, & a manu dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium &c. Amianus Marcellinus de Amanuensi muliere in decimo octauo sic meminit: Quibus literis occulte quantum fieri potuit missis ancilla quam domina dictante perscripserat exemplum ferens, chartulam perdidit. Plinius libro septimo loquens de Cæsare: Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret septenas. Cicero etiam Ciceronis filius ad Tyronem ita scribit: Peto a te, vt q̄ celerrime mihi librarius mittatur, maximè quidem græcus. multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis: nisi forte Vocabulum deducatur a libra: vt libraria ancilla diceretur: quæ dispartiendis pensis præesset. Librariam etiam eleganter dicimus: quam græco vocabulo bibliothecam appellamus. Gellius in noctibus atticis libro quinto capite quarto: In libraria ego & paulus consederamus. Cicero in primo de Legibus: Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: ne id tamen ex illa erudita græcorum copia: sed ex librariolis latinis. ¶ Ponunt tunicas: idest deponunt vt flagellentur. Plautus in Persa: Vbi captum est flagrum, dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria. ¶ Cosmetæ: ancillę quæ dominam ornant. Nam κοσμῶ idem est, quod orno. & κόσμος, ornamentum. & κοσμήτη Cosmeta: idest ornatrix. Tranquillus in Claudio: Inducta teste in senatu: hæc, inquit, matris meę liberta & ornatrix fuit. ¶ Tarde venisse: increpatur quod tarde venerit.

Liburnus

¶ Liburnus: seruus. nam ex Liburnia mittebantur serui robusto & procero corpore, ut diximus illic: Et ingenti curret super ora Liburno. ¶ Pœnas alieni somni: idest mariti, qui dormiuit, nec uxorem ea nocte attigit. ¶ Hic frangit ferulas: in dorso suo. ita dictum sicut alibi de Mario: Nodosam frangebat uertice suo dum Verberabuntur. ¶ Flagellis: nam tortores in seruos flagellis animaduertebant. Seneca ad Lucilium: Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat: dicitur rationes accipere. Romæ flagella vendebantur in Suburra. Martialis: Tonstrix Suburrę faucibus sedet primis Cruenta pendent qua flagella tortorum. ¶ Tortoribus: lorariis, quos inter seruos habebant, & mercede etiam conducebant.

Annua

¶ Annua præstant: annua absolute salaria appellamus, siue alimenta unius anni. Vnde Tranquillus in Tiberio: Sed & peculio concesso a patre, præbitisque annui fraudauit per speciem publici iuris. Idem in opusculo de claris grāmaticis, & rhetoribus loquens de Palemone Vicentino: Quamquam ex schola quadringenta annua caperet. Sic etiam accipimus diurnum ꝑ uictu siue mercede unius diei. Seneca in secundo controuersiarum: Cōsors modo omnis fortunæ diurnum petam. Idem: Diurnum accepit, in cētuculo dormit. Diurnum item accipitur pro libro in quo singulorum dierum rationes notantur, ut infra: Et cædens longi relegit transacta diurni. Suetoni⁹ in Claudio: Extat talis scriptura in plerisq; libris, ac diurnis, titulisq; operum.

Obiter

¶ Obiter: idest simul, ut sit sensus: Verberat & simul faciem linit, & audit amicas. de quo plura alibi in tertia Satyra: atq; obiter leget, aut scribet. Plinius libro duodecimo: Vt obiter quæque genera odorum dicantur: idest simul dicantur. ¶ Faciem linit: medicamentis & fucis excolit. ¶ Audit amicas: cum amicis confabulatur. ¶ Considerat: contemplatur.

Vestis Phrygia Vestis Atta[lica]

¶ Vestis pictæ: uestem Phrygiam forte intelligit quam (ut auctor est Plinius:) acu facere inuenere Phryges: unde & Phrygiones appellati sunt, qui acu uestes pingunt. Possumus etiam intelligere Vestem attalicam. Nam Attalus rex Asiæ vestibus aurum intexere inuenit: vnde Attalicis nomen. hæc Plinius. ¶ Et cædens: uerberans: hoc est dum Verberat. ¶ Relegit, iterum & sæpius legit, & inspicit. ¶ Transuersa: consueuisse Romanos rationem quærere ex seruis suis ostēdit (ut diximus) paulo ante Seneca ad Lucilium: audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonum: quæro quid faciat, dicitur rationēs accipere. Mulier igitur furibunda, & irata recognoscens, & diligenter trutinans errata longi diurni uerberat seruū. ¶ Diurni. i. libri in quo (ut diximus) singulorū dierū rationes notātur. Vnde Tranquil. in Claudio: Extat talis scriptura in plerisq; libris, ac diurnis, titulisq; operum. ¶ Trāsuersa: ego intelligo

go errata & delicta commissa: cum perperam rationes notaverit. Vnde dicimus ferē trasuersus: cum non recte quispiam incedat, & a recta via declinet. ¶ Et caedit donec: ordo est & sensus: Et cędit: hoc est iubet cędi, donec pręfectura domus: hoc est ipsa domina, quae tanq̃ praefecturam domus gerit: intonat horrēdum Exi, lassis caedētibus iam cognitione pacta. Vbi illud obseruandum est: legendum esse praefectura domus non profectura domo: & metri necessitate: & ex vetustissimo exemplari. ¶ Praefectura: ironicos. est autem praefectura vocabulum generale a praeficiendo: vnde praefecturam vrbis: & praefecturas militares dicemus: quasi sit quidam magistratus totius domus. nam profaectura legi nō potest: prima enim syllaba breuis est. Docet iurisconsultus lib. primo Digestorum: Omnia omnino crimina sibi vendicare Vrbis praefecturam: nec tantum ea, quae intra Vrbem admittuntur, verum quoque ea, quae extra Vrbem intra Italiam fiebant. ¶ Horrendum: pro horrende. nomen pro aduerbio. ¶ Intonat: clamat, inquit, horrende Exi. ¶ Sicula non mitior

Phalaris aula: idest Phalar de Agrigentinorum tyranno: cuius crudelitatem tantam fuisse constat: vt praemia nouorum inuentoribus tormētorum proponeret: cui (vt placeret) Perillus optimus artifex aeneum taurum conflauit: vt inclusus reus subiecto igne torqueretur. & vox hominis exclamantis mugitū bouis imitaretur. Caeterum Phalaris Perillum nouo instrumento inclusum supplicio mortis affecit. Vnde Ouidius: Vt munus munere penses: Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat & phalaris poenę mirandę repertor: Ipse tuū praesens imbue dixit opus. ¶ Iam cognitione pacta: iam omnibus rationibus diligenter recognitis, & excussis. ¶ Nam si constituit: ordo est: psecas infelix componit crimen, si construit domina: scilicet cum adultero: & si optat ornari decentius solito. ¶ Et si properat: & si iam expectatur in hortis, aut potius apud sacraria lenae Isiacae. ¶ Nam si constituit: hac autem particula Nam: rationē ostendit feritatis etiam p

Sacrariū sequentia. ¶ Sacraria: dicuntur loca vbi sacra reponuntur, quae etiam in aedificio priuato esse possunt: & solent qui liberare ea loca religiosa volunt, sacra inde euocare. Locus autem sacer dicitur sacratus. Haec Vulpianus titulo de rerum diuisione. ¶ Lenae Isiacae: Isis Aegyptiorum fuit Dea, cuius sacrificia Romam translata fuere. in eius templo maxima dabatur adulteriorum occasio. Ouidius ad amantem ait: Nec fuge Niliacae memphitica templa iuuencae: Multas illa facit, qd fuit ipsa Ioui. Scribit Iosephus libro decimo octauo antiquitatum: iuuenem quendam nomine Mundum: cum impatienter paulinam quandam generosam & pudicam alioquin matronam amaret: sacerdotes Isidis pecunia corrupisse: qui nouo religionis commento mulierem in templum vocarent. ii igitur cum fingerēt se per noctem cum Osiride collocutos, persuasere eam a se desiderari. Eam itaque, cum in tēplum nocte venisset, iuuenis tanq̃ Osiris compressit: mox cū petulantis stuprum ei exprobrasset, mulier marito rem detulit, maritus Tiberio. Qui idignatus, sacerdotes cum liberta Mundi, quę totius facinoris fuerat conciliatrix, crucibus affixit, templum Isidis euertit, simulachrum eius in Tyberim praecipitauit, iuuenē trans mare relegauit, grauiore supplicio dignum non iudicans, quod amoris impatientia, & furore deliquisset. ¶ Lenae Isiacae: idest lenae, quae in templo Isi-

Tēplū Isidis dis mulierem expectat, conciliatque adulteria. Templum autem Isidis proximum fuisse campo Martio & Tyberi ostendit Iuuenalis: A Meroe portabit aquas, vt spargat in aedem Isidis, antiquo quae proxima surgit Ouili. ¶ Componit crinem: notat superbam mulierum vecordiam: quae cum ab ancillis ornarentur, essentque deformes: offensae ea deformitate: dum in speculo se inspicerent, ancillas ipsas pulsarent. Idem etiam notatur a Martiale in primo: Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus: incerta nō bene fixus acu. Hoc facinus Lalage, speculo quod viderat, vlta est: Et cecidit saeuis icta peclusa comis. ¶ Psecas: nomen fictum ancillae. ψεκάζω enim idem est, quod irroro. nam dominam se componentem irrorat, sumpsit autem ex libris Metamorphoseon

Ouidii: vbi eiusdem nominis est ministra Dianae. ¶ Laceratis capillis: a domina scilicet. ¶ Nuda humeros: idest habens humeros nudos, & mamillas discissa veste a domina a qua caeditur. ¶ Altior hic quare? verba dominae increpantis ancillam. Quod & Seneca notat libro de breuitate vitae his verbis: Quō excandescunt si qd extra ordinē iacuit: nisi omnia sua in annulos suos reciderunt. ¶ Cincinnus: hoc est capillus annulatus: vt dixi mō testimonio Mart. Annulus incerta non bene fixus acu. ¶ Taurea: nomen matronae fictum a feritate tauri: sicuti Lalage apud Mart. quę significat vocem, ac p hoc mulierē clamosam & loquacē. aut (qd magis placet) p Taureā genus lori intelligit. nam hoc vocabulo vtitur & Iosephus libro secundo de bello Iudaico sic: praefecti autē militum curabāt comprimere tumultum; & pugnaces quosque comprehēdentes taureis vlciscebantur, ac vinculis. vnde & Eusebius de temporibus sic scribit: Tarquinius Superbus excogitauit vincula, taureas, fustes, latomias, carceres, compedes, cathenas, exilia. Eadem verba recitat & Etropius. Erit ergo sensus: Crimen & error ancillae illico castigatur loro, & verbero. ¶ Punit crimen: idest quod ipsa putat, & vocat crimen. ¶ Quid Psecas? verba poetae subsanantis furentē dñam. ¶ Hic: i hac re. i. cum tu tibi displiceas. indignat enim & irascit ancillis qd deformis sit. ¶ Altera leuū: sensus est: Altera mulier est, quae cū se comit, & capillū circa caput digerit, alias de ornatu cōsulit. ¶ Altera leuū: vtrum extendit leuum capillū, an extēdit & pectit comas, & voluit i leuū orbē. ¶ Voluit in orbē: circum caput multinodis reuolutionibus disponit. ¶ Est in cōsilio matrona: hoc est qd dicit: cū altera extendit, pectitque comas, statim adhibet matrona i cōsilio. nā matronam, & ancillā anum quasi per aetatē peritiorem cōsulit de capitis ornatu. est aūt ordo: Matrona, & ea quae emerita acu

Cincinnus

cessat admota lanis est in consilio. ¶ Emerita acu. i. iam finito munere suendi pp aetatem. emeriti enim illi dicunt. qui functi sunt munere suo, & vocationē habēt. Trāquil. in Caligula: Cęterorum increpita cupiditate cōmoda emeritę militię ad sexcentorum milliū summā rescidit. Papinius in Siluis: Caesar ab emerito iubeat discedere bello. Cice. in lib. de Senectute: Emeritis stipēdiis libidinis, cōtentionū et c. Mulier enim uetula omisso munere suēdi uitio aetatis carpēdis lanis admouet. vnde Hora. de anu: Te lanae ppe nobilē tonsae Lucerią nō citharae decēt. ¶ Sententia prima Huius. s. ancillę vetulę vt ptioris. ¶ Minores arte. i. pitia ornandi. ¶ Discrimē famae: piculum existimationis & vitae. ¶ Tanti est quaerēdi. i. tanti factū studium ornandi se. ¶ Aedificat: amplificatio est p trāslationē: quasi turrim altam extruat. ¶ Andromachen a fronte: pcero corpore fuisse Andromachen Hectoris vxorē ostendit Oui. Parua vehat equo, qd erat lōgissima nunq̃ Thebais hectoreo iācta resedit equo. ¶ A fronte: incessum mulierum designat: quae ore elato incedūt ita, ut a frōte videant pcere. & a tergo minores. Vñ est illud Papinii in epithalamio Violantillę: Celsę pcul aspice frōtis honores Suggestūque comę. Est ergo sēsus: Si a frōte, inqt, & parte anteriore mulierē spectaueris: altissimā dices & alterā Andromachen, ita est capillorum ordo i capite fastigiat᷒: a tergo vero si videris, cognosces breuē eē ita: vt aliā credas. ¶ Cedo, si breue parui: iocat poeta in breuiculā mulierē. cedo inqt. i. dic mihi qūo facit tā breui statura: cū maritū vult osculari? erigit se inqt i plātas. erit ergo ordo: Cedo. i. dic subaudi extrinsecus qūo facit: cū vult osculari maritū, si sortita est breue spatiū lateris parui: & si videt breuior virgine pygmęa adiuta nullis cothurnis. & si leuis ē. i. minime pōderosa: cū sit pusilla: cōsurgit, iqt, ad oscula plāta erecta: hoc est ipsa erecta in plātas: sicque poeta cauillat mulieres breuiculas. ¶ Adiuta sublevata. ¶ Cothurnis: calciamētis, quia fiunt ex cortice suberis in vsum mulierum, vt docet Pli. ¶ Virgine pygmęa. i. breuis staturae: qles sunt Pygmęi: q

Emeritus

Pygmęi Spitamęus & Spitamęi dicunt: eo quod ternas spithamas lōgitudine: hoc ē ternos dodrātes nō excedāt. ad extremos Indię fines habitāt salubri caelo, semperque vernāti, montib᷒ ab Aqlone oppositis, quos a gruib᷒ infestari Homerus quoque pdidit: Famaē insidētes arietū, caprarumque dorsis armatos sagittis, veris tpe

Vniuerso agmine ad mare descẽdere, & oua, pullosq́ eaꝝ alitum consumere aliter futuris gregibus non resisti. Plinius.

ASCE. ¶ Est operæ pretium. Ostendit alia vitia mulierum: & potissimum sæuitiam, quam exercent in familiam ob leuissimam offensiunculam. Ordo est: Operæpretium: idest pretium & merces operæ: idest operationis & laboris. est: hoc est utile & commodum est cognoscere penitus quid mulieres faciant. & agitent: idest impellant alios facere toto die: hoc enim pacto facile uitabuntur. Ostendit autẽ quid agant dicens: Si maritus iacuit nocte auersus. i. habens faciem auersam ab ea. & non sit eam amplexatus. libraria: idest ancilla, quæ pensum librat: hoc est lanipendia. periit: idest in pessimum discrimen uenit: ut illi periisse utile sit. Cosmetæ: idest ornatrices. ponunt: idest reponunt & restituunt tunicas, quas pro labore peracto acceperant: ut in illis dominam comitarentur. Liburnus nuncius aliquo missus: uel lecticarius: uel qui eam in liburno vehere debebat: dicitur uenisse tarde. & cogitur pendere: idest persoluere pœnas alieni somni: idest pro alieno somno, uel quia maritus auersus iacuit dormiens: uel quia domina somnum amisit ex ea indignatione quod auersus iacuerit: & ita prius solito surexit: Vnde tarde uenisse culpatur liburnus. hic. i. aliquis seruorũ frangit ferulas: idest baculos leues: quibus percuti solebant. frangit autem in dorso suo dum percutitur. ille rubet flagellis: idest uirgis factis ex summis ramis arborum. hic: idest alius. rubet scutica: idest virga ex corio. sunt supple diuites mulieres, quæ præstent: idest persoluant, tortoribus. idest flagellatoribus annua supple stipendia, siue annuas mercedes vt quando vellent. & quos vellent cædant. Diues ergo & sæua mulier verberat: idest verberare facit. & linit: idest fucat obiter: idest interea faciẽm suam. & audit amicas confabulantes: aut considerat latum aurum vestis pictæ acu scilicet: hoc est opus aliquod Phrygionum: qui gallice brodeurs dicuntur. & ipsa cædens: idest cædere: hoc est verberare faciens, relegit: idest recognoscit. transacta: idest rationẽ trãsactorum, longi diurni supple temporis gallice: de la longue iournee. Alii textus habent transuersa: idest non suo ordine facta. Significatur autem ex mera malitia: non ex ira subita: aut commotione animi sic cædere: eo quod quasi tranquillo animo, alias res interea agit: quia nimis diu cædere faciat. vnde sequitur, & cedit: idest cædere facit. donec intonat: idest per modum tonitrus clamat horrendum: idest horrende & terribiliter. exi supple domum meam: non amplius reuersurus serue nequam & hoc facit cædentibus lassis. idest defatigatis prius non. Ipsa autem profectura: idest egressura domo iam cognitione scilicet delictorum peracta: est supple non mitior aula sicula vbi scilicet sæuissimi tyranni regnauerunt. sic Mancinellus legit. Georgius Valla legendum docet præfectura domus, eo quod profectura a proficiscor primam corripiat. Nestor autem putat indifferentem esse legens profectura & eum haud dubie Mancinellus: vt in multis secutus est. Verum si non adducant aliquem locum vbi proficiscor primam producat: legerem potius cum Valla præfectura: ut sit Præfectura: idest gubernatio illius domus est supple non mitior aula sicula: idest sicilie(n)si, peracta iam cognitione. Nec mala est continuatio legendo præfectura. nã docet quare prefectura est tam sæua. nam, inquit, se constituit: idest decreuit. & optat ornari decentius solito: idest q̃ solita est. & properat: idest accelerat & expectatur iam in hortis scilicet voluptariis: ad quos conueniebant impudici & impudicæ. aut potius apud sacraria: idest repositoria sacrorum. lenæ: idest gubernatricis meretricum & eorum magistræ. Isiacæ: idest quæ iuxta domum Isidis residebat. aut quæ sacerdos erat eius aut deriuatiuum pro principali posuit. ut sit: Ipsa Isis lena dicta eo, quod in templo eius fiebãt commercia, qualia in domo lenæ. dicente Ouidio: Multas Io facit, quod fuit ipsa Ioui. Fuit autem Io: idest Isis Ioui cõcubina. Psecas: idest ancilla infelix. nuda humeros: idest habens nudos humeros. & existens ipsa: idest quantum ad personam suam capillis laceratis: idest dissectis a dominæ aut & incultis: mammillis nudis componit crinem dominæ scilicet. Componunt autem irrorando: idest sparsim madefaciendo. Vnde potius cum Calderino & Valla Psecas, q̃ cum Mancinello Phecas lego. Nam Psecades sunt minutæ partes guttæ aquarum. Et hæc Psecas Psecados guttæ minuta pars: sicut aurum inter arenam. & ita quia ancillarum nomina, aut a patria, aut ab officio fere finguntur: cõgruum est: vt compositricis capillorum nomen Psecas dicatur. dum autem sic festinanti componuntur ab ancilla illa misera capilli: & ipsa domina videt in speculo cirros extantes: indignata dicit ad eam: quare hic cincinnus: idest capillus crispus & condensus est altior ceteris. & post hoc dictum inquit poeta. Taurea: idest scutica de pelle taurina. sic secundo Machabeorum septimo legimus: Flagris & taureis cruciatos. punit continuo crimen & facinus capilli flexi: idest cincinnati & incuruati: idest errorem illum quem ut crimen, & immane facinus punit. unde addit poeta: quasi ad superbam & sæuam illam dominam loquatur. Quid: idest quod peccatum admisit Psecas? quænam culpa puellæ scilicet Psecadis? est hic: idest in hac re si nasus tuus displicuit tibi: hoc est (quod vulgo dicitur) quid potest ipsa si tu non es pulchra. Altera puella, seu ancilla extendit leuum supple crinem qui est in læua: idest in sinistra parte: uel leuum supple cincinnum, & pectit comas: non dicit pectinat: quia latinum non est. ut voluit: idest circunducit in orbem: idest aut bitum aut circulum matrona quædam ex uicinis: quæ cessat: idest non amplius laborat acu emerita: idest cuius acus addita est cessationi: propterea quod iam debilitatur visiua virtus: & ita inutilis est acus. non dices autem, quod matrona sit emerita: quia versus non staret. esset enim nominatiui casus: & ita vltima corriperetur: quæ nunc cum ablatiui casus est, & construitur cum acu, producitur. Præterea matrona non erat emerita simpliciter: sed tantum secundum quid: quia enim propter debilitatem visus erat inutilis ad pingendum, aut suendum acu: ideo erat admota lanis & rudioribus officiis. erat ergo acus emerita non ipsa. derisorie autem dicit quod quę visum debilitatum habebat: quia propter senium cæteris in componendis capillis prudentior credebatur: ac si maturitate consilii ad eam rem opus esset. Ordo igitur est: Matrona quæ cessat: idest non amplius operatur: ante fuit acu emerita: idest requies quantum ad eam matronam concessa, que pro &, & supple quæ ad me[illegible] est lanis supple carpendis aut nendis. est in consilio conuocato: scilicet ad capillos componendos. & sententia huius scilicet matronæ erit prima. & minores: idest inferiores ætate & arte. censebunt. i. iudicabunt post hanc tanquam discrimen: idest periculum famæ aut animæ: idest vitæ. agatur: idest tractetur. Acclamat autem poeta dicens tanti: idest tanto pretio. & tanta æstimatione est: idest habetur. cura: idest accuratio & sollicitudo decoris: idest venustatis quærendæ: idest inuestigandæ. Illa autem anus premit: idest compingit. tot ordinibus: idest fasciis aut tricis capillorum in ordinem constrictis, & ædificatis: idest per modum ædificii exaltat. adhuc caput altum: idest satis exaltatum. tot compagibus: idest connexionibus rerum. quod supple videbis: idest quilibet videre poterit a fronte: idest ab anteriore parte capitis: super quam orbes illos circum voluit. Andromachen: idest longissimam mulierem sicut erat Andromache Hectoris coniux. sed post: idest a parte posteriore. est minor: idest breuior supple multo ita: vt credas aliam supple esse sed cedo: idest dic. est enim verbum defectiuum prima breui supple quid faceret. vel cedo: idest da, permitte supple vt caput extollat. si sortita est per naturam breue spatium parui lateris. & si ipsa videtur breuior virgine pygmæa: quæ breuissima est. nullis pro non & vllis. non adiuta: idest si non esset adiuta vllis cothurnis: idest altioribus calciamentis etiam suram ambientibus: quæ aut ipsis similia nunc suberæ sublevata fiunt. & ipsa leuis: idest agilis & modici corpore consurgit ad oscula mœchi planta existente erecta: idest sursum directa, dum ipsa talis innititur.

¶ Nulla

Nulla viri cura interea, nec mentio fiet
Damnorum, viuit tanquam Vicina marito,
Hoc solo propior, quod amicos coniugis odit,
Et seruos, grauis est rationibus. ecce furentis
Bellonæ, matrisq; Deum chorus intrat, & ingens
Semiuir obscæno facies reuerenda minori,
Mollia qui rupta secuit genitalia testa,
Iampridem cui rauca cohors, cui timpana cedunt
Plebeia, & phrygia vestitur bucca Tiara.
Grande sonat, metuiq; iubet Septembris, & Austri
Aduentum, nisi se centum lustrauerit ouis,
Et xerampelinas vestes donauerit ipsi,
Vt quicquid subiti, & magni discriminis instat,
In tunicas eat, & totum semel expiet annum.
Hybernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum caput abluet, inde superbi
Totum regis agrum, nuda, ac tremebunda cruentis
Erepet genibus, si candida iusserit Io,
Ibit ad Aegypti finem, calidasq; petitas
A Meroe portabit aquas, vt spargat in ædem
Isidis, antiquo quæ proxima surgit Ouili.
Credit enim ipsius dominæ se voce moneri.
En animam, & mẽtem, cum qua Dii nocte loquuntur.
Ergo hic præcipuum, summumq; meretur honorem,
Qui grege linigero circundatus, & grege caluo
Plangentis populi currit derisor Anubis.
Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor
Concubitu, sacris, obseruandisq; diebus,
Magnaq; debetur violato pœna Caduceo.
Et mouisse caput visa est argentea serpens.
Illius lachrymis, meditataq; murmura præstant,
Vt veniam culpæ non abnuat ansere magno
Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.

IOAN. BRIT. ¶ Nulla viri cura interea i dñ hæc, inqt, curat qõo se ornet, & comat: nullā rerꝫ domesticarꝫ curā habet: q̄ad eā nihil ptinẽtiū. ¶ Nulla cura: subaudi erit. ¶ Hoc solo ppior: i satyrice dictum: hac vna re videt̃ rerꝫ mariti curā hẽe, q.i. odit amicos eius & seruos: cū in cęteris rebꝰ: q̄ si ad se nõ spectātibus sit negligẽtissima. ¶ Grauis rõnibus: domesticis. s. cū plus im pendat, q̄ rõ familiaris tolerat. ¶ Ecce furentis Bellonę, matrisq; Deū: stultam supstitionem mulierꝫ multis carminibus insectatur: q̄ nimis credulæ timeāt quæ a sacerdotibus Cybeleis, & Isiacis horribiliter prenuncient̃.

Cybele
Bellona
Isis

Cybele aũt ex sentẽtia Apulei, Bellona, & Isis eædẽ fuere Deę. Ideoq; sacerdotes triũ Deatũ sacra pagebāt. vñ nunc recte eũdẽ Cybeles Bellonæ, & Isidis chorũ inducit. ¶ Chorus: cœtus. ¶ Bellonæ furentis. i. sacerdotũ Bellonæ furẽtiũ. nā in eius sacris sacerdotes suo cruore sacrificabant̃. gladios. n. districtos vtraq; manu tenentes sectis pariter humeris & lacertis, & capitis rotatione discurrebāt. & veluti numĩe Deę afflati agebant̃. vñ supius: Sed vt phanaticus œstro Percussus Bellõa tuo diuinat. Hora. i Sermonibus: Hunc circũ tonuit gaudẽs Bellona cruẽtis. Tibullus: Hęc vbi Bellonę motu est agit-ta. eā turbā Mar. Entheā appellat. i. phanaticā & numĩe afflatā. De sacerdotibus Bellonę Lāpridius: Bellonæ seruientes vere exc̃are brachiũ præcepit studio crudelitatis. ¶ Mr̃isq; Deum: Cybeles. De q̄ Liui. lib xxix. Oratores Romani Pergamũ ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos, Pessinũtẽ in Phrygiā deduxit, sacrũq; his lapidẽ, quẽ matrem Deũ esse incolæ dicebāt, tradidit: & deportare Romā iussit hinc sacerdotes galli seruiebāt Eunuchi: q apud Deā se iactātes faciebāt cybalorꝫ, ferramentorũq; iactatorꝫ, ac manuum sonitũ

Galli

Galli aũt sunt cognoĩati sacerdote Deæ a Gallo fluuio Phrygiæ: apud quẽ Orgia colebāt. simulachrũ aũt illud Deæ facile Romanis cõcessum fuit, cõsanguineos se dictātibus, atq; oriũdos ab Aenea Phryge. Ipsum simulachrꝫ cælitus (vt aiũt) demissum, neq; q̄ sit materia, neq; a quo fabricatũ artifice (vt scri. Herodianus) satis cõstat, neq; plane hoĩũ manibus credit̃ factũ. Hoc igit̃ decidisse cælitus ferũt i quẽdā Phrygiæ agrũ, cui nomẽ Pessinũti a casu eius simulachri factũ putāt. nā πιπτω cado significat: cuiꝰ auristus secũdus

Pesinus

ctabant matronæ vt bene olerent. Iuuena. in ix. Satyra: En cui eu viridē vmbellā & succina mitta. Succinū aūt humor est: q ex arboribus effluens dēsatur rigore vel tepore. Vnde a succo succinū est nominatum. de quo plura dicemus in. ix Satyra. ¶ Ephemeridas: Sempronius Aellio (auctore Gellio lib. v.) ait Ephemeridas esse diaria.i. libellos: i quibus singulorum dierū facta continētur. nam ἐφημερίς diariū dicitur. ἐφήμερος quotidianus. Sed hoc loco poeta accepit p supputatione numerorum in astris qd quoq die immineat: quā libello descriptam habet matrona tanquā astrorum peritissima. Plin. Crinas Massiliēsis arte geminata vt cautior, religiosiorq ad siderum motus ex Ephemeride mathematica cibo dādo, horasq obseruādo eum auctoritate præcessit. Ouid. in amoribus ostendit Ephemeridas diarias proprie esse.i. libros in quibus (vt diximus) singulorum dierū acta contineant his versibus: Inter Ephemeridas melius, tabulasq iacerent: In qbus absumptas fleret auarus opes. nā hæc consuetudo fuit vt vnusquisque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scriberet: in quo apparet qd vnusquisq de redditibus suis, quid de arte: fœnore: lucroue seposuisset: & quā itē sumptum, damnūq fecisset. talem igitur librū Ephemerida appellabant.i. diarium, siue diurnū: vt pauloante diximus illic: Relegit transuersa diurni. ¶ Non ibit, siue, inqit, maritus castra, siue patriam petierit, eum vxor non sequetur admonita Thrasylli Astrologia: quasi ei periculum immineat, si eat. ¶ Thrasylli: hic enim est Thrasyllus ille mathematicus celeberrimus: quē vt sapientiæ professorē cōtubernio suo admonuit Tiberius. auctor Tranqllus ē. ¶ Numeris: supputationibus & calculationibus: quæ diligētissime adhibentur ab astrologis ad habēdam Perfectam futurorum cognitionē. ¶ Ad primū lapidem: etiam si breuissimū iter sit faciēdū. nam Romani milliaria, per numerū lapidum in viis defixorū, colligebant: vt ad primū: ad quintum: ad nonū lapidem dicerēt: idest ad primū: ad quintum: ad nonū miliarium. ¶ Vectari: aut vehiculo, aut lectica. ¶ Ex libro: ex astrologia. ¶ Frictus ocelli: ordo est: Angulus ocelli frictus: idest fricatu exasperatus. q.d. de minima re consulit mathematicum. ¶ Collyria: variis modis Cornel. Cel. docet fieri collyria: idest medicamēta propria oculorū. Horatius: Oculis collyria lippis. Columella ramā ait collyria aluo bouis cruditate laborantis immittenda. ¶ Genesi: idest hora qua genita sit. Nam genesis genituram significat: quā maxime mathematici cōsiderant, & colligunt ex astrologia. ¶ Aegra licet iaceat: licet, inquit, aduersa valetudine laboret: nullū prorsus putat capiēdum esse cibū, nisi præfinita prius hora ab astrologo. ¶ Nisi quā dederit Petosiris: idest ratio siderū tradita a Petosiri, qui (auctore Plin. libro. vii.) insignis fuit astrologus, rationem autē dādi cibi ægrotis, & obseruādi horas maxime instituit (vt pauloante diximus) Crinas Massiliensis ad siderum motus. ¶ Si mediocris erit: mulier, inqt, si mediocris sit

Succinum

Ephemeris

Thrasyllus

Collyria

Genesis

Petosiris

cōditionis in Circum descēdit ad sortilegos cōsulēdos:q mi
noris sunt auctoritatis, q̄ astrologi. & pinde minori merce
Metæ in Circo — de futura pdicunt. ¶ Spatium metarum: in Circo enim metas
duas fuisse in sublime erectas ostendit Tranqllus in Cæsare
his Verbis: Nā quo laxius dimicaretur, sublatæ metæ, inq ea
rum locum, bina castra ex aduerso cōstituta erāt. Idem etiā
in Claudio: Circo Vero maximo marmoreis carceribus, au
ratisq metis, quæ utraq & tophina, & lignea fuerant excul
ta: circum quas & pompa (vt inqt Varro) Circensis ferebat,
& equi currebāt. septem enim curricula (vt ex Gellio lib. iii.
didicimus) erant Circēsium ludorum solemnia. de quibus itel
lexit illic Propertius: Haud prius infecto deposcit præmia cur
su: Septima quā metam triuerit arte rota, ubi errant q inter
pretātur equos solitos septies circa metas currere, cum poe
ta intelligat p septimam rotam septimū currum. Illic dabant
responsa diuinatores. Vnde in sequētibus: plebeium in Cir
co positū est, & in aggere fatum Nā in Circo maximo circa
metas solebant (vt tradit & Acron) sortilegi cōsidere: q sor
tes dabant vulgaribus. Nā altioris dignitatis homines eru
bescebant fere in iis vulgi circulis versari. vnd Cicero in li
bro de diuinatione: Quis enim magistratus, aut qs illustrior
vtitur sortibus? Hora. in Satyris ostendit se ut humili loco
natum, non erubuisse diuinis assistere: Fallacem Circum, ue
spertinumq pererro Sæpe forū, assisto diuinis. Circum autē
fallacē appellat, q illic sortilatores, diuiniq homines starēt,
q suis sortibus, falsisq diuinationibus cōsultores deciperēt.
Sors — ¶ Sortes ducet responsa sumet ex sortibus. Nā sors capitur
pro sortituto cuiusq rei euētu: ut cum ex urna, aliove uase,
aut manibus cōpressis educuntur, aut scripta, aut lapilli, aut
festucæ, aut alia id genus. quod probe docet Plautus in Ca
sina: ubi ait: Situlam huc tecū efferto & sortes, nā in situlam
plenam aquæ sortes ligneas pares coniiciebāt: isq uictor di
cebatur cuius sors ad ima descenderat. Plautus: Num ista, aut
populna sors, aut abiegna est tua? Quid tu curas: quia enim
metuo ne in aqua summa natet. Inde ē sortior: quod est idem
quod ducere sortē. Plautus: Conicciā sortes in situlā, & sor
tiar tibi, & Chalino. Plin. lib. ii. Sortem p fortuna ponit sic:
Adeoq obnoxiæ sumus sortis, ut sors ipsa pro Deo sit qua
Deus pbatur icertus. sors etiā patrimoniū significat: & Dei
respōsum. Sortē item accipimus pro statu: & (ut sic loquar)
cōditione. Horatius in epistolis: Ille cubans gaudet mutata
sorte. Et in prima Satyra. Qui fit Mecœnas, ut nemo quā si
bi sortē Seu ratio dederit, seu sors obiecerit illa Cōtētus ui
uat De sorte ita scribit Cicero lib. ii. de Diuinatione: Quid
enim sors est? idem ppemodum quod micare, qd talos iace
re, qd tesseras, quibus in rebus temeritas & casus, non ratio
nec cōsilium valet: tota inuēta est: aut ad quæstū, aut ad su
perstitionē, aut ad errorē. ¶ Frōtem, manumq. i. adibit etiā
metoposcopos, q fronte inspecta futura pdicunt, & Chiro
Metoposcopus Chiromantis — mantas, q ex manuū incisuris vaticinātur. ¶ Crebrum po
ppysma: crebram ptractationē. nam ποππύζειν est manu per
tractare adhibito sibilo ad māsuefaciēdū (ut solemus) equos
indomitos ptractare: ut significet chiromantin diu suspen
sam tenere mulierem: ut diu illam manibus ptractet. ¶ Diuiti
bus: mulieribus. ¶ Phryx augur: nā Phryges, Cilices, & Ara
bes (ut scribit Cicero in primo de Diuinatione) auiū signifi
cationibus plurimū obtēperauerunt: quod idē factitatū in
Vmbria se accepisse inqt. ¶ Et Indus: Bragmanas significat,
q (auctore Apuleio, ii. floridorum) sapiētes uiri sunt. Indię gēs
est. quos Strabo lib. xv. scrib. physiologiam, & astronomiam
exercere. Eorum principes (ut scribit Philostratus) fuit Larcas
tēpore quo Apollonius Thyaneus discendi, uisendiq studio
ad illos se contulerat. ¶ Atq aliquis senior: subaudi a supe
rioribus dabit responsa. ¶ Atq aliquis senior. i. aliquis sacer
dos. nā quem nos seniorē, græci præsbyterū appellant. ¶ Pu
blica fulgura: nā priuata & publica fulgura extitisse credidit
antiquitas. Plinius: Cæterum existimant non ultra decem an
nos portēdere: puata pterquā in matrimonio primo facta,
aut natali die: publica nō ultra trigesimū annum, pterquam
i deductione oppidi. Fulgur aūt differt a fulmine, q fulgur

est ignis late explicitus. Fulmen uero coactus ignis terrifico
impetu iactus. ¶ Fulgura condit: seneca libro .ii. naturalium
Fulgur — quęstionū scribit priscos Romanos. cū crederēt: nisi fato ful
Fulmen — mina non decidere: cæsis hostiis, extructisq aris, adhibito sa
cerdote, uelut in pcuratione malorum illa condere. Condi
enim dicebātur cum sacerdos dispersos ignes in vnū redige
ret: & quadā tacita prece terræ cōderet, & cōsecraret. Vnde
Lucanus: Aruns dispersos fulminis ignes Colligit, & terræ
tacito cū murmure cōdit. Cato in primo de re rustica: Si de
cælo villa tacta siet: de ea re verba diuina vti fiant procu
ret. Eum locū Bidental appellarunt, q cæsis bidētibus expia
Bidētal — tus esset. De quo Persius: Triste iaces lucis, euitandumq Bidē
tal. scribit Festus Pompeius triū generum esse fulgura, Postula
ria, Pestifera, Peremptalia. postularia vetorum, aut sacrificio
Fulgura — rum spretā religionē desiderant. Pestifera mortē aut exilium
trium — denunciant. peremtalia superiorum fulgurum, portentorumq si
generum — gnificationē perimunt: vel abolent. ¶ plebeium fatum: hoc re
fertur ad illud Spatium metarum. Nam ait responsa, quæ dan
tur plebeis de fato. i. de iis, quæ imminent, haberi ex diuinato
ribus, qui in Circo versant: quos Cicero i primo de Diuina
tione astrologos de Circo nominat, Nā fatū (auctore Sene
ca in naturalibus) est necessitas rerum omniū, actionumq, quā
nulla vis rumpat. ¶ Et in aggere: de aggere Tarquinii Sup
bi intelligit. de quo ita plin. i descriptiōe vrbis Romę: Clau
dit ab oriente aggere Tarqnii Superbi inter ipsa opera mi
rabili, nāq eum muris æquauit, quia maxime patebat aditu
plano. ¶ Quæ nudis longū: ulis mulier & infimæ conditio
nis cui nullus fere rubor est cōsuetum supra vires ornari. Con
sulit. i. cōsilium capit a diuinatoribus: an fatis sibi datum sit:
vt relicto caupone nubat vendēti saga. i. sagario. sagū enim
vestis est militaris. Virg. Virgatis lucent sagulis. Cice. in phi
lippicis scribit saga sumi solere in bello, tumultuq. Tranqil
lus in Cæsare: Conuiuatū assidue per puincias duobus tri
cliniis: uno, quo sagati, palliatiue: altero: quo togati cum illu
strioribus prouinciarum discumberent. Idem in Augusto: Cor
nelius Centurio reiecto sagulo ostendēs gladii capulum. A
sago dicuntur sagarii q saga cōficiunt. Sago homines in sub
Sagum Sagarius — lime iactari docet. Martia. Ibis ab excusso missus in astra sa
go. Suetonius in Nerone: Solitus inualidū quemque obuiū
vel potulētum corripere, ac distento sago impositum in subli
me iactare. Alii vero sic exponunt: vt sit periphrasis mulie
ris prostantis: quæ consulit. i. cōsilium dat plebeiæ interro
ganti an nubat sagario: qd autē mulieres prostitutæ darent
respōsa locus ille idicat plinii de Nerone libro. xxx. Vtināq
inferos potius, & quoscunq de suspitionibus suis Deos con
suluisset, q̄ lupanaribus, atq prostitutis mandasset inquisi
tiones eas. ¶ Ante phalas: phalæ (vt scribit Nonius) turres
sunt ligneæ. Ennius libro. xv. Malos diffindunt, fiuntq tabu
lata, phalæq eæ etiam in Circo apud veteres ppter specta
tores & lignis erigebantur. Festus autē ait phalas dictas ab
altitudine a phalando: quod apud Hetruscos significat cæ
lum. a phalis Seruius ait phalaricā genus teli denominatam:
quod ex turribus mitteretur: quas phalas dici manifestū est.
de qua Virgi. in nono: Sed magnū stridens cōtorta Phalari
ca venit. ¶ Delphinorumq colūnas: Georgius Merula præ
ceptor meus vir literatissimus credidit ex verbis Ioānis Cas
siodori delphinū columnas intelligi obeliscos: circa quos lu
derent Delphini: ait enim sic: In Circo Euripus in gyrū age
batur. reddebatq imaginem vitrei maris: in quem Delphini
æquorei influebant: vbi steterant obelisci: & in primis ille ma
gnus quē Diuus Augustus in Circo maximo cōstituit. Qui
dā vero tradūt Delphinos duos fuisse fratres nobilissimos.
sub quorum titulo colūnæ erectæ fuerunt. Verum illud mihi pla
cet, vt intelligamus delubrum. Cn. Domitii: vbi in marmore
erāt Nereides supra Delphinos in Circo flaminio. in Circis
enim versabātur diuinatores. vt dictū est. plin. lib. xxxvi. ca.
.v. sic scribit: Sed in maxima dignatiōe Cn. Domitii delubro
i Circo flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atq Achilles, Ne
reides supra Delphinos, & cetę, & hipocāpos sedētes sunt.
De delphinibus ita ēt legimus apud Dione in vita Augusti:

Agrippa

Agrippa aquā Romæ difficilē ē corruptis canalibus & pro prio sumptu reparauit: & in multis locis Vrbis aquęductus adiecit. Præterea omnia ædificia publica, oēsq; vias nihil as sumens ex republico resertisdoacis deinde purgauit: & peas in Tyberim subnauigauit. & cū Hippodromo aberrare ho mines circa numerū cursuum animaduerteret, delphines & opificia in oui spetiē constituit, vt per ea circuitus peridro morū ostenderet. Possumus ergo itelligere delphines hos in columnis cōstitutos fuisse iuxta Circū maximū: ubi equi cur rebant. Annubat. i. consulit an satis sibi datum sit: ut in re licto caupone nubat sagario. Cauponeris est qui merito riam tabernā exercet: quæ & caupona appellat & stabulum. Caupona ēt dicitur mulier, quæ præest tabernę. Hæ tñ & partus: inuehitur aūt in matronas, mulieresq; diuites, q̄ me dicamentis abortus faciunt. Est enim sensus: Licet, inqt, hæ plebeæ mulieres anxiæ de futurorū, & de nubēdo diuina tores consolant, tñ cōcipiunt & pariunt, foetusq; educunt: matronæ uero & potētiores fœminæ aut non cōcipiūt, aut eiiciunt cōceptum partū medicamentis in utero extinctum. Partus discrimen: nā quæ pariunt in summo uersant peri culo. Fortuna urgēte: rei familiaris angustia cogente: qua si quę ob inopiā liberos nutricibus alēdos tradere nō pñt. Vix iacet mulier, inqt, q̄ diues & potēs est: uix unq̄ iacet i lecto: quia aut nō cōcipit: aut si cōcipit, abortiuū facit. Le cto aurato: hoc est q̄ in magnis sit opibus, & delitiis. Tan tum artes huiusmodi est, inqt, mirū si mulier diues: aut nō cō cipiat, aut abortus faciat. Nā mira sunt, q̄ possunt artes mu lieris ueneficæ, q̄ steriles facit matronas, atq; cōducit pueros necādos in utero matris. premiū enim poscit a matrona, ut in uētre necet partū, sicq; cōducit. i. mercede sumit id operæ ad necādos partus. Alibi cōducunt foricas. i. mercede sumūt id laboris. Quæ steriles. i. quæ suis medicamentis aut mulie rem reddit sterilem, aut abortiuum cogit facere. Gaude in felix. s. marite, q̄ abortū faciat. Porrige. s. vxori qcqd erit . s. datū ab alia uenefica. Nā si distendere uellet. i. si ad legi timū tempus uellet ferre foetū in utero: re uera Aethiopē pa reret, pindeq; esses pater Aethiopis. Aethiopis: duplex est Aethiopia orientalis, & hesperia, de qua alibi plura. Deco lor hæres: decolor appellat, qui sit colore uiciato: & qui de clinat a priore colore, unde etiā decolorari dī id cuius color uiciatur, & inficit. Horatius in odis: Quod mare Dauniæ nō decolorauere cædes? Seneca in naturalibus: Fulmen, aut co lorat, aut decolorat. Discolor uero dicit diuersi coloris. Cō color eiusdem coloris. Marti. Concolor in nostra gāmare lā ce rubes. Tabula. s. testamenti. Nūquā tibi mane uidēdus idest cui nolles mane occurrere: ut mali ominis. Alibi: Et cui per mediam nolles occurrere noctem.

Illius occursus &c. Dānat mulieres quę se astrologię peri tas attestātur. & nihil nisi habito prius ex libris suis iudicio operātur. quod periculosum est: & nunc uiria multis malo. Ordo est: Memento ēt, o Posthume, uitare. i. effugere. occur sus. i. cōtractū matrimonialē, uel legamus simpliciter occur sus. i. uel solā obuiationē: quasi periculosum sit tali occurri: se. illius sup. mulieris: in cuius manibus tu cernis ephemeri das. i. operū singulorū dierū annotationes. tritas. i. frequēti vsu attritas seu. i. sicuti. suecina pinguia. i. arborū distillamē natq; quasi ex succo carū fluētia. ex qbus & monilia & annu los mulieres tunc gestabāt: & nunc rosas ea serta ad quæ di uæ uirgini salutationes dicunt, cōficiunt. quæ. s. mulier. nul lum cōsulit. i. a nullo cōsiliū petit. & quæ iam cōsulitur. s. uñ cōsilium ab aliis petit. quæ reuocata. i. si fuerit reuocata. nu meris. i. calculationibus. uel facie cæli fortunata p numeros Thrasylli. i. illius mathematici deprehēsa. nō ibit viro petē te. i. aggrediente castra, aut patriā. pariter. i. simul cū eo. Nā si placet tali mulieri uectari. i. uehi i lectica, aut curru ad pri mū lapidem positū in uia publica extra urbē. hora. i. oppor tunitas tpis. sumitur. i. digeritur ex libro astrologię. s. si angu lus ocelli frictus. i. fricādo attritus, aut rubēs prurit. i. adūc purritū facit. ipsa poscit. i. exigit a chirurgico. collyria. i. em plastra, seu medicamenta oculorū. & hoc genesi. i. geniture calculatione. facie inspecta. i. prius uisa. Et licet ipsa iaceat ægra, nulla hora uidet aptior cibo capiendo. i. ad cibū capiē dum: nisi sup. ea quā petosiris. i. astrologus ille ex Aegypto dederit. i. assignauerit. si ipsa mulier erit mediocris i diuitiis. s. ipsa lustrabit. i. circuibit utrūq; spatiū. metas. i. circulos, cōstitutosq; ut eos lustrando sortes educant. & ducet sortes. & pbebit usui. i. diuinatori. roganti. i. postulāti pro mercede crebrum popysma. i. sonitū cunni ipsius mulieris, coeuntis se cū. & id melius, q̄ vt de sonitu manuū itelligas. pbebit inq̄ frontē. Vnde per physonomiā, aium & fortunā eius se nosci tare dicit. & manū ex cuius lineamentis per chiromātiā idē facit. Sunt enim supstitiosi hoies, vt indocti, q̄ manū ispiciē tes fata hoium diiudicant: q minoris q̄ astrologi vaticinātur, & iudicia vēdūt. sed phryx. i. hō ex phrygia. augur. i. augurii pe ritus. q ex auium garritu futura pdicit, dabit responsa diuiti bus sup. mulieribus. Tangit aūt poeta varias diuinationum species. sunt aūt duo genera: alteq; naturæ: alteq; artis. Natu ra furorē diuinum habet, quo mens propheta rapta est, & somniū: cuius species enumerat Macro. inde somno Scipio nis. in his sunt visiones, & reuelatiōes. Ars aūt apud priscos habuit aruspiciā augurium: auspiciū: astrologiā: & sortes. Aruspicina: ab ara inspiciēda dicta: exta fulgura: & ostēta cō prehendit. Nā mactata hostia apud aram: eaq; aperta qūo corpe pars & reliqua exta. i. in testina extantia se se habeat, ispi ciebant. Fulgura ab Ioue demissa putabantur. & aut publi ca, aut priuata esse vt Mancinel. recitat. Ostēta sunt quæ p̄ ter naturā euenietia aliqd futuq; ostēduntq; ostenta ab ostē dendo: monstra a mōstrādo: portenta a portēdēdo: & pro digia a pdigēdo appellātur: auspicia ab auibus inspiciēdis dicunt: auguria ab eaq; garritu, aut gustū. Ad hęc adduntur omnia, q̄ cū ob aliam cām ab aliis dicta sunt, nos ea ad nego cium nostrū transferimus. Astrologia est de astris sermo: ex eoq; dispositionibus, quā per astronomiā deprehēdimus, fu tura pdicens. Ad quā coiecturæ quæ ex elementis sumūtur reduci possunt: vt geomanticæ ex terra: & pyromanticæ ex igni. itē quæ lineamētis manuum: vt chiromāticæ. Sortes ve ro primū erant priscaq; literaq; notæ in robore insculptæ: q̄ manu pueri mixtæ: vt educebant, futura pdicebant. Omnia aūt quæ artis supstitione sapiunt: cum verā artē, si ars vlla ē, nemo hactenus habuerit. Neq; si qñ mira cōtigisse (vt in Li uio lib. pri. legimus) cōtinuo verā artem credemus: sed ea di sputare non est huius loci. Tangit aūt hæc genera Virg. lib. iii. Aenei. dicens: Troiugena interpres diuū, q numina Phoe bi: Qui tripodas Clarii lauros q; sidera sentis: Et volucrū lin guas & ppetis omnia pennę. Nā numina phoebi & tribodas p furorē diuinum & visionea sentit. sidera cæli. i. per astrolo giam. volucrū linguas p augurię. ppetis omnia pēnæ: p au spicia: ad q̄ omnia & cætera portēta redigi pñt. Augur ergo phrux. i. phrygius, siue Troianus dabit responia diuitibus. & Indus. i. aliqs ex India. peritus astroq; & mundi. i. astrolo gus cōductus a diuitibus dabit responsa. atq; aliqs senior. i. ployter, qui condit. i. sedat. fulgura publica. i. in reipu. detri mentū missa. fatum aūt plebeium. i. mulieq; plebeiaq;. positū est i Circo. i. fornicibus Theatri: vel vbi ludi Circēses fiebāt vel in aggerem Tarqnii sup. i. depēdet responsis meretricū, & pauperculaq; ad Circum prostantiū: aut ad aggerem Tar quinii. nisi forte geomanticos intelligas: q ex lineis, aut, pun ctis pter industria terræ incussis futura iudicant: sed nō pla cet pter sequentia vnde dicit. Ea quę existēs nudis ceruici bus. i. meretricula quæ nudat ceruices si pulchras hēt. osten dit auq; longō: Vel retiaculū aureū: vel flauos capillos. consu lit. i. cōsilium dat, & indicat plebeiæ. s. interrogāti. ante pha las. i. turres ligneas in Circo spectādi gratia fabricatas. & an te columnas delphinoq;. i. āte templū Enei Domitii: vbi del phinibus Dii, Deę q maris isidebāt i statuta. s. Scies aūt grā matice a gtō in os hēri otos in vs: vt a delphin delphinos: sic hic delphinus delphini & ab elephas elephantos hic elephā tus ti. & ita i multis aliis: vt docet prisci. Cōsulit aūt an mu lier plebeia nubat viro vendēti saga. i. vestimēta militaria: re licto caupone eius priore marito, non dicit occiso: quia nō

Caupo

Caupo na

Stabulū

Aethiops duplex

Deco lor

Decolo rari

Disco lor

Concolor

ASCE.

biles & diuites semp crudeliora apud hunc poetā ostendun tur facere, q̄ vulgares. Vnde addit. Tñ hæ .i. huiusmodi mu lieres plebeiæ, subeunt discrimen .i. periculū partus. & tole/ rant .i. pperiuntur, oēs labores nutricis .i. pariunt & nutriūt fœtus suos. & hoc fortuna .i. cōditione: hoc est paupertate vrgente. sed puerpera .i. quæ puerū peperit. iacet vix .i. rarissi me in lecto aurato, q̄ quæ lectos auratos habēt non pa riunt. tantum .i. tam multum possunt artes: & tantum pos sunt medicamina .i. venefica huius .i. huius mulieris. quæ fecit sterilē. & q̄ cōducit .i. conducta accipit hoies iam cōceptos & formatos, ac ani matos fœtus necandos in uē tre mino. Legi forsan posset ad q̄ vt sit. artes huius quæ facit sup. se sterilē. q̄ pro &. conducit venefica sup. ad ne candos hoies in ventre suos sed psequamur notiorē viam quæ prior est. O infelix mari tus gaude. q̄ vxor tua abor tū facere vult. atq; ipse .f. tu te. porrigeres quicq̄d erit bi/ bendū .i. noli ei vitare. Nam si ipsa vellet distendere, & ve xare vterū suum .i. maturos partus edere: & extensum ha bere ventrem. tu esses pueris salientibus .i. emergentibus. vel sic potius: si vellet vexa/ re vterū suum pueris salienti/ bus: tu esses fortasse pr. Ae thiopis: id est cōcepti a seruo Aethiope. sicut superioribus annis Neapoli contigisse pre

Transeo suppositos, & gaudia, votaq; sæpe
Ad spurcos decepta lacus, atq; inde petitos
Pontifices salios, Scaurorum nomina falso
Corpore laturos, stat fortuna improba noctu
Arridens nudis infantibus, hos fouet omnes,
Inuoluitq; sinu, domibus tunc porrigit altis,
Secretumq; sibi mimum parat, hos amat, his se
Ingerit, vtq; suos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert cantus, hic Thessala uendit
Philtra, quibus ualeat mentem vexare mariti,
Et solea pulsare nates, quod desipis inde est,
Inde animi caligo, & magna obliuio rerum.
Quis modo gessisti, tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias. ut auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit, quæ non faciet, quod Principis uxor?
Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant.
Non aliter, q̄ si fecisset Iuno maritum
Insanum. minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus. siquidem unius præcordia pressit
Ille senis, tremulumq; caput descendere iussit
In cælum, & longam manantia labra saliuam.
Hæc poscit ferrum, atq; ignes, hæc potio torquet,
Hæc lacerat mistos equitum cum sanguine patres,
Tanti partus equæ, quanti una uenefica constat.

de quibus in secunda dictum est abunde. Laturos nomina: nam putabantur filii eorū nobilium a quibus educabantur. Fortuna improba: dicimus improbum non solum nota si/ gnificatione malum: sed nimis auidum: nec modico cōtentū vt illud Virgilianum: Lauit improba teter Ora cruor. Et ali bi: Improbū anserem appellat cibi auidum & insatiabilem. hoc vero loco fortunam im/ probā dicit .i. iniquam. & in/ dignorū fautricem. vnde pli/ nius lib. ii. loquens de fortu/ na: Sola laudatur, sola argui tur, & cū conuitiis colit. Vo/ lubilisq; a plerisq; & cæca ēt existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumq; fautrix. Ergo iprobat hoc est, quæ non ex merito, sed libi dine hominem amplectitur. Stat: adest. Noctu: talia enim noctu fere pagi solent. Arridens: aspirans & blan diens. Altis domibus .i. no/ bilibus familiis. Secretum mimū: oblectamentū quod/ dam. nā mimi non solū publi ce in scæna, sed & i domibus priuatis gesticulatiōnib; suis oblectabāt. vnde Liuius lib. ix. de bello macedonico: Tūc psaltriæ, sambucistriæq;, & conuiualia ludionū oblecta/ menta addita epulis. His se ingerit: ifundit, infert, im plicat. His .f. nothis. Vt/ que suos: solent enim vulgo fortunæ dici filii. Alumnos significat eum q alitur, & ali quando eum qui alit. Hic magicos affert cantus: nōe inuehit in amatoria, & excanta/ tiones magicas mulieř, q̄ viros et in furorē cōpellant. Hic .i. alius. Affert .f. mulieri. Cātus: carmina, & excātatiões. Magicos: hoc est quibus ipsa magorū vanitas gloriatur oia posse effici: hoies in bestias posse mutari, uñ illud Vir. Carmi nibus Circe socios mutauit Vlyssis. Et messes in alios agros traduci. ut illud: Atq; satas alio vidi traducere messes. Quī etiā elemēta quoq; cōcutiuntur, hoiumq; mentes: & sæpe si ne ullo ueneni haustu hoies interimi. Lunam e cælo deduci Carmina uel cælo pñt deducere Lunā. Frigidus in pratis cā tando rumpit anguis. De mago diximus abunde .i. iii. Saty. Philtra: græce, latine amatoria dñt. φιλτρον amor dicit. Est .n. amatoriū quicqd ad amorē conciliandū datur: quis & furorē sæpe moueat. Vñ Oui. Philtra mouent aios, uimq; fu roris hñt. Thessala: nā in Thessalia (ut probe docet Apule ius in Asino aureo) ueneficia plurima exercebantur. Nam & Apule. ipse in Thessalia in asinū reformatus est. uñ & Plau. in Amphitryone: Ego pol hodie ulciscar illū Thessalū uene ficisque puerse vertit familiæ mētē meæ. Solea: qcquid pe di subiicit solea dr. Cice. i rhetoricis. Et soleæ ligneæ pedibus indutæ sunt. Tranqllus in Nerone Soleis mulas argētēis cal ciauit. Est & piscis planus. Et solea capit p eo ligno sup quo extruit paries craticius. Pulsare nates: Persius: Solea puer obiurgare rubra. Teren. Vtinā tibi cōmitigari caput sandā lio uideā. Inde est: ex amatoriis. Desipis: a cōi sensu dedi/ nas. Animi caligo: offuscatio & cæcitas mentis: ac per hoc ignorātia. Sic & Seneca: O quāta illos caligo mentis: quāta ignorātia ueritatis exercet. Est aūt caligo nebula densissima ima offuscans, uñ Tranqllus in Nerone: Deinde tanta coor ta caligo est, ut despicere nō posset. Tñ hoc est tolerabile: sim tñ sensum & lumen rōnis amittas. Si non Et furere incipi as .i. si nō icipias & tu uexari eo furore, quo uexatus est Ca/ ligula

Impro/ bus

Alūnus

phıltrū

Solea

Caligo

dicant: vbi nobilissima matrona. Aethiopē edidit: quem pa ter regi Francorū filiolum destinauerat. & hæres .i. successor tuus decolor .i. partim patri .i. seruo Aethiopi: partim matri similis: impleret tabulas testamenti tui scilicet aurū viden/ dus .i. videri dignus mane ne omen malum afferret. Crede/ bant enim q; quæ prima audirentur, aut viderentur futuræ lucis qualitatem prædicarent. ideoq; omnia bona mane di/ cebantur. Vnde salutandi mos exortus: quin manum benē dicebant: vnde immane econuerso malum: & omnia pulchra & læta uidenda afferebantur.

DAN. RIT. ¶ Transeo suppositos occupatio est. notat mulieres: quæ aliunde petitos partus maritis supponunt. Sensus est: Præ/ tereo, inquit, referre nothos quos mulieres diuites emendi to partu pro naturalibus, & legitimis alunt. Suppositos: Suppo/ subditicios. Suppositi illi dicūt, qui ex vxore nati nō sunt, sed p filiis ficto partu marito supponunt. Gaudia .i. filios ipsos nothos: quos miro gaudio maritus, vt suos alit. Vo ta .i. filios quos multis uotis & summo desiderio cōcupiuit maritus habere, Valerius maximus filii sic uocat his uer/ bis: Venite igit in manus nostras, pspera parētū uota. De cepta: desumpta ab uxoribus decipientibus maritos simula to partu. Decepta ergo expone desumpta, & ide capta. Sæ pe: ostendit id frequenter a mulieribus factitatū. Ad spur eos lacus: locum esse ostēdit poeta in urbe: ubi pueri incertis nati parentibus exponerēt. Vbi aūt fuerint, & quare spur/ ci lacus appellarent nusquam meminimus nos legisse. Pon/ tifices salios .i. spurios, q in nobilissimas translati familias pō tifice Salii crearentur. Salii enim sacerdotes fuere Martis, q in comitiis & sacris ancilia gerentes eademq; gladiolis peu/ tientes circūsiliebant. liq; ex nobiliorib; creabātur. De qui bus plura in secunda Satyra retulimus. Scaurorū: speciem pro genere posuit .i. nobiliū romanorū: quales fuere Scauri.

ligula imperator. q̄ᵃ Cæsonia uxore amatoria medicamēto
potionatus in furorē. Versus est, potioni infuso hippomane.
¶ Vt auunculus ille Neronis: subaudi a suppiore furuit. s. Cali/
gula, q frater fuit Agrippinæ matris Neronis. ¶ Frontē tre/
muli equi. i. carūculā illā, quæ caricæ magnitudine (ut dictū
est) in fronte pulli equi inhæret: qd hippomanes appellat̄ ue
neficiis aptū. ¶ Quæ non faciet: sensus est: Quæ mulier non
faciet qd vxor principis fecit? q. d. reliquæ mulieres digno/
ris exemplo cōmotæ idē facere non verebunt̄. unde est illud
apud Virg. in septimo: Neq; enim leue nomē amaræ. ¶ Arde
bant cuncta: Caligula enim (auctore Tranqllo) omne sæui/
tiæ genus uel minima offensa exercuit. ¶ Fracta cōpage. i.
uia sæuissime a Caligula fiebant: sumpta trāslatione a lapsu
tectorum. dicimus cōpagem & cōpaginē a cōpingēdo. i. cōiun
gendo. Vnde & cōpactam fistulam dixit Virg. ¶ Non aliter:
sensus est: Non aliter, inqt, totus orbis cōcussus est furēte Ca
ligula, q eum regebat, q̄ si Iupiter versus esset in furorem: cu
ius nutu omnia regunt̄. sicq; ostēdit quāta ex veneficiis mu/
lierum mala eueniāt. ¶ Boletus Agrippinæ: nam Agrippina ma
ritum suum Claudiū Boleto medicato, quo genere cibi plu
rimū delectabat̄, sustulit. fuit enī Agrippina Neronis mater,
& Caligulæ (vt dixi mus) soror. ¶ Minus nocēs grauiora, in
qt, fuere & pniciosa magis Vrbi, quæ Caligula p furorem fe
cit, q̄ quæ Claudius. nam is statim mortuus est post acceptū
boletum: nec illa venena cuiq̄ā fuere pniciosa sicut illa, quæ
data sunt Caligulæ: quæ in cā fuere, vt in oēs sæuiret. ¶ Vni
us senis: nō enim fuit cā Boletus (ut diximus) ut multi p fu/
rorē Claudii impatoris perirent, sed solus Claudius iam se/
nex periit, nā ad sexagessimū & quartum annum pueuerat
¶ Tremulumq; caput: hoc autem est ex historia. capite enim
Claudius fuit tremulo. Tranqllus: Et remisse quid uel serio
agentē multa dehonestabant, risus indecēs, ira turpior, spu
mante rictu, humētibus naribus, plectra linguæ titubantia,
caputq; tum semp tū in quātulocumq; actu uel maxime tre
mulum. ¶ Descendere in celū, declamauit p contrarium. sic
ēt locutus est Seneca: Postequā Claudius in cælum descen/
dit. Sic & Statius in Siluis: Nondū stelliger senior demissus
in axem ita enim poetæ plerumq; p contrariū declamant, ut
alibi Iuuenalis: Iam quartanā sperātibus ægris. i. timētibus,
sic & Virgil. Hunc ego si potui tm̄ sperare dolorem. ¶ La/
bra manantia. i. fundentia, & emittentia. Vnde illud notādū
est apud auctores talē inueniri locutionē: Fons manat aquā
dulcem, ut hic & alibi in penultima Satyra: Cuius manātia
fletu Ora puellares faciunt icerta capilli. Et ex fonte manat
aqua dulcis. Et fons manat aqua dulci. Vnde Pli. libro. xxii.
cap. xxii. Caulis fractus copioso lacte manat. Absolute etiā
dicimus ulcera manātia. ¶ Longā saliuam: quia (ut dixi) spu
mante rictu erat & humētibus naribus. ¶ Hæc poscit ferrū
. i. hoīes in furorem p potionē versi arma & ignes ad hoium
pniciem poscunt & exercent. hoc aūt dicit specialiter ppter
Caligulā, qui (auctore Tranqllo) equestrem ordinē & sena/
torium furens lacerauit. qd factū fuisse videri vult poeta p
potionē amatoriam: ut a supiore dependeat. vt dicat boletū
Agrippinæ tm̄ nocuisse Claudio, potionē vero Caligulæ p
nitiosam toti ciuitati fuisse. ergo hæc potio poscit ferrum. i.
hæc potio quā Cæsonia dedit Caligulæ marito, ē i cā, ut fer
rum poscat, & exerceat in cædem hoium. ¶ Hæc potio tor
quet. i. hæc potio est in causa: ut hoīes variis cruciatibus af/
ficiant̄, & torqueātur a Caligula. ¶ Tanti partus equæ. hūc
locū hucusq; oēs, quos mihi vidisse cōtigit, codices ita lege/
runt: Tanti partus equæ, quāti vna Venefica constat: ita vt
nullus prsus diceret̄ sensus. Ego vero attētiore examine car
men & mentē poetæ trutinatus animaduerti locum esse depra
uatū: & vtrobiq; legendū tanti: ut summa poetæ indignatio
ostēdat̄: vt idē sit bis repetitū per diuersa verba: vt illud Tā
tum artes huius, tm̄ mutāt animū: idē enim est bis repeti
tum p diuersa verba. sic & illud: Tantū admirari, tm̄ laudare
disertos. ac si dicat ex his veneficiis & sceleribus mulieris mul
ta mala pueniunt. & hæc venefica magno cōstant qm̄ incen
dia, & cædes hominū infecit: hocq; totum dictū est ppter

Cæsoniā. ¶ Vna venefica: vna Cæsonia. ¶ Partus equæ. i. hip
pomanes: quod ex fronte pulli equini auellitur: ad veneficia Hip
de quo supra dictum est: quod Cæsonia potioni infudit: un man
de furore (vt diximus) correptus est Caligula.
¶ Transeo suppositos: per occupationē dicit se nolle dice
re qđ o p mulierum fraudem Spurii, & incertorum parentū pueri AS
p nobiliū liberis educant̄. & a miseris viris hæredes iscribāt̄.
Ordo est: Ego trāseo. i. silentio pterea infantes sup. supposi-
tos. i. cū sint spurii & inuenticii clam loco verorum positos ad
lat⁹: quasi puerperæ decūbentis. & trāseo gaudia maritorū
de illis tanq̄ de ppriis gaudentiū. & uota. i. desideria, vel op
tata euenta, decepta. i. illusa ad spurcos lacus. i. ad Velabrem
seu paludē imūdā. atq; trāseo pōtifices salios. i. martios, quō
niā ex nobilissimis vt pote patriciis fiebant petitos. i. assum/
ptos. inde. i. ab illa palude ad quā expositi sordidissimis ni.
mium parentibus: & in domū patriciam p mulierum que se gra
uidas mētiebant̄ fraudē i portati: ad pontificalem dignita
tē puecti sunt, salios dico laturos. i. portaturos noīa Scauro
rum. i. nobilissimorum uirorum. corpore falso. i. mētito: noīni nō cor.
respondete. nā corpus sumpserūt a meretricibus & adulte/
ris: nomē aūt a Scauris, & aliis nobilibus a quorum uxoribus/
su septi fuerūt. fortuna iproba. i. improbanda qa temere &
sine rōne agens. stat noctu arridēs. i. annuēs, fauens quodā
blando risu. infantibus nudis. i. oi ope humana destitutis:
& nudis expositis. & fouet. i. focillat hos oēs ifantes nudos
sinu suo. & porrigit. i. potro dirigit tūc: postq̄ sic fouit. altis
domibus. i. ad altas & nobiles domos. & parat. i. i stituit: pr
parat sibi. mimū. i. imitatorē gestū: & (ut dicunt) ioculatorē.
secretū. i. nesciū ab hoībus multis. quo. s. ipsa quoties uult
locari agat nobilē puerum ex spurio: pontificē ex deposito ad
to loco natū ex inuenticio: & sorte incesto coitu cōcepto. for
tuna igit̄ amat hos. i. hmōi infantulo, & igerit se. i. totā beni
gnitatē suā infert ultro. his. s. ifantulis. atq; ipsa ridens. i. arri
dens. pducit. i. porro ducit: hoc est ad summos honores gra
datim ducit suos alumnos a se fotos & altos. ¶ Hic magi/
cos affert cantus: trāsit ad cōsimilia mulierum mala: q̄ nō solū
supstitiosas artes didicerunt: sed pniciosissimas. nā & ueneficia,
& amatoria plurimæ exercuerūt. eas ergo notat nō si
ne uendētiū tacita criminatiōe. Ordo est: Hic. i. aliqs magus
afferet. i. mulieri uænales exponit. cātus magicos. i. magica ar
te ualētes. hic. s. alius. uēdit philtra. i. uenena amatoria. i. ama
re facientia. thessala. i. qualia plurima in Thessalia colligebā/
tur, qbus ipsa mulier ualeat uexare. i. torquere, & in diuer/
sas partes furibundā rapere. mentē. i. rōnē mariti sui. & pul
sare pro libito suo nates. i. clunes eius solea. i. calciamētis cal
ceis mollioribus suppositis & pedibus quasi solū pbētibus:
quos a parte superiore pars tegunt. q ergo o marite tu de
sipis. i. male sapis. i. isanus es. inde. i. ex hmōi ueneficiis ama/
toriis & inde. i. ex iisdē. est sup. caligo. i. obtenebratio. animi
. i. intellectus. & magna obliuio rerum q̄s tu gessisti. i. fecisti. mō
. i. paulo ante. tn̄ hoc. s. hēre intellectū obscuratū & obliuionē
rerum. esset sup. tolerabile. i. quouis mō portabile si nō icipias
& . s. ēt. uel insup furere, ut. auunculus ille. i. notissimus Nero
nis. s. Caligula: cui Cæsonia uxor infudit totā fōtem. i. totū
hippomanes: hoc est totā illā carunculā, q̄ adhæret frōti. pu
li tremuli. i. recentis nati. q̄ mulier nō faciet sup. illud qd prin
cipis uxor: uidelicet Cæsōia sup. fecit. hoc est si uxor pricipis
ausa est cū amatorio medicamēto i furorem uertere: q̄ erit p/
uatæ uxor id: nō audēs: q. d. nulla. Ondit aūt q̄tū malum
fecerit Cæsonia dicens. Cuncta. i. oia ptinentia ad iperiū. ar
debāt. i. uelut igne quodā a furore ipatoris assumebant̄:
& cūcta ruebāt. cōpage. i. uinculo & colligatione fracta, i. so
luta. respublica. n. ad pricipe mtota pēdere uidet̄. quo ruēte
& illa ruit. nō aliter sup. ruebāt cūcta: q̄ sup totū uniuersum
ruisset: si Iuno & soror & cōiux Iouis fecisset maritū: uideli/
cet Iouem isanū. Si esset hic michi philosophādi locus: dicerē
nō sine magna rōne hoc exemplū eē adductū. Nā (ut dicit)
Iupiter est qdcunq; uides; qdcunq; moueris. Iouis oia plena
Iupiter est ille magnus ainus mundi: a quo oia & ortū & cō/
seruationem hñt: proinde si Iupiter insaniret: toto uniuerso/

Oderunt natos de pellice, nemo repugnet,
Nemo uetet, iam iam priuignum occidere fas est.
Vos ego pupilli moneo, quibus amplior est res,
Custodite animas & nulli credite mensæ
Liuida materno feruent adipata ueneno.
Mordeat ante aliquis quid quid porrexerit illa,
Quæ peperit, timidus prægustet pocula, papas.
Fingimus hæc, altum Satyra sumente cothurnum;
Scilicet egressi finem, legemq; priorum,
Grande sophocleo carmen bacchamur hiatu
Montibus ignotum rutulis, cæloq; latino
Nos utinam uani. sed clamat Pontia feci,
Confiteor, puerisq; meis aconita paraui,
Quæ deprensa patent, facinus tamen ipsa peregi.
Tu ne duos una sæuissima uipera cœna?
Tu ne duos? septem, si septem forte fuissent.
Credamus tragicis quicquid de Colchide torua
Dicitur, & progne. nil contra conor, & illæ
Grandia monstra suis audebant temporibus. sed
Non propter nummos, minor admiratio summis
Debetur monstris, quoties facit ira nocentem
Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur
Præcipites: ut saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur cliuo q; latu pendente recedit

sum periret: vt totũ regnũ insaniente rege. Et ergo dicit q minus nocuit reipublicæ Agripina auferens maritum ueneno q̃ Cæsonia faciens ipsum furere. Ordo est: Ergo cũ ita sit q p furorẽ principis tota respu. dissoluta sit. boletus. i. ueneno admixtũ boleto Agrippinæ. i. qd Agrippina dedit Claudio imperatori marito suo. erit minus nocẽs, q̃ sup. philtrũ Cæsoniæ. siqdẽ. i. quia certe. ille. s. boletus. pressit. i. oppressit. extinxit. pcordia. i. reticulũ cor cingẽs, in quo est sedes uitæ. senis. s. Claudii p senium cito morituri. & iussit caput ipsius Claudii tremulum, qd ex natura tremebat ẽt ante esum boleti. & labra manantia. i. distillãtia. longã saliuãm aut more senũ: aut certe propter: q a. s. ueneno p uomitũ liberari conobãt. descẽdere in cælũ. i. in oium mortuorũ uel tamen, siue occultamen i hoc ẽ ad iferos ubi ẽt beatorũ receptaculũ: uidelicet cãpos Elisios fabulata est gẽtilitas. hec potio. s. quã Cesonia Caligulæ dedit. poscit ferrum. atq; ignes. i. exponit oĩa ferro & ignitur exẽplis docet Manci. Hæc potio torquet: hæc lacerat pres. i. senatores & patricios uiros mixtos cũ sanguine equitum. Tanti partus &c. Illud uidet mihi potius figurate p acclamationem, q̃ simplr dictũ. & posse legi bis tanti: vt sit tanti cõstat partus equæ. i. hippomanes, qd subducit equæ partui. i. pullo: hoc est tanto pcio, & tãta sanguinis effusione a natura pducitur partus equæ. & tãti. i. tã sæui mercede cõstat vna venefica. Vel legẽdo quanti sic tãti. i. tam magno pcio constat. i. cõparat partus equæ: quãti ergo cõstat vna venefica. q. s. mille partus surripe pot. q. d. minimo. Siqs uelit nõ figurate legere, vt sit sensus: partus equæ constat tãti. i. cũ tanta difficultate acqritur: quãti venefica. i. cũ quanta venefica nihil mihi verosimile faceret. Nec sic partus equæ est tãti quanti vna venefica qd cõstat. s. Argutius aut Calderinus exponit: vt p acclamationẽ, seu epiphonema cõiungat prior pars superioribus sicut primo Aeneid: acclamat poeta dicẽs: Tantæ molis erat Romanã cõdere gẽtẽ. Et posterior pars sequẽtibus cũ interrogatiõe pficatur: vt sit sensus & ordo: O quãti cõstat vna venefica: nam quia mulieres oderint natos de pellice, iã priuignũ occidere fas est &c. Ego tñ sic intelligo. ut. sit: cũ tanti sup. constat partus equæ. i. hippomanes datũ Caligulæ: quanti constat una uenefica: q̃ mille principes interficere posset vel sic tãti cõstat partus equæ: o quanti cõstat vna venefica. occasione cuius exclamationis progreditur ad declarationem eius: vt sequentia docent.

Oderũt natos de pellice: nõ idignatur poeta q oderint natos ex pellice: neq; n. mirandũ est id posse accidere: sed q priuignos, qd grauius est, necẽt. est ergo sensus: Quasi monitori dixerit odio hñt natos ex pellice: & ipse veluti assentiens dicat: fateor oderũt. & nemo, inqt, vetet qn oderit nothos. verũ illud grauius est: q priuignos iterimunt. De pellice: dictũ est. illic qd sit pellex: Redẽs in codice pellex. Iam iam: non est, inqt, mirandum, imo neque obstanũ, q natos ex concubinis viri oderint: sed illud grauius ẽ, q iam priuignos esse licitũ necãt. Iam fã est fas iam putat nullũ esse nefas occid. priuignum, sicq; est ironia. Vos ego pupilli moneo: ondit matres ẽt tantæ ipietatis iueniri: vt ppriis filiis nõ parcant: sed eos nefarie occidãt: vt nubãt adulteris, qd fecit pontia, q̃ filios duos ueneno sustulit, ut nuberet adultero. Amplior res: ampla patrimonia. Adipata: pinguia edulia & succulenta quasi adipe cõdita. unde Cice. de oratore p trãslatione adipatæ dictionis genus appellat. i. pinguis, & succi multi. Hæc sunt uerba Ciceronis: Ad sciuerunt suis artibus optimum quoddam & tanq̃ adipatæ dictionis genus. Liuida aconita: dixit ab effectu. & Virg. mortẽ pallidã. i. q̃ pallẽtem facit. Quæ peperit: ipsa mater. Prægustet: ante gustet, vñ pgustatorẽ appellamus ministrum: qui potiones ciborũ antequã dñs. gustat: quo sine suspitione ueneni dñs securius epulis fruatur. [Pregustet]
Papas: significat aliquem natu grandiorẽ: qui dignus sit hac honorifica appellatione: qua filii ad parentes vsi sunt. Nã papas ueneratiõis nomẽ est: & patrẽ significat: unde fortasse & summũ põtificẽ papã appelamus: ut patrem nñ. & papus auum etiã significat & papazo inuoco auum: ut ifantes faciunt. uerũ hoc mihi magis placet: ut exponas sic: Aliqs timidus pgustet pocula & papas: ut duo dicat & potionẽ & cibũ. nã (ut diximus) ẽt in persius illic papat. minutũ: papa & bua p cibo & potu usurpata sunt a pueris. uñ Cato de liberis educãdis: Cũ cibum, ac potiõem buas atq; papas docet, & matrẽ mãmã, & patrẽ tathã nñ & plautus in epidico hoc uerbo papare usus est sic: Non o liberto opus est, q papet. i. comedat. Bene aũt usus est uocabulo pueris accõmodato: pupillos enim & pueros alloqtur: Vos ego pupilli moneo. Fingimus hæc: erũt, inqt, fortasse q putabunt nos hæc fingere: & tanq̃ tragica fabulamenta psequi: quæ de huiusmodi cædibus loquunt & tractant. Sed nos, inqt, uera agimus: & utinã nõ essent, quæ de manibus dicimus uera. ironicos igit legẽdũ est Fingimus hæc: ut sit a cõtrario sensu nõ fingimus. Satyra sumente: uidemur etiam tragici officiũ usurpare: qui talia scelerum figmenta scribere cõsueuerunt: ut de Medea, quæ filios spectante patre Iasone iteremit. Et Progne, q̃ it vn filiũ occisum apposuit marito Tereo. Cothurnũ: calciamentũ tragicũ. sed a poetis usurpat sæpe pro sublimi stilo: ut hoc in loco. Virg. in Bucolicis: Sophocleo tua carmina digna cothurno. Mart. Grande cothurnati pone Maronis opus. Altũ: idest materiam tragicã. res. n. grãdes & altas tractãt Tragœdiæ. Finem & legẽ priorũ. i. satyricorũ: qui ante me scribentes hunc finẽ, & hunc terminũ tenuerunt: stilũ suum non ultra tenderent, q̃ ad res ueras, minimeq; fabulosas quales tragici scribere cõsueuerunt. Bacchamur: furore poetico scribimus, qui sine furore quodam scribere nequeunt. Hiatu sophocleo: eo stilo & sublimitate, qua usus est Sophocles in scribẽdis tragediis. q. d. scribimus res, quæ specialiter tractãtur a tragicis, qualis fuit Sophocles: cũ de cæde filiorũ tractamus facta a matribus. Mõtibus rutulis ignotũ. i. quod qdẽ carmen nemo unquã in Latio ante me cecinit in Satyris suis. i. nunquã fuit auditũ in his regionibus tale scelus ppetratum fuisse quod a poetis celebraret, ut mater filios proprios necauerit. Rutulis: populi sunt Latini qbus Turnus imperauit. [Rutuli] Cæloq; latino: idẽ fere dicit Nã Latinus rex. regnũ habuit finitimũ cum Rutulis. Vnde Dionisyus libro primo sic scribit: Latino aũt qui tũc rex erat cum finitima quadã gente bellum

[Papus]

te bellum gerenti, qui Rutuli uocantur. nunciant &c. Nos utinam uani, subaudi simus. Sed clamat Pontia feci: cuperem, inquit, haec omnia esse uana: sed Pontia fatetur uera esse: seque duos filios ueneno necasse. duos.n. filios ueneno sustulit, ut adultero nuberet. de qua Mart. lib. ii. i Gelliā sic ait:

Aconitū Mater qua nec Pontia deterior. Aconita: uenena. est.n. herba nascens in saxis, cuius succus uim habet ueneni efficacissimi. De quo diximus in pma Saty. Qui dedit ergo tribus patruis aconita. Tu ne duos? insultatio est poetae in impiam matrē. Septē: sensus est: Adeo ipie fuisti: ut nō solū crediderim te duos filios potuisse occidere: sed etiā septem si septem tibi fuissent. Septē: subaudi occidisses. Credamus tragicis: sensus est: Fabulosa omnino sunt, quae a tragicis scribuntur de matribus, quae necauerint filios: ut de Medea, & Progne: sed putemus eē uera. tamē in eiusmodi fabulis nulla ma[te]r fingitur: quae filios aliquo corrupta pmio iteremerit, sed aut propter iram, aut aliquē dumtaxat dolorem. De Col

Medea chide: quicqd de Medea dicitur a poetis tragicis. Eam enim ferunt Iasonē aureum uellus ope sua auferentē ex Colchis, decepto patre suo Aeeta rege secutā fuisse usq; in Thessaliā, copulatamq; matrimonio cum eo decē vixisse annos: susceptis ex eo quatuor liberis. quae postea cū accepisset Iasonem se spret[a], Glaucā siue Creusam filiam Creontis regis Corinthiorū duxisse uxorem, ira percita regiā Creontis cremauit, quo incendio Creon cū Glauca absumpti sunt: filios pterea suos omnes, uno qui aufugit excepto Thessalo, in ultionem Iasonis patris iugulauit. Iason uxore & filiis orbatus tantae impatiens cladis necem gladio sibi cōsciuit. Colchide: forma est patronymica. Colchi enim. Progne: Pādionis regis Athenarū filia, uxor Terei, Daulia (ut scribit Thucydides i .ii. historiarū) quae nūc terrae Phocidis uocatur, icoluit: tunc a Thracibus habitatam. Ea Ityn filium suum interemit, ap/

Daulias posuitq; epulaudū Tereō patri. hocq; in ultionem Philomelae sororis a Tereo uitiatae, unde a multis poetarū in commemorāda Philomela, luscinia auis Daulias celebratur. Ouid. in Sappho: Concinit Ismariū Daulis ales Ityn. Idē in carmine ad Liuiā: Deflet threiciū Daulias ales Ityn. Nil cōtra

Monstrum conor: nolo, inqt, negare id esse uerum quod dicitur de Medea & Progne. Nam etiā illae ausae sunt immania facinora. Grandia monstra. i. indigna scelera nam monstrum appellamus quicquid est praeter naturā. quid enim magis contra naturam, quā filium a matre necari? Non pter nummos: ut ostendat loge intollerabilius esse facinus: quod lucri cupiditate fit, q̄ ira & dolore. Minor admiratio: sensus est: illud nobis minus mirandū uideri debet etiā si sit nefandum, qd committitur per dolorem & iracundiam a muliere, sicq; cum sequentibus est cōiungendum. Ira: quae ab iniuria descendit. Hunc sexum. s. muliebrem. Feruntur precipites: sumpta est translatio ab is, qui a sublimi decidūt loco. i. ad omne facinus stimulante iracundia conuertuntur. Ve saxa. s. feruntur in preceps. Abrupta: auulsa. Quibus: scilicet saxis. Mons subtrahitur: uidetur enim parte montis labente, reliqua pars retro cedere. Latus recedit. i. retro cedit. nā (ut dixi) latus montis aliqua parte auulsa videtur retrocedere.

ASCE. Pendente cliuo. i. prono saxo & iam casuro.

Oderunt natos &c. Transit ad notāda imanissima ueneficia, quae matres in pprios filios suos exercebant: & id quidem gradatim facit. Nam primo quasi respectu maioris sceleris licitum sit. dicit sic: permittamus ut matronae oderint natos de pellice. i. spurios in adulterio cōceptos: & eos ueneno abstulerint. nā etiam fas nunc uidetur priuignos. i. filios ex priore cōiuge natos necare: quando quidem matres imanissimę interdū etiam proprios filios necēt. Ordo igitur est: Matronae sup. iam fere oēs oderunt natos de pellice. i. de cōcubina durante matrimonio: hoc est spurios: sicut & Iuno pellicum prolem vbiq; prosequtur. Illud autem uidetur quodāmodo licitum & tolerabile: cū mulieres sint zelotypae ex

Ra natura unde addit: Nemo repugnet: nemo uetet. i. permittamus omnes eas spurios odisse. Nam fas est. i. eo impunitatis malitia mulierū peruenit: ut fas esse uideatur, iam iam. i. maxime hac tempestate: qua etiam pprios liberos necant occidere priuignū. i. filium mariti ex alia coniuge natum. Et ergo dicit poeta: O pupilli. i. matribus orbi. quis. i. quibus. res est amplior. i. diuitiae sunt aliquantulum amplae. ego moneo idest adhortor. uos custodite. i. ut custodiatis. animas. i. uitā uestram. & nulli. i. non ulli. non credite, i. non cōmitte uitā uestrām, uel non confidite ulli mensę: quecunque ea sit. qa adipata: idest pinguia fercula ex adipe facta. liuida. i. liuorē: hoc est colorem qualem ueneno necti habent inducētia. feruent: idest abundant. uel fermentata sunt uenino materno: idest a matribus imposito. Aliquis mordeat ante. i. priusquā tu. quicquid. i. quemcunq; cibum. illa peperit supple te. i. genitrix tua porrexit sup. tibi. & papas. i. nutricius, uel pater aut qui se patrem putat. timidus ne inficiatur. pregustet. i. priusquam tu gustet. poculum. i. potum a matre porrectum Fingamus haec &c. Quia immanissimum est facinus matrē filios suos necare: & materiam satyricam, quae uera & uerisimilia duntaxat peccata notat, transcendere uidetur, & ad tragicam fictionē accederet: ideo poeta ne Tragoediam: non Satyram scripsisse culpetur: ostendit se rem ueram, & uere actam notasse. Ordo est: Nos fingimus. i. componimus. haec. i. quae diximus de nece propriorum filiorum & hoc Satyra sumente cothurnum altum. i. stilum sublimem: qualis tragoedis conuenit. s. quia. i. certe. nos egressi. i. transgredientes finem. i. metam & legem priorum supple satyricorum: Lucilii: Horatii: & Persi. i. bacchamur. i. furentes efflamus. grāde. i. altisonū carmē, hiatu Sophocleo. i. quo Sophocles usus ē de quo Vir. in Bucco. Sola Sophocleo tua carmia digna cothurno. Bacchamur inquam carmen ignotum mōtibus rutulis. & caelo latino. i. quale nō prius Rutuli, aut Latini poetae in Satyra fecerunt. non quia non prius mater filios occiderit: sed quia argumentum: ut nō uerisimile & altius, q̄ ut Satyrę conueniret, priores reiecerint. Sed utinam non sup. essemus uani. i. mendaces. aut rem non ueram, fingentes. sed Pontia matrona illa clamat. i. aperte dicit: ego confiteor qd ego feci. q; pro & ego paraui meis pueris. i. filiis. aconita. i. uenena quae aconita patent deprensa cum facerem. & tamen licet cognitum erat, q uenena parauerem. ego peregi facinus. i. necaui eos. exclamat poeta: O uipera. i. serpens seuissima. tu nee necasti duos filios una coena? Tu ne q̄ mater es duos sup. necasti? Respōdet pontia. Septem sup. necassem una coena si septem fuissent. si ita est innuit poeta. credamus tragicis. i. tragoediarum (in quibus matres liberos necant) scriptoribus. credamus qcquid ab eis dicitur de Colchide: idest Medea. torua. i. crudeli & immiti frōte. de qua Virgilius in Bucolicis: Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus &c. Est autem patronymicum a patria sumptum: haec Colchis. huius Colchidis, uel Colchido sicut Castalides. Sicelides &c. Et credamus tragicis quicqd dicitur de progne: quae etiam patri filium epulādum posuit dicens: Quod poetis, intus habes: quo audito in auem cōuersus auolauit. unde dicit Virgi. in Bucco. Aut ut mutatos Terei mutauerit artus: Quas illi philomela dapes, q̄ dona pararit: Quo cursu deserta petiuerit, & qbus ante infelix sua tecta superuolitauerit alis. Ego, inquit poeta, nil conor sup. ple contra talia dicta tragicorum: idest non obsto quin credam ea potuisse contingere. Et credo q illa: scilicet Medea, & progne audebāt suis temporibus. graudia monstra: idest monstruosa. &, contra id quod uerisimile sit, peccata: sed nō propter nummos: sicut nunc audent: quia illae per impatiētiam amoris ea perpetrasse dicuntur. Minor admiratio debetur summis monstris: quale est suos natos occidere: quoties ira facit hunc sexū. s. muliebrem: qui fragilis est & impatiens irae. nocentem. i. sontem & culpabilem. & quoties sup. mulieres feruntur. i. agitantur. pcipites. i. sine ratione discurrentes. & hoc rabie. i. impatiētia amoris. incēdente. i. inflāmante iecur. in quo est sedes amoris feruntur dico ita ut. i. quemadmodum. saxa abrupta iugis. i. illis particulis montis: quae sunt sub uertice eius: quibus sup. saxis. mons. i. pars inferior montis, subtrahitur & latus montis recedit cliuo pendente.

Illam ego non tulerim,quæ cōputat,& scelus ingens
Sana facit,spectant subeuntem fata mariti
Alcestim,& similis si permutatio detur
Morte uiri,cupiant animam seruare catellæ.
Occurrent multæ tibi Belides,atq; Eriphilæ,
Mane Clytemnestram nullus non uicus habebit
Hoc tantum refert,quod Tyndaris illa bipēnem
Insulsam,& fatuam læua, dextraq; tenebat,
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ,
Sed tamen & ferro,si prægustaret Atrides
Pontica ter uicti cautus medicamina regis.

DAN IT. ❡ Illam ego non tulerim: illa, inquit, scelestissima est habē/da: quæ animo minime perturbato, menteq; cogitat & retractat prius scelus, ꝙ aggreditur. Sicque ostendit scelera illa grauiora esse, quæ certa animi deliberatione quā quæ aliqua mentis perturbatione peraguntur. ⸿ Sana: non aliqua animi perturbatione uexata. ⸿ Spectant: quotidie, inquit, spectant in Theatris dum tragœdiæ aguntur: quem admodum Alcestis in mari/tum pia fuerit: quæ etiam ꝓ eo mortem subire non dubi/tauerit. Sed tamen nulla est, quæ Alcestim imitetur: hoc ē quæ maritum suum seruet morte sua: sed potius animā catellæ seruaret. Nam Alce/stis cum uir suus Admetus Tessaliæ rex graui & conclamata ualetudine labora/ret, responsumq; esset eum mori oporteret nisi alius pro se moreretur: ipsa sola cæteris propinquis, & amicis id recu/santibus ꝓ ipso mori sustinuit. De qua Statius in Siluis: Er/go Thesalici coniux pensare mariti Funus: Hanc fabulam aliter tamen narrat Fulgentius. Declinatur autem hæc Al/cestis Alcestidis, Alcestidi, Alcestida, uel Alcestin, sicuti Pari/da uel Parin. ⸿ Spectant: subaudi mulieres Romanæ: non autem mariti spectant. coniunge ergo fata mariti: idest mortem mariti. ⸿ Similis si permutatio: idest si possint fatum suum fato mariti permutare, potius seruent animam catel/læ, quasi minimi cuiusq; animalis. ⸿ Multæ Belides: idest multæ mulieres, quæ maritos suos, ut Belides & Clytemne/stra occiderunt. ⸿ Belides: quinquaginta Beli neptes fuerū: quæ una nocte totidem maritos, eosdemque patrueles oc/ciderunt. Belus enim Aegypti rex duos habuit filios, Danaum: & Aegyptum: quorum Danaus quinquaginta habuit filias. & Aegyptus totidem filios. Coactus est Danaus omnes filias dare in matrimonium filiis Aegypti: sed cum uereretur ne a generis suis regno eliceretur mandauit filiabus ut primitiali nocte maritos suos singulæ necarent. quod quidem omnes fecere, præter Hypermæstram: quæ Lyno, siue Lynceo, pepercit. ⸿ Eriphyle: uxor fuit Amphiarai: quæ capta amore monilis olim a Vulcano elaborati, ut illud ab Argia Polinicis coniuge haberet, uirum suum ne in bellum Thebanum prodiret latentem, indicauit: qui postea in bel/lo Thebano hiatu terræ cum curru absumptus est. ⸿ Mane Clytemnestram: sensus est: Nullus erit uicus urbis: in quo nō offendas mulieres occidentes maritos. sicuti fecit Clytemnestra Tyndari & Ledæ filia: quæ Agamemnonem maritum suum ex bello Troiano reuersum adiuuante Aegystho adultero interemit. nota est historia. ⸿ Hoc tantum refert: hoc tantum, inquit, interest: quod Clytemnestra securi maritum suum peremit, sed mulieres romanæ maritos suos tollunt ueneno sicque poeta mores sui temporis insectatur. ⸿ Insul/sam & fatuam: hypallage est hoc est ipsa insulsa & fatua: quasi quæ minime apta esset ad tractanda arma. ⸿ Tenui pulmone rubetæ: hoc est ueneficiis qualia parantur ex ru/beta rana. de qua in prima Satyra abunde illic: Miscet sitien/te rubetam. ⸿ Agitur: peragitur, perficitur. ⸿ Res: idest ipsa maritorum cædes. ⸿ Sed tamen & ferro: existunt, inquit, etiam quæ maritos ferro necent: si forte illi contra uenena aliquod sumpserint Antidotum. ⸿ Atrides: idest ipse mari/tus, qualis fuit Agamēnon Atrei filius. ⸿ Si prægustaret pō/tica medicamina: idest Antidota qualia Mithridates rex Pō/ti sumebat aduersus uenena. de quorum compositione Pli/nius libro trigesimotertio capite nono sic: in arcanis Mithri/datis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in pecu/liari commentario ipsius manu compositionem Antidoti e duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis ui/ginti simul tritis addito salis grano. & qui hoc ieiunus su/mat, nullum uenenum nociturum. Cæterum Leneus Pom/peius scribit (auctor Gellio) Mithridatem regem ponti san/guine anatis ponticæ immisso quibusdam medicamentis remedium aduersus uenenum solitum sumere adeo: ut cum nonnunquam sumeret uenenum inter epulas: nulla ex par/te læderetur: immo & eius/dem generis remedio nomē dedit, ut appelletur mithri/daticū. Cornelius uero Celsus libro quinto docet Anti/dotum Mithridatis: quod quotidie sumēdo dicitur aduersus uenenorum pericula tutum corpus suum reddi/disse: multis, uariisq; uerum compositionibus constare. ⸿ Ter uictus: nam primo su/peratus est a Sylla, mox a Lu/cullo, deinde a pompeio nocturno prælio lucente Lu/na a tergo hostibus, a facie Romanis, qua extrema clade acce/pta coactus est in regnum confugere: ubi per seditionem popularium a pharnace filio in turre obsessus, uenenū sum/psit. quod cum parum proficeret ad mortem: quia (ut dixi/mus) aduersum uenena multis ante medicaminibus corpus firmauerat a milite Gallo nomine Bithocoꝛa quo, ut adiu/uaretur petierat, interfectus est.

Alcestis

Bellides

Eriphyle

Antidoti cōpositio

Mithridaticū

ASCE. ❡ Illam ego non tulerim & cætera. Ostendit poeta multū referre quo animo peccetur, deliberato, an subito furore ea pro: dicens mulierem intolerabilem esse, quæ tam immane facinus deliberato animo facit. Concludit autem multas malarum: paucas uero bonarum esse imitatrices. Ordo est: Ego non tulerim: idest nolim pati, aut tolerare illam supple mulierem malificam. quæ computaui: idest simul putat & cogitat media & opportunitates committendi flagitii & que sana: idest non capta uehementi passione amoris: aut alia rabie. facit ingens: idest ualde magnum scelus. Spectant supple. multæ mulieres in theatro, aut in picturis. Alcestim idest fabulam de Alcesti, quæ fuit filia peliæ regis Thessaliæ. subeuntem: idest aggredientem, & pati uolentem. fata: idest mortem fatis inferendam. mariti: scilicet Admeti regis, & si detur ipsis ab Appolline similis ꝑmutatio: idest ut morte sua possent differre mortem uiri. ipsæ cupiant seruare animam: idest uitam. catellæ: idest paruæ canis uel ū suam. morte: idest per mortem uiri potius, ꝙ econtrario. Et ideo multæ Belides: idest interfectrices uirorum suorum, quæ Belides imitātur idest neptes Beli. & multæ Eriphyle: idest uirorum suorum proditrices. sicut Eriphyla erat. occurrent. idest obuiam uenient tibi Rome. & nullus uicus non habebit: idest omnis uicus habebit. mane Clytemnestram: idest interfectricem mariti sui, sicut erat Clytemnestra Agamemnonis. sed enim hoc refert: idest interest inter Clytemnestram græcam, & eius imitatrices romanas. ꝙ Tyndaris: idest Tyndari filia Clytemnestra tenebat læua, & dextra: idest utraque manu: sed argute læuam præponit poeta: ut imperitam innuat eius rei mulierem. Bipennem: idest securim duas pennas habentem. insulsam: idest ipsa insulsa, uel insipida: quia non talem. quali Romanæ interficiunt: idest boleto dilicato. & fatuam ob eandem causam: quia insulsum cibum fatuum dicimus: uel fatuam si forte uir expertectus fuisset scelus fatua esset At. i. sed res. s. necato uirorum. agitur nunc tenui pulmone rubetæ. i. ranæ uenenosæ, sed tamen supple ageretur. & i. etiā ferro. si Atrides. i. maritus, sicut Atrides: idest Agammnon, qui erat maritus Clytemnestræ. cautus: idest sibi cauens. prægustaret pontica medicamina: idest Antidorū mithridaticū regis: idest Mithridatis regis Ponti ter uicti a Romanis: qui frequēti usu Antidoti præmunitus: cum uoluit intoxicari, non potuit

Satyra septima, Et spes, & ratio.



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra septima



T spes,& ratio studiorum in Cæsare tantum.
Solus enim tristes hac tempestate camœnas
Respexit,cum iam celebres, notiq; poetæ
Balneolum Gabiis,Romæ conducere furnos
Tentarent,nec fœdũ alii,nec turpe putarent
Præcones fieri,cum desertis Aganippes
Vallibus,esuriens migraret in atria Clio.
Nam si pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur,ames nomen,uictumq; Machæræ,
Et uendas potius,commissa quod auctio uendit
Stantibus œnophorum,tripodes,armaria,cistas,
Halcyonem,Bacchi Thebas,& Terea Fausti,
Hoc satius,q̃ si dicas sub iudice uidi,
Quod non uidisti.faciant equites Asiani
Quamquã, & Cappadoces faciãt, equitesq; Bithyni
Altera quos nudo traducit Gallia talo.

IOAN. BRIT.  T spes & ratio studiorum. Hac Satyra Telesinum poetam sui temporis alloquitur, conqueriturq; poetarum, cæterorumq; scriptorum labores inanes esse quãdoquidẽ pro uigiliis suis a ciuibus Romanis nihil prorsus cõsequantur. Sicq; sui tẽporis auaritiã exagitat. Solam autem spem in Traiano principe ostendit: quem hoc principio astute laudat & extollit, ut subtiliter eum incendat in omnium scriptorũ fauorem. liberalis enim (ut scribit Eutropius) in cũctos fuit publice, priuatimq; ditãs omnes, & honoribus augẽs, ob suam in omnes bonitatem p orbem terrarũ Deo pximus, nihil non uenerationis meruit, & uiuus & mortuus. De quo Plin. in Panagyrico sic ait: Quid uitam: quid mores iuuẽtutis, q̃ principaliter formas, quem honorem dicẽdi magistris? quã dignitatem sapiẽtiæ doctoribus habes? ut sub te spiritũ, & sanguinẽ & patria receperit studia, quæ priorũ tẽporũ immanitas exilius puniebat, cũ sibi uitiorũ oiũ cõscius princeps inimicas uitiis artes nõ odio magis, q̃ reuerẽtia relegaret. At tu easdẽ artes in cõplexu oculis, auribus habes. præstas enim quæcunq; præcipiũt, tantumq; eas diligis, quantum ab illis pbaris. vnde illi nullo modo sunt audiendi q de Domitiano intelligunt. Quomõ enim ulla erat, spes poetis habenda in Domitiano, cum is Iuuenale Satyras suas scribẽte extinctus esset, i principio opis docuimus? Essetq; bonorum artium (ut taxauit Pli.) inimicus: quas etiam non odio magis, q̃ reuerentia relegaret? ¶ Spes studiorum: idest quam poetæ habent consequẽdę mercedis ex studiis suis. est enim spes bonarum rerũ expectatio: ¶ Ratio. i. omnis ratio qua mouentur ad scribendum in solo Cęsare Traiano est posita. eo enĩ consilio, & animi ratione scribunt, ut a ciuibus aliquid mercedis & premii cõsequantur: sed falluntur inqt. nam solus imperator poetas respicit. Est autem ratio motus qdam celer cogitationis acumine, & solertia cõstans: qui bonum a malo discernit. Seneca uero ita diffinit: Ratio nihil aliud est q̃ in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. ¶ Respexit cũ iam: impator solus, inqt, nostris tpibus respexit poetas, & reliquos scriptores a cæteris ciuibus neglectos: cũ iã ob egestatẽ cogitarẽt: & i urbe & extra urbẽ uilissima quęq; sub re ministeria ad uitã suam sustẽdandã. ¶ Respexit. i. fauit. nam eos respicere dicimur, qbus fauemus. Teren. Respice me in secũdis rebus tuis. q. d. & mihi faue & adiuua. ¶ Idẽ: Nã Her de alius nemo respicit nos. ¶ Balneolũ: unde uictũ cõsequerẽt ur. ¶ Gabii: oppidũ est in uia prænestina cẽtum stadiis distãs ab urbe, auctor Strabo. ¶ Furnos i ut panẽ [illegible]inum coquerent eoq; modo quæstum facerent. ¶ Tentarẽt: iam consilium caperent. ¶ Præcones: pręconem appellamus non modo, qui clara uoce ad populum edicta magistratuum pnũciat: ut Tranquil. in Nerone: Peregrinatione quidẽ Græciæ Eleusinis sacris, quorum initiatione impii, ac sceleratiuoce præconis summouerentur interesse non ausus est: sed etiã qui rerum pretia in publicis uenditionibus pronunciat. Apuleius lib. viii. Ad mercatum producimur, magnaq; uoce præconis pretia singulis nunciantes, equi, atq; alii asini opulentis emptoribus præstinantur. & Martialis libro primo: Venderet exultos colles cũ præco facetus. ¶ Cum migraret, ordo est: Respexit cum Clio esuriens migraret in atria: idest cum iam poetæ ob egestatem relictis propemodum musis in ædes nobilium migrarẽt: quasi illis famulaturi. unde in sequentibus: Quem colis & musarũ & Apollinis æde relicta. Martialis iisdem pene uerbis in miseriam poetarum sui temporis sic inqt libro tertio: Atria magna colam, uix tres, aut quattuor ista Res aluit. pallet cætera turba fame. ¶ Clio esuriens: idest ipse poeta extrema fame laborans & mendicus. Clio una est ex musis. nouem fuisse ostendit Diodorus, quæ Bacchum sequebant. ¶ Desertis uallibus. s. relictis musis & carminibus suis, quæ dicuntur pangere in solitudinibus, & locis musis cõsecratis ¶ Aganippes: fons est in Bœotia. Ouidius in libro Metamorphoseon: Hiantea Aaganippe. ¶ Nam si Pieria: sensus est: Si ex studiis & carminibus tuis nullam mercedem consequeris, suadeo tibi fias præco, qualis fuit Mãchæra. ut accipias hoc loco Machæram non p gladio, sed pro proprio nomine præconis. Sequẽtia enim de pręcone dicunĩ. Estq; sua sio plena amaritudinis, & indignationis. nõ ignoro & Machæram nome esse proprium ducis militum sub Ventidio bellũ gerẽte aduersus parthos. ¶ Quadrãs: dicit q̃rta pars assis. i. unciæ tres, de quo in prima Satyra pluscula diximus illic: Sed Gillo deuncẽ. Quadrãs itẽ gen⁹ fuit nũmi modici pretii, ut hoc loco. Hora. Du; tu quadrãte lauarũ Rex ibis Mart. Inuitas centũ q̃drãtibus, & bene cœna. ¶ In arca pieria: in musis & carminibus tuis. nãpierides musæ dicũtur a pieria rupe Macedoniæ de qua sic Strabo in nono: Eos qui Helicona & pieriã & Libetrum & pimpliam eisdẽ musis cõsecrarũt Thraces extitisse. pieres aũ uocabãtur. qbus extinctis loca hęc macedones nũc possidẽt. ¶ Cõmissa qđ auctio: põt sic exponi: Vẽdas potius cõmissa. i. tradita ad uẽdendũ: & qđ auctio uendit: ut subaudias extrinsecus &c. aut sic: Et uẽdas potius, quod auctio cõmissa. s. præconi uendit stantibus. s. œnophorum &c. auctio enim rerum præconi committitur. Ille aũt dicitur auctionẽ facere, qui res aut suas, aut

præcoi

Aganippe.

Quadrans

Gabii

alienas publice uendit. plautus in Sticho. Hanc auctionem facere decretum est mihi: foras necesse est quicquid habeo vendere. aut quod. i. quam rem. i. quae commissa vendit auctio. Dicitur autem auctio ipsa venditio, quae publicitus fit ab augendo, q̃rem pretia augeantur ab emptoribus, seu uenditoribus. ¶ Oenophorũ: vas vinariũ vinum i por to. ¶ Armaria: vtrũ librorũ repositoria. i. bibliothecas. Vulpianus de legatis: Bibliotheca legata vtrum armariũ solum, vel armaria cõtinebantur, an uero libri quoq̃ contineantur quaeritur, an promptuaria armaria. ¶ Tripodes: mensas hoc loco, quae tribus pedibus sustẽtantur. alias tripodes capiuntur pro vasis aeneis ad aquas calefaciẽdas. De q̃bus Home. li. viii. Iliados sic scribit: Recẽsebo primũ septẽ tripodas nouos, nunq̃ igni admotos cũ viginti lebetibus & ipsis nouis, ac rutilo fulgore radiantibus. Tripodibus viri fortes apud Graecos donari solebãt. Vnde Hor. Donarẽ tripodas praemia fortiũ Graecorũ. Vnde & Agamẽnon Achilli dono misit: Et septẽ tripodas põdere & arte pares. Vbi expones septẽ uasa aenea aquaria ad calefaciendam aquã. ¶ Alcynoen Bacchi. i. tragoediã scriptã de Alcynoe a Baccho poeta tragico, q̃ vna ex pleiadibus ex Neptuno pepit Ireũ patrẽ Orionis, vt scri. Higious. a quo Irea oppidũ agri Thebani. Alii Halcyonem legũt. i. tragoediam de Halcyone: quę cũ Ceycis mariti sui cadauer ad littus eiectũ vidisset, in mare se deiecit: q ab Amphytrite in aues cõuersi, in mari p eos dies (vt pli. & Ouid. scribũt) placido foetificãt. faciũt autẽ septem ante Brumam diebus nidos, & totidẽ sequẽtibus pariũt, qui dies uocãtur. Halcyonides. ea auis alio noie appellatur Alcedo, de qua sic plau. in penulo: Iam hercle tu peristi, nisi illã mihi tam trãquillam facis, q̃ mare est olim, cũ ibi Alcedo pullos educit suos. ¶ Thebas & Terea Fausti. i. fabulas de Thebis & Laio, quẽ (vt scribũt Diodorus, & papinius) filius Oedipus interemit: mox ducta vxore matre Iocasta gnarus & conscius flagitii ppetrati se ipsum oculis priuauit. nati ex eo Etheocles & polynices p summã discordiã mutuis se vulneribus confoderunt. De his fabula scripta erat a poetis, pręcipue a Fausto poeta sui tpis. ¶ Terea. i. tragoedia de Tereo marito prognes, cui ipsa progne Ityn filiũ epulãdum apposuit in vindictam philomelę sororis stupratę. nota est fabula. ¶ Fausti: satyrice aũt ostendit Bacchũ & Faustum viles fuisse poetas: utpote quorũ opa publica auctione venderẽtur tanq̃ uilia. ¶ Hoc satius: melius, inq̃t, est illiberali hoc quaestu uitam sustẽtare, q̃ testimonii religionem contẽnere: qđ Asiani faciunt. Nam Cic. in oratione pro Flacco: populis Asiae fidẽ non adhibẽdam clamat. De iisdem ita etiam scribit ad Q. fratrẽ: Nullum erit genus in familiaritate cauẽdum magis, ppterea q̃ & omnes vias pecuniae norũt, & oia pecunię causa faciũt ut ostendat laudabilius esse vili ministerio vitã degere: q̃ per inhonestas & malas artes diuitias sibi comparare. Ordo est: Hoc sati⁹ est, q̃ si dicas sub iudice. i. in iudicio, & ante iudicẽ vidi: qđ non uidisti. ¶ Equites Asiani. i. Asiani q ciuitate donati ad equestrem cẽsum per malas artes puenerunt in vrbe. ¶ Traducit. praebet ridendos: cum nudo pede ambulent. Mart. Desine si pudor est miseram traducere caluam. In eadem significatione est & illud Iuuenalis: In quo se traducebat. i. praebebat se ridẽdũ. Et illud: Squallẽtes traducit auos propertius: Nec si per totam infamis traducerer urbem. papinius in Siluis: Nempe ego sum q traducor, & Mar. lib. vi. Rideris, multoq̃ magis traduceris Afer: Quin nudus medio si spaciere foro. ¶ Nudo talo: nudis pedibus, aut ob pauptatẽ, aut quia mos sit patrius nudis pedibus incedere: sed postea Romã traducti (ut dixi) fiũt malis artib⁹ locupletes. ¶ Cappadoces: Cappadocia finitima est Armeniae oriẽtem uersus, ad Austrum uero terminatur Cilicio, qui dicitur Taurus. ¶ Bithyni: Bithyniam ab oriẽte paphlagones & Mariandini & Epicteti pars terminãt. a septẽtrione mare ponticum. ab occidẽte propontis. ad Austrum Mysia & phrygia. ¶ Altera Gallia. i. Gallograecia. alteram autẽ appellat ppter Galliam, quae in occidẽte est Hispaniae & Germanię cõtermina, Gallograecia autem a Galatia dicta est paphlagonibus conterminai. eam tenuere Galatę, quorũ gẽtes tres sunt, duae Tragini, & Tolistobogi a ducibus noiatae. Tertia gente, quae in Celtica est Tectosagies. Transitus in Asiam dux fuisse uidetur Leonorius, Strabo auctor lib. xii. Hi autem sunt Galatae ad quos scribit Diuus paulus. Galatia

ASCE. ET spes & ratio studiorũ &c. In hac septima Satyra carpit auaritiã praediuitũ Romanorũ: q literarũ bonarũ studiosis nullam opem contulerunt cõmendat praeterea impatoris Domitiani ea re largitatẽ: uel q̃a id meru erat: uel q̃a in reliq̃s Satyris ipsum dãnasse criminari uereat. Cõparat praeterea poeticã artẽ ad alias: innuẽs poeticã q̃dẽ cęteris multo honestiorem: sed min⁹ lucrosam. Cõcludit autem miserrimã esse grammaticorũ, qui primas literas docẽt, puinciam: eo q̃ pauci iustam mercedẽ: & ii nõ nisi coacti psoluat: cum tñ sanctissima sit: quippe unde bonorũ morũ, sanctaeq̃ uitae salus atq̃ institutio plurima dependet. Nam si uerũ est, quod dicit in epistolia Horatius: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu: hoc est si quę prima discuntur tenacissime haerẽt: magna cura adhibenda erit parentibus: ut liberi bonis artibus, hõnestisq̃ moribus imbuãtur: cum tñ nil minus curent. quã rem hic p transitum & alibi plene notat poeta. Ordo est: Et spes & ratio. i. tam spes q̃ ratio: uel tum spes tum ratio i uel simul spes studiorũ. i. emolumenti seu lucri: qđ ex studio humanitatis q̃s consequi speret. & ratio. i. occasio recte sperandi est sup. tm. i. solũmodo in Caesare. i. imperatore Domitiano. enim p quia. quia solus. s. Caesar Domitianus. respexit. i. misericorditer. tenũ inspexit. hac tẽpestate. i. hoc nostro tpe. camoenas. s. musas carminũ innẽtrices. tristes. i. squalidas & neglectas: & ob id tristãtes Respicere passim clemẽter & misericorditer inspicere accipitur. Est enim cõpositum a re: qđ hic terationem importat: & speio in usitato verbo qđ significat video. Qui ergo semel videt miserũ: nec mouent viscera eius sup eũ: ille q̃dem aspicit: sed q motus misericordia iterũ aliq̃d collaturus inspicit: is respicit. Cum. i. q̃n poetae celebres & noti. i. nobiles & clari. tẽtarẽt. i. attentarẽt praetẽderẽt. cõducere Gabiis. i. apud Gabios. balneolũ. i. paruũ balneum: ut sint balneatores, & inde victũ aucupentur. Nec erant tunc ut nunc in pluribus locis, balnea meretricularũ domicilia. & conducere Romae furnos: e q̃bus sibi & panẽ & ligna cõparent: dum aliis praestent: aut panem ipsi coquant. magis tñ respicit ad id qđ Calderin⁹ dicit: uti frigẽtes de furno & balneo loquẽdo cogitẽt: vt sit aemulatio illius horatiani: Nec frigus collegit furnus: & balnea laudet: Vt fortunatam plene praestãtia vitã. Nec pro & non est sup. alii poetę putarent fieri praecones. i. venditores rerum cum praeconiis. i. laudatione earum, nõ esse s ppl e turpe: idest inhonestum. Cum. i. quando. Clio. i. musa historiarum inuentrix: hoc est quiuis rerum poeticarum scriptor. esuriens. i. esse, seu comedere desiderans: hoc est famens. migraret. i. habitationem transferret. in atria. i. in domos diuitum: vbi atria feruent, & aduentantes recipiant tenui mercede. Vnde & Hora. Atria seruantem postico falle clientem. & haec vallibus. Aganippes. i. illius fontis poetis apti. & musis sacri in Boeotia. i. omnibus locis amoenis & congruis ad carmina fingenda. desertis. i. derelictis. Nam si nullus quadrans. i. ne minimus quidem nummus (est autem quarta pars assis continens tres vncias) ostẽdatur tibi in area Pieria. i. musica, seu poetica. i. si nullus fructus tibi obuiat ex arte poetica ita: vt fame conficiaris: tu ames nomen: licet videatur inhonestum: & victum licet sit vilis. Machęrae. i. quem ex Machęra domini ferenda. i. ex ense eius portando post eum consequeris. vocaberis enim Machaerophoros. i. ensifer. & viues cum clientibus caeteris: vel sit proprium praeconis. vt Calderinus vult: quod mihi non placet, nec innuit poeta Machęram praeconẽ esse cũ dicit Et vendes potius &c. q̃a duo dicit: vt sis libẽtius aut Machęrophorus: aut potius praeco, q̃ poeta. Ego potius dicerem nomen. & uictũ Machęrae. i. gladiatoris. qui ex Machęra. i. gladii usu uiuit, & nomen sumit. Et vendas potius stantibus. i. circunstantibus: ut emãt illud quod auctio. i. publica rerum

priuatarum

priuataſ, uĕditio cō ̄miſſa tibi: cum ſis præco, vendit uideli cet œnophora.i.uas uinarũ. tripodes.i.menſas, quales erant ad quas Delphis reſpōſa dabantur. armaria.i.rerũ uariarũ re poſitoria, ĩ quibus mulieres mundũ ſuum recondunt. ciſtas i.ſcrinia: & capſas in quibus libri, aut alia cœlātur. Et Halcyonen.i.tragœdiã de Halcyone. Bacchi.i.illius poetę tragici. Thebis.i. fabulam ſic inſcriptam: ſed quæ nō extat: cuius amalo ſit poeta cōpoſita. & Terea.i.tragœdiam de Tereo in auem cōuerſo obeſum filii. Fauſti.i.illius poetæ. Satius.i.eligibili⁹ & melius eſt hoc ſup. facere.i.res priuatas vendere p mercede tibi cōſtituta, ꝙ ſi dicas ſub iudice.i.corã eo, ſed inferiore loco inſtãs ego vidi.i.te vidiſſe dicas illud, qđ nõ vidiſti. ꝙ vendas falſum teſtimoniũ. ꝗq.i.tametſi. eqtes Aſiani.i. ex Aſia. & Cappadoces.i.ex Cappadocia. & eqtes Bithyni.i.ex Bithynia. & ſup. equites: quos altera Gallia.i.Gallograecia, traducit.i. Romã trãsfert ſtipendia facturos. nudo talo.i.pedib⁹ nudis ob inopiam diſcalceatis, faciant hoc.i.dicãt ſe uidiſſe corã iudice: quod non viderunt.

Nemo tamen ſtudiis indignum ferre laborem
Cogetur poſt hac, nectit quicunq; canoris
Eloquium uocale modis, Laurumq; momordit.
Hoc agite o iuuenes circunſpicit, & ſtimulat uos,
Materiamq; ſibi ducis indulgentia quærit.
Si qua aliunde putas rerum ſpectanda tuarum
Præſidia, atq; ideo croceæ membrana tabellæ
Impletur, lignorum aliquid poſce ocyus, & quæ
Componis, dona Veneris Teleſine marito,
Aut claude, & poſitos tinea pertunde libellos.
Frange miſer calamos, uigilataq; prælia dele,
Qui facis in parua ſublimia carmina cœlla,
Vt dignus uenias hederis, & imagine macra.
Spes nulla ulterior. didicit nam diues auarus
Tantum admirari, tantum laudare diſertos.
Vt pueri Iunonis auem, ſed defluit ætas
Et pelagi patiens, & caſſidis, atq; ligonis.
Tædia tunc ſubeunt animos, tunc ſeq; ſuamq;
Terpſichoren odit facunda, & nuda ſenectus.

comburere ſi aliunde tibi, ꝙ ab Traiano aliqd ſperãdum putaueris. ¶ Tuaꝝ reꝝ, tuoꝝ ſtudiorum. ¶ Membrana, paginæ ipſæ. ¶ Tabellæ croceæ: hoc eſt, quæ tabellis cedrinis coarctatur. Nam tabellæ ex cedro libris adhibebantur: ꝙ cedrus (auctoribus Theophraſto, Vitruuio, & Plinio) æternũ duret. Itaq; & ſimulachra Deoꝝ ex ea factitauerũt. Hora. Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro: & leui ſeruanda cupreſſo. & Martialis libro quinto: Nunquam grandia nec moleſta poſcit: Quæ cedro decorata, purpuraq; nigris Pagina creuit umbilicis. ¶ Marito Veneris.i. Vulcano: qui pro igne accipitur. ¶ Teleſine: ad Teleſinum (ut diximus) Satyram ſcribit. ¶ Tinea: vermis eſt, q veſtes & chartas corrodit maxime. Pli.lib.xi.cap.xxxiiii. ait in lanis, & veſte puluerem creare tineas. Eaſdem etiã docet libro.xvi.cap.xvi. rodere & ligna, terreſtreſq; tãtum eſſe. Teredines uero grauiſſimo ad portionem capite rodere dentibus ſentiriq; tãtum in marinis: nec aliam putat teredinem pprie dici. ¶ Pertunde: ſermo in compendium redactus.i. ſine libros ſic reconditos tinea potius pforari. & abſumi, ꝙ ut mittas ad aliquẽ: unde nulla ſit tibi ſpes. ¶ Hederis: hedera poetæ coronabãtur. Virg. Paſtores hedera creſcẽtem ornate poetam. De hoc lege & Pliniũ. ¶ Imagine macra: nã nõ ſolum poetis, ſed & ſere oibus, qui aliqđ egregiũ facinus ediđiſſent, ſtatuæ ab antiqs erigebãtur. Hocq; ab Atheniẽſibus manauit: qui primi oium Harmodio & Ariſtogitoni tyrãnicidis publice poſuerũt ſtatuas: eo anno, quo Targnius expulſus fuit regno. Excepta deinde eſt res (auctore pli.) ab toto orbe terraꝝ humaniſſima ambitione: vñ & poetis imagines nõ ſolũ publicitus, ſed & priuati a ſtudioſis ponebãtur. Vñ Mart. ad Auitũ ſtatuam ſibi ponẽtem edit carmen ſubſcribẽdum. Hos tibi ſub noſtra breue carmen imagine viuat: Quã nõ obſcuris iungis Auite viris. Lactus poeta iſ de camœnaꝝ (vt ſcribit Pli.lib trigeſimotertio) maxima forma ſtatuam ſibi poſuit: cum is breuiſculus eſſet. Statuam item Cartaginenſes Apuleio (ut ipſe teſtatur in tertio Floridorum) poſuerunt. ¶ Macra: macilẽta & pallente. nam poetæ ex nimio & aſſiduo ſtudio pallore conficiuntur; & macie. ¶ Auem Iunonis: periphraſis eſt pauonis. Nam cum Argus Iunonis paſtor, quem cẽtum oculos habuiſſe Ouidius refert, a Mercurio interfectus fuiſſet, abſciſſo capite Argi oculos in cauda pauonis Iuno collocauit, eamq; auem in ſuam tutelam eſſe uoluit. ¶ Sed defluit ætas: ideſt iuuentus ipſa, que laboribus & bellicis & maritimis, agricolationiq; ſufficere potuit. ¶ Senectus facunda.i. ipſe ſenex facundus & pauper. ¶ Suam Terpſichoren: ideſt carmina ſua. Nam Terpſichore vna eſt muſarum dicta, quod choros oblectet, τέρψις enim chorũ, τέρψις delectationem ſignificat. ¶ Tunc ſe odit: poeta inquit eum, ad ſenectutem peruenit: omni ætate in componẽdis carminibus tam attrita ſeipſum odit, & ſtudia damnat ſua.

Tinea

Teredo

IOAN. BRIT. ¶ Laborem indignum ſtudiis: ſenſus ẽ: Et ſi poetæ, inqt, ſi deſtitueŕant ad miniſteria, obſeqaq; ſeruilia deſcendere oĩ deſtituti conſequendæ mercedis ſpe ex laboribus & ſtudiis ſuis tñ confidant & bono ſint aĩo: nã oẽs ſtudiis ſuis dignã mercedẽ cõſequẽtur. q mercedẽ ſtudiis ſuis dignã nõ cõſeqt, is laborẽ indignũ ſuſtinet. ¶ Eloquiũ vocale: carmẽ grãue & ſonoꝝ. ¶ Modis: modulatiõibus. ¶ Laurũq; momordit: Imitatio eſt Horatiana & Perſii: Sæpe caput ſcaberet, & viuos roderet vngues. perſius: Nec demorſos ſapit vngues. Sæpe enĩ poetę in faciẽdo carmine talia ſolẽt facere. laurũ aũt. ideo dicit corrodi; ꝙ & lauro coronãtur, & in cella plurimã hñt: ut dote Apollini cõſecrata: in cuius tutela ſunt ipſi poetæ. ea & triũphãtes coronabãtur. Oui.pri. Met. Arbor eris certe dixit mea, ſep hẽbũt Te comas te citharę, te noſtrę laure pharetræ: Tu ducibus lætis aderis, cũ læta triũphũ Vox canet, & lõgas uiſent Capitolia pompas &c. ¶ Hoc agite. ſ. ut aliqd ſcribatis. nam tãta principis liberalitas qd aliud ſibi quęrit, ꝙ ut materiã aliq̃ ad ſcribendum capiatis. ¶ Quærit. q.d. prouocat uos; & inuitat ut materiam ad ſcribẽdum capiatis.

ASCE. ¶ Nemo tñ &c. Oſtendit oibus bene ſcribẽtibus repoſitum eſſe apud imperatorem præmium. Ordo eſt: Tñ.i.licet pauloante hac oẽs poetæ fruſtra ſcribentes fere mendicabant: aut mechanicas artes diſcere cogitabãt: tñ nemo coget poſt hac .i. poſtq̃ Cęſar reſpexit ad camœnas: & ſuſcepit poetas ferre .i. tolerare laborem indignũ ſtudiis ſuis: ut qui nullũ attulerit ſicut prius fructũ: qa nunc nemo laborabit fruſtra. quicũq; nectit.i. condit, & cõponit. eloquiũ vocale.i. poema ſonoꝝ. canoris.i. bene reſonantibus. modis.i. verſibus numeris & menſura cõſtantibus. & quicũq; momordit lauꝝ.i. guſtauerit dulcedinem gloriæ poetę laureati.i. quicũq; conatur dign⁹ eſſe, ut laureatur, O iuuenes.i. quicũq; futuræ gloriæ & mercedis ſpem habetis. agite hoc.i. conficite carmina uocalia. & ſperate laurũ: ſ. pa clementia ducis.ſ. Domitiani: qui q̃ſi dux circunſpicit.i. ex omni parte tanquam laudem & præmia daturus aſpicit. & ſtimulat.i. inſtigat, & impellit uos, & quærit ſibi materiam: ideſt occaſione uobis benefaciendi: ſi ſcripſeritis laudes uirtutum eius.

IOAN. BRIT. ¶ Aliunde: immẽſam ſui tpis auaritiam taxat: totaq; hinc ẽ poetæ indignatio, eſt enim ſenſus: Potes ocyus tua carmina

Statuarũ igẽ daq; origo

Argus

Terpſichore

ASCE ¶ Si qua aliunde &c. Hic principalem tangit materiam huius Satyræ: oſtendens omnes nobiles Romanos tãtum auaritiæ ſtudere: ut fruſtra omnino ſcripſeris ꝙ alteri q̃ imperatori dicaueris. Ordo eſt: O Teleſine poeta bone: ſed hunc pro quouis ponit. Si putas quaſ: ideſt aliqua. præſidia i. ideſt munimenta & auxilia rerum tuaꝝ eſſe expectanda aliunde .i. ab aliquo, ꝙ ab impatore. atq; mẽbrana.i. tenuis pellicula ad ſcribendum apta tabellæ croceæ.i. crocei coloris, imple-

Accipe nunc artes,ne quid tibi conferat iste,
Quem colis,& musarum,& Appollinis æde relicta.
Ipse facit uersus,atq; uni cedit Homero
Propter mille annos. at si dulcedine famæ
Succensus recites,Maculonus commodat ædes,
Ac longe ferrata domus seruire iubetur;
In qua solicitas imitatur ianua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis,& magnas comitum disponere uoces.
Nemo dabit regum,quanti subsellia constent,
Et quæ conducto pendent Anabathra tigillo,
Quæq; reportandis posita est orchestra cathedris.
Nos tamen hoc agimus,tenuiq; in puluere sulcos
Ducimus,& littus tenui uersamus aratro.
Nam si discedas,laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali,tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes,& ægro in corde senescit,
Sed uatem egregium,cui non sit publica uena,
Qui nihil expositum soleat deducere,nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta,
Hunc,qualem nequeo monstrare,& sentio tantum
Anxietate carens,animus facit omnis,acerbi
Impatiens,cupidus siluarum,aptusq; bibendis
Fontibus Aonidum,neq; enim cantare sub antro
Pierio,thyrsum ve potest contingere sana
Paupertas,atq; æris inops,quo nocte,dieq;
Corpus eget,satur est,cum dicit Horatius ohe.

tur sup.uersibus ideoq; quia.s.speras te aliqd ab aliis consecu tur.posce.i.require a famulis.ocyus.i.celeriter aliqd ligno/ rum,ut facias ignem.& o Thelesine dona.i.cōmitte marito Veneris.i.ipsi Vulcano Deo ignis:hoc est ipsi igni.ea supple quæ tu cōposuisti:aut claude libellos tuos.& psunde.i.confu/ me & psora libellos tuos positos.i.in arca repositos.o mi/ ser.i.qui dignus miseratione es.frange calamos,qbus res gestas remunerandus a ciue scribis.& dele.i.abole,& se/ moue prælia uigilata.i.quæ uigilans cœpisti describere. Tu inq̄ quicūq; es:qui facis sublimia.i.altisona quia sunt heroica carmina:i parua cel la.occludebant enim sese ut sensus colligerēt.persi. Scri/ bimus inclusi &c. Est autem antithesis sublimia carmina & parua cella. ut uenias.i.ef ficiaris & hēaris dignus he/ deris.i.corona ex hedere:quā Bacchus coronato est.& ma gine macra posita.s.in æde Apollinis.nam in utriusq; tu tela poetæ sunt.persi: Quo/ rū imagines lambūt Hederæ sequaces.Quod autē macra dicit:aut intelligit macra;ēē mercede;,illic picturā habe re quæ inanis est:ut pers.Ae/ nei.Aiu.n pictura pascit ina ni.aut uerius macros depin gi poetas ob studium. Nulla spes lucri est ulterior.i.ultra id qd ab imperatore cōsequa ris.nam diues auarus:quales præter Domitianum omnes sunt.didicit admirari tantū.i.tātūmō.& laudare tm̄.i.tā cūmodo disertos.& sup.eis nihil dat.ut.i.queadmodū pue ri sup.laudant.& admirātur auem Iunonis.i.pauonē:cuius colorem laudāt:sed nihil ei dant:immo plumas extrahunt si possunt,sicut auari canoritatē carminum laudāt:sed nō fo/ uent canētes.Et sic est cōparatio in modo faciendi. pōt etiā esse in q̄titate sic:Nam diues auarus didicit admirari & lau/ dare tantū.i.tantū uel catenus.ut.i.inq̄tum,uel quatenus pueri auem Iunonis &c. Ideo autē dicit pauonem esse auē Iunonis:qa Iuno trāstulit in eius caudā oculos Argi:qd fin/ gitur:qa Iuno est Dea aeris.& cuius relucētia uarietas colo rū in pauone & iride cōspicitur. Sed interea dum i cōficiē dis carminibus operā pdis:ætas.s.iuuenilis patiens pelagi.i. nauigationis & cassidis.i.galeæ:hoc est militiæ.& ligonis.i. agricultoræ:hoc est in qua mercaturā,militiā,aut agricultu ram exercere cū lucro posses.defluit.i.delabitur.& senectus facūda:qa(ut dicit Mar.)Dulcia cōfecta modulat carmina lingua.& nuda.i.inops odit se & suā Terpsicoren.i.musam,& musica instrumēta:quoq; inuētrix est. unde Virg. Terpsi core affectus citharis monet,impat,auget. Nam terpsis dele ctatio est.unde interpretatur delectatio chori.Est ergo ma gna uis paupertatis quæ delectationē facit odisse.Eadē ratio ne dicit,prius migraret in atria Clio,tanq̄ ea p quā poetæ maxime diuitibus grati & iucūdi esse debebāt. Nā ea est quæ cœlo beat.i.æterna memoria mortales celebrāt,unde Hora. lib.iiii.Carminū:Neq; si chartæ Sileāt:qd bene feceris Mer cedē tuleris:qd foret ille Mauortisq; puer si taciturnitas Ob staret:meritis inuidia Romuli. Et paulopost:Dignum laude uirum Musa uetat mori,Cœlo musa beat &c.Clio enim di cta est quod gloriosum facit.Cleos enim gloria est.
IOAN. BRIT. ¶Accipe nunc artes:accipe,inqt nūc astutias diuitis Roma ni,quem ut cliens quotidie relicta æde & musarū & Apolli/ nis sequeris & colis:nō sine spe mercedis cōsequendæ ex car mine tuo.relinqs enim cōmertium musarū,& poetarū,qui in ædem musarū(auctore Porphyrione)cōueniebant:ut dispu tarēt,recitarētq; sua carmina.unī Hora.in Satyris:Hæc ego ludo,Quæ neq; in æde sonēt certātia iudice Tarpa.& huic Impro/bus soli carmine tuo studes pla/ cere.sed neqd tibi cōferat.i. neqd tibi præmii det.ipse fa cit Versus.i.se quoq; poetam esse ostēdit præstātissimum. hoc aūt astute facit:quasi nō cōueniat poetæ poetā largi ri.Nā multi carmina p carmi nibus,& libellos pro libellis mittebāt.unī papinius in hen decasyllabo ad Grippū cauil lādo ipsum sic inqt: Est sane iocus iste.qd libellum Misi sti mihi Grippe pro libello. ¶Quē colis:nā poetæ prima rios colebant:seq; eorū comi tes præbebāt. Horatius Bru tū coluit adolescens sub quo tribunus militū ciuili bello militauit.Oui.i pōto ad Ma ximū scribās ostēdit cū cultū fuisse a Celso:Nā tua nō alio Celsus coluit penetralia ritu Terra rum dnos q̄ colis ipse Deos. ¶Musarū & Appollinis æde relicta:tēplū Appollinis pala tini excitauit Augustus:i cu ius aditu porticus erat cū bi bliotheca librorū tā latinorū, q̄ grecorū.auctor Tranqllus in Augusto. ¶Musarū:tēplū Têplū musarū musarū Romæ extruxit(au ctore Tranqllo in Augusto) Martius philippus:ubi(ut diximus ex sentētia porphyrionis)poetæ opa sua recitabāt ¶Atq; uni cedit Homero:hoc dictū ex psona ipsius diuitis q Homero tm̄ se putat cedere,nec cuiusq̄ alii. ¶propter mille annos:rō q̄re cedat Homero:pp uetustate inqt. Nā multi(qd extremæ est demētiæ)i libris tm̄ uetustatē,& nō meritū cō siderare cōsueuerūt.unī ab Horatio dānant sic:Si ueteres ita mirat laudatq; poetas:Vt nihil ante ferat,nihil illis cōparet, errat. ¶Maculonus cōmodat ædes:si forte,inqt,mot dulce dine gloriæ aut famæ aliqd cupias recitare:hoc tm̄ bñficio cō sequeris:diues:ut tibi domū suā cōmodet ubi recites:aliud aūt nihil dat:nā nobiliores ædes suas poetis opa sua recitaturis cōmodabāt:ut.s.i pri.Saty.diximus illic:Frontonis platani:In ter comodatū aūt,& mutuo datū nō nihil distare docet Agre Cōmodatum cius sic,Cōmodam amico p tpe equū,seruū,uestē;hāc ipsam Mutuo datum rē,quā dedimus recepturi.Mutuo dam pecuniā,triticū,ui nū,& his silia q̄ mutuo data recipe necesse nō est. Verū hæc ab auctorib cōfundunt.nā et pecuniā cōmodari dicim.Ci ad Caniniū:Qd scribis ad me d drachmis trecētis nihil est, qd i isto genere cuiq̄ possim cōmodare. ¶Lōge ferrata.i.ual de ferrata.hinc Romanorū potētiā pariter & supbiā ostēdit poeta.q ianuas hērent ferratas instar portarū urbis:qb uenie tes nō minore cura excipiebant,q̄ solēt excipi itra portas ur bis tpe belli prisci(ut scribit pli.lib.xxxiiii.)limina & ualuas i tēplis ex ære factitauere. Vn illud est apud Vir.i pri.Aenei. Aerea cui gradib surgebāt limina:nexæq; Aere trabes forib cardo stridebat ahenis. Verū & priuata o pulētia eo mō usur pata est:Camillo eni crimini obiecit Sp.Caruili qstor:q ærā Ianua porta ta hostia hēret i domo. ¶Ianua:iter portā & ianuā hoc itere qd ianua pprie ē priuatorū.porta uero publica:ut urbis.ple rīq; tñ cōfundunt. ¶Scit dare libertos:qui recitāti applau/ danti ¶Sedentes

dint. Sedentes in extrema parte: uā ex arte in theatro col
locabant: qui applauderēt. unde Nero (auctore Trāquillo)
plures ex Alexādria euocauit, & adolescētulos equestris or/
dinis, & quinq; amplius millia e plebe robustissimae iuuētutis
undiq; legit: q diuisi plausuū genera cōdiscerēt. Ordinis:
subselliorum in auditorio. Nemo dabit regūt: ordo est & sen
sus: Nemo regum. i. diuitū dabit tibi: q̄tum cōstant subsellia:
quae cōduxisti ut sedeant in auditorio. cuius consuetudinis
meminit Corn. Tacitus in libro de claris oratoribus loquēs
de poetis sic: Nā & domum mutuat, & auditoriū extruit, &
subsellia cōducit, & libellos dispgit. Et quę cōducto: rdo
est a supiore. s. Nemo dabit q̄ti cōstent. Tigillo cōducto. i.
Anabathra — lignis cōductis a te poeta scilicet. de tigno dictū est ip tertia
Satyra. Anabathra. i. gradus uel schalae. ἀναβαίν ascēdo.
Orchestra — nā gradus struebātur ad pulpita ascendēda. Orchestra: sic
ēt subaudi nemo dabit quāti cōstet Orchestra: quae posita
est cathedris reportādis. Orchestra locus erat in ima parte
theatri ubi honoratiores sedebāt: uñ alibi ante: Similēq; qui
debis Orchestrā & populū. Tradit Vitruuius lib. v. Scęni
cos artifices p Orchestram suas peragere actiones: ὀρχέομαι
eni significat salto. unde ὀρχηστὴς saltator: ὀρχήστρια saltra
trix. & ὀρχηστρα d. Orchestra dedicabat. Tranquillus in Caesa
re: Decima Laberius eques Romanus mimū suum egit: dona
tusq; est quingentis sestertiis & annulo aureo, sessum in q̄tuor
decim e scaena p Orchestrā trāsiit. posita est: extructa est.
Cathedris reportandis: nam sedilia illic non erant ppetua
sicut in Theatro, sed temporaria quae a poeta recitatia car/
minibus soluebantur: ad domumq; reportabātur. Nos tñ
hoc agimus: et si nullum ex nostris laboribus emolumētum
consequimur: tñ hoc agimus ut carmina scribamus & reci
temus. Tenuiq; in puluere sulcos Ducimus: metaphora
sumpta ab iis, qui sterilem agrum colunt. iuxta illud Ouidii:
Quid arenae semina mandas? Non pfecturis littora bobus:
aras. Ducimus sulcos uersus componimus. In tenui pul/
uere: inter ciues auaros & steriles, q nihil dant. Versamus
littus: multum scribēdo defatigemur. Nā qui littus arat, ste
rilē sumit operā, salsugine enim littora sterilescūt unde pro/
uerbiū ortū est: littus arare illius. q inaniter laborat. Aratro
tenui. i. stilo nostro tenui & sterili. ex quo nullus est fructus
laboris nostri. Nā si discedas: si uelis discedere ne scribas
nō potes: dulcedine eni gloriae teneris, quae te ueluti pedicis
apprehēdit. Laqueo: pedica tractū a feria, quae laqueo ca/
piuntur. Cacoethes: metaphoricos inueteratā scribēdi libi
nē cacoethes quoddā appellat insanabile. Est enim uitiū cor
pori obnoxiū curatione difficile: parum ab simile carcinoma
te de quo Corn. Celsus lib. v. capitē de carcinomate sic: Nāq;
pessimū id genus est, fereq; id primū fit qd' cacoethes a grę
cis dicitur: deinde ex eo id carcinoma: qd sine ulcere est. Er/
go cacoethes insanabile scribēdi. i. inueterata illa scribēdi li
bido, quae nō minus alium scribētium obsidet, & angit, q̄ ca/
coethes corpus. Tenet: uexat, premit. Insanabile: qd ex
suo aio nequeunt auellere ulla ratione. licet poeta insanabi
le dixerit: Celsus tñ curationem his uerbis accipe docet: Di/
scedere autem cacoethes, qd curationē recipit a carcinoma/
te, qd non recipit nemo scire pōt. de cacoethe sepe Plin. me
minit lib. xxxii. generis est neutri ut Hippomanes. noia eni
graeca in es correptā desinētia generis sunt neutri. & ut uer
sus ratio stet, tetra syllabū scribēdum est, subsequēte &. Se
nescit: inueteratur. Aegro agitato cupidine gloriae. Se/
uatē egregium: sensus hic est: Multi carmina qdem cōponūt:
poetaeq; noiant: & hac scribēdi cōsuetudine tenentur: sed
excellēs & egregius poeta esse is non poterit: quem rei fami/
liaris angustia premat: cuius mēs non careat anxietate: sicq;
docet mētē poetae oibus curis uacuā esse oportere. Sappho
Prouenīunt uacuae carmina mētia opus. Ordo est: Sed uaius
carēs anxietate facit uatē egregium. Cui nō sit publica ue/
na, i. ingeniū uulgare, & rude, & cōmune cum aliis. Soleat
deducere: scribere. tractū a mulieribus nentibus: quae pensa
deducere dicuntur. Nā deducere est lanā in fila trahere. Pli
nius loquēs de Araneo: Subitq; pariter ac fila deducit, Oui,
dius & ipse sic metaphoricos: Ad mea ppetuum deducite tē
pora carmen. Nihil expositum: nihil cōmune. nam quae ex
ponuntur cōmunia sunt: sed qd sublime sit: & qd alii ob su
blimitatē attingere nō potuerunt. Feriat: faciat, metapho
ra sumpta ab his, qui monetam feriunt. Triuiale: tenue &
uulgare: quale solēt rustici in triuiis cātare. Virgi. Non tu in
triuiis indocte solebas Stridenti miserum stipula dispdere car
mē. Moneta cōmuni: cōmunia nota & stilo uulgatiore. sic
ēt locutus est Apuleius in prima Apologia: Ea tñ noia labo
re meo, & studio ita de graecis puenere: ut tñ latina moneta
pcussa sint. i. nota & latino sermone. Aius carēs anxietate:
qui paupertate nō uexetur. ut sit sensus: Aius qui oibus curis
uacuus est: talem praestat poetā, qualē nequeo mōstrare: &
sentio tantum. q. d. oibus numeris pfectum & cōsumatum.
Hunc. s. talē. Impatiens ois acerbi: qui nullā acerbitatem
patiatur. Cupidus siluarum: nā poetę solitudinē amant & se
cessus: ut ab oi strepitu & rerum actione semoti cōmodius scri
bāt. Hora. Bona pars nō ungues ponere curat, Nō barbam, — Horatius
secreta petit loca, balnea uitat. Alibi: Scriptorū chorus ois
amat nemus, & fugit urbē. Aptusq; bibēdis Fontibus. i. q
a natura ferat ad carmen. nā poetice (ut sensit Democritus)
natura magis, q̄ arte cōstat. uñ Hora. i arte poetica: Ingeniū
misera q fortunatius arte Credit. Huic opinioni astipulat
& Plato i Phedro sicq; aūt absq; furore musarum poeticas ad
fores accedit cōfidens arte quadam poetā bonū se euasurum.
inanis ipse qdem, atq; eius poesis prae illa, quae ex furore p/
cedit, q qdem haec quę ex prudētia fit, euanescit. Aonidū
musarum nā Aonia dicta est Boeotia ab Aonibus gētibus bar — Aonia
baris: quae loca illa prius inhabitauere: ubi plurima antra, lo
ca, & fontes musis sunt cōsecrati. auctor Stra. Bene autē ait
a fontibus musarum. Poetę eni (ut scribit Plato in Ione de furo
re poetico) aiūt se nobis a fontibus, q̄bus mel scaturit hau/
riētes, & a musarum uiridariis, collibusq; decerpētes, carmina
ad nos trāsferre: quēadmodū mel ex floribus apes, & instar
apū uolare se asserūt. Est. n. poeta res leuis, uolatilis, & sacra
neq; poeta prius canere pōt, q̄ Deo plenus, & extra se. posi/
tus, & a mēte alienatus sit. Neq; eni cātare sub antro: neq;
eni, inqt, poeta pōt urgēte paupertate: licet doctus sit: cātare
carmina: hocq; mō ondit oportere poetā, reliquosq; scripto
res oiū curarū esse expertes. Sub antro pierio i pieria aūt ru — pieria
pes est i Macedonia (ut diximus) musis cōsecrata. uñ ipsae mu — pierides
sę dicunt pierides. Thyrsū cōtingere: furorē bacchicū cōci — Thyrsus
pe. nā eos solos esse ueros poetas sensit idē Democritus: q i
saniūt. quā opinionē tenet & plato i dialogo Ionis & Socra
tis de furore poetico. in tutela eni Bacchi sunt poetę. Hora.
Vt male sanos Adscripsit Liber, Satyris, Faunisq; poetas. nec
sine afflatu quodā diuino cōsistere possunt. Hora. Et exclu/
dit sanos Helicone poetas Democritus. uñ & papinius i Lu
cani genethliaco: Docto pectora cōcitatus oestro. & infra: Et
docti furor arduus Lucreti. Ad qd & Virgi. allusit insanire
libet q̄m, & Thyrsus aūt hasta erat pāpinia, hederaq; inuolu
ta, quā in sacris Bacchae in sublime iactabāt, summis uocife
rationibus & capitis agitatiōe. hocq; ad imitationē Bacche
q thyrsum gestabat. uñ illud notissimū: Et tibi thyrsus erat
gēmis ornatus, & auro. Sana paupertas. i. paup poeta, q̄uis
sanę mentis sit. i. sapiens. nec contrarium est, quod ait De/
mocritus, oportere poetam esse insanum. Nam illic intelli/
git oportere agi quodam mentis calore ad carmen faciendū.
hic autem intelligit poetā pauperem esse & sapientem. Nam — Sanum consilium
sanum dicimus cōsilium: quod sapientiam prae se fert, ergo
sanus poeta, qui sapiens est, & eruditus. Talis est fere sen/
tentia apud Dionem Chrisostomum prusiensem his uerbis
de Homero scribētem: Eos autem qui nūc i paupertate posi
ti sunt, nihil sani dicere aiunt. Satur est: quasi responsio
tacitae obiectioni. Ais o Iuuenalis poetam pauperem carmi/
na non posse facere sublimia. At qui Horatius quodam bac
chico furore fertur, & carmen optimum facit. Sed satur in/
quit est, & factus diues i dulgentia Mecoenatis, a quo mul/
tis muneribus est donatus. Dicit ohe: uox est satietatem — Ohe
designantis: ut testatur Donatus, est peculiaris, Horati, ru

¶ Consedere duces: sumptū est ex libro. xiii. Meta. Ouidii: Consedere duces, & vulgi stante corona. Igitur ostēdit poeta causidicorum labores omnino graues esse, quos non sine magna anxietate exclamant in agendis causis. sed eorū praemia perexigua. ¶ Consedere duces: idest iudicibus sedentibus pro tribunali tu oras & causam alienam dicis. ¶ Aiax pallidus. i. tu causidice non minus palles, cum ad alienā causam tuendam surgis, quā palluit Aiax in causa sua agēda. vbi sedentibus Graecorū ducibus tanquam iudicibus causam suam egit petens arma patruelis Achillis aduersus Vlyssem. ¶ Dicturus pro dubia libertate: oraturus pro eo, cuius libertas in ambiguo est, cum quaeritur sit ne liber? Nam Romae in iudiciis plerunque quaesitum est: an is appellandus esset liber: qui natus esset ex matre libera: licet ancilla concepisset. Et e contrario si libera concepisset: et inde ancilla facta peperisset: placuit eum qui nascitur, liberum nasci. Et an is diceretur liber, qui non iustis nuptiis, sed vulgo conceptus esset: placuit etiam eum nasci liberum, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero est. Ex hoc quaesitum est: si ancilla praegnāa manumissa sit, deinde ancilla postea facta aut expulsa ciuitate peperit, liberum an seruum pariat: & tamen rectius probatum est liberum nasci, & sufficere ei qui in ventre est liberam matrem, vel medio tempore habuisse. Emergebant igitur saepe Romae tales causae: vbi de libertate agebatur: quas tanquam magnum aliquid causidici non sine animi, & corporis labore tuendas suscipiebant: cum multi, qui se liberos dicerent, in seruitutem vendicarentur. Talia etiam in causis fictis tractabantur. Vnde Quintili. lib. ii. vbi quaerit de statu, sic scribit: Ex tempore quaestio est: An is quem dum addicta est mater peperit, seruus sit natus. ¶ Bubulco iudice: hoc est rustico, ac per hoc legum imperito. Vt ostendat causidicum ex omni parte habere vnde laboret: & quod causa ad agendum sit difficilis, & quod ante iudicem rudem agatur: qui non sine magno causidici labore causam percipiat, sicque docet causidicum variis modis laborare, & modica laborum assequi praemia. Illud etiam poeta satyrice notat iudices saepe existere, non sine litigantiū noxa, rudes & ignaros. quod autem bubulcum iudicem dicat ex historia est. Nā iudices plerunque ex agris in decurias mittebantur. Vnde Quintilianus libro quarto sic scribit: Cum iudicem rura plerunque in decurias mittant de eo pronunciaturum quod intellexerit. Valerius libro septimo cap. de repulsis Tribuum rusticarum sic meminit: Cum Nasica aedilitatē curulem adolescens peteret manumque cuidam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset, ioci gratia interrogauit eum num manibus solitus esse ambulare. Quod dictum a circunstantibus exceptum ad populum manauit, causamque repulsae Scipioni attulit, omnes namque rusticae tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes, iram suam aduersus contumeliosam eius Vrbanitatem distinxerunt. vnde legitur Romae tribus fuisse Vrbanas & rusticas. de quibus sic Plinius libro. xviii. Rusticae tribus laudatissimae eorū, qui rura haberēt. Vrbanae vero in quas transferri ignominiae esset desidiae probro. Idem in lib. de viris illustribus sic scribit:

Consedere duces. surgis tu pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice. rumpe miser tensum iecur, ut tibi lasso
Figantur uirides scalarum gloria palmae.
Quod uocis pretium? siccus petasunculus, & uas
Pelamydum, aut ueteres Afrorum epimenia bulbi
Aut uinum Tyberi deuectum quinque lagoenae,
Si quater egisti, si contingit aureus unus,
Inde cadunt partes in foedera pragmaticorum
Aemilio dabitur, quantum petet, & melius nos
Egimus, huius enim stat currus heneos alti
Quadriiuges in uestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus, & statua meditatur praelia lusca
Sic Pedo conturbat, cum Matho deficit. exitus hic est
Tongilli magno con Rhinacerote lauari
Qui solet, & vexat lutulenta balnea turba,
Perque forum iuuenes longo premit assere Medos
Empturus pueros, argentum, murrina, villas.
Spondet enim tyrio stlataria purpura filo
Et tamen hoc ipsis est utile. purpura uendit
Causidicum, ueudunt amethisina. conuenit illis
Et strepitu, & facie maioris uiuere census.
Sed finem impensae non seruat prodiga Roma.

Gracchus censor libertinos, qui rusticas tribus occuparant, in quatuor Vrbanas diuisit. Et Asconius in. ii. verrinarū: Tribus Vrbanae, rusticaeque omnes trigintaquinque numerātur: ex quarum singulis terni eligebantur ad iudicandum: hique centumuiri dicebātur: licet centum & quinque essent. Potuit etiā poeta posuisse bubulcum pro omni ciue Romano graui & seuero: sicut etiam alibi Creticū posuit pro viro nobili: Cretice pelluces. Nam C. Attilius bubulcus consul fuit vna cum Tito Mālio Torquato: quo tempore Sardinia īsula rebellauit auctoribus Poenis: vnde mox Sardi subacti & oppressi. Fuit itē Iunius rusticus, quē Domitianus interemit, quod Paeti Thraseae & Heluidii Prisci laudes edidisset, appellaretque eos sanctissimos viros. vt sit sensus: Surgis tu pallidus Aiax dicturus pro dubia libertate bubulco iudice: hoc est graui & magno viro iudice: qualis fuit Attilius bubulcus, siue Iunius. Nam Iuniorum familiae bubulcum nominarunt, qui bobus optime vtebatur. Plini. Huic tamen opinioni non ita me addico, vt nolim etiam posse cum libeat circa reprehensionem differe: prior enim magis placet. ¶ Rumpe: insultatio poetae in vanum causidici laborem. ¶ Palmae virides figantur: vt consequaris victoriā in iudicio, & damnes reum ad scalas Gemonias. Nam scalae Gemoniae locus erat in vrbe, in quem rei vnco trahebantur. Tranquillus: Nemo punitorum non in Gemonias abiectus, vncoque tractus. Dictae autem sunt Gemoniae a gemendo: quod non sine gemitu & lachrymis in eas traherentur. Vnde Plinius libro. viii. mentionem faciens de canibus appellat gradua gemitoria his verbis: Testatum est canem nec a corpore recessisse abiecto in gradibus gemitoriis moestos edentem vlulatus. Magna ergo gloria erat causidico damnasse reum ad scalas Gemonias. Inde plurima palma fores eius ornabantur. Martialis libro septimo ad Fuscum causidicum: Sic fora mirentur, sic te palatia laudent: Excolat & geminas plurima palma fores. ¶ Petasunculus: diminutiuum a petesone. est autem perna salita, quae si vetula est, ingrati est saporis. Martialis libro decimo tertio: Musteus est propera, caros nec differ amicos: Nam mihi cum vetulo sit petesone nihil. ¶ Siccus: aut quia in fumo suspenditur, aut quia vetulus est, & succo exhaustus. ¶ Pelamydum: piscis est, qui cum minimus est, & foetas tedeuntes in mare autūno comitatur, Cordilla appellatur. Cum e mari verno tempore pontum intrat limosa ante luto pelamys icipit vocari ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. i. a luto quod eruit. Festus sic inquit: Pelamys genus piscis dictum, quod in luto moretur. quod graece πηλὸς dicitur. Cum autem tempus annuum excessit thynnus. Cybium vero concisa pelamys dicitur. De hoc pisce Plinius libro nono & trigesimo secūdo multa scribit. de quo & nos ex auctoritate eius in commentariis Persii. ¶ Veteres bulbi: idest non recentes, & proinde minus sapidi. Nam (vt scribit Plinius) vetustiores improbantur & parui & longi. est enim Bulbus genus oleris. de quo multa Plinius libro nono capite quarto & quinto. Bulbos Cato in primis serendos praecipit celebrans megaricos a Megaris ciuitate. Vnde Columella: Iam Megaris veniunt genitalia semina bulbi. Bulbos item scribit Columella libro tertio esse oculos

Cētum uiri

Pelamys

Cordilla

Cybiū

Bulbus

oculos hardidum. ¶ Epimenidæ expositio est. Nam ex genere bulborum funt scilla, & duo genera medicæ, masculus albis foliis, femina nigris, & tertium genus est cibis gratum, Epimenidum vocatur. Afrorum autem dicit bulbos, quia qui in Africa nascuntur, maxime (vt scribit Plinius) laudantur. ¶ Vinum Tyberi deuectum: quasi dicat transmarinum: non romanum: aut campanum: quod optimũ erat. ¶ Quinque lagoenę: cum distinctione legendum, quasi dicat nõ tam multum vinum dabitur: sed quinque duntaxat lagoenæ. Est autem lagoena tam aquarium, q̃ vinarium vas. Martialis: Et nigra syra defruti Lagoena. Talis est etiam locutio apud Plautum in Pseudulo: Nisi argentum mihi redditur viginti minæ. Sic etiam locutus est Plinius lib. decimoquarto capite decimoquarto: Censores edixerunt ne quis vinum græcum, amineumque Octonis æris singula quadrantalia, venderet. ¶ Si quater egisti, si contigit aureus vnus: laborem causidici magnum esse ostendit cum modico emolumento. Sensus enim est: Si forte causam quater egisti: & si ex ea re aureum vnũ accepisti, eius mercedis pars tibi danda est pragmaticis, a quibus adiutus fuisti. Nam pragmatici dicuntur, qui causidicis & oratoribus verba iuris subministrant, de quibus sic Cicero libro primo de Oratore: Itaque non vt apud græcos infimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudiciis oratoribus ii qui apud illos pragmatici vocantur. πρᾶγμα enim negocium, causamque significat. Plautus in Casina: Enimuero pragmata mox parechis: hoc est negocium mihi exhibes. nam παρέχειν est exhibere: πραγματευτὴς negociator. Quintilianus lib. tertio: vbi de statibus differit, docet pragmaticos a græcis iuris interpretes apellari. ¶ Index: ex eo auro. ¶ In foedera: quia ita pacti sunt. ¶ Aemilio dabitur: illud etiam incommodum est causidicis: vt inter illos præmia ii tantum capiant, qui diuites habentur & nobiles. per Aemilium autem intelligimus diuitem, & nobilem. ¶ Huius enim: hæc particula semper rei præcedentis signat causam. ¶ Stat currus aheneus: statuas habet in quadrigis, & nobilis habetur. Nam apud Romanos cum antiquitus statuæ maiorum togata effigie ponerentur: deinde etiam hastas tenentes, equestres quoque statuæ celebratæ sunt. postea vero in bigis & quadrigis vnde & triumphales natæ. Plinius hæc libro trigesimoquarto: Ponebantur etiam & causidicis equestres statuæ. Martialis libro nono: Tam graue percussis incudibus æra resultant Causidicum medio cum faber aptat equo. ¶ Alti quadriiuges: quaterni equi iuncti currui quadriiuges dicuntur & quadriiugi. & biiuges & biiugi si bini tantum. ¶ In vestibulis: in prima ædium parte. de quo plura illic Vestibulis abeunt veteres, lassique clientes. ¶ Ipse: Aemilius. Bellatore equo ahe neo qui videtur pugnas minari. ¶ Minatur: intentat quasi in hostem. sic Papinius de equo Domitiani: Cursumque minatur. ¶ Meditatur prælia: præparare & exercere videtur. ¶ Luscus: quia ita se habebat statua: vt vnus tantum oculus videretur in alteram partẽ obliquato capite: aut (quod magis placet) quia vnum claudebat oculum, quo certiorem inferret ictum. Nam naturale est vt vno tantum oculo clauso aliquid rectius longe mittatur: quia plures motus (vt scribit Aristoteles) duobus q̃ vno excitantur oculo. Et quia radii vtriusque oculi non sine perturbatione in idem concidunt. ¶ Sic Pedo conturbat: sensus est: Pedo causas agit, tractat, miscet. talis est locutio apud Ciceronẽ libro primo de natura Deorũ. Aristote. in tertio de philosophia libro multa turbat a magistro platone dissentiens sic: idest per exiguã mercedem & modica munera vt reliqui, de quibus supra. Sed Matho etiam infelicius qui deficit, & propemodum omni ope destituitur. quem exitum sentit & Tongillus: idest Tõgillus eundem exitum & finem experitur: quia nihil lucratur. licet variis modis diuitem se ostentet: vt conducatur: quasi innuat hoc accidere iniuria temporum: quibus auaritia bonos mores oppressit. Et tamen, inquit, hęc falsa opum ostentatio fuit vtilis multis. hominum enim ingenia ex cultu maxime censentur. Sic que poeta per hos tres causidicos ostendit, aut nullum, aut sane modicum esse in actionibus causarum emolumentum. De Mathone causidicó diximus in prima Satyra. De quo & Martialis: parua rogas magnos sed non dant hæc quoque magni. Vt leuius pudeat iam Matho magna roga. eum oratorem fuisse vilem ostendit in Satyra vndecima: Dic tibi qui sis, Orator vehemens, an Curtius, an Matho. ¶ Exitus hic est Tõgilli: idest talis est & finis Tongilli: vt deficiat, modicamque capiat mercedem: qui vt se per opes commendet, in balneis lauatur rhinocerote comitatus magna hominum multitudine: & per forum gestatur lectica purpura amictus: tanquam qui empturus sit seruos, aliaque multa pretiosa. ¶ Exitus: finis. alibi: Quis enim te deficiente crumena: Et crescente gula manet exitus? Alibi: Sæuus in illum Exitus eripuit. De Tongillo meminit Martialis: Vri Tongillus male dicitur hemyriteo: Noui hominis mores, esurit atque sitit. ¶ Rhinocerote: hoc est vase ex cornu Rhinocerotis, quo potentiores in balneis vtebantur cum oleo. pauperioribus autem in vsu erat Guttus ex cornu tauri. vnde supra: Pleno componit lintea Gutto. Rhinoceros est animal, de quo meminerunt Plinius libro octauo Diodorus & Solinus. vnum in fronte cornu habet. ῥὶν enim nasus dicitur. κέρας cornu: hostis est Elephanto: cornuque ad saxa elimato, se pugnæ præparat. in dimicatione aluum maxime petens, quam scit esse molliorem. Vulgo nunc appellamus alicornum. ¶ Turba lutulenta: idest multitudine comitum: qui eum per lutum sunt comitati. ¶ Premit iuuenes: idest oneri est iuuenibus Medis. hoc est seruis Medis dum lectica per forum gestatur. ¶ Medos: populi sunt contermini Persis. illinc mittebantur serui robusti, & valido corpore. ¶ Assere: idest ligno, quo lecticarii serui vtebantur ad sustinendam lecticam. Vnde Tranquillus in Caligula: Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accurrerunt. Martialis: Vt canusinatus nostro Syrus assere sudet. Iuuenalis alibi. Ferit hic cubito, ferit assere duro Alter. De hoc autem plura diximus in tertia Satyra. ¶ Empturus pueros: vt diues videatur. ostentat se velle emere multa pretiosa. ¶ Argentum: vasa argentea. Murrina: Oriens (auctore Plinio libro trigesimoseptimo) Murrina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus Parthici regni. Vocabulum autem deductum est a murra, quem humorem putant sub terra calore densari. de qua Lucanus: Non auro, murraque bibunt. Martialis: Si calidum petas ardenti murra falernum: Conuenit, & melior fit sapor inde mero. Multi codices quos vidi legunt Myrrhina: sed credo que sit idẽ. ¶ Spondet: idest promittit, ostendit que hominem esse diuitem qui possit talia emere. ¶ Stlataria: idest ampla & lata. nam (auctoribus Festo, & Quintiliano in primo) antiqui Stlatum pro latum dixerunt. Stlitem pro litem. vnde & illa tam genus nauigii appellarunt latum magis, q̃ altum. Latum clauum videtur designare. ¶ Filo tyrio: idest purpureo. Nam (vt scribit Plinius libro nono) purpurę vsum Romę semper fuisse constat: sed Romulo in trabea. Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium e regibus primum vsum manifestum est. vt liquido appareat de lato clauo hoc loco intelligere. ¶ Et tamen hoc ipsis est vtile: sensus est: Licet hoc sit ambitiosum hæc ostentare: tamen ipsis aliquam affert vtilitatem: quod a clientibus facilius conducuntur. ¶ Purpura, idest vestis ipsa purpurea in causa est: vt causidicus conducat. ita dictum sicut illud: Et lenã pignerat Atreus. i. Atreus fabula in causa est vt poeta pigneret vestimenta, ita premitur paupertate dum scribit. ¶ Amethistina, vestimenta coloris violacei. nam amethistus lapis est pretiosus. de quo Plinius lib. trigesimoseptimo capite nono: Cuius fulgor ille emicans violaceus est. a cuius similitudine dicuntur vestes amethistinæ. Amethisti Indicæ principatum tenẽt. Illud obseruãdum apud auctores græcos non tam amethistum, q̃ amethisum legi. quod vocabuli origo maxime docet. est enim facta compositio nominis ab a: quæ particula est priuatiua: & μέθυσος ebrius. Vnde sic scribit plinius eodẽ libro: Causam nominis afferunt: quod vsque ad vini colorem accedens, prius

Rhinoceros

Murrina

Amethistina

quam eum deguſtet, in violam deſinit: fulgorque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens, quibus verbis oſtendit dici amethiſum, q͞d non penitus colore vini inebrietur. Et paulo infra hęc ſubdit: Magorum vanitas reſiſtere ebrietati amethiſos ꝓmittit: & inde appellatas ita vt manifeſto conſtet & amethiſum & amethiſtũ dici. Et ſic amethiſtina ſicut dicim⁹ byſſina a byſſo. Vnde apud Theophraſtum de lapidibus ſic legitur: το δὲ ἀμέθυσον οἰνωπὸν τῇ χρόᾳ: hoc eſt Amethiſum autem colore vini aſpectuꝫ repreſentat, vbi obſeruãdum eſt amethiſum ſimplicis. & ſi net ſcribi & genere neutro. Alibi etiã idẽ i eodem libello ſic: ἔτι δὲ καὶ ἡ κρύσταλλος καὶ τὸ ἀμέθυσον ἀμφω δὲ διαφανῆ: hoc eſt: ad hæc etiam & cryſtallus & amethiſum, ambo autem tranſparentia. Amethiſtan etiam dici docet epigramma illud in quarto epigrammmatum: ἁ λίθος ἐστ᾽ ἀμέθυστος ἐγὼ δ᾽ ὁ ποτας Διόνυσος ἢ νηφειν πεισάτω μ᾽ ἢ μαθέτω μεθύειν. Hic lapis eſt amethiſtus: ego autem bibulus ſum Dionyſius: vel ergo lapis hic perſuadet mihi ſobriũ eſſe: vel ipſe diſcat inebriari. In amethiſto inſculptus erat Bacchus, qui loquitur ſic. ¶ Conuenit illis: non eſt, inquit, mirum ſi talia per oſtentationem faciunt. nam conuenit illis viuere (ſi conduci volunt) facie maioris cenſus. ¶ Strepitu: referri poteſt ad ſeruorum multitudinem. ¶ Facie: oſtentatione. licet facies proprie ſit ipſa oris ſpecies. qua nobis hominis qualitas oſtenditur, ad alia tamen methaphoricos refertur: vt dicamus faciem huius rei: ideſt ſpeciem huius rei. Salluſtius in Iugurtha: Cęterum facies totius negocii varia erat: ideſt ſpecies. ¶ Maioris cenſus: maiorum opum. ¶ Sed finem impenſæ: vt igitur diuites viderentur, & ſic conducerentur: vltra ꝓmodum circa corporis ornatum impendebant: ita moribus vrbis exigentibus. Vnde Seneca ad Lucilium: Nam ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter poteſt viuere: non ego ſumptuoſus ſum, ſed vrbs ipſa magnas impenſas exigit. ¶ Prodiga: profuſa ad ſumptũ. prodigere enim apud Feſtũ eſt ꝓ conſumere.

ASCE. ¶ Conſedere duces. Oſtendit q̃ laborioſum, & q̃ parum lucroſum ſit cauſidicorum munus. Ordo eſt: ac ſi dicat poeta: Ponamus ꝙ ſicut principes viri ac cæterorum duces conſederunt tempore belli Troiani ad audiendam controuerſiaꝫ, & litem inter Aiacem & Vlyſſem de armis Achillis: quæ Vulcanus fabricauerat: vt recitat Ouidius decimotertio Metamorpho. vtens iiſdem verbis. ita nunc duces: ideſt principes Romani: quod per ironiam dicit, conſederent: ideſt ſimul ſederunt: ideſt ſedes c perunt audituri cauſas. tu Aiax: ideſt cauſidicus tanquam Aiax ſurgis: quia ad iudicium ſtandum eſt. pallidus: ideſt timore pallens. dicturus: ideſt ac ſi eſſes dicturus. iudice bubulco: ideſt coram ignobili & illiterato: & proinde facile corruptibili: aut ſeducibili. pro libertate dubia: ideſt pro oſtendenda alicuius libertate non facile probabili contra eum, qui eum in ſeruitutem vendicare vult: pro qua re maxime pallendum: ideſt timendum eſſet: quia libertas præualet auro. aut pro libertate dubia: ideſt pro aliquo liberando, & ſoluendo. cuius libertas: ideſt liberatio dubia eſt. Ego potius intelligo de libertate alicuius clientis, q̃ aut ipſius cauſidici, aut patriæ: propter mercedem hic conſtitutam: quaſi nec patria, nec ipſe ſibi conſtituerent: ſed potiſſimum clientes. Nec veriſimile eſt ꝙ loquatur de ſcalis Gemoniis: in quas obtinuerit reum obiiciendum tunc enim non pro libertate: ſed potius contra libertatem loqueretur: potius dicerem victori cauſidico ſin cauſa de libertate alicuius in ſignum victoriæ palmam cõſtitui: cuius natura eſt: vt contra pondus renitatur & incuruetur: aut in loco publico: aut in domo eius: & ad refrigerium laſſi animi eam viridem non ſolum in calore: ſed iam recentem poni: & hoc ad gloriaꝫ, & (vt dixi) refrigerium eius. In præmium autem aut pretium laboris a defenſo dari quæ ſequuntur: ſiccum petaſunculum & cætera. quæ (vt Perſius dicit) ſunt Marſi monimenta clientis. Hæc mihi ſententia cõtextui nunc quadrare videtur: ſi quis meliorem comminiſci poteſt (licet enim nam commentarii nihil firmę ſententię iſtic habent) in medium ferat. quot capita: tot ſenſus. Ordo igitur eſt: O miſer: ideſt dignus miſeratione, vel miſeræ conditionis: vt qui pro mercede tam vili tantopere ſudas. rumpe iecur tuum tenſum: ideſt inteſum, & inflatum ira: ideſt clama & concita te furore & ira vehementi. vt palmæ: ideſt rami palmarum. virides: ideſt adhuc virentes & exiſtentes gloria ſcalarum: ideſt quam obtinent victores: qui, vt altius videantur, ſcalis conſcẽdunt ad altiora. figuntur tibi laſſo: ideſt iam defatigato ad gloriam: vt dixi & refrigerium. Sed audi quod pretium vocis: ideſt tanti clamoris ſit. petaſunculus: ideſt puus petaſo: ideſt coxa porci ſalita gallice vngiambon de porceau ſale. ſiccus. ideſt fumo & vetuſtate areſactus. aut vas: ideſt fidelia: vt dicit Perſius: hoc eſt vas fictile: aut etiam ligneum, quo nunc vtuntur. pelamydum. i. thynnorum, ſeu tunnorum linoſorum. gallice hune caque de tõnine qui ſente la bone. aut epimenida quæ ſunt veteres bulbi: ideſt tales cæpæ. Afrorum: ideſt quæ in Africa plurimæ naſcuntur. Aut vinum deuectum: ideſt deorſum: hoc eſt Romam aduectum. Tyberi: ideſt per Tyberiꝫ per quod vile quoduis ſignificat. nam precioſa vina Campaniæ: vt cecuba, ſetina, & falerna non deuehuntur, dum Romam aduehuntur. eius autem vini erunt ſupple quinque lagœnæ: ideſt parua vaſcula, qualia ruſtici & leproſi ſecum ſerunt: ſi egiſti quater. In ſignum ergo ſummæ liberalitatis dabitur vna lagœna vltra numerum actionum tuarum. Et ſi forte ex illis lagœnis: aut loco illarum lagœnarum contigit i eſt cum ſumma difficultate aduenit tibi vnus aureus. inde cadunt partes: ideſt certæ promiſſiones promiſſæ in fœdere: ideſt confœderatione & pactione, pragmaticorum: ideſt quam cotraxiſti cum pragmaticis: ideſt aduocatis & iuriſperitis, qui cauſidicis iura ſuggerunt. & ita haud facile emergunt: quorum virtutibus obſtat res anguſta diuitibus autem melior eſt conditio. Nam tantum ſupple dabitur Aemilio: ideſt illi diuiti, & bene veſtito cauſidico, quantum petet: quaſi dicat a nobis, ꝙ pauperes ſumus, dabitur quod defenſi a nobis volũt: & tamen nos melius egimus ſupple cauſas, q̃ Aemilius: ſed pręfertur Aemilius nobis. enim pro quia: quia currus aheneus: ideſt ex ære factus huius: ſcilicet Aemilii cauſidici. ſtat in veſtibus: ideſt introitibus templorum. & alti quadriiuges: ideſt equi quaterni ad iugum trahentes. ſtant ſupple in veſtibulis aut ipſius Aemilii cauſidici: aut Pauli Aemilii: aut alterius triumphatoris: vnde is nomen ducit: quod veriſimilius eſt, quam vt cauſidico currum triumphalẽ ſitum credamus. atque ipſe: ideſt ſtatua ipſius Aemilii cauſidici: de quo loquitur nunc: quaſi cætera de prædeceſſoribus eius dixerit. ſedens in feroci bellatore: ſcilicet equo belligero: ideſt donatus ſtatua equeſtri. minatur eminus: ideſt eminenter & a longe. haſtile curuatum ex vibratione, quam ſculptor ſimulauit. & meditatur: ideſt exercet prælia. ſtatua luſca: ideſt altero oculo capta, aut alterum oculum clauſum habente: non quidem ex vetuſtate ſtatuæ: ſed ex arte inſidentis. volentes enim aut haſta, aut ſagitta quid contingere, alterum oculum claudunt. Et ſic: ideſt conſimili modo. per diuitias: ſcilicet & gloriam ſtatuæ equeſtres in foro poſitæ. Pedo: ideſt cauſidicus ille conturbat cęteros: ſcilicet cauſidicos: quibus animoſior eſt. & altius clamat eo quod ditior. & Matho deficit: ideſt ſuccumbit. ſic: ideſt quia pauperes vilipenduntur. Et hic: ideſt conſimilis exitus eſt Tongilli, atque Mathonis. Nam ſicut Matho deficit ꝓpterea ꝙ in pompis oſtendẽdis pauper effectus eſt. Vnde dicitur in prima Satyra: Cũ noua cauſidici ueniat lectica Mathonis. Plena ipſo & cæterarum & Tongillus (de quo hic dicit) qui ſolet cum diues eſſet. lauari: ideſt lauandus balnea ingredi. cum magno rhinocerote: ideſt cornu rhinocerotis. non contentus gutto vulgari. & qui vexat: ideſt perturbat. balnea: ideſt cæteros: ſcilicet exiſtentes in balneis. turba comitantium luteulenta: ideſt per lutum poſt eum currentium: & qui premit iuuenes Medos: ideſt ſeruos ex Medis adhuc fortes. longo aſſere lecticæ ſcilicet: dum portatur ſupple per forum. empturus: ideſt tanquam is qui emere poſſit, pueros: ideſt ſeruos. argentum. i. vaſa argentea. & murrina ſupple vaſa. villas: ideſt domos in agro. Enim pro quia. ſtlataria: ideſt lata veſtis: quam habet

ad modum

Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
Respicit hoc primum, qui litigat an tibi serui
Octo, decem comites, post te an sit sella, togati
Ante pedes, ideo conducta Paulus agebat
Sardonyce, atq; ideo pluris, q̃ Cossus agebat,
Quam Basilus. rara in tenui facundia panno.
Quando licet flentem Basilo deducere matrem?
Quis bene dicentem Basilum ferat? accipiat te
Gallia, vel potius nutricula causidicorum
Africa, si placuit mercedem imponere linguæ.

ad modũ lati claui: idest vestis senatoriæ. filo tyrio. i. ex purpura confecta. spondet. i. fidem facit vt talia possit. & tamen quamuis illi dum per pompas pauperes effecti sunt. hoc idest superbe vestiri, & magnificus videri. est vtile ipsis supple causidicis cæteris. Nam purpura: idest vestis purpurea. vendit causidicum: idest facit ipsum placidum, & a multis appetibilem. qualem rẽ omnes emunt pluris q̃ altas. & amethistina: idest vestimẽta violacea etiã vendunt causidicum. conuenit: idest conueniens & vtile est illis. viuere & strepitu: scilicet comitum. & facies scilicet vestimentorum maioris census: idest habentium maiorem censum. sed Roma prodiga non seruat finem: idest modum & rationem impensæ faciendæ: idest non est contenta tanto plus expendere in pompis, quanto lucro esse possunt: quia Matho & Tongillus, eorumq; similes: dum vt plura lucrentur sese ostentant, pauperes efficiuntur: & ob id vilipenduntur.

IOAN. BRIT. ¶ Fidimus eloquio: omnes, quos hactenus vidimus, codices Iuuenalis scriptum manifestissimo habet errore: Vt redeant veteres. Verum Priscianus in libro de diuersis vsibus omnium rationis partium disputans de verbo fido: docet legendum esse Fidimus eloquio. hunc enim versum allegat. Sęculi autem sui stultitiam notat: cum in causidicis diuitiæ tantum, & non virtutes considerentur. Est enim sensus: Cõfidimus nos nostra eloquentia fore gratos: ac per hoc conductum iri: sed fallemur. nam si Cicero nũc adsit: a nemine ducentis nummis conducatur, nisi annullos habeat aureos: nisi in illius manibus inspecti fuerint annuli pretiosi: quasi soli diuites sint sapientes & diserti. vt ostendat homines non de vestibus: sed de virtutibus esse censendos. ¶ Octo serui: qui

Octophorum Exaphorum lecticam ferant. Vnde octophorum & exaphorum: quæ ab octo, & sex seruis fertur, appellatur. Martialis libro sexto: Laxior exaphoris tua sit lectica licebit. Idem libro quarto: Cum tibi non essent sex millia Ceciliane: Ingenti late vectus es Exaphoro. de Octophoro Tranquillus in Caligula: eum enim adeo delicate incessisse scribit: vt octophoro veheretur. ¶ Decẽ comites, post te: idest clientes: qui te sequantur. ¶ An sit sella: verũ vbi sedeat, an lectica, qua gestetur. Nam sella ac-

Sella cipi pro lectica manifestum est. Iuuenalis in prima Satyra ostendens: Vacuam & clausam pro coniuge sellam. ¶ Togati ante pedes: idest antambulones togati, qui per ambitionem diuitem præcedebant. Martialis libro tertio: Centum miselli iam valete quadrantes Anteambulonis congiarium lassi. Idem: Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis. ¶ Ideo quia animaduerteret istas ostentationes opum

Onyx esse vtiles. ¶ Agebat: causam dicebat. ¶ Sardonyce: onycem scribit Plinius gemmam esse, cui cum sarda nomẽ sit communicatũ. est enim alius lapis. scribit etiã Porphyrio onycem, marmoream ampullam significare. Onyci enim candor est vnguis humani similitudine. Itẽ Chrysoliti & Iaspidis & Sardæ. vnde nominis societas oritur. Sardonycem Ptolemæus a Sardonyce monte Indiæ deriuari tradit. ergo sardonyce. i. annulo sardonyce ornato. ¶ Conducta: nam vestes & comites conducebantur. ¶ Pluris: maiore emolumento conducitur. ¶ Basilus, & Cossus: nomina pauperum causidicorum. ¶ Rara in tenui facundia panno: non mirum est, inquit, si Cossus & Basilus raro conducuntur ad agendas causas, putat enim vulgus sub sordido amictu facundiam non habitare: hoc igitur modo poeta hominum stultitiam taxat: cum homines de vestibus (vt diximus) non sint censendi. ¶ Quando licet Basilo: vult ostẽdere grauiores causas non committi causidicis pauperibus: licet sint diserti. Est enim sensus: Quando licet Basilo deducere matrem: idest agere causam

difficilem: vbi maxime sit iudicum miseratio captanda per multas matris lachrymas: idest mulieris viduę, cuius filii circumueniantur. ¶ Quis ferat: licet, inquit, sit causidicus disertissimus, tamen quia pauper est, non auditur a iudicibus, nõ conducitur a litigantibus. ¶ Bene dicentem: diserte dicentem. vnde Rhetoricen dicimus esse bene dicendi sciẽtiam: idest bene loquendi. Nam cũ orator sit vir bonus: necesse est semper bene: hoc est recte dicat: & si bene dicere non possit (auctore Quintiliano in secundo) nisi bonus, vt bene dicere ad mores referat. alii vero ad præcepta artis: hoc est loqui secundum artis præcepta. Est enim bene dicere secundum Ciceronem in oratore, scienter, & perite, & ornate dicere. ¶ Accipiat te: sensus est: Si vis, inquit, agendo causas lucrari facultates, petas Galliã, aut Africã vbi magnis patroni pmiis afficiuntur.

ASCE. ¶ Vt redeant veteres & cætera. Probat magnis sumptibus Romæ lucrari oportere: immo sæpe lucrum excedentibus. Cum ne optimo quidẽ oratori, qualis erat Marcus Cicero quisquam ducentos nummos dederit: nisi plus in annulis & seruis expenderit. Ordo est: Demus vt veteres oratores redeant, qui longe peritiores erant, q̃ nunc sint, nemo dederit Ciceroni ducentos nummos. Sunt qui velint ordinem esse: Nemo dederit Ciceroni ducentos nummos ad hoc: vt veteres redeant: sed non quadrat constructio argumento quia iam ponunt Ciceronem esse. dic ergo vt prius: Nemo dederit Ciceroni ducẽtos nummos: nisi annulus ingens: idest valde magnus, refulserit: id est resplẽduerit in digitis eius is qui litigat: idest cõtendit & litem habet in iudicio, respicit: idest attendit primum hoc q̃ sequitur. an octo serui: scilicet qui ferant lecticam tuam sunt supple tibi: idest an habeas lecticam ab octo seruis ferendam: cum mediocrium a sex pauperiorum a quatuor ferantur. & an sint decem comites: idest tecum ad seruitium tuum euntes post te. an sella sit tibi in qua pompose sedeas. potest intelligi de sella in foro posita: ad quam scalis ascendebãt. vnde prius: Virides scalarum gloria palmæ. an togati: idest clientes & salutatores sint tibi ante pedes: idest a parte anteriore euntes. qua propter anteambulones dicuntur. Solent enim domini in medio anteambulonum: idest præcedentium. & comitum: idest insequentium vehi in lecticis. Et quia ad põpam litigaturi aspectant. ideo Paulus causidicus ille agebat: idest dicebat causas. sardonyce: idest tali gẽma cõducta. atq; pro &. & agebat ideo: idest propter sardonycem. pluris: idest carius. pro maiori pretio q̃ Cossus: idest alius causidicus: qui gemmam non habebat in annulo. & supple q̃ Basilus. facundia: idest promptitudo bene loquendi. est supple: idest reputatur esse rara. in panno: idest veste tenui: idest paupere & vili. Quando licet: idest permissũ est. Basilo deducere: idest senatum coram iudicibus & patribus cõscriptis ducere matrem supple rei potius, q̃ suam flentem vt lachrymis suis miserationem mereatur. quod non fit nisi in arduis admodum causis: vbi periculum vitæ agitur: hoc est igitur quando committitur Basilo quantumuis facundo: sed pauperi causidico: causa ardua in qua cum de vita agatur: prosit matrem flentem deducere: quasi dicat rarissime, aut nunquam. Quis ferat: idest patiatur. Basilum pauperem illum causidicum dicentem. i. orantem bene: quasi dicat nemo. Gallia & Africa quæ tunc erant prouinciæ Romanorũ: & vtraq; nutricula causidicorum quæ nutriuerit. s. nõ genuerit: sed Romanos illuc missos vt coram prouincialibus causas dicant: frequenti exercitatione erudierit. accipiat te si placuit mercedem imponere linguæ. i. si vis lucrari dicẽdo causas proficiscere ad Galliam, & Africam. vtraq; enim litigiosa est etiam hodie.

Declamare doces,o ferrea pectora Vecti,
Cum perimit sæuos classis numerosa tyrannos
Nam quæcunq; sedens modo legerat,hæc eadẽ stans
Proferret,atq; eadem cantabit versibus iisdem,
Occidit miseros Crambe repetita magistros.
Quis color,& quod sit causæ genus,atq; vbi summa
Quæstio,quæ veniant diuersa parte sagittæ.
Nosse volunt omnes.mercedem soluere nemo,
Mercedem appellas,quid enim scio?culpa docentis.
Scilicet arguitur,quod læua in parte mamillæ
Nil salit arcadico iuueni,cuius mihi sexta
Quaq; die miserum dirus caput Hannibal implet.
Quicquid id est,de quo deliberat,an petat vrbem
A Cannis,an post nimbos,& fulmina cautus
Circumagat madidas a tempestate cohortes.
Quantum uis stipulare,& protinus accipe,quod do
Vt toties illum pater audiat,at alii sex.
Et plures vno conclamant ore sophistæ,
Et veras agitant lites raptore relicto,
Fusa venena silent,malus,ingratusq; maritus,
Et quæ iam veteres sonant mortaria cæcos.
Ergo sibi dabit ipse rudem,si nostra mouebunt
Consilia,& vitæ diuersum iter ingredietur
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra
Summula ne pereat,qua vilis tessera venit
Frumenti.quippe hæc meters lautissima,trma
Chrysogonus quanti doceat,vel Pollio quanti
Lautorum pueros artem scindẽs Theodori.

DAN. RIT.

Declamatio ⁋ Declamare doces:miseretur rhetorum,qui adolescentu los per declamationes exerceant summo cũ labore, & modi co emolumento. Est enim declamatio (vt inquit Quintilia/ nus lib.x.)forensium actionum meditatio. Nã in scholis po nebantur certa quædã discipulis,quæ themata dicimus:qui bus sic exercebantur:vt domestica illa exercitatiõe ad veras li tium causas instructiores descenderent. Declamationes ante Ciceronẽ (vt scribit Se/ neca)vocabant thesis. dein/ de controuersias & nomina runt,& declamatiões. Est.n. ordo:Tu doces Vecti expo sitiue pectora ferrea.i.patiẽ tissima declamare. est autem interposita declamatio in ni miam patiẽtiam rhetoris:qui quotidie tot adolescentes & doceat.& audiat. ⁋ Nam que cunq; sedens:ratio quare sit patiẽtissimus. ⁋ Sedens lege rat.s.classis puerorũ. ⁋ Classis numerosa.s.puerorum decla

Classis mantium ordo.Classis autẽ dicebat (vt ostendit Quinti lia.lib.pri.)discipulorũ mul titudo:quibus in ordinem di stributis pceptores secundũ ingenii vires ordinẽ dicendi dabant. & ita superiore loco quisq; declamabat: vt pcede re pfectu videbatur illic in/ gens palmæ contentio:duce re vero classem multo pul/ cherrimum.Nec de hoc semel decretum erat, tricesimus di es reddebat victo certaminis potestatem. ⁋ Cum perimit: tũc,inquit,sunt ferrea & pa tientissima pectora:cũ classis nũerosa perimit sæuos tyrã nos.i.cum audis discipulos se declamationibus exercentes: quibus tyrannorũ cædes cõtinentur. ⁋ Crambe repetita:An gelus Politianus vir ætate nostra sine cõtrouersia graphice eruditus cõtendit Crambe legẽdũ esse:expressumq; esse a Iu uenale adagiũ illud græcũ δὶς κράμβη θάνατος:quo signifi cat bis positã Crambem mortẽ esse:est enim Crambe (vt ostẽ dit Pli.)genus brassicæ,vt fastidiũ:videlicet sæpius repetitæ controuersiæ denotaret:cũ vulgo quoq; recalfacta brassica iam in pṽerbiũ fastidii cõcesserit:erit ergo dictũ per prouer bium:Declamatio sæpe repetita fastidio pceptores conficit. Quod sane prouerbiũ vsurpari põt:vbi aliqd sæpe repetitũ nobis fastidiũ gignit. ⁋ Quis color:ordo est: Omnes volunt nosce quis color,& quod sit genus causæ &c. ⁋ Quis color: Volunt,inqt,discipuli noscere omnia quæ ptineant ad decla mationũ exercitationẽ,& quis sit color qui in declamationi bus quęriẽ.de quo superius disseruimus:Dic Quintiliane co lorẽ:hoc est quæ sit ratio excusans factũ.Nam color (vt dixi mus ante)est ratio quæ factũ excusat.vt Orestes cũ fateẽ se occidisse matrẽ,nisi attulerit facti rationẽ,puertit defensio/ nem:ergo affert rationẽ,quæ nisi intercederet,ne causa qui dẽ esset.Illa enim,inqt,patrem meũ occiderat:ergo ratio ea est quæ cõtinet defensionẽ:sine qua causa non consisteret.In uenta ratione firmamentũ quærendũ est.i.quod accusationẽ cõtinet,& quod affert cõtra rationẽ defensionis hoc modo. Cum visus fuerit Orestes ratione hoc pacto,iure occidi:illa enim patrẽ meũ occiderat:vtetur firmamento accusator hoc modo.Sed non abs te occidi,neq; indemnatã poenas pende re oportuit.Ex ratione defensionis,& ex firmamẽto accusa tionis iudicii quæstio nascatur oportet,quã iudicationẽ ap pellamus.Cũ ergo poeta ait:Quis color:intelligit quę ratio sit rei.Cum ait:Quæ veniant diuersa parte partæ firmamẽ tum intelligit:quod affertur cõtra rationem defensionis.q̃ ideo appellat sagittas:q̃ eo quasi acutis sagittis reus vrgea tur. ⁋ Genus causę:an demonstratiuum,an deliberatiuum, an iudiciale,aut causæ genus honestũ turpe, dubium,humi/ le,admirabile. Causa autem

Causa est (vt finit Apollodorus) ne gotium omnibus suis partib⁹ spectans ad quæstionem:aut causa est negocium:cuius fi nis est cõtrouersia. ⁋ Summa quæstio:in causa plures pos sunt esse quæstiones:sed sum ma illa appellatur vnde sum mus nascitur status,& in qua res maxime vertitur: quam aliqui (auctore Fabio) gene ralem quæstionem,vel caput generale appellauerũt. ⁋ Quę sagittæ:sumptũ a sagittariis idest quod sit firmamentum: quod ab accusarore affertur (vt diximus) ad euertendã rationem defensionis: aut re uera intelligit firmissima ar/ gumenta, grauissimasque ac cusationes, vt illud: Nunc etiam audes in horum con/ spectum venire proditor pa triæ: proditor inquam pa/ triæ venire audes in horum cõspectum.Vehemẽter enim aduersarium vrget, feritque quasi aliquod telum sæpius perueniat in eandem partem corporis. ⁋ Mercedem appel las:verba sunt poetæ ad rhe torem:idest si laboris tui mer cedem petis, discipulus res/ pondet:Quid scio? ⁋ Culpa docẽtis Scilicet:statim,inquit,accusatur magister cum ad di scendum tardus sit discipulus:ideo ironicos pronunciatur. ⁋ In læua parte:vbi sedes est cordis, vnde omnis est intelle/ ctus.nam (vt auctor est Plinius lib.xi.)cor homini est tãtũ infra læuam papillam,cũ in cæteris animalibus in medio pe ctore sit. ⁋ Nil salit:nihil sapientiæ fit.Nam nonnulli philoso phorũ in corde (vt scribit Fulgentius) sapientiam esse dixe/ runt.Sed hoc verbo salit ad id respexit,q̃ cordi pcipuus est calor,& palpitatio.Nam (vt scribit Aristoteles de natura ani malium)cor homini animaliũ vni palpitat:quia homo solus spe rei futuræ,expectationeq; moueat. ⁋ Arcadico iuueni.i. tardo,& asinino.Nã in Arcadia optimi pgenerant:vt apud Persium docuimus illic:Vt Arcadię pecuaria rudere credas q̃ alii sentiant iuueni arcadico.i.nobili:q̃ Romani ab Euan dro rege Arcadiæ originẽ duxerint,proindeq; i testimoniũ originis antiquæ in calceis Lunã gestarent (vt docet Plutar chus)non probo.hinc enim exit indignatio:q̃ inique pręce ptor accusetur:cum asinus doceri nequeat:quasi in potestate præceptoris sit etiam tardo,& asino virtutis cognitionem ingerere.Sicq; poeta ostendit stolida nullo labore vinci.Pos sumus etiam & melius per iuuenem arcadicum intelligere, rudem & imperitũ.Constat enim Arcades rudes esse & agre stes.vnde Philostratus libro octauo sic scribit:Non enim ex/ teris Græcis sapientiores sunt Arcades:vt aliquid plusquã alii in extis ostendant:immo vero rudes sunt,atq; agrestes, & suibus simillimi:cum ob alia multa,tamen q̃ arborum fru ctibus vt plurimum turgẽt.vnde prouerbiũ est apud græ/ cos ἀρκάδιον βλάστημα:idest arcadicũ germẽ. ⁋ Sexta Quaq; die dirus Hannibal implet caput miserũ:ordo est:Cuius

Hannibal

Hannibal dirus implet mihi caput sexta quaq; die, quicquid idest, de quo deliberat. Vt sit sensus: Cuius suasoria de Hanibale sexta quaq; die mihi nō sine magna animi molestia & fastidio audieda est. Nā in scholis rhetorū preter declamationes & cōtrouersias, suasoriae quoq; ꝓponebātur discipulis, in qbus se exercerent. Talis ergo suasoria erat de Hānibale. Deliberat Hānibal an post victoriā Cānensem ducat exercitū ad vrbē. Maherbale præfecto eqtū suadēte, pollicēteq; ei cœnā in Capitolio die quinto. Et an relicta Vrbe, quā armis premebat, reducat copias in Appuliā, repulsus bis ab imbre, cum esset ad tertium lapidem. ¶ Circumagat idest reducat. Silius: Cunctantem & vana minantem Circūagit, castrisq; dracem succedere cogit. ¶ A tempestate: nam duplici tempestate cum iam ad tertium lapidem exercitum duxisset, repulsus est: vt scribit Liuius. ¶ Quantum vis stipulare: Verba sunt dispēsatoris discipulum præceptori tradentis. i. pete & roga. Columella: Fœnoris tui Siluine, quod stipulanti spoponderam, tibi reliquam pensiunculā percipe: Vnde & stipulatio est verborū cōceptio: qbus is q interrogat, daturū, facturūue id qd' interrogatus est respōdet: vt das ne caprā sanā? do. ¶ Protinus accipe qd' do. i. tātū cape qtū cecū paciscor, & qtum teneor dare ex cōuētione nostra. ¶ Vt totiens illum: acce debant enim patres ad magistros, cū filii in scholis declamaret. Persius: Atq; oculos memini tingebā paruus oliuo: Grādia si nollē morituri verba Catonis Discere ab insano multū laudanda magistro: Quæ pater adductis sudans audiret amicis. Audiebant aūt certis diebus: vt modo dixit poeta: Quaq; die sexta. Vñ ita Quītil. 10. x. Obstat huic frequēs turba discipulorū: & cōsuetudo classiū certis diebus audiendarū: nō nihil ēt pꝰ insistio pātrū numeratium potius declamationes, q̄ æstimantiū. ¶ Ast alii sex Et plures: hæc a poeta cū indignatione & miseratione quadā pferūtur: vt sit sensus: Grauis pfecto labor est, exigua aūt merces docentiū declamare. & multi tñ id muneris obeunt. Verū multi alii ex his intelligētes in hmōi munere docēdi tenuē esse quæstū relictis declamationibus: quę in scholis & locis priuatis exercebantur: in forū descendunt: vbi agāt veras causas: sed melius, inqt poeta, sibi cōsulerēt, si illi viuēdi tramitem ingrederētur. ¶ Alii sex Et plures. i. multi. ¶ Sophistæ: Sophistæ apud antiquos idē fuere q rhetores & declamatores dicunt. Verū postea cœpti sunt dici, q artē deceptoriā, quæ sophistice dicit, exercēt. Vñ & Boetius interpretatur sophisticen cauillatoriā. Quint. lib. xi. ostēdit & antisophistas declamatores fuisse his verbis: Vrbane Flauius Virginius interrogauit de quodam suo antisophista: quot millia passuū declamasset. Antisophistæ aūt dicūtur inter se cōcertātes. nomē cōpositū ex ἀντὶ: qd' est cōtra: & σοφιστής. Cice. in academicis ait: Sophistas appellari, q ostentationis, aut qstus causa philosophant, q fallacibus cōclusionibus vtūtur. Vñ sophismata (eo auctore) fallaces cōclusiunculæ appellātur: cui ita astipulat Plato in lib. q inscribit Sophista: Sophista, inqt, est q in sermonibus cōtradicere sibi ipsi disputātē cogit: q & ironici pars est ab imitatore opinoso veniēs: phātastici itē generis ab imaginaria facultate: ꝓfluēs nō diuinæ, sed humanæ effectiōis determinata ꝓgenies ex eorūq; numero, q verbis q̄si qbusdā pstigiis miro modō decipiūt auditores. Idē i eodē ait: Sophista pstigiator, & imitator qdā est dicēdus. vnus qdē est ex iis, allucinationibus & pstigiis fallunt. ¶ Vno orei vno mōstrāt oēs idē agūt: vt cōferāt se ad agēdas veras causas. ¶ Raptore relicto. i. declamatiōe omissa de raptore. i. stuprtore. Nā in scholis talis ꝓponebat declamatio: Rapta raptoris aut nuptias indotatas, aut mortē optet. Vna nocte qdam duas rapuit: altera mortē optat, altera nuptias. Hāc tractat Seneca i pri. declamationū. Itē alia est declamatio: Rapta raptoris mortē, aut idotatas nuptias optet. Rapta ꝓducta nuptias optauit. Iuuenis raptorē se negauit. Conuictus est, illa mortē petiit, raptor cōtradicit. ¶ Fusa venena silent. i. declamatio omittit: vbi actio est veneficii q̄lis septima est declamatio apud Senecā lib. iii. de veneno dato filio fureti: quę sic incipit: Filio fureti, & sua mēbra laniāti pater venenū dedit. Accusat ab vxore malę tractatiōis, vñ seq̄t malus, ingratusq; maritus. pōt ēt ingratus maritus ita exponi: vt intelligamus aliam declamatiōnē: quæ est hmōi: Torta a tyrāno vxor, nō qd de viri tyrānicidio sciret, pseuerauit negare: postea eiꝰ maritus tyrānū occidit. Intra qnquēniū nō pariētē noīe sterilitatis dimisit, agit illa igrati. ¶ Et mortaria: subaudi a supiore silēt. i. declamatio omittit filii cōtēti. in mortario medicamēta ad sanādos cæci patris oculos: quæ nouerca venena eē dixit: & pater credidit: testamētūq; mutauit. Ait ergo poeta tales declamationes a sophistis relinqui, & veras causas agi. ¶ Dabit sibi rudē: ponet sibi finē agēdi causas in foro. est autē rudis virga, q̄ donabant gladiatores eū missionē artis ipetrabāt. auctor Priscianus. Hora. Spectatū satis & donatū iā rude quęris Mecœnas iterū antiquo me īcludere ludo. Et supra: Accepta rude cœpisset Velēto videri. Oui. Et me donari iā rude tēps erat. Eiusdē sit mētio apd Cic. in secūda Antonia nam: Tā bonus gladiator rudē tam cito cœpisti. inde Rudiarii, q missionē artis gladiatoriæ impetrarunt. quo vocabulo vtit Trāqllus in Tiberio. Rudē tñ Cato i re rustica genera liter capit ꝓ virga. vt illic: Duabus rudibus versato. inde ꝓ diminutionē rudicula. ¶ Diuersum: cōtrariū superiori. ¶ Ab vmbra rhetoricata declamationibus, quæ in scholis agūtur. ¶ Ad pugnā: ad verū certamen. i. ad veras lites, & causas forēses. ¶ Summula ne pereat: hæc videt esse ratio, q̄re in forū descēdat ad agēdas veras causas: ne summa scilicet & census decrescat: ppe quē tesserā habuit frumentariā. appet tesserā dati cōsueuisse ꝓ q̄litate cēsus. dabat aūt populo p tesserā frumētū. Tranql. in Augusto: Ac ne plebs frumētationū causa frequētius a negociis auocaret, ter in anno q̄ternorū mēsiū tesseras dare destinauit. Dabātur & pecuniæ p tesseras. Trāql. in codē: Frumētū q̄ in annonę difficultatibus sępe leuissimo, interdū nullo pretio viritim admēsus est, tesserasq; nūmarias duplicauit. Tessera ēt erat præceptū ducis, quo vel ad aliqd' opus, vel ad bellum mouebatur. Vegetius auctor lib. vi. capite. vii. Virgi. It bello tessera signū. ¶ Quippe hæc merces lautissima: ironice. i. hæc est merces amplissima quæ datur Romæ. Tenta Chrysogonus quanti doceat: inqre, & inuestiga quāti citharœdi filios nobiliū doceant fidibus. vt ostēdat longe vberius esse citharœdorū lucrum, q̄ sophistarū & causidicorū. Sic igitur poeta sui temporis cæcitatem & stultitiā notat: cum studia literarum arti musicæ postponātur: paruoq; in pretio habeantur. quod & Martialis notat lib. v. Artes discere vult pecuniosas: Fac discat citharœdos, aut choraulas. ¶ Chrysogonus: de hoc & Satyra sexta: Chrysogonū cantare vetent. fuit enim citharœdus. ¶ Pollio: de eo illic diximus An Capitolinam deberet Pollio quercum. et autem nomen citharœdi. ostendit igitur cithařœdos maiorē ex labor bus suis mercedem consequi, q̄ rhetores. Tenta igitur ait. i. si tentate volueris, iouenies eorum mercedē esse maiorem. ¶ Pueros lautorum: filios diuitum, & primorum. ¶ Scindens: lacerans & deridens. nam Pollio, inquit, deridet artem Rhetori cam: cum plus ipse lucretur in arte sua. Scindere enim est contumelia verborum lacerare. Tranquillus in Augusto: Antonio honorifice salutato, Augustum fœdissimo conuicio corā proscinderunt. ¶ Theodori: hic est de quo Quintilianus sic libro tertio: Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium, quem studiose cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius audiuisse. de hoc meminit & Tranquillus in Tiberio. docuit autem Rhodi præcepta rhetorices per id tēpus, quo Tiberius Rhodum secessit: vbi circa scholas & auditoria professorum assiduus fuit, & in primis Theodorum audiuit. Gadareus autem dictus est a Gadaribus ciuitate Syriæ, quam Iudæi sibi vendicarunt. Vnde & Strabo cum de Gadaribus loqueret ait: Hinc fuit Theodorus orator, qui ætate nostra viguit. Strabo autem scribit se temporibus Tiberii floruisse. Theodori etiam cuiusdam Gadarei meminit & Iosephus libro primo belli Iudaici. Incertum autē an hunc intelligat. Nicetes & Hibracas & Theodorus & Plusio nobilissimi artis rhetoricæ græci præceptores habiti sunt. quo tempore Augustus bellum gessit aduersus Antoniū & Cleopatram. Eusebius auctor.

Repulsus Stipula Sophistæ Rudis Tessera Scindere Gadares

ASCE ¶ Declamare doces. Cũ3 misera sit conditio causidicorum miseriorem esse docet rhetorũ, qui causidicos & oratores caeteros docent: vsq; adeo vt ferrea videatur hĩc pectora q̃squis aut grãmaticem, aut rhetoricẽ docere ausus sit. Nam qui rem difficillimã, aut periculosissimam attentare audent: ferrea habent pectora: vt q primus nauigauit apud Hora. dicẽtem in primo carminum: Illi robur & cor triplex Circũ pectus erat &c. exclamat ergo cõtra Vectium & quẽuis similem: qui declamare docent. Declamare autem est de pposito themate ad vtrãq; partẽ probabiliter argumẽtari: qd rhetores docebãt: sed nõnulli declamatores, quos vulgus praedicatores appellat, dici volũt: eo q saepe in vtrãq; partem argumẽtentur: licet alteram doceant. Ordo est: Vecti doces tu declamare. i. in vtrãq; partẽ d quacũq; causa argumẽtari: qd rhetorũ officiũ est. o ferrea. i. o durissima pectora. tu qui talia sufferre potes. Calderinus vult vt sit genitiui casus sic: Tu doces declamare o ferrea pectora Vecti. i. Vectii. mihi placet in vocatiuo construi. cum. i. qñ. classis. i. schola & congregatio scholasticorum vni rei vacãtium. numerosa. i. in magno numero constituta. perimit. i. pimẽdos probat declamãdo. s. sęuos tyrãnos. i. crudeles viros regnũ per violentiam occupãtes. qd thema oium vulgatissimum erat. Classes olim (vt docet Liuius) inter milites Romanos quinque erant. erat autem cõgregatio ad vnum officiũ vocatorũ: qa aute3 discipuli tyrones. i. noui milites literarũ sunt: ideo eorũ congregationes quae loca quidam vocãt, classes dicuntur. Nihil dico de quibusdam, qui exposuerũt sic: Cum classis numerosa pmittit sęuos tyrãnos. i. rhetores & ludi magistros: qui (vt Mart. docet) ferulas p sceptris habẽt vnde tyrãni a crudelitate feriendi dicti sint: vel qa Dionysius tyrannus Siciliae ludi magister effectus est. qd enim haec ad sentẽtiam poetae: pfecto eiusmodi sunt cõmenta q̃lia Politianus cap. xxxiii. Domitium de Crambe afferre docet. videntur autem inducti ad talem ordinem cõstruẽdum: ppter illud namq; qd sequitur. qd referunt ad verbum perimit. vt sit: Perimit inquam tyrãnos, i. occidit praeceptores saeuos. nam pro quia. quaecunq; &c. cum potius referatur ad illud: O ferrea pectora Vecti cum perimit. Nam ordo est (vt dixi) O ferrea pectora tua Vecti, quae non rumpuntur tunc praecipue dum numerosa classis scholasticorum perimit saeuos tyrannos. probat verisimiliter ipsos esse perimendos. nam quaecunq; ea classis sedens sub praeceptore legerat modo dictata a magistro: eadẽ ipsa stans ante magistrũ. pferet. i. pnunciabit: qd ineruditorũ est: quę nondum ipsi conficiebant declamatiões: sed confectas a praeceptoribus debite pnunciare discebant. vnde addit. & ipsa classis numerosa cãtabit. i. cõcinne pnũciabit: eadem sup. dictata magistri de tyrãnis occidendis. atq; iisdẽ versibus. i. comatis & piodis: hoc est eodem numero verborum pausando & distingueudo. & ita Crãbe repetita. i. eadẽ declamatio toties a diuersis recitata. occidit miseros magistros sicut Crãbe. i. brassica amarior saepe recocta & reposita miseris ea vescentibus: q̃si mors est. sicut. iiii. Reg. iiii. ppter amaritudinem dictionis clamatum est: Mors in olla vir Dei. vnde graecũ, inq̃t Politianus, deuerbium est: dis Crãbe athanatos. i. bis Crãbe mors sup. est, q̃si qui bis eandem decoctione3 herbarũ amariusculãrũ comedit: ita excrucietur: vt qui morit. vñ non est hic Crãbe nomen declamationis a loco sumptũ: sed brassicę: quo vtit poeta: ea figura qua rem p similitudine rei vsurpare poetae solent: sicut enim in prima Satyra: Actoris Aurũci spoliũ posuit p similitudine inter spoliũ Actoris, & speculũ Othonis: qa vtrãq; p re gloriosa auferebat: ita hic Cramben pponit similitudine quae est inter Crãben saepe antepositã: & declamationẽ eandem toties repetitã: qa vtraq; enecat & occidit tędio. Male moereberis de me lector, si plixitati meę irasceris doceo. n. rudes, q vix hęc itelligẽt scio. Oẽs volũt nosse. i. cognoscere. qs color. i. quae rõ sit afferenda reo ad recusandũ depellendi criminis causa. & qd sit genus causae. an demõstratiuũ: an deliberatiuũ: an iudiciale. triplex enim esse Cice. docet. atq; vbi. i. in quo. cõsistit sup. summa quęstio. s. status. an. s. in cõiecturã: an in diffinitione: an in aeqtate. & quę sagittae. i. quę obiectiones, aut respõsiones acres veniant a parte diuersa. i. colligatoris. Manci. de firmamẽto exponit: sed nemo vult sup. soluere mercedẽ. i. pretiũ laboris. Qd verbum videtur esse praeceptoris ad discipulũ. vñ respõdet vnus discipulorũ. Appellas tu mercedẽ. i. pretiũ qd meruisti. q. d. id iniq̃ssime facis. qd enĩ scio. q. d. nihil. Si ergo nihil me docuisti, nihil meruisti: & ita nihil mercedis tibi debet. Vñ addit poeta. scilicet. i. qa certe, & p idignationẽ. culpa docẽtis. i. doctoris argui. i. rephẽdit. Vel sint verba pceptoris ad discipulũ. qd ppea mihi nõdũ splicet: qa stati dicet: Cuius mihi &c. q̃si sint verba rhetoris. & ita ordo erit. s. culpa mea docẽtis. arguit: qa nihil salit sup. tibi iuueni arcadico &c. q. i. quia. nil sup. viuacis & calidi sanguis: vñ igenii & aiositatis vis ẽ. salit iuueni arcadico. i. asinino magnum cor hñti. multi. n. asini & sane magni in Arcadia sunt. nihil ãt ad disciplinã asino tardius. in lęua pte mamillę. i. in pcordiis. vñ Vir. Geor. ii. Sin has ne possi3 naturę accedere ptes Frigidus obstiterit circũ pcordia sãguis &c. cuius sup. iuuenis Hãnibal dirus. i. declamatio de Hãnibale, qui dirus erat Romanis. iplet mihi. i. cuius pceptori. caput quaq; sexta die. impiti dicũt oi sexto die. vel de sex dieb9 semel, aut vno. Implet inq̃ audiẽdo. s. qcqd. i. de quocũq; deliberat Hãnibal. an petat. i. petere: hoc ẽ adire debeat vrbẽ: videlicet Romã. a Cãnis. i. ab illo vico vbi plurimos Romanos fuderat. an ipse cautus. i. callidus & vafer. circũagat. i. p circuitu3 reducat cohortes. i. milites suos i cohortes distributos. madidas. i. humidas. a tẽpestate. i. pp tẽpestatem pluuię fa3. post nimbos & fulmina. i. post imbres quae ingruerant. O Rhetor inq̃t poeta. stipulare. i. p stipulationem pete a me q̃tu3 vis. & accipe ptinus qd do tibi: qa statim dabo qd petieris. pater discipuli tui audiat illũ toties declamãtem. q. d. tã s. studiosum id erit: vt quauis mercede cõstituta efficere non queas. Vel sint verba patris. vt sit ordo: Pater discipuli tui vt audiat illũ toties declamantem: dicit tibi: stipulare quantum vis. & accipe qd do tibi: hoc est plurima promittet tibi. Ast. i. sed sex & plures alii sophistę. i. rhetoricam docẽtes. clamãt vno ore contra patrem, qui tibi talia pmisit: & ipsis iidem pmiserat: sed nihil soluerat: & ideo agitãt veras lites. i. nõ fictitias sicut in scholis. & hoc raptore. i. themate de raptore relicto in scholis. s. idest non docent in causa ficta q̃no cõtra raptorẽ virginũ declamãdum sit. & venena fusa silet. i. nõ loquũtur illic de causa fictitia alicuius, qui venenũ dicitur infudisse. malus & ingratus maritus. i. declamatio de marito ingrato & male tractante coniugẽ: vt q inique peussit, aut exegit eã sup. silet. i. nulla fit de ipso a rhetoricis, siue sophistis mẽtio. & mortaria. i. declamatio de mortariis: in qbus filius se contriuisse asserit medicamina: quae sanant veteres caecos. i. oculos patris vetustate caecutientis. cum nouerca dicat ea venena fuisse sup. silent. Ergo dicit poeta: si nostra consilia mouebunt ipsum rhetorẽ: ipse dabit sibi rudẽ. i. virgã: qua habita emeritus sit. i. nõ amplius tali officio vacans: hoc est dimitte oĩno artem rhetoricã. & ingreditur genus vitę. i. modum viuẽdi diuersum sup. a rhetorica pfessione. is inquã donabit sibi rudẽ: & ingreditur diuersum genus vitae: qui ab vmbra rhetorica. i. a simulata actione, quae quasi vmbratica est. descẽdit ad pugnã. i. ad verã actionem: & ad verã litem. ne summula. i. minima summa pecuniae pmissae in mercedẽ. pereat. i. nõ restituatur sibi. qua. s. summula. i. pro qua. tessera. i. signum quo certa mensura, aut certus numerus frumẽti ipsum a diuitibus habẽtibus dabatur: sicut habentibus signum plumbeum canonicorum portio canonica datur. accipitur ergo pro mensura: vt sit, qua tessera. i. certa & modica mẽsura vilis frumenti. vęnit. i. venditur. quippe: quia certe haec merces. quae ascendebat ad valorem tesserae. erat lautissima. i. lautissimi patris. Tenta. si non credis mihi: conare exposcere sup. tantum pro mercede: quãti. i. quãto pcio vel quãta mercede. Chrysogonus. i. fidicẽ aut citharoedus ille. vel q̃ti Pollio citharoedus alter scindens i. annihilãs vel irridẽs artẽ Theodori. i. rhetoricã, quã Theodorus docuit. doceat pueros lautorũ. i. mũde & laute viuentium. q. d. id frustra feceris: qa nemo tm̃ p eruditione filiorũ. quãtũ p rebus inutilibus expendit: qd in sequentibus docet.

Declamare

¶ Balnea

Balnea sexcentis,& pluris porticus,in qua
Gestetur dominus quoties pluit,an ne serenum
Expectet?spargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius.namq; hic mundæ nitet vngula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat,& algentem rapiat cenatio Solem.
Quanticunq; domus,veniet qui fercula docte
Componit,veniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus sestertia Quintiliano
Vt multum duo sufficient.res nulla minoris
Coustabit patri,q̃ filius.vnde igitur tot
Quiutilianns habet saltus?exempla nouorum
Faiorum transi,felix,& pulcher,& acer,
Felix,& sapiens,& nobilis,& generosus
Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ,
Felix,orator quoq; maximus,& iaculator.
Et si perfrixit,cantat bene.distat enim,que
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus,& adhuc a matre rubentem.
Si Fortuna volet,fies de rhetore cousul,
Si volat hæc eadem,fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim?quid Tullius,an ne aliud,q̃
Sidus,& occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt,captiuis fata triumphos,
Felix ille tamen,coruo quoq; rarior albo.
Poenituit multos vanæ:sterilisq; cathedræ,
Sicut Thrasymachi probat exitus,atq; Secundi
Carinaris,& hunc inopem vidistis Athenæ
Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.

JOAN. BRIT. ¶ Balnea sexcentis:sensus est:Non cunctabantur diuites Romani & balnea & alia ædificia summis impēsis erigere. circa aūt filiorum eruditionem erāt parcissimi.¶ Balnea sexcētis.s.sestertiis.s.extruunt a diuitibus:nec eiusmodi parcūt impēsis. Vnde Seneca ad Lucil. At nunc qs est,qui sic lauari sustineat pauper sibi videtur & sobrius:nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserunt:nisi Alexandrina marmora numidicis crustis disticta sunt:nisi illis vndiq; operosa & in picturæ modum variata circūlitio prætexit:nisi vitro abscōdit cameram:nisi thasius lapis quondā rerū in aliquo spectaculū tēplo piscinas nostras circumdedit:in q̃s multa sudatione corpora exaniata demittim⁹:nisi quā argentea epitonia fuderint:& adhuc plebeias fistulas loquor. Quid cum ad balnea libertinorum peruenero?quantum statuarum?quantum columnarū est?nihil sustinentium,sed in ornamentum positarum impensæ causa?quantū aquarum per gradus cum frigore labentium?¶ In qua gestetur dn̄s:tanta erat vrbis luxuria:vt porticus haberent & loca,q̃s gesta- [Gestatio] tiones appellauere:in quibus æstiuo,pluuioq; tpe ad amoenitatem,vel gestarentur a seruis vel veherentur a iumētis. de qbus sic Pli.Iunior ad Caninium Rufum:Quid agit Euripus viridis & gemmeus?quid subiectus & seruiens lacus?qd illa mollis & tam frigida gestatio?Idem ad Apollinare:Ambit hōc ambitio pssis,variesq; tonsis viridibus,inclusa ab iis gestatio in modum circi,quæ buxū multiformem hmōi & recentes manu arbusculas circuit. Sidonius de gestatione sic meminit:prædiorum iis villa cōtermina,domicilia vicina,qbus interiecta gestatio lassat peditē,nec sufficit eqtaturo.Gestatio item alia significatione accipitur p portione scilicet. Seneca in.ii.libro epistolarum:Gestatio & corpus non cōcutit,& studio non officit:possis legere:possis dictare:possis loq:possis audire. quorū,nihil nec ambulatio vetat fieri &c.¶ An ne serenū Expectet:luxuriæ Romanæ p ironiā insultat.debet ne,inqt,spectare donec serenat,quo minus gestetur.¶ Hic potius.s.gestetur in porticu.¶ Parte alia:magnificentiā pariter & luxuriam vrbis ostēdit:vbi porticus colūnis marmoreis,& iis numidicis ædificabātur.M.Lepidus Catulli in cōsulatu collega primus oium(vt scribit pli. lib.xxxvi.limina ex numidico marmore in domo posuit magna reprehēsione.id autem erat variatū maculis purpureis.vn̄ Statius in Siluis:Sola nitet flauis Nomadū decisa metallis purpura.¶ Surgat:surgere videas.¶ Coenatio:locus vbi coenabāt.qd̄ tricliniū Græci [Coenatio] appellant.pli.Iunior:Iunctaq; ei quotidiana,amicorūq; coenatio.hoc ē locus vbi coenabāt.Idē ēt coenaculū dicebat:sed [Coenaculum] postq̃(vt scribit Varro)in superiore parte domus coenitare coeperūt,superioris domus vniuersa coenacula sunt appellata.vn̄ in sequentibus:Rarus venit in coenacula miles.¶ Solē algentem:hoc est vt habeat lumē ab Sole hyberno ita,vt possit eū hyberni Solis totus ppemodū cursus hilarare.Nam antiqui p tēpor & regionū qualitate ædificia(vt docēt Victruuius,palladius,& Columella)erigebāt:vt fenestræ æstiuo tēpore ad septētrionē vrgerēt,Solē auersarentur:hyberno vero Solem raperent.vnde Pli. Iunior ita scribit de domo sua Nouocomēsi:Incipit porticus ante mediū diem hyberna,inclinatio die æstiua,ac adeuntur dietæ duæ,quarū in altera cubicula quatuor,altera tria:vt circuit Sol,aut Sole vtuntur,aut vmbra.De positione ædificii sic Columella in primo:Vrbana rursus in hybernacula & æstiua sic digeratur:vt spectent hyemalis tpis cubicula brumalē orientē,coenatiōes æqnoctialē occidētē.Rursus æstiua cubicula spectent meridiē æqnoctialē,sed coenationes eiusdē tpis pspectent hybernū orientē.¶ Quāticunq; domus:nō minoris,inqt,conducetur coquus,q̃ domus extruetur illa marmorea.q.d.in ædificiis extruendis,parādisq; coqs & epulis grādē pecuniæ summā non verebātur impendere:sed magistris q̃lis fuit Quintilianus exiguā sane mercedē dabāt.Nam(vt scribit Pli.lib.ix.)coq triumphorum pretiis parabantur,& coquorū pisces:nullusq; ppe iam mortalis æstimabat pluris,q̃ qui pitissime cēsum dn̄i mergeret.Coquos aūt in seruitiis habebant:cū antea eos ex macello(vt docet Pli.)cōducere consueuissent.Liuius de bello marce.Tū coquus vilissimū antiqs mācipiū & æstimatione & vsu in pretio esse coepit:& qd̄ ministerium fuerat,ars haberi coepta.¶ Pulmentaria:græci vocant obsonia:quæ nos pulmentaria a [Pulmentaria] pulte(vt scribit Pli.)denoiata.qua vice panis multis annis vsi fuere Romani.¶ Pulmentaria cōdiat:versus est hypermeter sicut illud Vir. Hæc finis fandi solio cū Iuppiter aureo.¶ Hos inter sumptus.i.inter tales sumptus.¶ Vt multū:vt magnū pretiū.¶ Vnde igitur tot:verba poetā interrogātia. Si romani,inqt,tā parci sunt erga præceptores:vn̄ igitur Quintilianus est tā locupletat⁹? Nā Romæ.xxiiii.ānis rhetoricē pfessus est,vt ipse tradidit,primusq; mercedē publicā meruit.Ex Hispania a Galba(auctore Eusebio)ductus,est.a Mar.laudatur hoc epigrāmate: Quintiliane vagæ moderator summe iuuētæ:Gloria romanæ Quintiliane togæ &c.¶ Saltus:tātum soli.vnde Saltuarii quos nunc camparios vocāt.¶ Exempla transi:verba sunt poetæ respondētis Quintilianum esse prætereundum tanq̃ vnicum felicitatis exemplum:ac si dicat nullum alium inuentum:qui ex liberalibus studiis sit locupletatus.¶ Nouorum fatorum:i.nouæ felicitatis,quam ipsa fata tribuere Quintiliano,vt esset diues.¶ Felix:beneficio,inquit,fortunæ factum est,vt in Quintiliano omnia agnoscerentur,quæ in fortunato homine conueniunt esse.¶ Felix:quasi cui fortuna aspirauerit:quod ter est repetitum:vt latenter innuat tantam felicitatem non tam doctrinæ,quam fortunæ beneficio esse assequutum.Vnde sequitur:Si fortuna volet.¶ pulcher:iucundus aspectu:aut politus & mundus:vt ad stilum referas.¶ Acer:ad dicendum.¶ Sapiens:eruditione multa. ¶ Generosus:est qui magni & longi est generis.¶ Subtexit Lunam:nobiles Romani lunatis calceis vtebantur. Martialis libro primo,Lunata nusquam pellis,& nusquam toga. Statius in Siluis ad Crispinum:primaq; patricia clausit ve

stigia Luna. Cuius rationem plutarchus in problematis longa disputatione ostendit: Quid est qd' qui nobilitate praestare videntur, Lunulas in calceis ferunt, an (vt dicit Castor) signu est eius quae in Luna esse dicitur habitationis, & q post mortem aiae rursus Lunã sub pedibus habebunt, an q Arcades, qui cũ Euãdro in Italiam venerit, proselenes appellati: hoc est antelunares, eo calcei genere vterẽtur. omitto reliq̃ quae apud plutarchũ legi possunt. Alii tradũt romanos calceis lunatis esse vsos instituẽte id Numa põpilio: q calceis senatorum C literã, quae cẽtum significat, inscribi iussit: vt p eã sese e numero centũ patrum admonerentur. hanc postea a similitudine, Lunae effigiẽ esse dixere: & ob id lunatos calceos appellatos.

Lunati calcei

¶ Nigrae alutae: nigros fuisse calceos ex eo carmine Horatii datur intelligi in Satyris: Nam vt q'sq' Insanus nigris mediũ impedit crus pellibus. ¶ Alutae. i. calceo. appellatione alutę intelligimus oẽm pellẽ tenuẽ, & mollẽ. ¶ Orator: dicẽdi peritus. ¶ Iaculator: q argumentis suis tanq̃ telis aduersariũ urgeat. ¶ Et si perfrixit, cantat bene: adeo, inq̃t, fortuna Quintiliano aspirauit: vt etsi raucus esset nimio frigore, tñ bene canere diceret. ¶ Perfrixit: pręteritũ est a perfrigeo, illũ aũt diximus perfrixisse, q nimio frigore fit factus raucus. Mar. lib. iii. Perfrixisse tuas questa est. prefatio fauces. ¶ Distat: differt. ¶ Quę sidera te excipiãt. i. q siderum aspectus i ortu tibi affulserit. Creditũ enim est ex astrorum motu futura cognosci, & nascẽtibus hoibus maliciã uel bonitatẽ, felicitatẽ uel infelicitatẽ portendi uñ Mathematici horã partus. i. horoscopũ maxime obseruãt. Suetonius in Augusto: Vulgata res est p. Nigidiũ cõparata morę causa, ut horã quoq' partus accepit, affirmasse dominũ terrarum orbi natũ. Iouis aũt & Veneris sidera benigna sunt nascẽtibus, & salutaria. Oui. Natus est infelix (ita Dii uoluere) nec ulla cõmoda nascẽti stella, leuisue fuit. Nõ Venus affulsit, nõ ulla Iupiter hora Contra stella Saturni malefica est: qbus in ortu se radiauerit. alibi Iuue. Hęc tñ ignorat qd sidus triste minetur Saturni. proprius: Et graue Saturni sid' in oẽ caput. ¶ primos uagitus: primos ploratus. est enim uagitus pprie puerorum infantiũ Oui. in epistola Canaces ad Machareũ: Vagitus dedit ille miser, sensisse putares. ¶ Rubẽtẽ: ob partũ recẽtẽ. ¶ Si fortuna volet: Quintilianũ (vt diximus) latẽter innuit Fortunę magis, q̃ doctrinae beneficio eo diuitiarum peruenisse. Est ergo sensus: Beneficio Fortunę fieri posse, vt ex infima cõditione aliqs ad supremos honores perueniat. vñ est illud Tranq'lli d rhetoribus: Magna, inq̃t, professorum, atq' doctorum profluxit copia: adeoq' floruit, vt nonnulli ex infima fortuna in ordinẽ senatoriũ, atq' ad sũmos honores processerit. videt q' hoc dixisse pp Quintilianũ, quẽ Ausonius ad consulatũ puectũ fuisse ostẽdit his verbis: Quintilian' cõsularia p Clementẽ ornamẽta sortitus. ¶ De cõsule rhetor: id accidit Valerio Liciniano. de quo Pli. in epistola ad Cor. Minutianũ ita scribit: Audistine Valeriũ Licinianũ i Sicilia profiteri? nõdum te puto audiuisse. Est. n. recẽs nũcius. praetorius hic modo inter eloquẽtissimos causarum actores habebatur. nũc eo decidit, vt exul de senatore, Rhetor de oratore fieret. itaq' ipse in pfatione dixit dolẽter & grauiter: Quos tibi fortuna ludos facis. Facis enim ex professoribus senatores, ex senatoribus professores.

perfrigere

Aluta

¶ Vẽtidius qd enim? pbat exẽplo Vẽtidii Bassi, & Seruii Tulli Fortunã magnam hẽre potestatẽ in hoies. Est aũt ordo & sensus: Vẽtidius qd fuit aliud, q̃ sidus. i. qua alia re puectus ad cõsulatũ, q̃ siderum beneficio? Nam Vẽtidius picẽs fuit genere, & loco humili, quẽ puerum cum matre captũ pompeius Strabo, Magni põpeii pater Asulo subacto inter cęteros ante currũ suũ triũphãs sinu matris iacẽtẽ vexit. postea cũ adoleuisset, victũ sibi quęsiuit, cõparãdis mulis & vehiculis, quę magistratibus pręberet, q sortiti puincias forẽt. vnde in amicitiã Caesaris peruenit: mox tribunus plebis, ac deinde pręetor creatus, atq' in eo tpe iudicatus est a senatu hostis cũ M. Antonio: post vero cõiunctis partibus nõ pristinã tñ dignitatẽ recupauit, sed põtificatum, ac deinde cõsulatum quoq' adeptus est. Quã rem adeo intolerãter tulit populus Romanus, vt vulgo per vias vrbis versiculi pscriberentur: Concurrite oẽs augures, aruspices, portẽtum inusitatũ conflatũ est recẽs,

Ventidius

Nam mulos qui fricabat, cõsul factus est. Idem (auctore plutarcho in uita M. Antonii) oriẽtalibus puinciis praeposit' a M. Antonio parthos in Syriã irrũpẽtes tribus praeliis fudit: primusq' de parthis triumphauit, & morte obita publico funere sepultus est. ¶ Tullius: non de Cicerone: sed de Seruio Tullo intelligit: qui ex serua natus in domo Tarquinii prisci Tanaqlis astutia, regnũ post interfectũ Tarquinium obtinuit. ¶ Seruis: ut Seruio Tullo. ¶ Captiuis: ut Vẽtidio. ¶ Fati occulti: nõ intellecti a nobis. ¶ Felix ille est: cui hoc acciderit, ut ex seruo fiat rex, & ex captiuo cõsul & triũphator. ¶ poenituit: exẽplo Thrasymachi & Secundi Carinatis rhetorum ostẽdit infelicia esse literatorum studia, qñ eorum laboribus iusta pręmia nõ reddantur. uterq' enim coactus est, cũ fructũ ex studiis nõ caperẽt relinquere artem docẽdi. Thrasymachus autẽ fuit Carthaginẽsis inter Sophistas numeratus a philostrato: q cũ rhetoricen coepisset profiteri, desiit ob exiguã mercedẽ. Cõqueritur & Martialis studia liberalia penitus negligi: At circũ pulpita nostra: Et steriles cathedras basia sola crepãt. ¶ Et hoc. i. Secũdum, sicuti usus fuit, & Thrasymachus Carthaginensis inops. De Secũdo Carinate Tacitus lib. xv scribit sic: Secundũ Carinatẽ graeca doctrina ore tenus exercitũ: quodq' animũ non bonis artibus imbuerat. Dion uero scribit: Caligula adeo inuidũ & suspitiosum ad oia: ut Secũdum Carinatẽ Rhetora in exilium egerit: q aliqñ orationẽ quãdam p exercitationem in tyrãnos dixisset. ¶ Nil praeter cicutas gelidas: damnat Athenięses auaritiae pariter & ingratitudinis: qui debitis nõ afficerent premiis & honoribus uiros bonos & literatos: inuenies ab eis Socratem etiam tantum philosophum, qui omni honore honestãdus erat sublatum ueneno cicutae. Est autem cicuta (ut docet plinius) publica Atheniensiũ poena inuisa semini & folus refrigeratoriam, ut epota statim perimat hominem.

¶ Balnea sexcentis &c. Vt tetigi docet diuitibus nihil minoris esse, q̃ liberorum eruditionẽ. Si qs minus peritus grãmaticę artis nesciat ratioẽm latinitatis hac q̃ti doceat pluris agebat &c. Sciat oẽ pretiũ uẽditionis, emptionis, locationis, cõductionis, doctrinae, disciplinę, aestimatiõis, appretiationis, & quoduis simile a uerbis regi in ablatiuo: exceptis his q̃tuor, tãti, quãti, pluris, & minoris, cũ eorum cõpositis, quae sine substãtiuo in ablatiuo poni noluerũt: et si oporteret coniunctionem diuersos casus copulare: aut in alio casu respõderi, q̃ interrogatũ sit. & ideo dices: Ego tãti uẽdo q̃ti alii, & nõ pluris, fortasse ẽt minoris. ego sex aureis & pluris emi &c. cũ substãtiuis aũt ẽt illa in ablãtiuo poni voluit. vt tãto pretio emi. minori summa vendidi &c. Ordo ẽ: Balnea sup. cõstãt diuitib' sexcẽtis sup. nũmis. & porticus sup. cõstat pluris. porticus dico. i. via strata sub tecto: q̃lis in claustris cõspicatur ambitum Vulgus appellat. i qua dñs. i. diues ille. gestetur. i. portet quoties pluit. an ne dñs sup. expectet. i. expectare debeat. serenum. i. serenitatem tpis, vt gestetur. q. d. indignum id esset & vt spargat luto iumenta trahẽtia vehiculum. Et si verba poetę sunt: irrisio est: sin amici diuitis illius adulatio. hic sup. vehatur potius. i. in porticu. nãq' vngulae mulae mundae. i. non lutosae nitet hic. Coenatio. i. camera ad coenandũ apta. fulta. i. sustẽtata. longis. i. altis & pluris. colũnis Numidarum. i. de marmore numidico factis. surgat. i. aedificet alte in alia parte habitatiõis illius diuitis. & rapiat. i. auide ad se recipiat. Solẽ algentẽ. i. hybernũ, vel iam occidẽtẽ. Quãticũq'. i. q̃tocũq' pretio sup. domus sup. constet, nihilominus sup. aliqs. qui componit. i. construit. docte. i. ex arte. fercula. i. genera obsoniorum. & qui cõdit. i. debito cõdimento coquit. pulmẽtaria. i. quaeuis obsonia vt pulcrẽ decoquenda. duo sestertia. i. quinq' librae. sufficient. i. satis erunt. vt multũ. i. vt res magna & ampla. Quintiliano. i. optimo rhetori ad erudiendum filium. inter hos sumptus. i. vbi tot in aliis rebus expẽdũtur. Nulla res cõstabit patri minoris. i. minori pretio q̃ filius. Cõtra qd' verbum obiicit diues vel defensor dicens: Si nihil datur vt dicis oratoribus: vnde igitur Quintilian[illegible] rhetor ille notissimus habet tot saltus: id est loca saltantibus feris apta: quae nimirũ spatiosa & diuitum sunt, Respondet poeta a fatis id esse

ASCE.

non a

Dĩ maiorum vmbris tenuem,& sine pondere terrã,
Spirantesq; crocos,& in vrna perpetuum ver,
Qui præceptorem sancti uoluere parentis
Esse loco.metuens uirgæ iam grandis Achilles
Cantabat patriis in montibus.& cui non tunc
Eliceret risum cithatœdi cauda magistri?
Sed Ruffum,atq; alios cædit sua quæq; iuuentus,
Ruffum,qui toties Ciceronem allobroga dixit.
Quis gremio Enceladi,doctiq; Palæmonis affert,
Quantum grãmaticus meruit labor?& tamen ex hoc
Quodcunq; est(minus est autem q̃ Rhetoris æra,)
Discipuli custos præmordet Accœnitus ipse,
Et qui dispensat,frangit sibi.cede Palæmon,
Et patere inde aliquid decrescere,non aliter,q̃
Institor hybernæ tegetis,niueiq; cadurci,
Dummodo non pereat,mediæ quod noctis ab hora
Sedisti,qua nemo faber,qua nemo sedebat
Qui docet obliquo lanam deducere ferro.
Dummodo non pereat totidem olfecisse lucernas,
Quot stabant pueri,cum totus decolor esset
Flaccus,& hæreret nigro fuligo Maroni.

non a beneuolētia diuitum,qui si Quintiliano fauerent: nõ tot rhetorea in paupertate degerent. sed qui felix est: idest fatum benignum habet: inuitis mortalibus plurima con sequetur.ad quod declarandum plura intermiscet: conclu/ surus ibi: Felix ille tamen,coruo quoq; rarior albo &c. Or/ do igitur est: O diues vel defensor diuitis, qui Quintilia/ ni diuitiaa mihi obiicis. transi:idest prætergredere exem/ pla nouorum: idest magno/ rum & inauditorum fato/ rum: idest noli mihi obiicere vnum , quem fata ditarunt. quia felix:idest eufortunatus quem fata fouent: est supple: idest reputatur & habetur. &:idest pariter. pulcher:idest decorus in membris. & acer: idest strenuus in animo . & hæc sunt bona naturæ. Fe/ lix:idest is qui felix est . est &: idest pariter. sapiens & nobi lis & generosus. & subtexit: idest subsuit.alutę nigrę:idest calceo nigro , qui ingenuo/ rum est . Lunam:idest formã Lunæ oppositam . quod no/ biliũ est & pomposorũ : quæ sunt bona fortunæ. Felix.i.q eufortunatus est: & felici si/ dere natus.est quoq;.i.etiam maximua orator . & iacula/ tor.i.argumentator, dialecti cus , aut sophista. etsi : idest quamuis.perfrixit:idest raucus ex frigore effectus est . can/ tat tamen bene:idest reputatur bene cantare . Sunt qui fri/ co frixi,& fricui in præterito habere dicant.exponentes sic: Et si felix ille orator,& iaculator perfrixit supple frontem: idest pudorem exuerit . cantat bene : idest reputatur opti/ mus musicus , quamuis indecore id facit : sed prior senten/ tia placet. Sunt autem hæc bona scientiæ & industriæ.Ideo autem felix hæc omnia obtinet.enim pro quia . quia distat: idest refert:interest.quæ sidera excipiant:idest egredientem capiant.te incipientem modo edere : idest emittere primos vagitus:idest fletus infantilea:quia(vt Plinius docet in prin cipio septimi libri) a vagitu & lachrymis vitam auspica/ mur : idest incipimus. & rubentem adhuc a matre: idest qualis a matre egressus es:hoc est multum refert , quem ho/ roscopum habueris; & qualem faciem cæli in natiuitatis tuæ hora.& id quidem astrologorum est approbare: non nostrum si ipsi sidera violentiam habere dicant: potissimum ad fortuita.vnde dicit poeta Si fortuna volet : tu fies con sul:qui est summus magistratus Romæ de rhetore : idest qui fuisti iam rhetor: vt Quintilianus . Est si eadem:scilicet hæc Fortuna volet : tu fies rhetor de consule.i. qui iam fui sti consul:sicut Valeris Licinianus.hunc ordinem tenet Mancinellus:quo melior Fortuna præcedit: & non est re/ probandus:licet quidam codices econuerso prius habeant: Fies de consule rhetor . & post : De rethore consul . Quid enim supple fuit Ventidius,qui in triumphum , vt captiuus ductus, postea triumphauit.Quid Tullius supple fuit: idest Marcus Tullius, qui humili loco natus omnes magistra/ tus Romanos gessit. & primus patriæ parens appellatus est.Mancinellus dicit de seruio Tullo potius intelligen/ dum esse:qui ex seruo ad regnum Romanum peruenit: sed is Tullus non Tullius vocatus est. dicit enim Virgilius in se xto:Residesq; mouebit Tullus in arma viros. An ne aliud supple fuerat q̃ sidus:idest sideris. hoc est constellationis ap probatio:& miranda potentia fati occulti:idest ignorati a nobis:quasi dicat minime fata dabunt seruis regna: vt Ser/ uio Tullo, & dabunt captiuis & Ventidio triumphos:idest summam gloriam, quæ mortalibus a Romanis conferri po terat. Fatum est hoc loco virtus siderum cum fato : idest vo luntate & præordinatione Dei qui dixit & facta sunt: & quæcunq; voluit fecit. Vnde a fando deductum est. quie/ quid enim fatur Deus diffinite futurum non deerit. Et quia cæli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius an/ nunciat firmamentum : vo/ lunt astrologi fatum ex astris posse deprehendi : quasi per astra Deus fetur. Fatum præ terea est aliquando mors a Deo præordinata: quæ in/ euitabilis est . multa de fato Cicero : multum theologi dis putant:sed redeo ad ordi/ nem. Quia ergo felix:idest felici sidere natus. peruenit ad optata etiam renuentibus mortalibus.ille scilicet Quin tilianus,qui ad diuitias per/ uenit.tamen: idest tametsi. sit rhetor.est supple felix.sed est supple quoq;:idest etiam rarior albo coruo:quia raris/ simum euenit, aut fato, aut fortuna rhetorem diuitem fieri. & ita non debebat fa/ tum nouum:idest inauditum vnius rhetoris obiici contra id qđ dictum est:q nemo da ret Quintiliano iam duo se/ stertia. Posset etiã ordo esse: Ille Quintilianus.s. est felix. & quoq;.i.etiã rarior albo coruo,& ita nouum est fatũ eius. tamen:idest quãuis.ipse sit felix.pœnituit multos cathedræ in qua rhetoricen docuerit.Vanæ,idest inania & sterilis: vn de nullum fructum consecuti sunt.sicut: idest quemadmo/ dum exitus:idest finis Thrasymachi:idest illius rhetoris Car thaginensis:atq; Secũdi Carinatis:idest illius rhetoris. Athe næ &:idest etiam vos non solum Romani: vidistis hunc sci/ licet Carinatem inopem.quia etiam apud Athenas pauper rhetoricem docuit : vos inquam Athenæ:nil ausæ conferre philosophis & rhetoribus præter gelidas cicutas:idest frigi dissimæ herbæ succum venenosum:quo Socratem in carce/ re necauerunt.& id in Athenas satyrico morsu adiicit poe/ ta, Moris enim est satyrici per transitum quemq; carpere: quem Horatius summopere obseruat.

IOAN. BRIT.

¶ Dii maiorũ vmbris:optat manibus maiorũ ppetuam tran quillitatẽ:qui pręceptores nõ minus , q̃ parentes coluerint. ¶ Dii.s.date. ¶ Tenuem terram:sic Mart. Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena. Oui. Et senis Anchisæ molliter ossa cu bent. Tibullus contra: O tu qui Venerem docuisti vendere primus:Quisqs es infelix vrgeat ossa lapis. ¶ Et in vrna ppe tuum ver:ppetuos flores.nam intra herbas odoratas conde bantur. ¶ Loco parentis:qui summa pietate præceptores venerati sunt. Seneca ad Lucil. Quam venerationem præce ptoribus meis debeo:eandem præceptoribus humani gene ris,a qbus tanti boni initia fluxerunt. ¶ Metuẽs virgę: exem plo Achillis ostẽdi, pręceptores esse miro honore colendos qui cum in Pelio monte Thessalię educaretur sub disciplina Chironis Centauri summo in honore cũ semp habuit, & ti muit, vnde Oui. in Arte amãdi:Creditur ãnosum ptimuisse senem. Quas Hector sesurus erat poscente magistro : Ver/ beribus iussas prębuit ille manus.a quo & medẽdi & canẽdi artẽ didicit. De hoc plura añ:Recubãs sub eodem marmore Chiron. ¶ Cãtabat.s.Achilles laudes magistri. ¶ Mõtibus pa triis.i. Thessalicis:vñ fuit Peleus Achillis pater. ¶ Et cui non tũc:erat, inqt, Chirõ eiusmodi vt facile de se risũ spectãtib9 posset mouere, tanq̃ caudatus magister. ¶ Citharœdi : Chi/ ronis,q(vt dixi) docuit Achillẽ & musicen & medicinã, de eo

non nulla Higinus.hic herbam inuenit,quæ Chironeum ap
pellatur,sed & aliam quæ Centaurion, omniuʒ morborum re
medium promittent ,de hoc plura in cōmentariis Achillei/
dos.⁋ Sed Ruffum:nunc autē,inqt,tam longe abest:vt præ/
ceptores colantur: vt multi etiam a discipulis verberentur.
⁋ Ruffum qui toties: habet emphasim: quasi dicat: qui con/
temnendus non erat, vtpote Rhetor optimus,qui etiam Ci
ceronem eloquentiæ cuiusdam gallicę dixerit.Nam & alii ex
titere,qui Ciceronem vt superfluum notauerint. Brutus(vt
auctor est Tacitus in libro de claris Oratoribus) eum elum/
bem & fractum nominauit.Rursus idem auctor est,Cicero
nem a Caluo male audiuisse , tanquam solutum & eneruem.
vnde sic scribit Seneca in declamationibus: Caluus qui diu
cum Cicerone iniquissimam litem de eloquentiæ principa/
tu habuit & c. ⁋ Allobroga: idest gallum,& barbarum. nam
Allobroges Allobroges populi sunt Galliæ , quorum Vienna ciuitas est
Vienna Metropolis.auctor est Strabo libro quarto. ⁋ Doctiq; Pa/
læmonis:hic est ille Rhemnius Palæmon Vintentinus gram
maticus, qui (vt scribit Tranquillus de claris grammaticis)
tanta fuit superbia , vt diceret literas secum natas , & secum
morituras.Marcum Varronem porcum litterarum appella/
bat,iactabatq; nomen suum in Bucolicis non temere positū,
præsagiente Virgilio fore quandoq; omnium poetarum ac
poematum iudicem . qui quandoq; interrogatus quid in
ter stillam & guttam interesset : gutta inquit st..t,& stilla ca/
dit auctor est Eusebius. Eius meminit & Plinius libro.xiii.
capite quarto . ⁋ Et tamen ex hoc : licet inquit id modicum
sit,quod datur grammatico : tamen ex eo ipse pædagogus
aliquid sibi intercipit.& est ordo:Et tamē Acœnitus ipse cu
stos discipuli præmordet ex hoc quodcunq; est: reliqua per
parenthesim leguntur . ⁋ Acœnitus : nomen videtur esse fi/
ctum quod propriam nimium spectet vtilitatem:a.h.α. quod
est sine:κοινωτης cōmunitas.⁋ Custos discipuli:pædagogus.
⁋ Franget sibi : ex solida mercede magistri aliquid sibi præ/
cidet . ⁋ Cede Palæmon:Verba sunt Iuuenalis quadam cum
miseratione subsanantis defraudantium auaritiam , vt sit:
Cede Palæmon de iure tuo,& patere æquo animo si quid ti
bi intercipitur.⁋ Non aliter,q̄ patitur sibi detrahi institor vi
lis supellectilis.vt accipias tegetis pro tegumento lecti ad ar
cēdum frigus hybernū. est enim teges genus straguli . de qua
abunde dictum est in quinta Satyra.Institor autem(aucto/
re Vulpiano)appellatur ex eo q negocio gerendo instat:nec
Institor multum facit,tabernæ sit præpositus , an cuilibet alii nego/
ciationi.nam quicunq; ad emendum, vendendumue præpo
nitur institor appellatur.eos etiā dicendos placuit Institores
qbus vestiarii:vel lintearii dant vestē circūferēdā,& distrahē
Circitores dā.quos vulgo circitores appellamus. Stabularii quoq; insti
torum loco habendi sunt . Sed & si tabernarius seruū suum
Stabularius peregre mitteret ad merces comparandas,& sibi mittendas,
loco institoris habendum scribit Labeo. hinc Institoriæ ope
ræ dicuntur . Tranquillus in Nerone: Parabantur insignes
ganeæ,& matronarum institorias operas imitantium. Oui/
dius: Institor ad dominam veniat discinctus emacem. ⁋ Ca
durci:vtrum stragulo an tegumento lecti. Solent enim lecti
superne veluti tentoriis cooperiri velis eiusmodi cādidis.su
pra:Violato pœna caduco i idest lecto:qui aut stragulo ni/
ueo sternitur,aut superne(vt dixit)velis candidis integitur.
Sunt enim Cadurci populi Galliæ apud quos lini præstātia
principatum obtinet in culturis ob candorem, de quibus in
præcedenti Satyra diximus. ⁋ Dummodo ne pereat:Verba
Iuuenalis deridentis tam extremam hominum auaritiam.i.
dummodo non pereat labor tuus docendi post mediam no/
ctem:quo tempore multæ tibi olfaciendæ sunt lucernæ:qd
Ab pro maximo fastidio intelligit. ⁋ Ab hora:post horam.Plini.
in septimo:A conceptu decimo die dolores capitis:idest post
conceptum.de qua particula plura disseruimus in prima Sa/
tyra illic: Exul ab octaua Marius bibit. ⁋ Mediæ noctis:eo
enim tempore pueri ludum literarium petebant . Martialis
libro nono:Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister in
felix pueris,virginibusq; caput . Nondum cristati rupere si/

lentia galli:Murmure cum sæuo, uerberibusq; tonas. ⁋ Flac
cus:Horatius.bene autem Horatium & Virgilium nomina
uit.Nam grammaticorum proprium est poetas iterpretari.
⁋ Decolor:qui nimia attrectatione,& fumo lucernarum co/
lorē amittit.⁋ Fuligo:nigrities ea dicitur,quæ puenit ex fu/
mo.dicta fuligo q̄si fumigo.Lucernarum fuligo a Pli.dicitur.
⸿ Dii maiorum vmbris.precatur bona maioribus:idest pri
scis romanis & græcis,qui præceptores suos non minus quā
parentes coluerunt.Ordo est:Dii supple dent. vmbris.i.ma/
nibus & cineribus maiorum.s. defunctorū terram tenuem,
& sine pondere.i. leuiorem cyppum ut dicit persius.i. mol/
lem sepulturam:vt in pace requiescant. & molliter ossa cu/
bent.credebant enim gentiles bene esse manibus si leuior &
florida esset sepultura.& dent crocos.i.flores croci.& perpe
tuum ver.i.viriditatem & amœnitatem veris ꝑpetuam. in
vrna.i.iuxta bustum vbi vrna cinerum combustorum reconditur.
qui.s.maiores voluerunt præceptorem esse loco sancti paren
tis:quia animorum non corporum. vel loco.i.in veneratione pa/
rentis : qui omnis filio sanctus.i.veneranda , & inuiolabilis
esse debet.Achilles magnanimus ille: & formidata tonantis
ꝓgenies:metuens virgæ.i.flagelli præceptoris sui Chironis
iustissimi centaurorū : iam tamen grandis effectus cantabat
laudes Chironis.iam in patriis montibus.i.in Thessalia,quę
est patria eius.docet enim Homerus Achillem inter bellicos
sudores etiam præceptoris sui & educatoris Chironis,queʒ
centaurorum idem iustissimum pręducat,laudem decant sse.&
cui cauda magistri citharœdi.i.Chironis cētauri qui inferio
rem partem umbilico tenus equam habuit.non eliceret tunc
risuʒ q.d.cuilibet eliceret.& tamen Achilles eo,q pręceptor
erat,laudauit eum.sed iuuentus.i.multitudo iuuenum disci/
pulorum cędit.i.pcutit Ruffuʒ Rhetorē illū,atq; alios sup.rhe
tores & grāmaticos.cędit inquaʒ quemq;.i.quemlibet sua.i.
quam docendam quisq; habet.Ruffuʒ dico,inquit poeta,cę
di a iuuenta:qui per arrogantiā & factionem diceret toties
Ciceronem optimum oratoreʒ allobroga.i. Allobrogorum
more crasse & inflate loquentem. Sunt enim Allobroges nō
longe a Lugduno Burgūdiaʒ versus.Quis gremio & c.Nūc
grāmaticorum.i.eorum,qui primas literas docent,miserrimam
ostendit conditionem vt qui parum mercedis pro multis labo/
ribus:& id qdem non sine interuentu litis obtineant.Ordo
est:Quis affert gremio,i.in gremium:quia sedentibus præce
ptoribus ad gremium eorum afferunt infantuli pretiuʒ schola
sticum.Enceladi,& palæmonis docti vtriusq; grāmatici.tā
tum sup.q̄tum labor grāmaticus.i. literarius:hoc est docen/
darum literarum meruit.q.d.nemo.& tamen ipse custos discipu/
li,qui græce pędagogus dicit̄.Acœnitus.i. proprii boni : &
non cōmunis amator.ꝑmordet.i prius abrodit,& diminuit:
quasi de crustulis.& is qui dispensat.i.dispensator rerum dome
sticarum diuitis:qui credita recipit,& debita soluit.frāgit prius
q̄ pędagogo.i.pueri ductori det sibi aliquid ex hoc sup.mo
dico:sup.pretio quodcunq; est. minus auteʒ est qd̄ gramma
ticis datur.q̄ sup.sint æra.i. pretia argentea Rhetoris .'o pa
læmon peritissime & arrogātissime grāmatice.cede.i.patere
te vinci:& patere aliquid decrescere.i.diminui.inde.i.de mo
dica mercede tua,non aliter q̄ patiatur sup.de pretio dimi/
nui.institor.i.uenditor mercenarius tegetis.i.lodicis.hyber/
næ.i.qua in hyeme vtimur(est enim densa ex lana linteis in/
serta)& pro idest.cadurci.i.veli niuei.i.albi.dūmodo nō pe
reat.i.dum aliquid mercedis habeas ex eo q sedisti , audiens
& docens ab hora mediæ noctis:qua hora nemo existens fa
ber ferrarius:cui mos est mane surgere:quia tarde opari non
licet: & qua nemo,qui docet deducere.i. attenuare . obliquo
ferro.i.hamis qbusdam in tabulis fixis. lanam .i. carptor aut
carminator lanarum.sedebat.s.tunc cum tu inciperes.dūmodo
inquam non pereat olfecisse.i.odoratu pertulisse totidem lu
cernas.i.lampadas:quas pueri pauperum noctu afferunt . quot
pueri stabant ante te dicentes dictata.cum.i.quando . Flac/
cus.i.liber Flacci Horatii.esset decolor.i.decoloratus ꝓpter
fuliginem.& cum fuligo.i.crassa nigredo ex vapore olei ar/
deptis,hæreret Maroni nigro.i.libro eius denigrato.

Rara tamen

IOAN. BRIT. ❡ Rara tamen merces: licet, inquit, aliqua tibi merces detur. eam tamen non habebis, nisi per litem & strepitum forense. ❡ Cognitione tribuni: iudicis, Nam pro tribuno unumquemque iudicem intelligit. ❡ Sed uos sæuas: cum indignatione & quadam miseratione hæc dicit in magistros, qui multis laboribus & incommodis onerantur. ex quo, inquit, ipsi non possunt his tot incommodis deterreri: quo minus uestros filios doceant: uos eis asperas leges imponite. ❡ Regula uerborum: ut intelligat regulam omnium uerborum, quem casum unumquodque uerbum regat. quod inter rudimenta grammatices haud minimum est. ❡ Dum petit Thermas: loca calida ad hoc parata: ut sudor e toto corpore eliceretur. θερμον enim significat calidum. ❡ Nutricem Anchisæ: sæpe enim eiusmodi quæstiones obscuræ exigebantur a grammaticis. unde & Tiberius (auctore Tranquillo) solitus est fatigare grammaticos quærendo: quæ fuerit mater Hecubæ: quod Achilli nomen, cum inter filias Lycomedis latuit habitu muliebri. Nec autem omnia commemerat: quasi quæ modicæ sint utilitatis, parumque necessaria unde est illud Senecæ in epistola de studiis liberalibus: Hoc quidem me quærere, ætate fuerit maior Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire an minor Hecuba fuerit, quam Helena. Quid inquam annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? ❡ Nouercæ Anchemoli: de nouerca Anchemoli Virgilius hæc cecinit: Hinc Stelenum petit, & Rhœti de gente uetusta Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ. scribit Seruius Rhœtum Marrubiorum regem fuisse in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit nouercam, quam priuignus stuprauit quo cognito cum pater eum persequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille ad Turnum se contulit. Anchemoli siue Anchemori cuiusdam ab Hypsiphile educati mox serpentis morsu necati meminit Statius in Thebaide. ❡ Acestes: Crimnisi Siculi fluuii filius fuit ex Sagesta Troiana. Virg. Troia Crimnisio conceptum flumine mater Quem genuit. hic in Sicilia imperium tenens Aeneæ multos cados uini dono dedit. Virgilius: Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestus. ❡ Ducat: fingat, formet. ❡ pollice: tanquam digito. sumptum est autem de persio: Et premitur ratione animus, uincique laborat, Artificemque tuo ducit sub pollice uultum. ❡ Ne faciant uicibus: rem pudendam uerbis honestis expressit. i. ne inter se uicibus coeant. ❡ In fine: perpetratæ Veneris. in qua oculi ad angulos retorqueri solent, Virgilius: Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircquis. ❡ Hæc inquit cures: hæc sunt, inquit pater, quæ tibi curanda sunt o magister. ❡ Et cum se uerterit annus: ego hunc locum simpliciter accipiendum arbitror: idest cum annus cursum suum perfecerit. nam proprium anni est in se ipsum reuerti. papinius in Siluis: Versumque domus sibi temperat annum. Tranquillus in Caligula: Vicies ac speties milies sestertium non toto uertente anno absumpsit. Virgilius: Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Columella: Tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nulloque sono conuertitur annus. unde & Ouidius in Metamorpho. appellat annum uoluentem: Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum. Horatus: inuersum annum appellauit perpetuo (ut est auctor porphyrio) epitheto, quia in se semper uertitur. ut sit sensus: Difficilia quidem sunt: quæ tibi o magister imponuntur, a parentibus discentium: sed finito anno præmium tuum promeritum non accipies nisi per litem. & quod populus. i. ipse tribunus magistratus populi iusserit tibi uictori dari. ut sic referas ad illud: Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni Non egeat. Legendum hoc est risu satyrico in contemptum auaritiæ sui temporis, uerba enim sunt Iuuenalis dicentis: post labores tuos finito anno accipe mercedem, quam tibi daturus non est, nisi per litem. Non tamen ignoro tradi a Macrobio libro secundo in somnium Scipionis: Vertentem annum appellari posse, cum astra cuncta ad eandem metam redierint, unde semel profecta sunt, & paulopost inquit: Annus uero qui mundanus uocatur, qui uere uertens est, quia conuersione plenæ uniuersitatis efficitur, largissimis sæculis explicatur. Et imprimo saturnalium: annum Solis uertentem nominat. Sed (ut diximus) simplici sensu hic locus est accipiendus.

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat. sed uos sæuas imponite leges,
Vt præceptori uerborum regula constet,
Vt legat historias, auctores nouerit omnes
Tanquam ungues, digitosque suos, ut forte rogatus
Dum petit, aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ, nomen, patriamque nouercæ
Anchemoli, dicat quot Acestes uixerit annos,
Quot Siculus phrygibus uini donauerit urnas.
Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat
Vt si quis cera uultum facit exigite, ut sit
Et pater ipsius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant uicibus. non est leue tot puerorum
Obseruare manus, oculosque in fine trementes.
Hæc inquit cures, & cum se uerterit annus
Accipe, uictori populus quod postulat aurum.

ASCE. ❡ Rara tamen. Eandem rem continuat docens difficilem, & exiguam mercedem ex durissimis laboribus, tamen: idest quamuis, a media nocte doceas. rara supple est merces: quæ non egeat cognitione tribuni: idest quæ soluatur sine coactione tribuni. Sed uos parentes: scilicet discipulorum imponite præceptoribus sæuas. i. magnas & difficiles obseruatu leges. ut regula uerborum: idest doctrinæ. constet: idest innotescat præceptori. quia uolunt parentes etiam hodie docere præceptores quid doceant. Volunt ergo ut filius legat historias: ut nouerit omnes auctores, tanquam ungues & digitos suos. ut ipse rogatus forte. i. a casu. dum petit. i. aggreditur. intrat aut Thermas. i. cameras calidas: quas stufas Galli uocant. aut balnea Phœbi illius uiri. nisi potius dicamus Thermas esse in domibus. balnea phœbi in stagnis aut riuis a phœbo: idest Sole calefactis. dicat respondens scilicet nutricem: idest nomen nutricis. Anchisæ. i. patris Aeneæ. & nomen & patriam nouercæ Anthemoli. i. illius uiri. dicat quot annos Acestes rex Siciliensium: quem Virgilius seniorem dixit: uixerit. & quot urnas uini: idest cados ut Virgilius primo Aenid. dicit. siculus scilicet Acestes. donauerit phrygius: idest Troianis. quæ omnia Virgilio tanguntur: sed non explicantur. sunt autem friuolæ interrogationes. Et exigite: idest exacte poscite: ut præceptor ducat teneros mores puerorum. ceu: idest tanquam duceret eos pollice ut: idest quemadmodum quis pollice ducit. si facit uultum: idest effigiem. cera. i. de cera, uel in cera quæ pollici obedit. exigite ut præceptor sit. &: idest etiam. pater ipsius cœtus: non solum ut præceptor bonas literas: sed etiam ut pater bonos mores eos docens. ne uidelicet pueri laudant turpia: idest turpiter uel turpes: idest sodomiticos ludos. & ne faciant uicibus: idest uicissim turpitudinem illam. Non est leue: idest facile obseruare manus tot puerorum inspiciendo quid agant & contrectent. & oculos trementes in fine: idest inspicere an habeant oculos trementes. quod signum est peractæ libidinis. pater: aut potius poeta irridens inquit: O præceptor cures hæc: & cum annus se uerterit: idest redierit ad idem principium: quia (ut dicit Virgilius) Redit agricolis labor actus in orbem: Atque in se sua per uestigia uoluitur annus: hoc est ergo expleto anno accipe aurum: idest pretium quod populus postulat a præfecto, aut tribuno. tibi uictori: idest uotorum compoti. qui in iudicio patrem uicisti. i. sume has curas: ut in fine anni si conuincere poteris patrem: habeas eam mercedem, quam populus tibi postulauerit a præfecto, aut tribuno: ut ipse tibi persoluat.

Satyra octaua. Stemmata quid faciunt?

IOAN. BRIT.



Temmata quid? Hac Satyra eos insectatur, qui aut maiorū gloria, aut falsis fortunæ bonis efferuntur, existimātes ueram inde hois nobilitatē pendere docens eam hęreditariam nō esse: nec a parentibus testamento relinqui: sed unūquemq; uirtutū meritis fieri nobilem. unde illud est Senecæ ad Luci. Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Hic eq; nactus occasionē monet Ponticum, ad quem scribit Satyram, multos extitisse, qui humili loco nati ad summam dignitatē cōsurrexerunt: sedq; uirtutis splendore clarés, nobilesq; fecerūt. contra nōnullos, qui ex claris parentibus orti in aliqđ dedecus reuoluti sunt: lucē, quā a maioribus suis acceperāt in tenebras cōuertisse: ut sic demum ostendat uerā nobilitatem ex uirtute pendere. ❡ Stēmata: in atriis Romani imagines maiorū cereas habebant singulis armariis dispositas: ut essent imagines quæ comitarentur gētilicia funera: sempq; defūcto aliquo totus aderat familię eius. qui unquā fuerat populus. Stēmata igitur (ut scribit pli.) lineis discurrebāt ad imagines pictas. Talē igitur imaginum ordinem antiqui stēma noiauerunt. Tranquil. in Nerone: Obiectum est Cassio Lōgino, q; in uetere gētili stēmate C. Cassii peussoris Cęsaris imagines retinuisset. Idem in Galba imperator uero etiā stēma in atrio pposuerit: q;o paternam originē ad iouem, maternā ad pasighaen Minois uxoré referret Mart. Atria pisonum stabant cū stēmate toto: Et docti Senecæ ter uenerāda domus. Diuus Hierony. ad Princapiā uirginem: Vt exponam stēmata p consules & prefectos prætorio decurrentia. Spartia. in uita Cōmodi: Is enim liber debet oīa, quæ ad stēmata generis continere. Lampri. in Alexādro Seuero: Et stēma generis dipinxerat, quo ostēdebatur genus eius a Metellis descēdere. Sene. in. iii. de beneficiis: Qui imagines in atrio exponūt, & noīa familię suę longo ordine ac multis illigata flexuris in parte prima ædiū collocant: non noti magis, q̄ nobiles sunt q; stēmata pro statiis acciperētur, non pbo. Nam cum Tranqlius scribat in ueteri stemāte imagines retinuisse. Idem esset ac si diceret statuā in statua retinuisse. Sed (ut dixi) p ordine illo nobilitatis, qui designabatur p eas statuas in atriis dispositas in armariis & illigatas multis lineis. de qbus & Paulus iuriscōsultus de gradibus sic scribit: Stēmata cognationū directo limine in duas lineas separantur: quarū altera supior, altera inferior. Ex supiore autem uero & secūdo gradu trāsuersæ lineæ pēdent. Stēmata item a scriptoribus frequētissime pro generositate usurpantur Mar. Argētis furiosa sui, sed stēmata narrat. papinius in Siluis: Expectatur equus: cuius de stēmate longo Felix demeritos habet admissura parētes. persius: Stēmate q; thusco ramū millesime ducis. Ait ergo poeta stēmata nō esse ea, quæ nobilitatē hōi parēt. ❡ Longo sanguine: lōgo maiorū genere. ut ostēdat ex genere maiorū uerā nobilitatē nō pēdere, Ouid. Nam genus & pauos, & quæ non fecimus ipsi: Vix ea nostra puto. ❡ Pictos uultus: nam imagines pictæ erāt, ut dictum est. Stemata discurrebāt lineis ad imagines pictas. ❡ Aemilianos stantes in curribus. i. statuas triumphales Aemilianorū. Nā Paulus Aemilius filius eius: qui apud Cannas trucidatus est, de Liguribus & Persa rege Macedonum triumphauit. ex quo natus est filius, quem Scipioni filio Africani superioris tradidit in adoptione; qui Aemilianus est cognoiatus. is fuit qui Carthagine; deleuit. Numātiam in Hispania uicit. unde Africani inferioris & Numātini cognomen reportauit. ❡ Et Curios: M. Curium abstinentissimum fuisse illud declarat: qđ cum Samnitum legati (ut scribūt Valerius, plinius, plutarchus, & Liuius) ad eum in scāno sedentē magnu; auri pōdus attulissent, publice missum: inuitarentq; ut id accipet. respōdit se malle locupletibus impare, q̄ locuplete; fieri. & qui acie uinci non potuit. eum pecunia corrumpi non posse. ❡ Dimidios: uetustate exesos, & mutilatos. ❡ Coruini: Coruinorū familia fuit antiquissima, quæ a coruo propugnatore Valerii aduersus ferocē Gallu; accepit cognomen ex ea familia fuit Messala Coruinus orator, q primus præfectus urbis sexto die magistratu se abdicauit nō ciuile; potestatē esse contestās. Eum inter oratores laudat sic Quitilia. in x. At Messala nitidus & candidus, & quodāmodo præ se ferens in dicēdo nobilitate; suam uiribus minor. ❡ Galbam: Sulpitiorū familiam antiqssimam docet Tranql in Galba. Qui autem primus cognomen Galbæ tulerit cur aut unde traxerit. ambigit. Familiā illustrauit Sergius Galba cōsularis, & eloquentissimus: quem tradunt Hispaniā ex pretura obtinentem. xxx. Lusitanorū millibus perfidia trucidatis Variatini belli causam extitisse.



Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra octaua.



Témata quid faciunt? quid pdest Pontice longo
Sanguine cēseri? pictosq; ostendere uultus
Maiorū? & stantes in curribus Aemilianos?
Et Curios iā dimidios? nasūq; minorem
Coruini, & Galbam auriculis, nasoq; carentem:

ASCE.



Temmata qd faciunt &c. In hac octaua Satyra reprehēdit poeta pōticum, & eius similes de nobilitate generis gloriātes: cum ipsi ignobiliter. i. turpiter uiuāt. tametsi sola uirtus uere nobilem faciat. Arguit aūt in pricipio eos, qui ut nobilitatem generis ostentent, pponūt stemmata. i. ptractiones lineaꝝ cum iscriptione nominū & pprioꝝ & appellatiuoꝝ oium ab una radice descendentium: sicut arborem cōsanguinitatis canonū studiosi sibi cū appellatiuis uōibus describunt. Quōsi quis p exemplo stēma primi regis Albanoꝝ describere uelit ponat pro radice Saturnum & producat lineam paternam sic: Saturnus iouem genuit, Iupiter Dardanum & Venerem. Dardanus Ericthonium. Ericthonius Troem. Tros Assaracum. Assaracus Capim. Capis Anchisen. Anchises & Venus Aaneam. Maternam sic: Saturnus Faunum genuit. Faunus picum. picus Latinum. Latinus Lauiniam: ex qua Aeneas Ascanium fm quosdam primum Albanorum regem &c. huiusmodi autem origines & propagationes alii solis nominibus: & per lineas cōexis describebant. alii etiā statuas ex cera cōficiebant: ut ex plinio per Mācinellum accepisti: & ut declarabo in principio sequentis particule. Quia tamen stemma proprie corona dicitur: uult Calderinus stemma solūmodo ob aliquod insigne facinus quauis corona aut nautica: aut ciuica: aut murali: aut laurea &c. coronatoꝝ esse. nam non omnium progeniei; stemmata erant. Ordo est: O pontice quid

Quis fructus generis tabula iactare capacē
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis male viuitur? effigies quo
Tot bellatorum, si luditur alea pernox?
Ante Numantinos si dormire incipis ortu
Luciferi, quo signa duces, & castra mouebant?
Cur allobrogicis, & magna gaudeat ara
Natus in herculeo Fabius lare? si cupidus, si
Vanus, & euganea quantumuis mollior agna?
Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum
Squalentes traducit auos? emptorq́ veneni
Frangenda miseram funestat imagine gentem?
Tota licet veteres exornent vndiq́ ceræ
Atria nobilitas sola est, atq́ vnica virtus.
Paulus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto.
Hos ante effigies maiorum pone tuorum,
Præcedant ipsas illi te consule virgas.

tice quid stemmata faciunt ad nobilitatē sup. verā. q. d. nihil. Quid prodest censeri. i. recēseri. aut in lustris dum census disquiritur memorari. lōgo sanguine. i. longe sumpta origine. Et quid prodest ostendere vultus. i. effigies maiorum suorū pictos in foribus domum publicarum, aut priuatarum, aut ex cera formatos: & postea coloratos: & quid prodest ostendere Aemilianos? cuiusmodi erāt Scipiones stantes in sculptura. s. in curribus triumphalibus videlicet. Et qd prodest ostendere Curios. i. maiores suos de gente Curiorum iā dimidios. i. pro dimidio sui dirutos. & vetustate exesos. & nasum & minorē. i. vēto & pluuia aut edacitate temporis immunutum & attritum. Coruini. i. Valerii a coruo agnominati? & quid prodest ostendere Galbam, qui Neroni successerat? vel potius aliquem ex maioribus illius. carentem auriculis & naso. i. cuius status antiquissima auriculis & naso ex vetustate mutilata erat. Gloriosum autem erat habere in genere suo antiquissimos viros nobiles: & ideo pulchrum erat q statuæ eorum iam consumi cœperant ex antiquitate. vnde. Hora. vt Mecœnatis nobilitatem vno verbo exprimeret, dicit in principio Carminum. Mecœnas atauis edite regib⁹, & Virgilius libro septimo de regia Pici sic dicit: Quinetiam veterum effigies ex ordine suorum Antiqua ex cedro, Italusq́ paterq́ Sabinus, Vitisator curuam seruans sub imagine falcem, Saturnusq́ senex, Ianique bifrōtis imago Vestibulo astabant: aliique ab origines reges Martia. qui ob patriam pugnando vulnera passi.

IOAN. BRIT. ¶ Quis fructus generis subaudi est. i. q pdest ab nobilitatē quæ hoc modo non paratur? ¶ Iactare. i. ostentare. ¶ Tabula capaci. amplo armario. erāt enim (vt diximus) imagines cereæ in armariis. ¶ Magistros fumosos. i. imagines fumosas, & veteres suorū maiorum, q fuerint magister equitum: quæ dignitas in populo Romano fuit amplissima. Nā dictatorib⁹ semper iungebatur eo modo. quo regibus tribuni celerū. i. equitum. nec vnquā dictatores creabantur, nisi ingruente maxima necessitate: tunc cæteri magistratus in vrbe cessabāt: ab

Dictator magister equitum

iis ius prouocandi non erat: quibus & capitis animaduersio data est. Et quia hic magistratus maxime esset potestatis, nō erat fas vltra sex menses retineri: cum ergo dictator sine magistro equitum non crearetur: bene dixit Cū dictatore magistros. dictus est a dicendo, dictator: quod a consule diceret. Tranquillus in Tiberio: Cū dictatorē dicere a senatu iuberetur. Fumosos autem legendum esse non famosos, illud me monet Ciceronis i Pisonē: Obrepsisti ad honores errore hominum cōmendatione fumosarum imaginum: quarū simile habes nihil præter colorē. Seneca ad Lucilium: Nō facit nobilē atriū plenū fumosis imaginibus. Boetius in principio operis loquens de quibusdā vestibus ait: Quarum speciem sicut fumosas solet imagines caligo quædam obduxerat. Nam in atriis ignis fiebat. vnde & Diuus Lucas i diuinis scripturis ait: Petrus vero sequebatē eū a longe. Accenso aūt igne in medio atrii, & circūsedētibus illis erat Petrus in medio illorum. Non ignoro famosum capi etiam in laudem. de quo illud Famæ sacra mœnia Lagi. ¶ Corā Lepidis. i. clarissimis imaginibus maiorū tuorū: qualis fuit Aemilius Lepidus: qui bis consul fuit, pontifex maximus & censor. de quo plura in sexta Satyra. ¶ Effigies quo Tot bellatorum: quid necesse est, inquit iactare & ostentare effigies tot bellatorū: si tota nocte in alea versaris ante Numantinos. i. ante imagines tuorū maiorum qualis fuit Scipio Numantinus. Nam Scipio Aemilia-

Scipio Numantinus

nus Macedonici filius: vt a deleta Carthagine cognominatus est Africanus: sic & a Numantia deuicta Numātinus, quę ciuitas in Hispania olim memoratissima, quāuis sine muris & turribus populi Ro. per multos annos bella sustinuit: demumq́ longa obsidione. & famæ victa sepsam ferro, veneno, & igne subiecto absumpsit. Deletæ Numantiæ solū titulum in triūphū tulit Scipio: nullo Numantino inuento, q cathenatus in triumphū duceret: cuius cognominis meminit & Propertius: Vera Numātinos t. gna loquunt auos. Et Apuleius i primo limine secundæ Apologiæ: At hoc ego Aemiliano. nō huic Afro sed illi Africano & Numantino, & ꝑterea censorio vix credidissem. Et ita dictū ē Numantinos. i. ante statuas Numātinorum sicut & ifra: Statuamq́ parentis ante triumphalem. ¶ Effigies quo. i. cur, ad quid. Virgil. Quo molem hanc immanis equi statuere? ¶ Luditur alea pernox? passiue dixit luditur alea: cum voce actiua dicatur ludit aleam Sueto. in Nerone: Quadringenis in punctum sestertiis lusit aleam. ita dictū sicut curro cursu; viuo vitā. ¶ Pernox alea: ita dictum: vt illud vigiles fenestræ. nā qd hois est, rei applicuit: Pernox enī appellatur. qd per noctē vigilat. Gellius: Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atq́ pernox a summo lucis ortu ad Solē alterū orientē inconueniens. ¶ Luciferi ortu. i. ipso Auroræ ortu. i. si tota nocte in alea versatus quieti, tandē te ad Aurorā tradis: quo tēpore maiores illi tui clarissimi impatores in expeditionē exercitū ducebant: Nā & C. Sulpitius dictator (vt docet Liuius libr. vii. primæ Decadis) vbi illuxit in radicibus montiū, extendere aciem cœpit aduersus Gallos. ¶ Ortu Luciferi: Lucifer stella & Veneris, quæ cū ante Solē currit & oritur ante lucē. Lucifer appellat: græce aūt Phosphoros eadē, cum Solē sequatur post occasum eius appares in cælo, clarissimeq́ lucens Vesperugo, siue Vesper vocitat, græce aūt Hesperos. lege. Victruuiū lib. ix. & Plin. lib. ii. ca. viii, & Cice. in. ii. n. natu Deorū. ¶ Cur Allobrogicis: sensus est: Cur, inquit. Fabius maiorū gloria afferatur. eorūq́ titulos sibi asciscat, si auaritia & libidine flagrat: vt ostendat nobilitatē nō pēdere ex genere: neq́ ex gloria maiorū. hoc dicit ꝑpter Qu. Fabiū maximū filiū Qu. Fabii maximi Allobrogis cuius & imperatoris clarissimi: q vitam luxu perditā egit & maioribus indignā adeo: vt Pompeius prætor Vrbanus paternis bonis ei interdixerit. lege Valeriū lib. iii. cap. v. Per hunc aūt intelligit oēs, qui moribus nequaq̄ maioribus suis similes, eorum tñ gloria efferuntur. ¶ Allobrogicis cognomine maiorū: quod familiæ peperit. Is Fabius qui apud flumen Isaram aduersus Allobroges & Bituitum Aruernorū regē feliciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominū cētum viginti. Bituitus Albæ custodiendus datus est: cum ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset. Allobroges in deditionem accepti. Lege Liuium. Allobroges aūt populi sunt Galliæ Narbonensis, quorum metropolis est Vienna, Strab. lib. iiii. ¶ Fabius natus in lare herculeo: hoc dicit, quia gens Fabia originē duxit ab Hercule, Ouidi. in Fastis lib. ii. Vt tū Herculæ supeeessent nomina gentis: Credibile est ipsos consuluisse Deos. Idem in libro de Ponto scribens ad Fabium Maximū sic ait: Cōueniens animo genus est tibi nobile namq́: Pectus, & Herculeæ simplicitatis habes. Silius in secundo: Fabius tyrinthia proles Ter centum memorabat auos. Ferunt enim (auctore Plutarcho) ex vna nympharum Fabium Maximum genitum esse, Quidem vero Herculem

Pernox

Lucifer

Allobroges.

apud fluuium Tyberim cũ muliere indigena congressum habuisse asserunt: & Fabium virum optimum, a quo Fabiorũ familia Romae initium habuit, genuisse. vnde etiã tanquam Deum sibi propinquum, & familiarẽ inuocabant Fabii. Plutarchus in eadem vita Fabii sic scribit. Vt animaduertit dissipatas Romanorum copias, & vndiq; ab hoste circumuẽtas: clamorq; fugientium ad aures eius peruasit, percusso femore, suspiriisq; ac gemitu omnibus praesentibus proh Hercules, inquit, citius quidem q̃ sperabam, tardius vero q̃ ipse maturabat, minutius seipsum pdidit. Fabius itẽ (vt scribit Plinius) recepto Tarento ab hostibus signum Herculis inde trãslatum in Capitolio dedicauit. ¶ Ex magna gaudeat ara: cur, inquit, sibi placeat Fabius q sacra Herculis ministret. Nam familia Fabiorum sacra Herculis haereditaria habebat, quę peculiari colebat veneratiõe. originẽ enim (vt diximus) ducebat ab Hercule. Eam aram magnã dixit pro maxima, idq; rõne carminis. neq; enim maxima in sexto casu põt stare in versu. Eam arã Euãder Herculi dedicauit i foro Boario. vñ Ouid. in Fastis: Instituitq; tibi, q̃ maxima dr, aram. De hac lege Liu. in primo limine primi libri ab vrbe cõdita, & Ouid. in pri. Fastoꝝ. Dionysius de ea ita scribit: Est. n. foro Boario prima: venerationeq; apud incolas inter cęteras pcipua. Solinus: Hercules instituit arã, q̃ maxima apd põtifices habet, cũ se ex Nicostrata Euãdri matre, q̃ a Vaticinio Carmentis dicta est, immortalẽ cõperisset. ¶ Si cupidus: si auarus sit. qđ turpissimũ homini est. Tale est illud Persii: Egregium cũ me vicinia dicat: Non credã? viso si palles improbe nummo: Si facis in Penem q̃cquid tibi venit amarũ: Si puteal multa

Vanus. cautus Vibice flagellas Ne q̃cq̃ populo bibula donaueris aures: ¶ Vanus: stultus, ac si dicat modicae prudẽtię. vt illud: Sic libitũ vano, q nos distinxit Othoni. aut vanũ mendacẽ intelligit, vt nequã. Terẽ. Nõ ne pudet vanitatis: hoc est mẽdacii. Virg. Nec si miserũ fortuna, Sinonẽ Finxit: vanũ ẽt, mẽdacẽq; improba finget. ¶ Euganea: patauina. ad oues autẽ altinates respexit: quae lanarũ mollitie (auctore Columella) cõmendabantur. Mart. Velleribus primus Appulia. prima secũdis. Nobilis Altinũ tertia laudat ouis. sunt aũt Euganei Venetiae populi. Sidonius apolinaris mentionẽ faciens de Tito Liuio sic: Vel qcquid in aeuũ Mittunt euganeis patauina Volumina chartis. Mart. laudãs altini littora lib. iiii. Epigrãmatũ sic inquit: Quęq; antenoreo dryadũ pulcherrima Fauno Nupsit ad Euganeos sola puella lacus. Caeterũ de Euganeis leges plin. lib. iii. cap. xx. & xxi. ¶ Mollior: delicatior & minime aptus laboribus bellicis. vt ostendat corporis mollitiam haud quaq; viris cõuenire. ¶ Attritus lumbũ: sinecdoche. i. hñs lumbũ attritũ. mollitiẽ sui tẽporis notat: quo multi sibi draucos appetebãt cutẽ sibi polientes. Lumbũ autẽ posuit pro podice, quem vt teneri & veluti mulieres viderentur, depilem, glabrũq; sibi reddebãt. ¶ Pumice catinensi. i. siculo.

Catina Nam Catina ciuitas est Ciciliae non lõge a mõte Aetna: qui ppetuo flagrans incendio lapides pumices eructat in littus

pumex catinẽse. Est aũt pumex lapis leuis, & spõgiosus atq; aridus incendio ex coctus. De quo sic Virg. in Aetna: Congeries saxi augusto e vertice surgunt: Sic veluti fornace lapis torretur, & omnis Exuitur penitus venis subit altius humor, Amissis opibus leuis sine pondere pumex Excutitur. De pumice sic plini. libro trigesimo sexto: Sed & his pumices, qui sunt in vsu corporum leuigandorum foeminis iam quidem & viris ¶ Traducit auos squalentes: idest dedecorat & ridẽdos prae-

Tradu/ bet. cum eis similis non sit, Traducere enim est dedecorare: & veluti infamia afficere. vt est illud Martialis: Rideris, multoque magis traduceris Afer: idest ifamia afficeris, & dedecore aspergeris, & rideris. & in sequentibus: In qua se traducebat Vlysses: idest dedecorabat. seq; ridendum praebebat. Sic & illud in sacra scriptura: Ioseph autem cũ esset vir bonus, & nollet eam traducere: hoc est nota & infamia afficere, & ridendam praebere. De hoc etiam priore Satyra diximus. ¶ Squalẽtes: vetustate, aut ita effumigatos ob assiduos labores, quos pro patria tulerunt. ¶ Emptorque Veneni: & si veneficus est. ¶ Imagine frangenda, si in stemmate suorum

maiorum habet statuam: quae caeteris est dedecori. & ideo frangenda. ¶ Funestat, cõmaculat. ¶ Miser ami: dictum p cõmiserationem, quae talem produxerit. ¶ Veteres cerae: licet, inquit, atria plena sint statuis maiorum tuorum: non tamen inde pẽdet nobilitas, sed ex sola, vnicaq; virtute. ea enim est quae (vt diximus) hominem reddit clarum & nobilem. p veteres igitur ceras intelligo imagines cereas: quae collocabantur in armariis in atriis. vt dictum est. Seneca de beneficiis: Nemo altero nobilior: nisi cui rectius ingenium: & artibus bonis aptius. Qui imagines in atriis exponũt, & nomina familiae suae longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuria, in parte prima aedium collocant, non noti magis q̃ nobiles sunt. ¶ Atria: atrium prima erat pars aedium, vbi imagines cereae maiorum in armariis collocabantur, & vbi clientes dominum expectantes considebant. Horatius: Et rebus omissis Atria seruantem postico falle clientem. Seneca de breuitate vitae: Quam multi per refertum clientibus atrium prodire vitabãt. Illic ignis (vt paulo ante diximus) fiebat. Ideo Iuuenalis superius imagines fumosas appellat. Dictaq; sunt

atria, vel ab atriatibus Thuscis: quod illinc exemplum sum- Atri

ptum sit, auctor Varro. Vel quod a terra oriantur, quasi aterraria, vel quod ãtra essent ex fumo. De iis sic meminit Vitruuius in sexto. Earum autem rerum non solum erunt in vrbe aedificiorum rationes, sed etiam ruri, preterquam quod in vrbe atria proxima ianuis solent esse. Poni autem solebant imagines maiorum cum titulis suis in prima parte ędium: vt eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur. ¶ Nobilitas sola, virtus: concludit nobilitatem non in gloria maiorum, neq; in falsis fortunae bonis, sed in propria, veraq; animi virtute consistere. vnde Marius apud Salustiũ ait: Fortissimum quemq; generosum esse. Ostendit autem poeta nobilitatem haereditariam non esse: quandoquidem virtus in qua ipsa consistit nobilitas, neq; dono detur, neq; accipiatur, cum diuitiae, & imagines, & alia fortunae

bona a maioribus relinqui possint. ¶ Virtus: auctore Cicero- Virtus.

ne in rhetoricis, animi habitus est naturae. modo atq; ratio- Habit?.

ni consentaneus. habitus vero est animi, corporisq; constãs & absoluta aliqua in re perfectio. ¶ Paulus moribus esto: facito sis similis moribus Paulo & Cosso & Druso: qui multis officiis de repu. benemeriti sunt. per. Paulum intelligere possumus paulum Aemilium: qui perset Macedoniae regem cum liberis eius in triumphum duxit: qui q; frugalitatis & modestiae amator filiarum maiorem M. Catonis filio vxorẽ dedit: minorem Helio Tuberoni pauperi, sed optimo. virtutem enim est admiratus per quã erat pauper. ¶ Vel Cossus de Cosso intelligendum est: qui (vt scribit Florus) Mussulanos, & Getulos accolas Syrthium, iubente Augusto Cęsare domuit. vnde cognomentum Getulici assecutus est, vnde sequitur: Salue Getulice. meminit & Traquillus in Augusto. fuit & ante (vt scribit Liuius libro quarto) Cornelius Cossus tribunus militũ: qui occiso Volumnio rege Veientium opima spolia secũda retulit. ¶ Drusus: de Claudio Druso potest intelligi, qui (auctore Tranquillo) hostiũ duce Drauso cominus trucidato sibi. posterisque suis cognomen inuenit. Traditur etiam pro praetor ex puincia Gallia retulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii patum, nec (vt fama est) extortum a Camillo. posses etiã intelligere de Druso Nerone, qui Hasdrubalem iuxta Metaurum caecidit. aut Druso fratre Tiberii Neronis: qui ab Augusto i Germaniã missus parta illa victoria Germanici cognomẽ est assequutus. Hos ergo tres commemorat, vt de republica optime meritos. ¶ Hos: scilicet mores. vt sit sensus: Fac vt imagines tuorum maiorum videant vitam bene cõpositã in te esse. ¶ Illis scilicet mores. ¶ Praecedant ipsi vis, inquit, vera nobilitate censeri fac dignitates & honores, quos in republica adeptus est virtutibus & moribus ornes, & eos semper tecum praeferas ¶ Ipsas virgas: ipsas dignitates. nam consulibus duodecim lictores dabantur cum duodecim fascibus virgarum: totidemque securibus colligatis: qui consules praecedebant. praetoribus vero sex tantum fasces cum reliquis insignibus.

¶ Quis

ASCE. ¶Quis fructus generis tabula & caetera. Eandem rem connotatur tamen scias lector quid per tabulam significet leges per Mancinellum ex Plinio recitata. quae si legisti quidem sed nõ intellexisti: hoc sibi voluit. Veteres Romani vt ad maiorum vestigia quotidie exhortarent se: proposuerant oculis suis illorum insignia hoc modo in atriis: quas Galli salas vocant. erãt quaedam armaria. i. variarum repositoria seu locatoria (cogor fere barbarus esse vt intelligar) in quibus disponebantur vultus egregiorum virorum suae cuiusque familiae expressi cera: qui dum quis mortuus erat, circum funus ponebant, vt tota familia. i. omnes qui de domo illa vnquam egregii prodierant, conspicerentur. iuxta autem armaria impactis erant stemmata: idest ramusculi ab radice primi nobilis in illa domo discurrentes ad imagines omnium nobilium ab illo descendentiũ ille pictorum: ad quas imagines erant tabulę formatae in formam tabularum certarum: in quibus infantuli scribere discunt, vbi chartarum abundantia non est: eae autem tabulae erant capaces ita φ codices: idest (vt vulgus vocat) rotula cõtinerent & monimenta: idest scripta ad aeternam memoriam eorum quae ii quorum erant: in magistratu gesserant. in ianuis autem, & circũ valuas erant imagines ingentium animorũ, quae aliqua bella egregia gesserant, & spolia, exuuiasque hostium retulerant, quae quidem spolia affigebantur limitibus, & fornicibus, ac valuis: eo pacto vt ne alieno quidem domino, qui eos aedes emerit, ea deponere liceat. de quibus spoliis dicit Virgilius continue ad ea quae in superiore particula recitauimus sic: Multaque praeterea sacris in postibus arma, Captiui pendẽt currus, curuaeque secures. Et cristae capitum, & portarum ingentia claustra Spicula, clypeique, ereptaque rostra carinis & caetera. Ordo textus nostri est: Quis fructus: idest quae vtilitas supple est. iactare: id est ad iactantiam ostentare in tabula capaci: idest valde ampla largam scripturã capiente. famosos: idest gloriosos & maxime famę, & hoc quidẽ hic in bonã partem. magistros equitum, quos capitaneos vulgus vocat, cum dictatore: qui summus erat magistratus, non ordinarie, sed pro tempore creatus: qui non vt consul cum patribus quid faciendum esset consultabat: sed dictabat: idest ex sententia sua pronunciabit quicquid volebat. nec erat ius ab eo prouocandi. Quis fructus inquam est ostentare maiores summos magistratus gessisse, si male viuitur ab ostentantibus: scilicet coram Lepidis: idest illic vbi imagines Lepidorum: idest optimorum virorum, quales Lepidi fuerũt depictę erant quasi dicat nullus. & quo. i. ad quid. valet iactare tot effigies bellatorum, martia qui ob patriam pugnãdo vulnera passi. si alea: idest ludus alearum. pernox: idest totam noctem durans. Luditur: idest exercetur ante Numantinos: idest victores Numantiae ciuitatis Hispaniae, quam Scipio expugnauit: qui ob id Numantinus dictus est. Et si talis ostentator vel aleator postquam totam noctem fere lusisti, incipis dormire ortu Luciferi: idest oriente Lucifero: quo oriẽte. vel in cuius ortu duces Romani mouebant signa: idest vexilla & castra. haec est verba lectio, quam Calderinus vir nimirum argutissimus, & optime de literis meritus (licet aliquando dormitasse notetur) nobis approbat. quapropter miror cur Mancinellus ab eo discesserit. Tametsi enim non omnino dissona sunt quae adducit: verisimilior tamen est Calderini sententia. Verum quidem est φ Luciferi dictus sit Phosphoros graece, & Numantia ciuitas Hispaniae sit. adde si vis φ etiam Hesperus Lucifer quodammodo dici potest: non solum, quia idem est astrum: verum etiam quia vtroque tempore lucem fert: sed matutino affert, vespertino aufert. Vnde ferre licet raro pro auferre ponitur, vt in Bucolicis: Omnia fert aetas animum quoque & caetera. & ita si Luciferum dicere voluisset quod lucem auferret: nihil tamen procederet: quia sensus non est quod incipiat aleator dormire vbi totam noctem luserit vespertino: sed summo mane sub lucem. Praeterea quales ortus mihi pones in Hesperia hoc est occidẽte: quomodo Luciferum vesperi orientem dices, cum iam vicinus occasui sit. Ad hoc quis Luciferum vnquam dixit quod lucem auferat: licet ferre pro auferre per aphaeresim dicatur. sed hoc purgant, si non potius inuertunt, dicentes Luciferum pro Hespero poni. fateor quidem quosdam primo Aeneidos Reuocato sanguine Teucri: Teucrum pro Dardano putare poni. sed si mihi esset hic de ea re disputandi locus: dicerem. nec illic Teucrum pro Dardano nec alibi Philomelam pro Progne: nec alia pro aliis (vt dicuntur) poni: sed pro se. nam vult sanguinem Teucri reuocari: idest aboleri vt ex Creta oriundum: & Dardani genus ex Italia orsumdum exaltari. Reuocamus enim florentes dum eos ad abolitionem vocamus. Sed ad institutũ nostrum licet aliquid duces Romani coeperint castra mouere cum Hesperi occasu. quando scilicet aut opportunitas, aut necessitas interueniens consulit: tũ aduentante luce consuetius est mouere. Praeterea quis neget vituperabilius esse cum Lucifero oriente: quam cum Hespero occidente incipere dormire. Non est ergo opus accipere Luciferum pro Hespero: & ortum pro occasu. cum in propria significatione verior sit sententia. Cur Fabius: idest aliquis Fabiorum natus, in lare herculeo: idest in familia, quae Herculem se auctorem habere profitetur, gaudeat allobrogicis supple titulis, & appellationibus, quas Fabius emendatis ex quo Allobrogas vicerat moribus, assumpsit: se Allobrogum appellans: quas filius ob turbes mores merito amiserat & cur gaudeat magna ara Herculis, idest pontificatu ad magnam aram Herculis. vel gloria quae ex eo Fabiorum familiae oriebatur: quod ab eo: scilicet Hercule genus ducerent. cuius maxima Romae ara venerabatur. cur inquam gaudeat talibus: si ipse existens cupidus: idest auarus. si vanus: idest mendax, & sine fidei constantia: & melior quantumuis magna euganea: idest oue altina, qua nihil imbellius: cum Hercule nil fuerit bellicosius. & si atritus lumbum tenerum: idest mollem, & delicatum ac libidinosum: idest abens eum atrium est enim graeca figura. punice: idest lapide cauernoso, quo membranae & cutes leuigantur & poliuntur, catinensi, idest aetneo: idest qualem Aetna mons Siciliae saepe euomit. moris est epitheta rebus dare a locis in quibus plurimae & optimae sunt, vt hybleae apes: tyria purpura: indici vniones & caetera. producat: idest porro ducat & exponat oculis mortalium ad ostentationem. auos: idest imagines auorum squalentes: idest situ & squalore victas quia (vt prius dixi) quae quisque amat, ea potissimum colit: quia ergo talis non vult imitari mores maiorum suorum, derelinquit imagines eorum squalidas. & si ipse emptor veneni: quo suos necet. funestat: idest inquinat. & quasi funere contaminat imagine supple sua frangenda: idest dirumpenda: & non cum aliis ponenda. & ita quasi mortua inter viuentes: vnde quodam modo quasi praesenti semper cadauere funestam facit miseram gentem: idest progeniem suam dignam miseratione, cum ei imputandum non sit si malos habeat nepotes, quibus optimis moribus egregie, pręluxerit. Miserum fere in bonam partem accipimus: nec de malo miserum diximus. Licet igitur: idest quamuis. veteres cerae: idest antiquissimae imagines ex cera in armariis (vt dixit Plinius.) dispositae exornent tota atria, tamen supple sola atque vnica virtus est nobilitas, vel nobilitas est sola atque vnica virtus: idest nihil dici potest vera nobilitas nisi ipsa sit virtus. Et ideo esto moribus: idest similitudine morum. Paulus: vel Cossus vel Drusus: idest similis optimorum virorum cuiusmodi illi fuerunt. & pone hos mores tuos bonos, quibus alicuius illorum similis es. ante effigies maiorum tuorum: idest reputate potius nobilem: quia tales mores habes: quam quia tales parentes & maiores. Illi scilicet boni mores praecedant: idest praeferantur quantum ad hoc quod est effici nobilem. ipsas virgas: idest fasces virgarum: quos lictores ferebant. te supple existente consule: idest non te tam reputabis nobilem quod generosos habeas parentes: aut amplos gessisti honores: seu magistratus: quam quod spectatos obtineas laudatissimi cuiusque mores, vt in sequentibus prosequitur dicens.

DAN.
RIT.
onor.
ia ge/
era

Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi
Iustitiæq; tenax factis, dictisq; mereris,
Agnosco procerem, salue Getulice, seu tu
Syllanus quocunq; alio de sanguine ratus
Ciuis. & egregius patriæ contingis ouanti.
Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Inuento. quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? nanum cuiusdam Atlanta vocamus,
Aethiopem cygnum, paruam, extortamq; puellam,
Europen, canibus pigris, scabieq; vetusta
Leuibus, siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, eo si quid adhuc est,
Quod fremit in terris violentius. ergo cauebis,
Et metues, ne tu sis Creticus, aut Camerinus.
His ego quem monui tecum est mihi sermo Rubelli
Plance, tumes Alto. Drusorum sanguine, tanquam
Feceris, ipse aliquid, propter quod nobilis esses.
Vt te conciperet, quæ sanguine, fulget iuli
Non quæ ventoso conducta sub aere texit,
Vos humiles inquis & vulgi pars vltima nostri,
Quorum nemo queat patrium monstrare parentis,
Ast ego cecropides, viuas, & originis huius
Gaudia longa feras, tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies, solet hic defendere causas
Nobilis indocti, veniet de plebe togata
Qui iuris nodos, & legū ænigmata soluat.
Hic petit Euphratem iuuenis, domiti q; Batauí
Custodes aquilas armis industrius, at tu
Nil nisi cecropides, truncoq; simillimus hermæ,
Nullo quippe vincis discrimine, q quod ‚Illum
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.

¶ Animi bona, bonorū tria sunt gñalia sunt. corporis. vt valetudo: velocitas, vires, dignitas. Alia fortunæ, q̄ externa dicūtur: q̄ penitus extra sunt omnem hois potētem & fortunæ impio subiecta, vt gen⁹, eductio, op s, diuitiæq; amicitiæ, affinitates, gloria maiorū, quæ incerta, infirmaq; sunt, quæq; hoies ignauos plerunq; reddūt, & ab oī virtute alienos: hic ergo vera nobilitas non pēdet. Alia sunt aīi bona, q̄ cōsilio & cogitatione nostra constant: videlicet iustitia, fortitudo, prudentia, & modestia q̄ virtutes sunt morales, & q bus ueluti Diis similes efficimur, hinc ergo uera habetur nobilitas. inqt igit poeta: Prima mihi debes animi bona: vt sit prima p primū. nomen p aduerbio, vt sit sensus: Si uis nobilis haberi ex bonis externis, & corporis, fac primū bona animi, i. virtutē amplexus sis: q̄ maxime æternitati hois memoriā cōsecrat: & sine ea vera nobilitas non habetur. vt ostēdat & illis bonis hoiem ēt posse clarescere sed bona animi ea ēē, q̄ vera hoi s nobilitatē tribuāt. ¶ Sāct⁹ haberi: ordo hic est, & sensus: ergo te, inqt, agnosco procerem. i. nobilē si mereris haberi & dictis & factis sanct⁹ & iustitiæ tenax. Bene autē Iuuenalis virū bonum diffiniuit, q & ope & verbo vniculq; possit prodesse, & nemini iniuriā fecit. Sanctū (auctore Macro.) dicimus sacrū & religiosum & oī obseruatione inuiolatū, verū ēt apud auctores, vt hoc loco, accipitur sanctus pro eo. qui se ab oi labe purū custodit. ¶ Agnosco procerē: te habeo & admitto nobilem, & generosum. ¶ Meretis subaudi extrinsecus si. i. si tu mereris hēri sctūs: id est bonus factis & dictis. ¶ Salue Getulice: te. n. salutabo quocunq; vis cognomine, vt nobilissimū qualis fuit Cossus Getulicus: tanq̄ & tu Getulos deuiceris, nā a victoriis, cognomēta duces reportabāt: vt Numidicus, Macedonicus, Creticus, Isauricus: Dacicus. Britanicus. Mart. Creta dedit magnū, mai⁹ dedit Africa nomē Scipio. qd victor, quodq; Metellus hābet. Nobilius domito tribuit Germania Rheno: Et puer hoc dignus ne s Cæsar eras & c. ¶ Seu tu Syllanus: ordo est & sensus i Et libet mihi exclamare præ letitia, qd populus Aegyptius clamat inuento Osiri: si tu contingis patriæ ouanti Syllanus rarus & egregius ciuis de quocunq; alio sanguine. i. præ letitia clamabo, si tu de quocūq; sanguine, acsi dicat etiā vilissimo natus, similis fueris Syllano raro & egregio ciui, vt p̄clara p rep. facias sicut Syllan⁹. Is. n. (auctore Liuio lib. viii. secūdi belli punici) Scipionis legatus Magonē ducē Carthaginensiū i Hispania superauit. Hannonē alterū imperatorē viuum cepit. Sicq; poeta semp docet illos nobiles esse vndecunq; nati fuerint q p̄clari s facinoribus vitā suā illustrauerint. ¶ Patriæ ouanti. nā patria læta est, cū de rep. bñ merētes habet ciues. ¶ Osiri inuento. i. inuēto Api boue. quē Aegyptii colūt, veluti ¶ Osiridē. Osiris Nā tradiderunt aīam Osiridis in bouem transmigrasse. Nō ē fas eū certos (vt scribit Pli.) vitæ annos excedere, Mersum igit i sacerdotū fōte enecāt, quæsituri luctu aliū, quē substituāt donec inueniāt, mœrēt. Derasis ēt capitibus, nec tñ vsq; diu q̄ ritur vitulus pilori p̄similis: quo inuēto pop ulus luctū finit. De api boue ita scribit Strabo lib. xvii. Memphis Aegyptiorū est regia: ea Apidis tēplū hēt: q idē est: qd Osiris. Hic aūt est ille Osiris quē alii Saturni ex Rhea filiū fuisse tradūt. Alii Iouis ex Niobe. Vir magni ingenii, gloriæ cupidū q relictis agris patria sua, ad Aegyptios transfretauit, quos ditioni sue subegit. Isidē Inachi filiā, q̄ Io ante uocabat duxit vxorē: quorū vterq; ob varias virtutis diuinos honores meruit. Isis. n. leges statuisse fertur. vñ Thesmophora a græcis: hoc est legifera dicta est: Eā ēt frugū inuetricem dicunt. Osirim vero varias artes Aegyptios docuisse. de q bus sic cecinit Tibullus: Primus aratra manu solerti fecit Osiris: Et tenera ferro sollicitauit humū. Primus inexpertæ cōmisit semina terræ: Pomaq; nō notis legit ab arboribus. Hic docuit teneram palis adiūgere vitē: Hic viridē dura cedere falce comam. Verū Osirim ferunt a Typhone fratre p fraudē occisum fuisse ac dilaniatū, eiusq; mēbra ab vxore diu q̄sita: q̄ cum nō inueniret, in maximos fletus prūpere solita. Quare cōmorā Aegyptos tādiu ea quæ siuisse quod iuxta Syenem inuenerūt: q̄ illic Isis sepulturæ mandauit. ¶ Insignis: subaudi est. ¶ Quis enim: rōnem effert illū nobilem nequaquā cēsendū: in quo solum p̄clarū genus, & nō virtus spectatur vt ostendat solā virtutē dare homini nobilitatem. Seneca: Quis est generosus? ad uirtutē bene a natura compositus. Quintil. Qui generosissim⁹? nōne q optimus? non q celebritate nascēdi, sed q virtute maxime excellit. ¶ Nanū cuiusdā: ostēdit illū sæpe derisu haberi, q nobilis & generosus appellat. Nā quēadmodū per risum & iocū appellamus nanū alicuius Atlanta, & Aethiopē albū & Cygnū, ita ēt ironicos appellam⁹ aliquos Creticos & Camerinos: cū tñ nō sint veri Cretici nec Camerini: hoc est cū in iis nulla maiorū virtutis ornamēta spectētur, vt sit sensus Non si te Creticū aut Carmerinū aliq s appellat, propterea es Creticus aut Camerin⁹, nā id cognomē posset tibi eē impositū in derisum, sicuti ēt p iocū Atlanta nanum appellam⁹. ¶ Europen: quā ob pulchritudinem Iupiter in taurū cōuersus ex Phœnicia i Cretā aduexit, fuit aūt filia Agenoris Phœniciæ regis. ¶ Leuibus: sine pilis, q ppter ætatē longā, & scabiem diciderūt. Violentius: q pardus, tigris, & leo. ¶ Ergo cauebis, Et metues: ne te ita per derisum vocēt Creticū & camerinū: quēadmodū nanū appellant Atlāta, & Aethiopē cygnū Ab eo Metello q deuicta Creta Creticus est cognominatus. & ab eo P. Sulpitio Camerino vetustiss. i generis, q vna cū Sp. Posthumio Albo, Aulo Manlio missi fuerūt Athenas, iussi inclytas leges Solonis describere, & aliarū ciuitatū instituta, iura, moresq; noscere. ¶ Tecū est mihi sermo Rubelliū Plāce: a Pontico ad quē scribit Satyrā discedit, & Rubelliū Plācū alloqtur. mox ad Pōticū redibit, cū dicit paulo post: Hæc satis ad iuuenem. De Rubellio Planco ita scribit Tacitus in

Isis
Tesmophora

Neronei

Nerone: Igitur quasi iam depulso Nerone q suam diligeretur.
pquirebant, & omniũ ore Rubellius Plancus celebrabat: cui
nobilitas p matrem ex Iulia familia, ipse placita maiorũ cole
bat habitu seuero, casta & secreta domo, quantoq; metu oc/
cultior, tanto plus famæ adeptus. ¶ Tumes alto sanguine
Drusorũ: q genus trahis a familia Claudia in q̃ fuit Clau/
dius Drusus ille, q (auctore Tranq̃llo in Augusto) hostiũ du
ce Druso cõminus trucidato sibi, posterisq; suis cognomen
inuenit. Hinc fuit Claudius ille Drusus, q statua sibi cũ dia/
demate ad appii forũ posita Italiã p clientelas occupare tẽta
uit. hinc Claudius ille pulcher, q apud Siciliã nõ pascentibus
in auspicando pullis, ac p contẽptũ religionis mari demersis:
q̃si biberẽt q̃ñ esse nollẽt, p̃lium nauale iniit, & supatus est
hinc deniq; Tiberi? Nero tertius impator. & Drusus frater
eius. ¶ Tumes in supbia meueheris, tanq̃ aliq̃d egregium fece
ris: vñ nobilis sis cẽsendus. sicq; ostẽdit ad uerã nobilitatẽ nõ
sufficere genus maiorũ. ¶ Vt te cõciperet subaudi extrinsecus
& ve sic. Et vt te cõciperet mater ex familia Iulia: nõ ãt igno
bilis mulier, q̃ vrgente paupertate texit telam conducti merce
de. ¶ Sub aere: sub dio. sicq; pauperũ mansiones designauit.
Horatius: Diues ne prisco natus ab Inacho: Nil interest an
paup. an infirma De gẽte sub dio moreris. ¶ Vos humiles in
q̃t: subaudi estis. cũ cõtemptu pferendũ hoc est. ¶ Patriam
parentis vnde descẽderit parens vester. ¶ At ego cecropides:
subaudi sum. i. nobilis. non autẽ hoc dicit: q̃ sit Atheniensis
Cecro/pidæ Erictidæ Alcmæonii — Rubellius: sed q cũ Athenis de nobilitate eẽt certatio: alii q;
se dicerent oriundos a Cecrope: seq; cecropidas dicerent: alii
ab Alcmæone: vñ Alcmæonii. alii ab Erectheo: vñ Erecthidæ
Cecropidæ genere p̃stabãt. ¶ Viuas: nõ sine indignatione di
ctũ a poeta & irrisione vanæ nobilitatis. Imitatio est Persii
Dinomaches ego sum suffla, sum cãdidus, esto. ¶ Tñ ima: vt
ostẽdit nobilitatem pendere ex virtute & bonis ait nõ aũt ex
bonis externis quibus insulsi hoies inflantur. ¶ Nobilis ironi
cos q se nobilem putat. ¶ De plebe togata. i. vili. Toga. n. (vt
diximus ex Asconii testimonio) erat viliorũ. ¶ Nodos: diffi/
Aenig/ma — cultates. ¶ Soluat: explicet & enodet. ¶ Aenigmata: ænigma
sermo est obscurus interp̃tamẽto indigens. ab αἰνίττω qđ est
nuo, innuit. n. q̃ddã qđ postea est pluribus est explicãdũ. vel ab
αἰνίττομαι: qđ est obscure loquor. vt illud: Vidi mare cõcre
tũ in cereta ligneo in cãpo: vbi caro humana ossibus ludebat
significat. n. salinũ cũ sale i mẽsa: vbi manus humana talos iacta
bat. ité: vt mẽ me genuit eadẽ mox gignit ex me, cũ significat
ex aqua glaciẽ cõcrescere: & rursum i aquã resolui. ergo ænig
mata dubios & obscuros legũ sensus. q̃ græci dicũt ænigma
ta. hoc genus q̃dam e nostris veteribus scriptos appellãt. Gel
lius. Hic talis is, vt sit sensus: Alius, inq̃t, iuuenis, quẽ tu igno/
bilem appellas nulli p̃sus pro repu. parcens labori longinq̃s
regiones petit, mille pericula adit. At tu nihil horũ facis: Ce
cropidẽ te tñ vocas: hoc est nobilẽ, cũq; desidię cõsulas vna
hac re tñ gloriaris: q nobilis sis. cũ aũt nõ appellat Cecropi
dẽ (vt diximus) q sit Atheniẽsis, cũ familiæ de nobilitate cõ
tenderẽt: aliæ dicebãt se a Cecrope oriundas: vñ Cecropidæ
dicebant: aliæ ab Alcmæone: vñ Alcmæonii, aliæ ab Erictheo
vñ Erictidæ. sed Cecropidæ nobiliores habebãtur a Cecro
pe: q ẽt ante Deucalionis: q regnauit Athenis: quẽ ois antiq
tas fabulatas est fuisse biformẽ: q primus marẽ fœminæ ma
trimonio iunxit. ¶ Euphratẽ: partes orientales. nã Euphrates
fluuius est. quẽ fundit maior Armenia Babylonẽ interluens.
auctores Strabo lib. ii. & lib. xi. Solin? & Mela. hunc Assirii
Batauí/ — Regiũ flumen appellãt. ¶ Bataui domitæ: de Batauis memi/
nit Tacitus in eo opusculo, quẽ de Germanis cõposuit: Sũt
n. Germaniæ populi Rhenũ incolẽtes. hos Domitianus ad
huc puer domuit. vt scribit Tacitus & Silius: At puer auri
como iam formidate Batauo. ¶ Custodes aqlas. vexillas. nam
aqla romanorũ erat insigne Iuuena. in seq̃ẽtibus: Da nũc &
Volucrem sceptro, quæ surgit eburno eo loco de aqla pluscu
la dicemus. Vegetius: Pcimũ signum totius legionis est aqlas
quã aquilifer portat. ¶ Aqlas custodes domiti Bataui. i. presi
Hermes — dia posita ad tenẽdos Batauos nup domitos a Domitiano.
¶ Truncoq; simillimus herme. i. statuæ Mercurii. Hermes. n.
appellatus est Mercurius: vt auctor est Fulgentius: ab eo q
ἑρμηνεύειν idẽ ẽ, qđ interp̃tor & dissero. illa videlicet cã, vel q
negociatori linguarũ sit disertio necessaria (vtraq;. n. regnã p
meare dr̃ supna, atq; iferna) qđ mõ ventis in altũ nauigans
currat. mõ demersus inferna tẽpestatibus appetat. vel (vt au
ctor est Diodorus lib. pri.) q sermonis inuẽtor fuerit. Hora
tius: Mercuri facunde nepos Atlantis: Qui feros cultus ho
minũ recentũ Voce formasti catus. Vel q̃a verborũ interp̃ta
tionẽ inuenerit. vñ & ipsum Hermem: hoc est interp̃tem ap
pellarũt. Latini vero Mercuriũ dici voluere: quasi mercium
curã. negociis. n. (vt scribit Fulgẽti?) p̃fuisse dr̃: eũq; Deũ lu
cri p̃tẽ uerũt. Persius: Mercurioq; accersis fibra, da fortuna
re penates. Horat. Mercurialer vnus Cũ lucto norã nõ frequẽ
tia Mercuriale Imposuere mihi cognomẽ cõpita. Hermæ la
pidei Athenis ex domestica cõsuetudine opus quadratũ plu
rimi erãt: tam in priuatarũ ædiũ vestibulis, q̃ in sacrarũ. q (vt
scribit Thucides lib. vi. historiarũ) vna nocte, cum Atheniẽ/
ses expiditionẽ aduersus Syracusanos pararent, ex maxima
parte circa ora circũcisi fuerũt incerto auctore, q̃ res infelici
tatẽ portẽdit Atheniensibus. nã a Syracusanis superati, cæ
siq; pene fuerunt oẽs De Mercurio ẽt sic loqtur Macrob. pri
mo Saturna. Pleraq; etiã simulachra Mercurii quadrato sta/
tu figurantur, solo capite insignita. Hoc idẽ testat Plutar. in Ni
cia & Alcibiade sic: Adiiciebãt p̃terea Mercurii statuas: qua
rũ Athenis magna copia erat ex oibus locis ciuitatis vna no
cte fuisse dictas: capitibusq; pfractis ad terrã prostratas ia
cere meminit & Aemilius Probus in Alcibiade. in. iiii. ẽt. lib.
epigramatũ Xenocratis q̃dam epigrãma edidit: vbi introdu
cit Mercuriũ loquẽtẽ, interrogãtẽq; cur ipsum sine pedib?.
& manibus sculpsissent: cum & palęstrita sit, & gesticulatori
ἑρμῆς ὠκὺς ἐγὼ κικλήσκομαι ἀλλὰ παλαίστρας. μηκέτι δ' ὀρθὸν
χερσὶ νόσφι πόδας. πῶς οὖν ἐγὼ ταχὺς ὀρθῶς
χερσὶν μαλάξω ... : hoc est
hermes ego celer vocor, sed palæstrę. Nõ mutilũ manibus sta
tuite, neq; absq; pedibus, vel q̃omõ celer ego, quomodo au
tẽ recte manus mouebo? ad gressum vtrorũq; orphanus exi
stens. bene igitur cõparat poeta illum, qui se Cecropidẽ di/
xit: cum patriæ inutilis sit statuæ truncæ Mercurii. ¶ Nullo
discrimine: nulla differentia.

¶ Prima mihi debes ai bona. Ordo ẽ: ac si dicat poeta: Si tu
vis vt te dicã nobilẽ: tu debes mihi bona. i. dotes & virtutes
ai prima. i. in primis ante oĩa alia. i. ante generositatẽ & cla/
ritatẽ sanguinis: aut amplitudinẽ honorũ: aut opes fortunę
Sola. n. animi virtus nr̃a est, Sanitas. n. & icolumitas aut pul
chritudo naturæ, cęloq; debẽtur: generositas pgenitoribus:
honores exibẽtibus: diuitiæ: fortunæ: aut donãtibus eas: &
potissimũ Deo: cuius oĩa bona sunt. at virtus quã nemo mor
taliũ, aut dare, aut auferre nobis põt: nr̃a (aut dixi) ẽt: sed nõ
a nobis. Si tu mereris factis & dictis. i. ope & sermone: quo
ordine dixit Lucas act. pri. Cœpit Iesus facere & docere. ha
beri. i. æstimari & reputari sanctus. i. inuiolabilis. & tenax. i.
obseruãs tenaciter iustitiæ. ego agnosco sup. te, vel in te. pro
cerem. i. primorẽ ciuitatis optimũ virũ, & nobilissimũ, q ciui
tatis onera portare posses: vt nobilissimus & generosissim?.
Raro aũt pcerẽ: q̃ritem: primorẽ: primatẽ: optimatẽ: & huius
modi singulariter leges. Salue Getulice. i. ego te tunc saluta
rem sic. o Getulice. i. ita generose vt Getulorũ victor salue.
seu. i. siue. tu existẽs Syllanus. i. nobilis vt Syllanus, seu sup. ci
uis rarus. Et p. i. egregiu. i. p virtutẽ ab aliis segregãdus) vñ
Home. & post eũ Virg. duces ab exercitu segregãtis vt Reliq
as Danaũ, atq; imitis Achilli) cõtingis. i. cũ difficultate dat
es. patriæ ouãti. i. exultãti de virtute tua: tũc te inuicto libet
exclamare illud genus exultationis: q̃d populus Aegyptius
exclamat Osiri. i. boue Osirim repẽtãte inuento. postq̃ diu q̃
situs fuerat. enim p q̃a, q̃s. q. d. nemo dixerit. hunc. i. eũ gene
rosum, q existens indignus genere suo: q a virtute maiorũ suo
rũ degenerãs. est tñ. i. solũmodo. insignis. i. clarus & insigni/
tus. & p insigni p̃ditus. p̃claro noie. i. cognomine maiorũ suo
rũ: hoc est his nomen p̃clarorũ virorũ, & nõ operatiões. Pro
xime cõsequẽtia legi p̃ñt: vt p similitudinẽ ostẽdat: q sicut p

froniam nanum vocamus: Atlanta: siue Atlantē (est enim ac
cusatiui casus ab Atlas) ita nō nisi ironice optimorū virorū
noia pditissimus damus. M. ior tū uis & melior cōtext? erit
p interrogationē figuratā: q̄ negatiuā rñsionē efflagitat. hoc
modo: Nungd vocamus nanū .i. pusillū filium cuiusdā noti
nobis. Atlanta .i. pulcherrimū & longissimum viꝶ: qualis &
quātus dr Atlas: quis (vt Vir/
gi. iiii. Aenei. dicit) Axem hu
mero torquet stellis ardenti
bus aptus? Nungd vocamus
Aethiopē .i. nigerrimum. cy
gnū .i. cādidissimum? Nungd
nos vocamus puellam paruā,
& extortam .i. strumosam &
gibbosam, & mēbra extorta
hñtem, Europen .i. pe: ram &
pulchram, qualis erat Euro/
pē? Nungd tigris: ant pard?:
aut leo: aut sup. si qd ē in ter/
ris: qd fremit adhuc, violen/
tius, q̄ aialia iā dicta. erit no/
men canibus pigris: & leui/
bus .i. expilatis: hoc est gbus
attriti sunt, vel exciderūt pi
li. vetusta scabie .i. p vetustam
scabiem. & lambentibus ora
.i. extremitatē lucernæ siccæ
.i. inutilibus ad venationem.
& victū foede quæritātibus.
q. d. minime. vñ infert: Ergo
tu cauebis & metues ne sis
Creticus .i. appelleris Creti/
cus: aut Camerinus .i. vir. stre
nuus & nobilis sicut Metel/
lus, q deuicta Creta Creticus
dictus est. & tū sis hō nequā
& pditussima hoc vltimū Cal/
derinus, & ex eo Mancinel/
lus gloriat aperuisse. ego cre/
do legi posse hac Camerinus:
non aut, & sensum esse: Ergo
cauebis ne sis Creticus nomi/
ne .s. ac Camerinus re. Nam
creticū no. nen seueritatis est
& viri iuridici: vt Saty. seda:
Cretice pelluces. vbi creticus
non ponit pro noie viri: sed
p excelentissimo. vnde ægre
fert q Creticus .i. q seuerus
iudex esse debeas, pellucet .i.
p molles habitus lucet vt ibi
di. ā est. Cam rinus aūt p
sordido ponit, vt in pceden
ti Saty. Tu Camerinos, &
Bareas, tu nobilium magna
atria curas. Præterea Sulpi/
tius Camerin? vitiosus a Ta
cito notatur. Quia tamē tex
tus habēt aut Camerinus: & certū est Camerinos nobiles es/
se: exponi pōtne sis Creticus, aut Camerinus sup. nomine
tm. Neq; ordo est: Ergo tu quā ego his monui cauebis ne sis
Creticus &c. Sed sicut Horat. in primo sermone ad audito
rem suum ridentē, & libenter rem fabulosam audiētē dicit:
Quid rides. mutuo noi de te Fabula narrat &c. ita hoc loco
p fantasiam quandam fingit poeta Rubellium Plancum hæc
libēter audire: quasi in aliū dicātur: vnde interrogat eū dicēs
Quem monui putas his verbis meis o Rubelli Plance. sermo
est mihi tecū .i. ad te loquor. tu. n. tumes .i. inflaris, & supbus
es cedis alto sanguine Drusoꝶ .i. illorū nobilium. tanq̄ .i. per
inde, ac si ipse, .i. tu feceris aliqd propter qd esses nobilis: &

Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putet nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco victoria Circo.
Nobilis hic quocunq; venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.
Sed venale pecus corinthæ, & posteritas &
Hirpini, si rara iugo victoria sedit.
Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
Vmbrarum, dominos pretiis mutare iubentur
Exigui, tritoq; trahunt epiredia collo
Segnipedes, digniq; molam versare Nepotis.
Ergo vt miremur te, non tua, primum aliquid da,
Quod possim titulis incidere præter honores,
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes
Hæc satis ad iuuenem, quem nobis fama superbum
Tradit, & inflatum, plenumq; Nerone propinquo.
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna. sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim. sic vt nihil ipse futuræ
Laudis agas, miserum est aliorum incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta colomnis.
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos.
cullus genus vestimenti gallici: q etiã cõposito noie a Bardis gente gallica dr bardocucullus: & bardiac⁹ cucullus, de quo plura dicemus in vltima Satyra illic: Bardiacus datur iudex &c. De eo alibi poeta: Illa iubet sumpto iuuenem pperare cucullo. ¶ Sãtonico: gallico. Mar. Gallia Sãtonico vestit te bardocucullo. Sãtones enim populi sunt aqtaniæ ad Oceanum versi: quæ est tertia pars Galliç. Strabo lib. iiii. Tibullus. Et Oceani littoria Sãtonici. Prætersiuxta. ¶ Damasippus: equorum domitor interpretatur δαμαζω enim domito, ιππος equus. p Damasippũ ãt quẽcũq; nobilem taxat. Nã tp b⁹ Ne

Santones

ronis multi a claris maioribus ortundi aurigare in gratiã principis didicerũt, q (vt est apđ Trãquillum) eodem studio tenebatur. Hos igit vt turpi studio fœdatos, sugillat: ostendens tales haud quaq̃ esse nobiles. nã poeta nõ mõ sui, sed & supioꝝ tempoꝝ vitia insectat: latenterq; Neronem tãgere videt. ¶ Ipse habet emphasim. ¶ Stringit: cohibet, ne recurrat. ¶ Sufflamine: sufflamen id est qđ rotç in descensu: vel nimio pcursu opponit, ne aut recurrat, aut nimium pcurrat. p mora posuit i vltima Satyra: Nec res atteritur lõgo sufflamine litis a quo videtur & verbũ sufflaminare formari. Nã Augustus Cçsar sufflamminãdus participio vsus est. vt docet Seneca sic: Acherius noster sufflaminandus est, adeo nõ currere, sed decurrere videt. voluit. n. ostendere mirã illi fuisse eloquentiæ velocitatem. ¶ Nocte q̃dem: verba Damasippũ excusantis: cui respõdet poeta: Sed Luna videt, & sidera testes oculos intendunt. ¶ Finitũ tempus honoris Cũ fuerit. eo, inq̃t. Damasippus ipudentiç deuenit: vt nõ dubitauerit finito cõsulat⁹ sui tempore. palã & media luce aurigare. ¶ Temp⁹ honoris. i. cõsulatus. ¶ Flagellum: ad agitãdos equos. ¶ Ac virga prior innuet: prior amicũ salutabit citra omnem pudorẽ. vel qđ melius est: Innuet prior virga ipsis iumentis, vt cũ sequentib⁹ cõiungant. ¶ Maniplos soluet: syncope p manipulos. i. fasciculos fœni. sic & Ouid. lib. ii. Fast. Pertica suspensos portabat longa maniplos: Inde maniplaris noia miles habet. ¶ Inter ea dũ lanatas: dũ sacrificia inq̃t paguntur: in quibus & oues iuuenci mactãtur añ aras Iouis more Numç: q plurima (vt scribũt Liui. plutar. Diony. & pli. de viris illustribus) sacra instituit. tur. & interea solã Hippo tanq̃ stabularicꝝ Deãq; eqs pũt & agasonib⁹. ¶ Lanatas: oues. i. ¶ Iurat Solã Hipponã: tãto, inq̃t, studio tenetur aurigãdi. tugẽdiq;, vt etiã p Hippo q̃ li p numẽ peculiare agasonũ, sibiq; maxime colẽdum iuret. erit igitur accusatiu⁹ græcus Hippo, triplicem. n. habet iflexionẽ i accusatiuo: vt Hipponẽ. Hipponã: & Hippo dicam⁹. vt dicim⁹ Didonẽ & Dido: Mãthonẽ & Mãtho: Sapphonẽ & Sappho. Oui. Misi iãq; relinquere Dido. nã versus aliter nõ staret. aut reuera Hipponã tantum dicemus nã sic in multis legitur codicibus: Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas, soluturq;

Sufflamen

ctus, tolliturque illud: Sola Hippo. Dea est, quam Stabularii colebant, vt ostēdit Apuleius, lib. iii. Meta. his uerbis: Respi Hippona cio pilæ medio, quæ stabuli trabes sustinebat, in ipso meditullio Hipponæ Deæ simulachrum residens ædiculę, quod accurate corollis roseis recētibus fuerat ornatum. Quin & florentissimus Tertullianus in Apologetico de eadē sic: Vos tamen nō negabitis. & iumēta omnia & cunctos căterios cū sua Hippona coli a Vobis. ┌Et facies pictas scilicet ipsi⁹ Deæ Hipponę. vt intelligas plures imagines Deæ, quę i stabulis pingebantur tanquā Deæ iumentorū, agasonum que præsidis.

ASCē. ¶ Quod &c. Ordo est: Illud qd' ego modo pposui de rebellione Afrorum, nō est sententia .i. voluntas mea vt ita fiat. Verum credito me recitare vobis foliū Sibyllæ .i. rem tā veram, ac vere futuram, ac si Sibylla eam in foliis palmarum: in quibus vaticinia solita est scribere, descripserit. Si tibi &c. Redit ad ostēdēdū quæ sit vera nobilitas & quæ æquitas sit nobili seruanda. Ordo est: Si cohors comitū sit sup. sancta .i. bona. & si nemo existens acersecomes .i. intōsus & capillatus: hoc est diues & potens sicut depilati paupes sunt. Vendit sup. tibi tribunal .i. sedem tribunalem. nam qui per simoniam sedem iudicialem emunt, raro iustitiam colunt. Mancinellus conformius ad sequentia exponit sic: Si nemo supple filiorū, aut domesticorū tuorū acersecomes .i. bene capillatus & formosus puer. vendit te permittentes tribunal .i. iudicium tuum. & si nullum crimen .s. auaritiæ est in coniuge tua, nec pro & non. & ipsa coniux tua non parat .i. pretendit, ire .i. ingredi p cōuētus .i. cōuenticula hoium i in pagis & uicis. & p cūcta oppida .i. loca muris munita. Celæno .i. tanq̄ Celeno, quę ē vna harpyarū. raptura .i. vt rapiat vnguibus curuis nūmos .i. si nemo in domo tua te corrūpit a recto iudicio diuertēs, tūc licet .i. licitū est, vt sup. numeres genus tuū a Pico primo iter mortales Latini generis auctore. Et si alte .i. generosa & alte repetita noia delectant te. pones .i. ponere poteris, oēm pugnā. Titanida .i. Titanicā (posuit enim patronimicū p possessiuo) hoc est oēs, q in ea pugna fuerunt. & ipsum Promethea .i. antiqssimū virū iter maiores tuos: & sumito tibi pauū .i. pgenitorē quēuis. de quocūque libro .i. quacūque historia scripta voles, q si ambitus .i. cupido honorū, & libido carnis rapit sup. te præcipitē .i. sine resipiscētia in vitia corruentē, si frangis virgas .i. flagella in sanguine sociorū. & si secures .i. gladii qbus ceruices noxiorū secantur hebetes .i. hebefactis ex frequēti vsu & hoc lictore existente lasso. delectant te .i. si delectat te sumere pœnas cū sanguine de sociis insontibus, tanq̄ de sontibus: qa virga puniūtur in qbus est emendationis spes, & leuius crimen, securi autem amputantur in quibus nulla est. ipsa nobilitas parētum tuorū incipit stare cōtra te .i. facere magis vituperabilē. & pferre prælucidam .i. turpib⁹ factis tuis clarā facē factorū suorū qua facta tua magis pateant. Nā oē vitiū animi .i. oē peccatū habet in se crimen .i. peccati dignum criminatione tāto conspectius .i. apertius & euidentius quāto is supple qui peccat habetur maior. Quo .i. ad quid supple iactas vel ostentas mihi tanq̄ honorandum & nobilem te solitum signare falsas tabellas idest instrumenta contractuum, aut testamentorū in templis, quæ auus supple tuus fecit .i. ædificauit, & ante sta/

Sed cum peruigiles placet instaurare popinas,
Obuius assiduo sytophœnix vdus amomo
Currit. Idumæ sytopœnix incola portæ
Hospitis affectu dominum, regemque salutat,
Et cum vænali Cyane succincta lagœna.
Defensor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc iuuenes, esto, desisti nempe, nec vltra
Fouisti errorem. breue sit quod turpiter audes
Quædam cum prima resecentur crimina barba
Indulge veniam pueris. Damasippus ad illos
Thermarum calices, inscriptaque lintea vadit
Maturus bello Armeniæ, Syriæque tuendis
Amnibus, & Rheno, atque istro præstare Neronem
Securum valet hæc ætas mitte hostia Cæsar,
Mitte, sed in magna legatum quære popina,
Inuenies aliquo cum percussore iacentem
Permixtum nautis, aut furibus, aut fugitiuis,
Inter carnifices, & fabros sandapilarum:
Et resupinati cessantia tympana Galli,
Aequa vbi libertas, communia pocula lectus
Non alius cuiquam, nec mensa remotior vlli.
Quid facias talem sortitus? Pontice seruum?
Nempe in Lucanos, aut thusca ergastula mittas.

tuam triumphalē .s. aui tui: hoc est in foro: quasi dicat ad nihil. Quo .i. ad quid supple te iactas & nobilem prędicas. si tu existens adulter nocturnus .i. tpe nocturno vagari solitus. velas .i. obtegis tpa .i. extremitates capitis tui. adoperta .i. tecta cucullo .i. indumento capitis faciem obtegēte, santonico .i. quo Santones populi in Gallia Aquitanica frequenter vtuntur. q.d. frustra id facis. Præter maiorum &c. Hic nobiles arguit, quos turpia ministeria exercere non pudet, qle est aurigādi, qd' Nero instituit. Ordo ē: Dammasippus vir quis nobilis (est autē nomen sumptum ab exercitio: nam domitor equorū interpretat.) pinguis qd' ostenditur non inuitus id facere. rapitur .i. velociter fertur. carpento .i. vehiculo. Voluchri .i. quasi volāti præter cineres, atque ossa maiorum .i. præteriēs sepulturam maiorum suorum in uia Flaminia vt dictum est de cōsimilis in pri. Saty. & ipse in qua consul .q.d. ppria manu non ministrorum suorum. stringit .i. retardat ne delabatur, rotam curruum suorū. multo sufflamine .i. obstaculo sub rotis i descensu posito. stringit quidē certe nocte: sed quāuis nocte Luna videt: sed sidera existētia testes (posuit autem, ac si esset substantiuum Hieronymus adiectiue: Teste est tribunal &c.) intendunt in factum eius oculos: idest vident ipsum: hoc est si forte nemo mortalium viderit: Dii tamen vident, sub quorum conspectu nihil turpe agendum est. Cū idest vbi. tempus clari honoris .i. consulatus fuerit finitum. Damasippus sumet flagellum .i. scuticam, aut virgam aurigę clara luce. & nusquā trepidabit .i. formidabit occursum amici iam senis: in quo seueritas & auctoritas esse debet: ac si ipse priora .i. prius quā videatur ab amico sene, innuet virga .i. dabit illum signum vt videatur. At pro &. soluet manipulos .i. manipulos fœni supple. & infundet iumētis lassis hordea .i. tunc palam totum ministerium aurigę exercebit. sed nunc dum existens consul cædit .i. mactat: more Numę secundi regis Romanorum. lanatas .i. oues. & iuuencum .i. iuuenem bouem. toruum .i. cornu petentem & pinguem. ante altaria Iouis .i. vt flammā dialis. iurat .i. iurans in testimonium capit, solam Hipponam: idest Deam equorum & stabulorum: quia per ea quisque iurare solet numina: quę maximi facit. Quia vero primam hic corripit, licet ab hippos deducatur: p simplici Hippona: non hippona scribēdum est. & iurat solas facies pictas: idest per sola numina facierum pictarum, ad olida: id est fœtida: idest præsepia.

IOAN. BRIT. ¶ Sed cum peruigiles: aliud in nobilitate insectatur flagitiumque scilicet sine vllo pudore intermissa aurigatione popinas frequentent. Est ergo sensus: Cum nobilis Damasippus in popinas descendit: statim adsunt vnguentariis, qui eum venientem blande excipiant, atque salutent. ┌Placet: ipsi nobili. ┌Instaurare: repetere: ac per hoc ostendit frequenter ab eo fieri. ┌Peruigiles .i. noctu, dieque patentes propter multitudinem confluentem. ┌Popinas: loca sunt desidiæ, luxuriæque apparata: ibi enim comessabantur, cæteraque faciebant quæ intemperantiæ sunt, qui in ea versabantur popinones sunt appellati. ┌Syropœnis: vnguentarius, fictum est nomen ex Syria & Phœnicia, nam illinc vnguēta pretiosa mittebantur, optimique vnguentorum compositores. ┌Vdus .i. profluens vndique ex nimia vnguentorū attrectatione. ┌Amo Popinęes

calidorum locorum, & ad illa lintea inscripta: id est ab ebriis descripta. vt inscribam te scriptoribus apud Plautum: vel in scripta variis signis ad luxuriam pertinentibus. Vadis inquã existens iam maturus bello Armeniæ. id est vt mittatur ad bellum Armeniæ. & amnibus Syriæ tuendis: id est ad tuendã nauigia: quæ per omnes Syriæ deducuntur. & Rheno & Histro: id est Gallis, Germanis, & Pannoniis sup. tuendis. i. defendendis: ne romanum imperium adoriantur. hæc enim ætas quã Damasippus agit, potest præstare: id est efficere. præstanter. Neronẽ: id est imperatorem. sed Neronem dicit: quia tali de tempore eius loquebatur, securã id est vt secure, Ultio cura veniat. O Cæsar mitte. s. lega. aliquem protectorem tui, & defensorem bo. illum. hostia. i. ad hostia: hoc est exitus Tyberis in mare, Thyrrenum se recipientis. mitte inquam. sed si mittere vis quæte legatum. i. eum qui mittatur. est autem hic nomen quia alioqui diceret legandũ in magna popina: inuenias eum iam iacentem cum. alii,

At vos Troiugenæ vobis ignoscitis, & quæ
Turpia cerdoni, Volesos, Brutosq; decebunt.
Quid, si nunquam adeo fœdis, adeoq; phedendis
Vtimur exemplis, vt non peiora supersint?
Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
Sipario, clamosum ageres vt phasma Catulli
Laureolum. velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me, dignus vera cruce, nec tamen ipsi
Ignoscas populo. populi frons durior huius,
Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios, ridere potest, qui
Mamercorum alapas, quanti sua funera vendant,
Quid refert: vendunt nullo cogente Nerone,
Nec dubitant celsi prætoris vendere ludis.
Finge tamen gladios inde, atq; hinc pulpita pone,
Quid satius, mortem sic pulsquam exhorruit, ut sit
Zelotypus Thimeles, stupidi collega corinthi:

quo percussore. i. gladiatore. permixtum nautis aut furibus aut fugitiuis. s. seruis. iter carnifices: id est tortores. & fabros sandapilarum. i. feretrorum: in quibus viles ad sepulturam feruntur. & inter tympana. i. instrumenta pulsatilia, galli. i. sacerdotis Cybeles resupinati. i. euersi per somnum & obstertentis cessantia a sonitu. s. vbi: id est in qua popina libertas est supple æqua. i. æqualis magno & paruo, nobili & ignobili: sacerdoti & profano. & pocula sunt supple communia. i. ad cõmunem vsum. & lectus non est alius. i. diuersus cuiquã. nec mensa est remotior vlli. i. vbi gregatim sine ratione dignitatis, aut discriminẽ personarum viuitur. O Pontice quid facias fortitus. i. si esses fortitus. i. si haberes talẽ seruum. i. ita viuentem vt nobiles modo viuunt: & tu forte inter eos. nẽpe id est certe. tu mittas supple eum in Lucanos, vt illic glebam inuertat cathenatus. aut ergastula: id est loca in quibus serui cathenati ne aufugerent, operabantur, tuscha: id est qualia plurima sunt in Thuscia.

IOAN. BRIT. ¶ At vos Troiugenæ: satyrica irrisio: id est nobiles qui ex sang uine Troiano iactatis originem vestram duci. ¶ Vobis ignoscitis: si quid, inquit turpiter facitis vobis ignoscitis, pu tatisq; vobis id licere: quod in cerdone, & paupere damnatetis, si admitterent. ¶ Cerdoni: ignobili & humillimæ conditionis. Nam cerdones dicuntur, qui artificio & lucro victũ

Cerdones

querunt. nam κέρδος significat lucrum. ¶ Volesos & Brutos: per hos omnes nobiles intelligit. fuerunt enim Romani ciues antiquissimi. Volesi originem ex Sabinis duxerunt tẽ poribus Romuli in vrbem recepti. Nam Tatius rex Sabino rum post pactiones factas cum Romulo, vt æqua potestate, paribusq; honoribus in vrbe Roma maneret: ipse & cum eo tres viri ex illustribus familiis Romæ permanserunt, Valerius Volesus, & Talus cognomine tyrannus, & Vltimus Metius Curtius, is qui armatus lacum nando se transmisit & cognati & clientes gentiles numero haud pauciores tribũ. ¶ Quid si nusquam adeo: sensus est: Nobilitas Romana adeo est flagitiis cotaminata nostris temporibus: vt etsi fœda sunt, quæ commemoraui: spurciora tamen etiam super sint, quæ facit. Sicq; probat per exemplum eiusdem Damasippi, per quem vnumquemq; nobilem intelligit etiam tur piora fieri, quã quæ supra etiam sint commemorata. ¶ Quid: scilicet dicas. ¶ Consumptis opibus: in eos enim inuehitur nobiles, qui opibus per luxum consumptis: ad artem scænicam descenderunt: vt pro histrionibus in scæna fabulas age

Volesi

rent: quod erat hominum vilissimorum & infamium, multi etiam ad gladiaturam, quod extremæ erat infamiæ, se conferebant: quod n. tat poeta in Satyra vndecima illic: Nam dum valida & iuuenilia membra Sufficiunt galeæ & Sup/ pario: tarti scænicæ. Nam supparium (vt scribit Festus) mimici genus fuit veli. De quo sic & Donatus in Terẽ. Pro au læis supparia posterior ætas accepit. Est autem mimicũ velum, quod populo obsistit: dum fabulæ actus cõmutatur. De eo sic meminit Apul. primo Meta. Orote inquã aulæũ tragicum dimoueto, & suppariũ scænicũ cõplicato. & Itẽ: Aul... subducto & cõplicato & cõplicitis sppariis scæna disponitur: vbi locum torre ximus, nã p siparum? scripsimus aulæo. Seneca ad Serenum de Trãqllitate vitæ: Publius tragicis, comicisq; vehementior ingeniis: quoties inimicitias, ineptias, & verba ad summam causam spectantia relinquit. Inter multa alta cothurno nõ tm̃ sippario fortiora. Cice. de prouinciis consulari bus: Ita q ille alter, vt ipse est homo doctus, & a suis Græcis subtilius eruditis, qbus cum iam in exedra belluatur: antea post supparium solebat. ergo locasti vocem Damasippe suppario. i. ludis scænicis vocem tuam merce. de locausti. ¶ Phasma: græce, visio latine. nomen fuit fabulæ Catulli poetæ forte tpibus Iuuenalis queadmodum & Menandri, vnde Terẽ. Idem Menãdri phasma nũc nuper dedit: Illic nãq; adolescens (vt scribit Donatus) est in troductus, qui aspectu pulchræ virginis: veluti numinis visu perculsus exhorruit. nomen igitur fabula sortita est ab euentu rei, quod visa fuerit puella, veluti Dea. φαντάζω enim idẽ est, quod appareo, phasma itẽ ponitur p portendo, vt sæpe apud Herodotum: Tale, inqt, phasma appatuit in Græcia. In ea igitur fabula aut visio alicuius rei, aut monstra representabãtur. in qbus magno esset opus clamore, vñ clamosum dixit poeta. ¶ Laureolum velox: ẽt inqt Lentulus velox bene egit laureolum. estq; tisu satiryco adiuuandũ vt ostẽdat nõ modo vnũ nobilem: sed multos ludis scenicis cõtaminari, optimeq; fabulas tanq; ptros mimos agere: vñ mira vrbanitate ait ẽt Lentulus bene egit. i. bene se qdem in actione fabulæ gessit Lentulus nomẽ pprie nobilis, quod & ipse fabulã Laureolũ egit in scæna. Nam Laureolus Tragœdia fuit: quã Neuius scripsit (au ctor Gellio) in carcere. dicta a Laureolo, q in ea introducebatur, sublatus ob scelus in crucẽ, hanc fabulam (vt alias mol/ tas) Domitian' representauit ita: vt q egeret, vera nõ falsa cruce pẽderet. Mart. lib. pri. Nuda Calidonio sic pectora præbuit vrso: Non falsa pẽdens in cruce Laureolus. Lentulus igitur nobilis Romanus eam egit p histrione ita: vt nõ vera tñ cruce perpenderit: quẽadmodum debuit, vt ait Iune. qñ non erubuerit p histrionem scenã descendere. ¶ Velox: mira ẽt nuitatt. ¶ Dignus vera cruce: ex stomacho dixit poeta: dignus erat, inqt, q vera cruce & non ficta pẽderet, qñquidem histrioniã faceret. Nec. tñ ipsi Ignoscas populo: non solũ in qt hæc in nobilibus non sunt fereda quæ faciũt: sed ne popu lo qdem ignoscendum, q hæc sine pudore spectat. ¶ Durior frons: quia nullo afficit pudore. i. frõte enim ẽ sedes pudoris vñ extat puerbiũ. vt cũ qs pudorẽ amiserit, dicatur frõtẽ p fricuisse. Quinti. perfrica frontẽ, & dic te dignioré, q prætor fieres, q Catonem. ¶ Huius populi: qui q altiora curare dẽret ¶ Qui sedet & spectat: qui sustinet sedere, & spectare. ¶ Triscurria: noua vocab. & cõpositio p quã signat nimiam & maximã patricioru scurrilitatẽ, a tris & scurra. Nam tris & ter p superlatiuo græci & latini vsi sunt. plautus in Rudẽte: Tum

Supparium

Phasma

Laureolus

Perfricare frõte

trifurcicer mihi audes inclementer dicere? Idem in Bacchidibus: Vt pergræcetur tecum triuenefice: idest maxime venefice, & maxime furcifer. Vnde dicimus & Trimegiston Mercurium: quasi ter maximum: φεγισ enim maximum significat. Martia. lib. vi. Hermes omnia solus Et ter unus. i. Trimegistus. ¶ Patriciorum: nobilium. de vocabuli significatu diximus prima Satyra illic: Patricios omnes opibus cum prouocet vnus. ¶ Fabios planipedes. i. nobiles quales fuerunt Fabii recitātes Comœdias Planipedias. de Comœdiis diximus Satyra prima illic: Recitauerit ille togatas. ¶ Mamercorumque alapas. i. q potest ridere & spectare Mamercos nobiles, qui in scæna alapas & alia flagra patiebantur in agendis fabulis, sicuti & Latinus mimus, qui vt risum spectatoribus moueret, Pāniculum alium mimum percutiēbat. Martia. Hesterna factum narratur Posthume cœna: Os tibi percussum quanto non ipse Latinus Vilia Pāniculi percutit ora sono. Idem libro quinto: O quam dignus eras alapis Matiane Latini, Te successurum credo ego Pāniculo. Mamercorumque autem alapas possumus intelligere, aut quas ipsi aliis incuterent aut quas ipsi paterentur. Mamercorum familia antiquissima fuit. quæ nobilitatis principium accepit ab eo Mamerco Aemilio, qui dictator Fidenas cū defecissent debellauit, cepitque. ¶ Quanti sua funera: nobilium impudentiam insectatur. q & non modo artibus scænicis operam suam præstent: sed & in gradiaturam sponte sua descendant in arena. Nam antea Nero quadrigentos senatores, sexcentosque equites Romanos, & quosdā fortunæ atque existimationis integræ (vt Trāquillus & tacitus scribunt) ad ferrum exhibuit. Ait igitur Iuuena. Nobiles cogente Nerone ad ferrum se tūne exhibuisse. Nunc autem nullo iubente ad id muneris descendere. Ordo est. quid refert quanti vendant sua funera. est autem tacita responsio ad defensores. Nō sunt, inqt, excusandi quia digladiando magna præmia consequantur. Turpissimū enim est eis, quia sponte tali se offerunt muneri: q si coacti essent, inquit poeta, excusandi essent. ¶ Quid refert? qd prodest etiā si multum lucrentur tali arte fœdari. ¶ Vendūt nullo cogente Nerone: hinc tota indignatio poetæ est, q non coacti id faciant. Vendere. i. sua funera. ¶ Ludis celsi prætoris. nā prætores ludis præerant. vnde alibi: Quid? si vidisset prætorē in curribus altis Extantem: & medio sublimem in puluere Circi. ¶ Celsi: celsus non est pprium hoc loco, vt qdā imputauerunt, sed celsum exponit sublimem & sedentem in curru, cum ludis habitu triumphali præsit. ¶ Finge tñ gladios. duplici modo exponi posse videt. vt sit sensus: Esto, inqt, mortis supplicium tibi paratum sit, nisi in theatrum descēdas ad artes scænicas, nōne satius est mori, q̄ ludis scænicis fœdari? Hinc quæ maxime ostēdit artem illam scænicam vilissimorum tūm hoīm fuisse & infamem, vnde & apud Iurisconsultos lib. iii. digestorum legimus eos, qui in scæna ob præmium versarētur & omnes, qui operas suas locarint arti ludicræ, infames esse. Quod & in secunda Satyra docet illic: Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. nā pfligatissimus quisque ex iuuētute vtriusque ordinis tenebatur senatuscōsulto in opera scænæ, arenæque edendæ: multique etiam spōte sua famosam illam iudiciū notam subibant, auctor Tranquillus in Tiberio. Alius sensus est: Finge gladios idest: tq hinc pone, pulpita. i. ponamus tibi ludos gladiatorios, & scænicos, pponi, qbus exercearis: verum horum potius eligas. q. d. munus gladiatoriū magis eligendum, vt minus turpe. Sicque ostendit cum vterque ludus sit inhonestus turpiorem tñ esse scænicum. vnde bene ait. ¶ An quisquam sic mortem exhorruit vt sit Zelotypus Thymele. i. an quisquam ita expauit ludos gladiatorios: vbi homines cæduntur, vt malit artibus scænicis contaminari: hocque magis placet. Nam histrioniam & gladiaturam cōparat. de vtraque etiam fecit mētionem, vt ostendat tam nobilitatem Romæ sine aliquo pudore in vtroque munere versari graui cum ignominia. ¶ Finge gladios. puta gladios esse, qui te confodiant, aut gladiaturam tibi pponi. ¶ Hinc pulpita. i. scænam ipsam multis pulpitis extructam: in qua tibi vt histrioni sint agendæ fabulæ: ac per hoc ostendit mortem esse potius appetendam, q̄ pudorem ammittendum: aut gladiaturā potius q̄ histrioniam eligendam. ¶ Mortem sic quisquam: ita ne mortem quisquam timuit, vt omni prorsus pudore calcato malit in scæna versari pro histrione? ac si dicat: repetat quod dictū est potius mortem eligendam q̄ honestatem deserendam: aut (vt diximus) ita ne gladiaturam quisquam extimuit vbi mortis in est periculum: vt malit amplecti artem scænicam. ¶ Vt sit Zelotypus Thymeles: vt velit in scæna versari, vbi representet pro histrione Latinum mimum zelotypum Thymeles vxoris suæ. Nā Latinus mimus (de quo Satyra prima) tpibus Domitiani tanq̄ Thymeles vxoris zelotypus, Pāniculum alterum mimum alapis cædebat: vt risum spectatoribus moueret. ¶ Collega stupidi Corinthi: idest socius Corinthi alterius mimi. ¶ Stupidi: hebetis, & ignaui.

Mamercorū familia

Prætor

¶ At vos Troiugenæ. Eosdem nobiles persequitur, qui vt a Nerone erant instituti: adhuc turpissima exercuerunt quæ vilissimo homines deducerent. Ordo est At idest sed vos Troiugenæ: idest nobiles, qui e Troianis ortum habere gloriamini. vos ignoscitis: idest veniam datis, vobis, & vestro iudicio: ea quæ supple sunt turpia: idest inhonesta. Cerdoni: idest homini vili ad lucrū festinanti. decebūt: idest cū decoro & honestate in exercitio erunt. Volesos, & Brutos: idest nobilissimos, quales illi fuerunt: & ab illis ortos. Volesi enim & Bruti (auctore Dionysio) Sabinorum nobilissimi fuerunt: qui cum Tatio in vrbe manserunt: Sabinis autem vetus est continentia. Quid supple dices: si nos in reprobandis vitiis nunquam venimus adeo fœdis & adeo pudendis exemplis vt non supersint: idest quin semper plusquā satis sint peiora: idest adhuc fœdiora? O Dami: supple locasti: idest pretio accomodasti. sypario: idest sumendo a parte totum. proscænio vel locum pro locato: actoribus fabularum vocem: idest mimicum officium et in gestu & molli pronūciatione vocis tuæ. Vt ageres phasma: idest comœdiam sic dictam a phasmate. i. apparitione: quod aliquid apparuisse in ea dicatur. vnde principaliter dependet. clamosum. i. clamoris plenum, quia est concordia motoria. Catulli. i. illius poetæ. Lentulus velox. i. vir ille nobilis, egit etiam bene, laureolum. i. laureatum mimum, dignus me iudice. i. sm iudicium meum, vera cruce. i. in qua vere crucifigeretur. & non solum simularet per ludum se crucifigi: sicut index simulabat crucifigi in fabula, quam Lentulus egit. Tñ ne sic nobilibus succenseas, vt ignoscas populo: dico sup. q fitōs populi huius. i. huiusmōi spectanti, est durior. i. minus pudore & verecundia afficibilis, q̄ Lentuli. vel dic: est durior huius. i. Lentuli fronte: qd diceretem, nisi melior esset contextus, huius populi: qui sedet & spectat triscurria: idest valde scurrilia facta. patriciorum: idest eorum, quia patribus ortum trahunt. & qui audit Fabios: idest nobilissimos viros, planipedes: idest agentes mimos: quos ppter humilitatem caracteris. planis: idest non eleuatis aut cothurno: aut socco peditus agebant. & qui potest ridere alapas Mamercorum: idest scurriles & iocosas verberationes in maxillis, quas mutuo exercent Mamerci: idest nobiles vt Mamerci. Quid refert quanti: idest quā vili pretio ipsi supple nobiles vendant sua funera: idest morti periculo in gladiatura se exponant: quasi dicat nihil: qua vendunt nullo Nerone: idest nullo imperatore crudeli Neroni simili cogente: sed sponte. Nec dubitant: idest audent vendere scilicet funera sua. ludis: idest in ludis. celsi prætoris: idest hominis vilis ad prætoriam & consularem dignitatem sublimati. Tamen: idest licet sponte faciant. finge gladios supple esse fixos: vel fige gladios inde: idest ex vna parte & pone hinc: idest ex alia parte. pulpita: idest spectaculorum loca. quæ plures petunt. quid satius: idest verum horum supple esset nobilibus eligibilius. an gladios: idest mortem obire, an munus scænicum: & videtur quod potius mortem. Vnde per indignationem quæritur poeta. Exhorruit quisquam sic mortem: vt potius quam moriatur sit collega: idest coactor. zelotypus: idest se zelotypum simulans. Thymeles: idest vxoris histrionicæ. Corinthi. i. illius mimi. stupidi. i. hebetis & ignaui. Vel eo q ob zelotypiā cæsus esset obstupentis.

¶ Res aud.

Res haud mira tamen, citharœdo principe natus
Nobilis, hæc vltra, quid erit nisi ludus? & illic
Dedecus vrbis habes, nec mirmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce supina,
Damnat enim tales habitus, & damnat, & odit,
Nec galea frontem abscondit. mouet ecce tridentem
Postquam vibrata pendentia retia dextra
Nequicq̃ effudit, nudum ad spectacula vultum
Erigit, & tota fugit agnoscendus arena.
Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se
Porrigat, & longo iactetur spira galero.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere, cum Graccho iussus pugnare secutor,
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni,
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus?
Par Agamemnonidę crimen, sed causa facit rem
Dissimilem. quippe ille Deis auctoribus vltor
Patris erat cęsi media inter pocula, sed nec
Electrę iugulo se polluit, aut Spartani
Sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
Miscuit, in scena nunq̃ cantauit Orestes
Troica non scripsit. quid enim Verginius armis
Debuit vlcisci magis, aut cum vindice Galba?
Quid Nero tam sęua, crudaq; tyrannide fecit?
Hęc opera, atq; hæ sunt generosi principis artes
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, graiæq; apium meruisse coronæ.
Maiorum effigies habeant insignia vocis
Ante pedes Domitii longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes,
Et de marmoreo citharam suspende colosso.

IOAN. BRIT. ¶ Res haud mira tamen. s. est. Et est sensus: Non est tamē mirum, nobilem Romanum hæc facere: quia sub Nerone principe natus est: qui artibus scænicis multum delectatus est. nam (vt scribunt Tacitus, Tranquillus, & Eusebius) adeo citharœdicę arti dedit^9 fuit: vt i Achaia istituerit ciuitates, apud quas musici agones edi solent, oēs citharœdoꝝ coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate accipiebat vt legatos, qui ptulissent: nō modo primos admitteret sed etiā familiaribus epulis interponeret. Cātāte eo necessaria qdem causa excedere theatro licitum fuit. Itaq; enixæ quædam in spectabilis feruntur. Nunc poeta demonstrat philosophice quantā perniciem moribus hominū, & ciuitatibus afferant corrupti mores principum, eorūq;, quorum vita oibus tanq̃ speculum eē debet. vnde illud etiā exit: Sed quid non faciet qđ principis vxor? ¶ Natus nobilis. s. est. ¶ Hæc vltra: posthac quid videbimus in vrbe nisi omnes nobiles sænicis artibus vacare? ¶ Vltra hæc. s. tēpora. ¶ Et illud dedecus sensus est: Habes hoc etiam quod inde decus vrbis maxime rendundat Gracchum pugnantē nō armis mirmillonis: non clypeo: non galea tectum: sed habitu retiarii tunicati. eritque expositio: Gracchū pugnantem. dedecus autem appellat, tum q̄ artem gladiatoriam exerceat, quæ infamis habet: tum q̄ mirmillo esse nō vult qui tecta facie pugnat: sed retiarius, qui galerum tantum sumit vultu aperto vt cognoscatur. Totaq; est hinc poetę indignatio: q̄ gaudeat operam suā sponte arenę præstare & cognosci: quasi qui omnem pudoris rationem amiserit, per Gracchū nobilissimum quēq; intelligit. Nam Gracchoꝝ familia nobilissima fuit & potens. ¶ Mirmillonis: gladiatoꝝ alter sequutor & mirmillo, alter retiarius dicebatur. Mirmillo scutū & falcem sumebat & galeam: in cuius vertice erat effigies piscis, aduersus quē retiarius pugnans, cū eum insequeretur, hæc cantabat: Non te peto, pisc m peto, qd me fugis galle? Retiarius autē fuscinam & rete gestabat tunicatus. ait igit poeta nobiles eo insolentiæ, & impudētiæ deuenisse, vt nō modo non erubescant tecti armis in arena decertare more mirmillonis, qui tectus galea & scuto pugnat: sed vltro omnia facie operta peragant habitu retiarii tunicati: qui tunica tm̄ tectus dimicabat, fuscinam, & rete gestans: vt cognoscantur, nā gaudent cognosci. ¶ Aut falce supina. i. erecta, quæ a mirmillōe sumebatur. ¶ Damnat: q̄a non pudet. imo gaudet cognosci. ¶ Tridentē. i. fuscinam quam habet vt retiarius. ¶ Erigit vultum: vt cognoscatur. ¶ Ad spectacula. i. ad ipsos spectatores theatri. ¶ Nequicquam: frustra, cum mirmillonem capere non potuerit. ¶ Effudit: emisit. ¶ Dextra vibrata: dextra commota & concussa iniciēdo rete. ¶ Cedamus tunicæ: cedamus inquit, tunicæ. i. retiario homini tunicato: cum prēsertim sit ciuis & nobilis Romanus. qđ facile agnoscas ex habitu diuite & magnifico. Nam funiculus ipse, quo sibi galeę capit alligauit, ut reus est qui ornatus non est pauper gladiatorum: hocq; totū ironicos pronūciandū: vt sit sensus: Debemus, inquit, cedere & locū dare nobili Romano fugiēti tota arena: vt euadat ne. s. a mirmillone insequente feriatur: hocq; quasi quadā cum miseratione nobilitatis, habēdus est inqt aliquis respectus ipsi nobili, vt possit effugere manus mirmillonis, ne cędat in arena. Sic etiā constat (vt tradit Herodianus) Cōmodo imperatori, qui in amphiteatro cum gladiatoribus dimicauit, habitum fuisse respectum a cæteris gladiatoribus. Sic enim scribit: Facile aūt dimicans suos cōpares superabat: neque tum vltra vulnera procedebat, dante vno quoq; manus, atq; imperatorē potius q̄ gladiatorem agnoscente. Sicq; legendū est: Cedamus & non credamus. aliter sensus non pcedit. vnde bene seqtur. ¶ Ergo ignominia. q. d. ipsum mirmillonem ex victoria aduersum nobilem potius ignominiā reportasse, q̄ laudem, aut gloriā. vt sit sensus: Ergo mirmillo cum non passus sit retiariū virum nobilem fugere: quasi cuius misereri deberet: grauiorem adeptus est ignominiam, q̄ si graue vulnus accepisset. nam a spectatoribus derisus est: q̄si qui peritus imperitū superauerit. hocq; totū ironicos in cōtemptū ipsius nobilis, tanq̄ qui fœdā in arena operam nauauerit. ¶ Tunicæ: tunicato retiario. Nam retiarii tunicati erant. vñ i secunda Saty. Tunicati fuscina Gracchi. Tranquillus in Caligula: Retiarii tunicati quinq; numero gregatim dimicantis sine certamine vllo totidem secutoribus succubuerant. ¶ Aurea spira. i. funiculus ipse aureus, qui circa galerum discurrens ad ornatum porrigebatur ad fauces: vt galerus sub mento vinciretur. Spira autē proprie appellatur inuolucrū funis in orbem collecti. (Spira) Et serpentem dicimus collectā in spiram: hoc est in gyrum & reuolutionē. Spiram item dicimus circulum illū eminentē: qui basi apponitur. Victruuius: Sin aūt Ionicæ columnæ fient: scap^9 pter spiran, & capitulum in octo partes & dimidiā diuidatus. Plin. libro .xxxvi. capi. xxiiii. In Ephesiæ Dianæ primū columnis spiræ subditæ, & capitella adita. Victruuius loquens de æde Dianæ sic scribit: Et fecerunt primo columnæ crassitudinē octana parte: vt haberent speciem excelsiorem Basi spiram apposuerunt pro calceo, capitulo volutas, vti capillamento concrispatos cicinnos ppendentes ornauerunt: trūcoq; toto strias vti stolaꝝ rugas matronali more pemiserunt. Spiras etiā dicimus in ligno, cū venæ & nodi se conuoluerunt. Plin. li. xvi. Publicum omnium vitium vocant spiras vbi sese conuoluere venę, atq; nodi. ¶ Longo galero. i. procero & eminenti. ¶ Secutor: hoc est mirmillo, qui retiariū postq̄ ab eo captus non est insegtur. ¶ Iussus a ptore qui præest ludis, & cui operam suam vendidit. ¶ Graccho: nobili viro retiario. de quo etiam in secunda Saty. meminit: Tunicati fuscina Gracchi. ¶ Libera si dentur: si posset, inquit, quod sentit populus libere dicere: indubitanter Senecā, quāuis humili loco natum, propter

Mirmillo (margin) · Retiarius (margin)

eius virtutes, Neroni pferret: qui nobilitatis suæ splendorem vitiis obscurauit: vt ostendat in virtute non in maiorum gloria veram nobilitatem consistere. Fuit autem Seneca pceptor Neronis, & Lucani poetæ patruus: qui incisione venarum & veneni haustu periit. Tranquillus, Tacitus, & Eusebius auctores. Sed cum dicit Libera si dentur populo suffragia: in/quam temporum suorum conditionem suspirat, quibus ab imperatoribus occupata libertate omnia eorum nutu admi/nistrabantur, cum antea magistratus suffragiis populi crea/rentur: vt latius dicemus in Satyra. x. Verum poeta ad id respexisse videtur, quod scribit Tacitus. Ait enim famam fuisse principes cõiurationis Pisonianæ destinasse: vt post occisum Neronem, Piso quoque interficeretur, tradereturque imperium Senecæ claritudine virtutum ad summam fastigium delecto. ¶ Quis tam pditus: quis adeo rationis egens. s. est. ¶ Vt du/bitet: vt non dicat Senecam Neroni pferendum. ¶ Nõ vna simia: qui patricidiũ cõmisissent virgis cæsi, & culeo insuti cũ simia, gallinaceo, serpente, & cane in mare, vel in pximum flumen proiiciebãtur. Auctor est Modestinus Iuriscõsultus lib. Digestorum. xiiii. Plautus: Iube hunc insui culeo: atque in altum deportari si uis bonã annonam. ¶ Non vna: sed multę: vt qui multa cõmiserit parricidia: ac per hoc multæ mortes. patricidium enim dicitur cõmittere quicunque manus cognatorum sanguine cõmaculatur. licet Quintil. lib. viii. scribat parricidam abusiue dici matris, aut fratris interfectorem. Nero enim (vt Tacitus & Tranquillus scribunt) conscius fuit necis Claudii, matrẽ Agrippinam & sororẽ patris interfecit, auctor Eusebius. Octauiã vxorem prius relegatã sub crimine adulterii occidit, Popeiam duodecimo die post diuortium Octauiæ in matrimoniũ acceptam, ictu calcis grauidã interemit & ægrã, Antoniã quoque filiam Claudii recusantẽ post mortẽ Popeiæ nuptias suas, quasi nouarum rerum molitricem interfecit, Aulum Plantiũ iuuenem sibi ppinquitate coniun/ctum iactans eum a matre dilectũ, & ad spem imperii impul/sum. Item priuignũ Ruphirum Crispinũ Popeia natum impuberẽ adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendũ dum piscaretur mari seruis ipsius demãdauit. Britannicum fratrẽ suum p adoptionem veneno sustulit. ¶ Culeus saccus est ex corio: quo (vt diximus) insuebantur parricidæ. Itẽ nomen est mensurę cõtinentis amphoras viginti. Priscia. Est & bis decies quẽ cõficit amphora nostra Culeus: ac nulla est maior mẽsura liquoris. Cato: Vbi id legeris in eius musti culeum, aquæ marinæ veteris quartas binas, vel salis puri modium, & eũ in fiscelam suspendito. ¶ Par Agamẽnonidæ: crimen, inquit, qd cõmisit Orestes: cum matrem interemit: par fuit crimini Neronis: qui eodem modo Agrippinam matrẽ suã occidit, est autẽ Agamemnonidæ genitiuus casus. i. Orestis filii Agamemnonis. ¶ Sed causa facit rem Dissimilẽ: sed cędes, inquit, Orestis multũ a cæde, quam fecit Nero differt. Orestes enim causam videtur habuisse honestã necis maternæ: quia ea Agamemnonẽ maritum suum, & patrẽ ipsius Orestis cecidisset adiuta ab Aegystho adultero. nã eum (vt alii tradiderunt) in cõuiuio securi percussit. vnde ait: Cæsi media inter pocula. vt alii vero: cũ vestem indueret sine capitio. Neroni vero nulla fuit honesta causa cur matrem suam interficeret. ¶ Sed nec Electræ iugulo: sed nec se contaminauit cæde sororis suæ. nã Electra soror eius fuit a qua e manibus Clytẽ/nestrę matris & Aegysthi adulteri liberatus est. ¶ Sanguine coniugii spartani: hoc est Hermiones vxoris suæ: quæ filia fuit Menelai ex Helena. ¶ Nullis propinquis: quẽadmodum Nero: qui Britanicum fratrẽ suum veneno sustulit. ¶ Nunquã cantauit Orestes: qd fecit Nero: qui nõ modo Romæ in Agone citharistarum cõtendens omnes superauit: sed & Olympia, Isthmia, Pithia, Actia celebrãs iter Cerycas, tragœdos, & citharistas coronatus est, auctor Eusebius. Tranqllus scribit coronam etiã citharæ a iudicibus sibi allatã adorauisse, ferrique ad Augusti statuam iussisse: sed & Neapoli vbi sæpius plures etiam dies cãtauit, sumpto et ad reficiendã vocem breui tempore. Nec contẽtus harũ artiũ experimenta Romæ dedisse, Achaiam etiã petiit, vbi maxime motus instituerat ciuitates, apud

Parricidarum supplicium

Culeus

quas musici agones edi solent, oẽs citharœdorum coronas ad ipsum mittere. ¶ Troica nõ scripsit: non dãnat Neronem q troica sua scripserit: qbus excidium Troianorum continebatur: sed q vrbẽ incẽderit, cuius cõflagrationem ex turre mecœnatica prospectãs, lætusque flãmæ (vt aiebat) pulchritudine Halosin Ilii cantauit in habitu scænico. i. captiuitatẽ Troiæ, quã suis troicis cõplexus fuerat. q. d. non incendit vrbem Orestes: vt Nero: quẽ constat ipso tempore vrbis flagrantis inisse domesticã scænam, & troianum incendiũ cecinisse, præsentia mala casibus vetustis assimulantẽ. vrbem autem incenderat, quasi offensus veterum ædificiorum deformitate, & angustiis, flexurisque vicorum. Tranquillus, Tacitus, & Eusebius auctores. Eutropius tradit Neronẽ vrbem incendisse, vt spectaculi eius imaginẽ cerneret: qualis olim Troia capta arserat. Troica scripta a Nerone fuisse Seruius docet illud exponens: Et Troiæ Cynthius auctor. Cynthiũ esse regem Troiæ, quẽ in troicis suis Nero cõmemorauit. Idẽ illud enarrans in. v. Aeneidos: Solus qui Paridẽ. Paris, inquit, secundũ troica Neronis fortissimus fuit. Troica autem appellauit Nero, quã Homerus Iliada. Troica etiã scripsit Macer quidam affinis Ouidii. de quo ipse in Põto sic meminit: Tu canis æterno quicqd restabat Homero: Ne careant summa troica bella manu. ¶ Quid enim Virginius armis: Nero quẽ iam. xiiii. annos, tanq̃ immanem belluam, & terrificum monstrum terrarum orbis ppessus fuerat, destitutus fuit initium facientibus Gallis duce Iulio Vindice: qui tum eam prouinciã proprætor obtinebat. Desciuit & Galba in Hispania cum exercitu. Item Verginius Rufus Germanici exercitus ductor: qcum Galbæ assensurus non foret: nec alii nisi quẽ senatus delegisset ad imperium, Iulius Vindex indignatus, cũ Galbæ faueret cõgressus est cũ Verginio, a quo superatus est, & ad mortem compulsus, cæsis in eo conflictu viginti millibus Gallorum. Recusauit tñ Verginius imperiũ oblatum a militibus, conscius se ex equestri familia ortũ ignoto patre: imparemque si recepisset, tutum si recusasset. vnde extat apud Dionem in vita Neruæ, & Pli. Iuniorem tale distichon: Hic situs est Rufus pulso qui Vindice quondã imperium asseruit nõ sibi, sed patriæ. Demũ enim secutus est partes Galbæ, qui Neroni imperiũ ademit. Ait ergo poeta recte factũ a Verginio. ¶ Vindice Galba: qui a Nerone desciuerint. eius scelera vlciscentes. De Vindice sic scribit Philostratus: vindex Hispanos ad defectionẽ solicitabat idonea certe: qui posset fides conciderent qbus inepte cantabat Nero. nam apud exercitus orationem habuit cõtra tyrannum ex media philosophia depromptã. Inter alia nãque dicebat Neronẽ magis esse omnia, q̃ citharœdum. Citharœdũ vero magis, q̃ regem. eiusdẽ quoque insania furore, auaritia, lasciuia, omnique crudelitate corruptum criminabatur, iam vero omniũ ab eo factorum crudelissimum, q. s. matrẽ iterfecisset, nequaq̃ illi dicebat crimini dandũ esse, se nãque iure interfectum putare, quæ tale portentũ peperisset. ¶ Quid Nero tam sæua: Nero, inquit, in tyrannide sua tam crudeli quid fecit? ac si dicat pter tam crudelia facta: hoc est cædem suorum & vrbis incendiũ, quid aliud fecit? sicque interrogationi rñdendo: ostendit illum etiam cõtra oẽm imperatoris maiestatẽ versatum esse in certaminibus citharœdorum. ¶ Hæc opera: verba respondentis: Hæc, inquit, quæ me iterrogas, sunt opera & artes Neronis. ¶ Generosi: ironice. ¶ Prostitui: Priscianus ait prostitui positum esse pro prostitu: vt sit a sisto. i. gaudẽtis statui, & poni. ¶ Ad pulpita peregrina. i. in scęna vbi multa pulpita sunt extructa: vt docet Vitruuius. hoc dãnat, qd non solum Romæ, sed Neapoli in theatro con plures cãtauerit dies: idemque et in Achaia p citharœdo versatus sit in certaminibus: vbi instituerat ciuitates: apud quas musici agones edi solẽt oẽs citharœdorum coronas ad ipsum mitterent: eas adeo grate (vt diximus) recipiebat: vt legatos, q ptulissent, nõ modo primos admitteret, sed et familiaribus epulis interponeret. Olympiæ quoque pter consuetudinẽ musicum agona cõmisit, ibique etiam plurifariã aurigauit: sed excussus curru, ac rursus repositus, cũ perdurare nõ posset, destitit ante decursum: nec eo secius coronatus est: denique certamina

Troica Neronis

Vindex Galba

famma obiit omnia. Quatuor aūt certamina erant celebra/
Olym/ tissima:q̄ in Græcia celebrbanť. Olympica inhonorem Io/
pia uis, don ībātur q̄ uictores corona ex oleastro, uñ ait Pli. Grę
Pythia ci Olympiæ uictores oleastro coronant. Pythia in honore3
Isthmia Apollinis uictoribus corona dabať ex lauro. Isthmia in ho/
Nemea norē Palæmonis, uictores coronā accipiebant pineam. Ne/
mea Archemoro dicata, uictorꝫ corona erat ex Apio. unde
seqtur: Graiæq̄ apium meruisse coronæ. Ex Græcia reuer/
sus Romā tanq̄ ingentē reportans uictoriā eo curru rediit,
quo Augustus olim triumphauerat, & in ueste purpurea, di
stictaq̄ stellis aureis chlamyde, coronāq̄ capite gerēs olym/
picā, dextra manu pythiam, sequentibus currū ouantiū ritu
plausoribus, augustianos, militesq̄ se triumphi eius claman/
tibus. Insectant ergo ipsum poeta, quē non puduerit, nō mo
do Romæ & in Italia, sed ēt in Grecia locis peregrinis arti
bus scænicis se fœdare. ꟻ Fœdo saltu: scænica saltatiōe: ac p
hoc fœda minimeq̄ hoīe libero & principe digna. ꟻ Meruis
se apium. i. coronā ex apio: que (ut diximus) dabatur uictori
bus i ludis nemeis: sicut docet Pli. lib. xix. his uerbis: Honos
apio in Achaia coronare uictores sacri certaminis nemæ.
uñ innuit & poeta ipsum in ludis Nemeis cōcertasse. ꟻ Ma/
iorum effigies: in irrisionē Neronis hæc dicit: cū alii, inquit,
hostium spolia, aliaq̄ uictoriarū p̄mia soleant ante statuas
maiorum suorꝫ collocare cum ipsis rerum gestarꝫ titulis. tu
potes, inqt, o Nero ante effigies maiorū tuorꝫ collocare or/
namenta scænica, q̄ in recitatione tragœdiarꝫ sumpsisti, & i
signa uocis tuæ. i. ornamēta, & p̄mia, quæ ex cantu tuo scæ
nico consequutus es, ut per insignia uocis intelligat p̄mia, q̄
accepit cantu suo: hoc est coronas & citharam, quā ab iudi/
cibus ad se allatam adorauit: sicq̄ aperte eius impudentiam
Insignia sugillat. Nā insigna dicuntur omnia, quæ sunt homini orna
mēto, unde dicimus insigna cōsulis, uirgarꝫ fasces cum licto
ribus. Annulū insigne ordinis equestris eo, q̄ hoies insigni/
at, ornet, & decoret. Horatius: Tu cū proiectis insignibus an
nulo equestri, Romanoq̄ habitu prodis. ꟻ Effigies maiorꝫ
.i. statuæ, quæ in atriis cereæ in armariis ordine (ut dixim⁹)
collocatæ ponebanť. ꟻ Ante pedes Domitii: pro Domitii, aut
patris tui, aut ataui. Nā uterq̄ (vt docet Tranql.) Domitius
Syrma appellatus est. ꟻ Thyestæ: de Thyeste & Atreo Tragœdiam
scripserunt Varius, & Seneca. ꟻ Syrma: tragœdorꝫ fuit ue/
stis, quā pallā latini dixere, de qua Horatius in poetica: Post
hunc psonæ, pallæq̄ repertor honestę Aeschilus. Mart. Tram
stulit ad Satyros nostra Thalia cothurnos: Aptasti longum
tu quoq̄ syrma tibi. ꟻ Longū syrma: pone, inqt, ornamēta/
habitusq̄ scænicos q̄bus usus es in agendis fabulis ante pe/
des patris tui. dictum aūt est syrma a σύρειν: quod est traho.
trahebať enim per pulpita. Horatius: Traxitq̄ uagus p pul
pita uestem. Nero aūt cantauit tragœdias Canacem parturi
Antigo entē, Orestem matricidā, Oedipoden excæcatum, Herculem
ne isanum. Tranqllus auctor. ꟻ Antigones: huius nominis fuit
filia Laomedontis regis Troianorꝫ, quæ cum ausa esset Iu/
noni se pulchritudine p̄ferre, ab ea in ciconiam est conuersa.
Fuit item Antigone filia Oedipi, quæ patrē cæcum ductita/
Mena uit. de hac frequens scripta fuerat Tragœdia. de ea & Stati
lippe us in Thebaide. ꟻ Menalippe: ut Dionysius Halycarnaseus,
& Eusebius de p̄paratione euangelica scribunt Eurypidem
Anaxagore phisici auditorē Tragœdiā fecisse τὴν σοφὴν
μελανίππην. i. de sapiēte Menalippe: in qua Tragœdia Me
nalippe filios in patris stabulis exposuit: quā rem pp̄ter pro
digium esse existimans, deliberauit adurere. Sed Menalippe
dum uellet filios seruare, philosophorꝫ rationibus non esse
monstrū ostendit. De hac fortasse intellexit & Varro in secū
do de re rustica, vbi mentionē facit de boue sic: Scio hunc eē
in quē potissimum Iupiter se conuertit, cum se prostrauit p
mare e Phœnice amans Europā. Hunc esse qui filios Neptu
ni a Menallippa seruarit, nec in stabulo infantes grex boum
obtereret. Ad eam fabulam agendam gestu maxime opus fuis
Colos/ se docet Cicero in primo Officiorꝫ sic: Qui enim uoce freti
sus sunt Epigones, Medeamq̄, q gestu Menalippam. Clytemne
stram eligunt. ꟻ Colosso marmoreo: respexit ad Colossum,

quē (ut scribit Tranquil.) centū & xx. pedum æreum erexit
Nero in vestibulo domus areæ, que statua eo mortuo dica
ta fuit Soli mutato noīe. eam fabricauit Zenodotus accitus
e Gallia. Pli. scri. xxxiiii. ca. vii, staturꝫ moles turribus pares
Colossos vocitatas. Festus ait uocitatū esse Colossum a Co/
losso primo inuētore. Colossum in portu suo Rhodii habue
re tanta magnitudine, ut inter crura naues extensis velis trā
sirent. is dicatus fuit Soli. lxx. enim fuit cubitorꝫ altitudinis
quē fecerat Chares Lydius Lysippi discipulus. hoc simula/
chrum post quadragessimū sextum annum terræmotu pro/
stratum. Sed iacēs quoq̄ miraculo fuit. pauci. n. pollicē eius
amplectabanť. Duodecim annis tradunt effectū. ccc. talētis.
hoc aūt loco non de Neronis Colosso intelligit, q non mar/
moreus, sed æreus (ut diximus) fuit: sed de statua Augusti.
Tranql n. ait sic de Nerone: Citharā aūt ab iudicibus ad se
allatā adorauit, ferriq̄ ad Augusti statuā iussit. hoc nūc poe
ta Neoni obīcit, aut (qđ oino placet) illum notat: q (vt scri
bit idem Trāquil.) posuit statuas suas citarœdico habitu,
qua nota etiam nummum percussisset.

ASCE. ꟼ Res haud mira tū &c. Vt grauitatem peccati in principe
efficacius detesteť, probet q qđ prius dixit. s. q omne animi
vitium tanto cōspectius in se crimen habet. quanto qui pec/
cat maior habeť. dicit non esse mirandū q nobilissimi ciuita
tis romanæ histrionicæ: & gladiaturæ operā dent: qñ quidē
tale genus uiuēdi a principe didicerunt: ut q citharedo prī/
cipe nati sunt. Affectate aūt dicit principe: siue is interpreteť
primus patrū. Romani enim summopere nomen dñi exosi
sunt ita: ut in re priuata nō dñi: sed p̄resfamilias appellari no
luerint. & in repu. patres patriæ, aut principes non dñi: siue
primū caput siue principiū tenens. nā & patris & primi capi
tis & principiū tenentis exempla imitari solemus. Ordo est:
Tñ. i. tametsi. indignissimū sit patricium uirꝫ talia facere. tñ
res est haud. i. non mira. i. non miranda. nā hic nobilis natus
prīcipe existēte citharœdo: sicut erat Nero. quid erat ultra
.i. ulterius, nisi ludus. i. ludius. scriptū arbitror a Iuuenale lu
dio: nisi dicas ipsum ludū posuisse eodē modo in sexta: Nu/
pta senatori comitata est Hippia ludū. ubi melius luddiu3 le
gas. Tu habes &. i. ēt. illic. i. in illa re quæ seqtur: uel lege il/
lud qđ seqtur. dedecus urbis: uidelicet Gracchum. i. nobilissi
mū uirum. pugnantē. i. exercentē genus quoddā gladiaturę:
nec in armis mirmillonis piscem ferētis in galea faciē & totū
caput abscondētē: nec clypeo aut falce supina, qua. s. fuscinā
depellat: nec abscondit frontem suam galea sicut mirmillo.
Gracchus enim dānat. damnat dico & odit tales habitus q/
bus. s. incognitus esset. ecce ipse Gracchus exercēs officiū re/
tiarii faciem nudam hñtis. mouet tridentē. i. fuscinā quā retia
rius in manu tenebat cōtra impetū mirmillonis. postq̄ effu/
dit necquīq̄. i. frustra. (Elapso. s. mirmillone quē capere attē
tauit p rete pp̄ter piscem, quē in galea habebat: de quo cāta
bat: piscē peto non te peto: cur me fugis galle?) retia penden
tia in dextra uibrata. i. enudata. Et erigit. i. extēdit, uultū nu
dum. i. faciem suā nudā ut agnoscať. ad spectacula. i. ad spe/
ctatores. & fugit tota arena. i. per totā arenā: hoc est theatri
plateā: seu aream. agnoscēdus. i. facilis ad agnoscendū vel vt
agnoscať. Credamus tunicæ. i. credamus uerꝫ esse qđ t. tunica
idicat. i. Gracchū uirꝫ nobilem & p̄diuite3 in ea retiariū age
re. cum. i. qñ. ita sit q aurea spira. i. fascia de panno auraceos
porrigat se de faucibus, & iacteť. i. dependeat vel ostenteť in
longo galero. i. pileo: hoc est qñ uidemus aureā fasciam extē
sam ab una parte galeri p fauces: hoc est sub mento usq̄ ad
aliam partē: & illic adhuc iactari: credamus non plebeiū, sed
Gracchū in ea tunica esse. Ergo qa secutor. i. mirmillo, q ut
tunc Gracchū fugientē per totā arenā sequebať: quia talem
spirā non habebat: iussus a Nerone. i. pugnare cum Graccho
nobili. s. & artis imperito. pertulit. i. p̄pessus est ignominiam
grauiorem omni vulnere. i. q̄ omne vulnus quod Graccho
intulit, Graccho effecerit. Et est ironia. nā sēsus est: q intole
rabilior erat ignominia mirmillonis ignobiliter uestiti: q̄ om
ne uulnus qđ Gracchus fugiens suscepit. hoc aūt totum de/
decus relicit poeta in Neronē eius auctorē, subdēs. Si suffra

Quis Catilina tuis natalibus, atq; Cethegi
Inueniet quicquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus, templisq; parastis,
Vt Bracatorum pueri, Senonumq; minores,
Ausi quod liceat tunica punire molesta.
Sed uigilat consul, uexillaq; uestra coercet.
Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques galeatum ponit ubiq;
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra & toga contulit illi
Nominis & tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessaliæ campis Octauius abstulit vdo
Cędibus assiduis gladio. sed Roma parentem
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro,
Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum
Excipit, & solus trepidantem protegit vrbem,
Atq; ideo post q̃ ad Cimbros, stragemq; uolabant,
Qui nunq̃ attigerant maiora cadauera corui,
Nobilis ornatur Lauro colega secunda.
Plebeiæ Deciorum animæ, plebia fuerunt
Nomina, pro totis legionibus, hi tamen & pro
Omnibus auxiliis, atq; omni plebe latina
Sufficiunt Diis infernis, terræq; parenti.
Pluris enim Decii, q̃ qui seruantur ab illis.
Ancilla natus trabeam, & Diadema Quirini,
Et fasces meruit regum ultimus ille bonorum,
Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
Exulibus iuuenes ipsius consulis, & quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
Quod miraretur cum Colite Mutius, & quæ
Imperii finem Tiberium virgo natauit.

pia.i.uota, aut uoces ēligendi principē. dent libera populo. libera.i.nō coacta ullo timore. qs sup. sit tam pditus ut du bitet pferre Neroni talium auctori. Senecā.i. sanctissimū bo norum morum pceptorem? q.d. nemo. Cuius.s. Neronis. sup plitio.i. ad cuius supplicium. non debuit vna simia, sed pluri ma. nec unus serpens, sed plurimus, nec culeus.i. saccus ex co rio unus, sed plurimus, para r.i. quia plurima patrauit par ricidia. Crimen ipsius Neronis erat sup. par.i. simile sup. crimini. Agamemnonidæ .i. Orestis Agamemnonis filii: qui Clytēnestram matrē suā sicut Nero suam occidit sed causa facit rem dissimilē. qp pe.i. quia certe. ille .s. Orestes Agamemnonides: erat ultor patris sui Agamemnonis ex ti.i. occisi a matre, & ab Aegystho adultero, inter media pocula.i. cū ad conuiuium susceptus esset secundum poetam hic, & hoc Deis: scilicet existētibus auctoribus: idest ita fieri volentibus. sed ipse Orestes: nec polluit se iugulo Electræ sororis suæ: idest non petiit iugulum eius sicut Nero amicæ suæ. nec polluit se sanguine coniugii spartani.i. Hermiones coniugis suæ spartanæ hoc est Lacedemoniæ: sicut Nero se polluit sanguine Antoniæ Claudii filiæ nuptias recusantis: qui & Britānicū fratrē ueneficio locustæ interemit. sed Orestes non miscuit ullis ppinquis aconita.s. uenena. & nunq̃ cantauit in scenis sicut Nero et non scripsit Troica: sicut Nero, qui in troicis suis incendiū Troianū ad uiuum explicaret, Romā icendit. et go propter incensionem vrbis eius Troica damnat. Vñ seq tur. Quid.n. Verginius Rufus.s. ab eo deficiens debuit magis vlcisci armis, q̃ talēde scriptionem troicorū ob quā urbs incēsa est. q.d. nihil. Aut qd Galba, qui Hispanos reddi dit rebelles debuit magis ulcisci cū Vindice.i. cum ptore illo Galliaꝶ. q.d. nihil. Sed quid fecit Nero i tam sæua, & cruda .i. crudeli tyrannide. hæc.i. hmōi iam dicta & quæ sequunt opera atq; hæc.i. hmōi artes sunt principis generosi. gaudentis psitui.i. quasi ad stuprū psentari foedo saltu.s. mimico & histrionico ad pulpita peregrina.i. in qbus peregrina agitabātur. & gaudētis meruisse apium herbā illam. coronæ gratæ.i. acceptæ & placidæ. Effigies maioꝶ habeāt insigna vocis.i. coronam ex apio meritā ex cantu hoc ad irrisionem addit poeta. Cum maiores longe aliis coronis gaudere consueuerint. Pone o Nero lōgum syrma.i. uestē, qua tragœdi utūtur, a tractu dictā. Thyestæ vel Antigones.i. quo illæ fabulę aguntur ante pedes Domitii.i. Domitii ataui tui, seu.i. siue suspende psonam.i. faciei figuram cōcauam, quā suæ histriones superponūt. ut uarias agerent Menalippes .i. in qua agebas Menalippē & suspēde citharam de colosso marmoreo .i. de pilo, aut de columna excelsa, de qua spolia & arma hostium maiores tui pendere solebant.

IOAN. BRIT. ¶ Quis Catilina tuis? exēplo Catilinæ & Cethegi ostēdit illos non appellādos esse nobiles: q ex nobili orti genere impie, atq; turpiter viuunt. Nā Catilina cū C. Cethego viro senatorio, & aliis nobilib⁹ opprimēdę reip. cōsiliū inierūt. sensus est: Nihil genere tuo o Catilina, & Cethege fuit nobilius: tñ non dubitastis patrię exitiū machinari: quo more fecerūt Galli. ¶ Tuis natalibus: tuo genere. & tua origine. Seneca ad Luciliū: Conditor ille iuris humani nō natalibus nos nec noium claritate distixit. ¶ Vt Bracatoꝶ pueri .s. parauerunt. pueri Bracatoꝶ.i. posteri Galloꝶ, q duce Breno relictis ob sterilitatem agris suis, Clusiū Italiæ oppidū obsederūt: ad quos cū missi fuissent ab senatu tres legati: q eos monerent, ut ab oppugnatione desisterēt: ex iis unus cōtra ius gētiū pcessit, & ducē Senonū interemit. quo facto cōcitati Senones vrbē infesto exercitu petierūt & fusso exercitu romāo apd Haliam fluuium victores vrbem intrauerūt: vbi nobilissimos senū cū insignibus honorꝶ quos, qs gesserat, in vestibulis ædiū sedētes occiderunt. Reliq̃ iuuētus cū Manlio in Capitoliū fugit, vbi obsessa Camilli virtute liberata est. ait ergo poeta Catilinā cū cōiuratoribus non aliter patriæ perniciem q̃siuisse, q̃ Gallos. Gallia antē Bracata appellata est Narbonēsis prouicia: que interno mari alluit. Varo: Flumine ab Italia alpiumq; saluberrimis iugis discreta, a genere vestiū, quas ad terrorē intonsas, & varii coloris ferūt: easdem Græci (auctore Diod.) Anaxiridas vocant. de qbus ita meminit Cor. Taci. At Cecina vel ve relicta post alpes sæuitia, ac licētia modesto agmine per Italiā incessit. ornatū ipsius municipia & Coloniæ in superbiā trahebāt: qd versi colore sagulo bracas barbaꝶ tegmen indutus togatos alloq eret. De iis ēt sic Tranql. in Cæsare: Gallos Cæsar in triūphū ducit. Idē in curia Galli bracas deposuerūt. Medos ēt, aliasq; gētes barbaras tali genere uestium usas docet & Persius: Queq; docet sapiens bracatis illita Medis Porticus. Et Oui. de Tristi. Pellibus hirsutis arcent mala frigora bracis. Senones aūt populi sunt Galliæ Lugdunēsis. ¶ Ausi.s. vos coniuratores id facinoris. ¶ Quod liceat: qd oibus licitū sit.i. id facinoris cōmisistis: qd incēdio, hoc est grauissimo supplicio meret puniri. ¶ Tunica molesta.i. igne, & supplicio ignis. de tunica autē molesta sic Senec. lib. ii. ad Luciliū: Cogita illā tunicā alimētis ignium & illitā & intextā, & qcquid aliud cōmenta est sęuitia: hoc. n. genus supplicii excogitatū est, ut facinorosi hoies igne & tunica obuoluti cremarent uiui. ¶ Sed uigilat cōsul: uos, inq̃t, patriā quęritis pdere, q nobiles vos esse dicitis. Cōsul vero, quē ignobilē putatis, ipsam tuet ac suat. sicq; poeta oñdit nō ex natalibus sed ex recte factis, virtute q; nobilitatē pēdere, cēsendāq; eē. ¶ Vigilat: operā dat ne Catilina & reliq cōiurati rēp pdāt. ¶ Vexillaq; vestra; conatus & furores uestros, uexilla. n. sunt figura militaria p diminutionē dicta a velis.

Gallia Bracata

Anaxiridæ

Vexilla unde

a velis. Coercet reprimit. Hic nouus Arpinas ignobilis. i. Cicero, quem vos nouum & ignobilē p cōtēptū appellatis: cū tñ eo constet (vt Plutar. & Euseb. scribūt) eē ex regio Volsco rū genere & e ortū, matre Heluia, & patre equestris ordinis. Nā Romani eos, q nulla maiorū dignitate claruissent, nouos soliti sunt appellare. vñ Catilina inuectus in Ciceronē, eū no uum hoiem nuncupat. Arpinas: Arp nū oppidū est Volsco rū patria Ciceronis. Volsci autē populi sunt iuncti Latinis: q iox oppida sunt: Aquum, Fabrateria, Frusino, Cora, Pometia, Antium, Velitre, & Suessa eox metropolis. Eques municipalis Romę. i. natus in municipio Arpino: sed Romę in ordine equestri. Modo Romæ quem mō & nup in eque stri ordine dictis esse Romæ: nō vetere & nobili genere. vñ Sallu. ita ignobilitatē obiicit: Vex (vt opinor) splēdor dome sticus tibi aios attollit. Et paulo post: Vex (ut opinor) hō no uus Arpinas ex M. Crassi familia illius uirtutē imitat. nā il los (vt diximus) Romani, q sine maiorū splēdore per seipsos claruissent, in cōtemptū nouos appellabāt, & inquilinos, quasi q alienas ædes incolerēt. Tantū igit muros: Cic. inqt, mi nore tulit laudē ex patria conseruata in toga, q Augustus ex victoria Actiaca superatis M. Ant. & Cleopatra. & ex victo ria pharsalica pfligatis Bruto & Cassio. Nois: famę & lau dis. Tituli: honox, qui non sine titulo & inscriptione no tātur, in fastis, statuisq subscribunt. Non Leucade. i. ex bel lo actiaco. vbi M. Ant. cū Cleopatra bello nauali supauit Au gustus. Nā Leucas insula est ante sinū ambraciū iuxta attium p montorium Epiri: vbi pugna cōmissa fuit. Eā insulā appel larunt Leucadē a petra albicāte, q in pellagus illic ptēditur. Alcmeonides vero scribit Alizeū, & Leucadium filios fuisse Icari, & a Leucadio dictū eē Leucadē. Campis Thessaliç. i. ex victoria pharsalica supatis Cassio & Bruto. Abstulit: re portauit. Sed Roma: Roma, inqt, non habuit, vñ Aug. Cęsarem, licet diuersa bella tractasset, appellaret patrē patriæ, sed habuit un Ciceronē appellaret. sic igit cōmendat, quem Romani vt ignobilem vituperabant. Pater patriæ: primus fuit Cicero, q tale cognomen meruit cōseruata patria in cō iuratiōe Catilinaria. id postea cognominis ad ipatores adu latiōe magis, q merito delatū. Arpinas alius. i. Marius. Nā Arpinū patria fuit cōis Marii & Ciceronis. Monet exēplo, itē Marii nobilitatē ex virtute pēdēt. Lassus aratro alieno: ostēdit Iuuena. nō solū Mariū aratorem fuisse, sed ēt agrico lam mercenariū. de quo sic Plin. lib. xxxiii. cap. xi. Ille arator Arpinas & manipularis imperator. Post hæc ipsē agricola tionem rebus strātioticis se accommodauit. Sequutus. n. est Romanox castra ut miles gregarius qd indicat, cum ait illū versatū inter fabros ad dolanda ligna. Milites. n. operibus fa brilibus exercebātur. vñ Martianus iurisconsultus titulo de re militari sic scribit: Et si quo fabrilibus opibus exerceri mi lites nō esse alienū. Fabri. n. tignarii, carpētarii, ferrarii, idq genus artifices (vt docet Vegetius) castra sequebant nullius rei patrie penuriā operis castrox muniēdox. Marius (ut scri bit Plut.) obscuro genere ortus patrē Marium, ma rē Fulci niā pauperes hoies, atq mechanicos habuit: uitam aburba nis, lautisq viuēdi moribus alienā: sed modestā & pristis ui uēdi institutis egit in uilla Ciuernatetiq erat in agro Arpina timilieiauit primo sub Scipione Africano Numantiam obsi dētē: ubi cum aliqñ post cœnā de impatoribus sermo fieret: & qdam ex pñtibus siue serio, siue ioco Scipionē interroga ret: quē talē ducē post illū populus Ro. habiturus esset: Scipio pcusso leuiter Marii humero hunc inqt: hic pstanti virtu te erit. Frāg bat vertice vitem. i. vite pulsabat a Centurio nē in castris. Nā Ceturiones vitem gestabāt ad milites in of ficio continendos. Pli. lib. xiiii. cap. pri. loquens de Vite: Quid qd in sertæ castris summā rex, imperiūq cōtinent, Ceturio num in manu uitis, & optimo pmio tardos ordines ad len tas pducit aqlas. Liuius lib. lyii. ab urbe ādita loquēs de Scipione inferiore: Quē militem extra ordinē dephēdit: si Romanus esset uitibus, si extraneus Virgis cæcidit. Pigra do labra: h. oc est ipse piget. Dolabra ferramentum est fabrox ad dolanda ligna: un & nomē deductū. Castra. n. sequebant fa bri, centonarii, & dedroph ori. i. ar box succisores. Hic tñ & Cimbros: hic tñ, inqt, Marius: quē uos ignobilem dicitis vicit & Cimbros. Nā eos in Gallia apud aquas Statyellas cū ctus Catulli pconsulis cū exercitu suo copiis deleuit. in quo plio tradunt cæsa fuisse hoium centum & .xl. milia. capta. lx. Sunt aūt Cimbri populi Germaniæ pximi Oceano: qui aio & audacia pstantissimi, & manuū virtute ac celeritate, & im petu egregii in bello habiti sunt. Eox impetū nemo sufstine re poterat: multos. n. magnosq exercitus Ro. deleuerūt. De scenderāt aūt Tridentinis iugis in Italiā cū terras eox ideo dasset Oceanus, nouasq sedes toto orbe sibi quæreret exclu si Gallia & Hispania. Et solus: non aūt solus ostē supera uit, sed una cū collega Catullo. Cæterū hoc ex historia ē. Nā (ut scribit Plutar.) famā & gloriam huius rei totā Mario p pter primā victoriam aduersus Teutonas, & Ambrones, & nomē imperii tribuebant. vñ (auctore Liuio) primores ciui tatis q aliquātulum vt nouo homini ad tantos honores ere cto inuiderat, conseruatam ab eo remp. fatebant: quasi ab eo solo, & non ēt a collega. Atq ideo, ob talem, inqt, victoriā factū est vt collega nobilis Catullus Luctatius habuerit vñ triumpharet, q. d. ex sudore hoi s noui. & ignobilis iuenit no bilis vñ triumpharet. sieq nobilitatem cauillādo, virtutē ex tollit Marii. nā cum duo ei triumphi, primus. s. ex Teutonis, secūdus ex Cimbris offerrētur, ambos agere noluit. Nā ut in hmōi secundis rebus mansuetū se pberet, cum Catullo triumphare oino instituit. formidabat. n. milites, q in ea dimicatio ne cōuenerant: vt si Catullus honore excluderet, ipse quoq triumpho priuaret. Ergo ipse in causa fuit, vt Catullus secū dū habuerit triumphū. s. Cimbricū. cuz vterq ei effet vni uerso populo oblatus. cuius rei ita meminit Cice. in Tuscu. C. Marius cū Cimbricæ victoriæ gloriā cū collega Catullo cōcauit. Hic aūt est ille Catullus Luctatius: de quo & in se cūda Satyra nō nulla attigimus: q Capitoliū igni absumptū, nō solū refecit, sed & magnifice nūus dedicauit. Maiora ca dauera: magno. n. corpore, horrendisq oculis erant, & apud Germanos pdones appellabant auctor Plutar. Cadauer au tem dictū est a cadendo, non aūt (vt qdam exposuerūt) qua si caro data vermibus. diciturq cadauer nō solū hoium, sed oium animaliū, atq ēt rerum animataz. Vnde Seruius Sul pitius sic scribit Ciceroni: Hem nos homunculi indignamur siqs nostrox interiit, aut occisus est: quox vita breuior esse debet: cū vno loco tot oppidox cadauera proiecta iaceant? Locutus. n. est ante de multis ciuitatibus prostratis & dirutis. Postq coruī volabant. i. postq parta fuit victoria. Stra ge: cladē dictā a sternendo. plebeiæ Deciox animæ: licet, inqt, Decii ignobiles haberent: cū in domū suā Decius pater primus consulatum detulerit: tñ opem patriæ tulerunt. Nam vterq Decius pater & filius se deuouit: pater bello latino: filius bello aduersus Hetruscos, Sānites, Vmbros, & Gallos. Decius pr, cū se deuouit his verbis (vt scribit Liui. lib. viii.) est vsus: Sicuti Verbis nuncupaui, ita pro rep. qritum, exerci tu, legionibus, auxiliis populi Ro. qritum legiones, auxiliaq hostium mecū Diis manibus deuoueo. Decius filius cū vide ret acies inclinari exēplum patris imitatus aduocato M. Li uio pontifice hastæ insistēs, & solentia verba rēdens, se & ho stes Diis manibus deuouit, impetuq in hostes facto, victo riā suis reliqt legionibus. Nā illico pugna instaurata fuit, ecē pitq pōtifex vociferari vicisse Romanos defunctos cōsulis fato, Gallos, Sannitesq telluris matris ac Deox manū esse. Pro totis legionibus: p totius exercitus Rom. salute. Suf ficiunt: sufficere dicimus ei cui desiderium implemus. q. d. so lis Deciis Dii inferni cōtenti fuut. Terræ parenti: in cuius visceribus dicunt ipsi esse inferi. Pluris enim Decii exēplo ergo Deciox ostēdit hoiem sola animi virtute nobilem (vt diximus) fieri. qd item exēplo Seruii Tulli probat: q in do mo Tarquinii vxoris industria, & cōsilio tāta gratia apud po pulū Ro. uixit: vt cū interdū factæ voces ab iuuene Tarqui nio audiret se iniussu populi regnare: ausus sit ferre ad po pulum, Vellent, iuberentur se regnare: vñ tanto consensu q o haud quiequā alius ante rex est declaratus. Ancilla: Cornicu

Cicero, Arpinas

Volsci

Leucas

Pater patriæ

Marius

Dolabra

Qu. Catullus

Cadauer

Decii

Seruius Tullus

laria. fuerat enim ex Corniculo opido Latii. Est autem or/
Ancilla do: Ille bonorum regum ultimus natus ancilla meruit trabe
Trabea am. Ancilla proprie dicitur mulier, que in seruitute est. ¶Tra
beam: vestis fuit regum. Liuius: Seruius cum trabea & licto
ribus prodiit. Plinius: Trabeis vsos iquit accipio reges. Eā,
scribit Dionysius Halycarnaseus libro secūdo, circundistin/
Diade/ ctam fuisse purpura sub tegmine puniceo, vestemq; fuisse gē
ma tilem Romanis honorificam. ¶Diadema: a diadeo quod est
circumligo, erat autem pannus quo veluti fascia reges caput
sibi vinciebant. Seneca ad Lucilium: Vides illum Scythiæ,
Sarmathiæq; regem insigni capitis decore: si uis illum æsti
mare, totumq; scire qualis sit, fasciam solue, multum mali sub
illa latet. Valerius de Pompeio sic: Cui candida fascia haben
ti crus alligatum. Fauonius: Non, inquit, refert, qua in parte
corporis sit didema exigua panni cauillatione regias eius vi
res exprobrans. Idē alibi: Rex etia; ille subtilis iudicii, quem
ferunt traditum sibi diadema priusquam capiti imponeret
retentum diu considerasse, ac dixisse: O nobilem magis q̄ feli
cem pannum. Hæc ideo copiosius dixi: vt eorum opinio ex
plodatur, qui diadema coronam regiam interpretantur.
¶Quirini: hoc est insigne regium: quo Romulus qui Qui
rinus dictus est, primus rex apud Romanos est vsus. de Qui
rino illic est dictum. In valle Quirini. ¶Fasces: de fascibus
abunde superius diximus. his & reges vtebantur. Liuius,
Dionysius, Plutar. & Macro. auctores. ¶Vltimus bonorum
regum: nam fuit sextus rex Romanorum: post quem Tar/
quinius superbus regnauit omnium vltimus: qui quanto
cæteri meliores fuere, tanto ipse fuit nequior. ¶Iuuenes ipsi
us consulis: exemplo filiorum Bruti, & Aquilii, aliorumque
coniuratorum qui nobili genere fuerunt, ostendit vt supra
exemplo Catilinæ & Cethegi eos appellandos non esse no/
biles, qui citra virtutem viuunt: pulsis enim Tarquiniis re
gibus, patricii iuuenes, inter quos fuere filii duo Iunii Bruti
De filiis consulis, Marcus & Manlius, Gellii vxoris Bruti fratre. L.
Bruti & M. Aquilii memores eius licentię, quam sub regibus ha/
buerant, conspirarunt in domo Aquiliorum de reducendis
regibus. Coniurationem detexit Vindex Cecinēsis Aquilio
rum seruus. Deprehensi iuuenes pœnas dederunt, Bruto fi/
liis suis non parcente. nam supplicium eorum constantissime
iussit & spectauit. auctores Liuius, Dionysius, Plutar. Pli/
nius, & Florus. ¶Ipsius consulis .i. Bruti, qui primus eiecto
Tarquinio superbo consul est creatus. ¶Deceret: conueniret
facere pro libertate: idest pro libertatis conseruatione: quam
pater eorum eiectis regibus patriæ tradiderat. multum au/
tem interest: cum dicimus pro imperio pugnat: & de impe//
pro im/ rio. pugnare enim pro imperio est pro conseruatione impe/
perio rii: vt scilicet quod habeas, conserues. De imperio autem pu
De im/ gnare, est de imperio habendo. s. vt quod non habeas, acqui/
perio ras. vt illud sit in conseruatione, hoc in auctione. ¶Dubia li
bertate: hoc est cum libertas in ambiguo est: cum alii in op//
pugnanda, alii in tuenda laborent. ¶Quod miraretur: quod
posset mirari & imitari. ¶Mutius: scilicet Scæuola: qui ado/
Mutius lescens nobilis indigne ferens ciuitatem Romanam ab He/
Sc̨euola truscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuissent, abdito in/
tra vestem ferro in castra hostium venit, quorum dux erat
Porsena: qui in regnum conabatur Tarquinios restituere:
ibi forte cum stipendium militibus daret: & scriba cum rege
pari ornatu sederet, scribam pro rege obtruncat, captus &
ante tribunal regis adductus: tum quoq; inter tantas fortu/
næ minas metuendus, magisquam metuens, Romanus sum
inquit ciuis. C. Mutium vocant, hostis hostem occidere vo/
lui, nec ad mortem minus animi est q̄ ad cædē, statimq; dex/
tram incenso ad sacrificium foculo iniecit: quam animi vir/
tutem conspicatus Porsena eum intactum, inuiolatumq; di
misit. vnde postea Scæuolæ cognomen accepit, a clade dex
træ manus, nota est historia. ¶Cum Coclite: Horatius Co/
cles, cum eodem bello positus foret in statione pontis, cum
Porsena irrueret, solus hostiū impetum in primo pontis adi
tu sustinuit donec a tergo pons interrumperetur. Tunc in
Tyberim armatus desilit, multisq; sup incidentibus telis in
columnis ad suos tranauit. Statua ei erecta fuit in comitio,
agriq; quantū vno die arari posset datū trans Tyberim. Co
cles aūt ob id est cognominatus: q; in alio ꝓlio oculum amise
rat. scribit Pli. lib. xi. eos Coclites appellari, q altero lumine
orbi nascerent, vñ & Cyclopes accepimus appellatos in Sici Codi/
lia, quod solū oculū in fronte haberet vt Coclites. ¶Virgo: tes
idest Chlœlia: quæ eodem bello inter pacis conditiones da/
ta Porsenę inter obsides dux agminis virginum, deceptis cu
stodibus noctu castris eius egressa equum, quem sors dede
rat, arripuit, & Tyberim traiecit. Rex ira incensus Chœliā
obsidem petiit, accepitq;: cuius virtutem admiratus eam ad
suos remisit, facta ei potestate eligendi quos vellet secum
ducere ex obsidibus: quæ pueros impuberes elegisse fer/
tur: quorum ætatem iniuriæ non obnoxiam esse sciebat. sta/
tua ei equestris in foro posita. Virgo: ordo est: Et quod
miraretur virgo, quæ natauit. ¶Imperii finem Tyberi/
num: hoc est quæ natauit Tyberim, qui tunc imperii Ro/
mani finis erat. non enim tunc temporis Rumani vlterius
imperabant. vnde Virgilius in octauo: Hinc Thusco claudi
mur amni. Hetruria enim fines suos tendebat vsq; ad primā
ripam Tyberis, dictaq; Hetruria quasi ἑτέρος ὅρος. Nam
ἑτέρος est alter: & ὅρος finis. Roma enim vnam tantum Ty
beris ripam antea tenebat.
¶Quid Catilina & c. Ostēdit exēplis Catilinæ & Cethegi ASCE.
q in patriam conspirarunt (vt Sallustius in Catilinario do/
cet) nobilitatem generis nihil aut reipublicæ, aut priuatæ
conferre: si animi nobilitas desit. Ordo est: O Catilina quid
inueniet quisquam nobilius natalibus tuis: idest nobilitate
generis tui: atq; Cethegi complicis tui: quasi dicat nihil. ta/
men vos parastis arma nocturna: idest insidiosa noctu rem
peragentia. vel obscura: idest ignobilia: ut claritudini gene/
ris ignobilitatem obiiciat armorum illorum. armis autem
sanguis effunditur. Et parastis domibus: idest priuatis ædi/
bus. & templis: idest Deorum ædibus. flammas: idest incen/
dia. parastis inquam ausi supple facinus quod liceat punire
tunica molesta: in qua homines comburebantur viui. vt: idest
quēadmodum, id ausi fuerunt pueri Bracatorum: idest Gal/
lorum ex Gallia Bracata. & minores: idest posteri. Senonum:
idest illorum populorum Galliæ: qui totam vrbem incen/
dio abolere conati sunt. Sed consul: videlicet M. Tullius Ci
cero. vigilat: idest pro salute vrbis solicitus est. & coercet. i.
restringit & repellit vestra arma. hic. scilicet consul. existens
nouus supple homo: idest qui: nec in se nec in maioribus suis
illum magistratum unquam in familia sua vidit. & Arpinas:
idest non Romanus quantum ad patriam: sed inquilinus &
ignobilis quantum ad genus. & existens modo: idest paulo/
ante. Romæ eques municipalis: idest ex municipio. ponit. i.
impōit ciuitatibus supple attonitis: idest perplexis & stupe/
factis de re noua. præsidium armatum. i. munitiones & cu/
stodiam armatorum. præsidium enim est quod Galli garni
son vocant. & laborāt: idest laborem impendit. vel se pericu
lo exponit in omni gēte. Igitur: idest pro huiusmodi diligē/
ti custodia. toga: idest gubernatio i pace, vel pax ipsa. contu
lit: idest contribuit illi. s. Ciceroni. tantum nominis & tituli,
quantum Octauius Augustus. s. quem inepti Octauianum
uocant. non meruit Leucade in bello, scilicet attiaco contra
Antonium & cleopatram, & quantum Octauius in campis
Thessaliæ apud philippos Macedoniæ vrbem contra Cas
sium & Brutum: sed cum Antonio. non meruit assiduia cędi
bus. i. occisionibus hominū. & gladio vdo: idest sanguinolē/
to. Et si quis dicat q multum meruit fatetur quidē. sed Ro/
ma libera: idest liberata a coniuratione catilinæ. salutat cice
ronem parentem. & salutat: idest salutando appellat patrem
patriæ. alius Arpinas: scilicet Marius. solebat in monte Vol
scorum. lassus aratro alieno: idest alteri arando poscere: idest
exigere mercedes laboris & operæ suæ. & frangebant post
hæc: idest huiusmodi vilia ministeria. vitem: idest virgam ex
vite qua centuriones milites liberos cædebant. vertice sup/
suo dum percutiebatur, si ipse lentus: idest tardus. muniret
castra dolabra pigra: idest instrumento dolandi, quo vteba/

tur hos

Occulte ad patres produxit crimina seruus
Matronis lugendus, at illos verbera iustis
Afficiunt pœnis, & legum prima securis.
Malo pater tibi sit Tersites, dummodo tu sis
Aeacidæ similis, uulcaniaq; arma capessas,
Quam te Tersitæ similem producat Achilles.
Et tamen ut longe repetas, longeq; reuoluas,
Nomen, ab infami gentem deducis Asylo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

tur: hoc est postquam arator fuerat vacans militię: ualidissima illic quoq; primum minist ria præbuit: dolādo scilicet ligna pro castrorum munitionibus aut machinarum faciendis. tamē hic: id est huiusmodi nobilis. primum excipit: idest adoritur, & a se capit. &: idest pariter. Cimbros: idest populos illos Alemaniæ inferioris. & summa pericula rerum: scilicet bellicarum. cum iam populus Romanus a Cimbris fusus esset. & ipse solus protegit vrbem: scilicet Romam trepidantem: timore videlicet. Atque ideo ipse effectus collega nobis: scilicet Q. Catulli. ornatur lauro: idest corona laurea. secunda: idest quam bis meruit. postquam corui volabant ad Cimbros & pro: idest ad stragem supple Cimbrorum, & Theutonum. qui: scilicet corui. nunquam attigerant maiora cadauera. Animæ Deciorum: idest illorum clarissimorum postea virorum, fuerunt plebeiæ: idest in corpore ex plebeis propagato. & nomina Deciorum fuerunt plebeia. & tamen hi scilicet Decii pater & filius: qui se pro republica deuouerunt. est autem deuouere votis se morti pro salute alterius addicere: vel alteri se sic dedere, atque addicere: vt potius uitam, q̄ illum derelinquat. & ita deuotus longe aliud, q̄ apud ecclesiasticos sæpe significat. & tamen hi quamuis ignobiles fuerunt. sufficiūt: idest satis esse visi sunt Diis infernis. & terræ parenti: idest magnæ matri animantium pro totis legionibus & omnibus auxiliis: idest militibus auxiliariis: atque pro omni pube latina: idest contenti sunt Dii postquam illi se deuouerant toti exercitui parcere: qui perisset: nisi se deuouissent in diuersis prælus. enim pro quia. quia Decii fuerunt supple pluris. i. maioris, pretii, aut æstimatiōis apud Deos: q̄ qui seruantur ab illis: idest quā totus exercitus Romanorum. Ille vltimus bonorum regum. s. Seruius Tullus. natus ancilla. i. ex serua. meruit trabeam. i. vestem pōtificalem, & diadema. i. insigne regale. Quirini. i. Romuli & fasces. i. insigna etiam regum, & postea cōsulum. Iuuenea supple filii consulis. s. Bruti ipsius: qui. s. exigendis regibus auctor fuerat. laxabant. i. iam reserabant: aut reserare parabant. claustra portaą ciuitatis Romanæ prodita. i. porro data, & in potestatem quātum in ipsis erat tradita. tyrannis. i. superbis & immitibus. s. Tarquinio & filiis eius exulibus. i. extra solum patrium agentibus & iam exactis. consulis dico iuuenes: quos aliquid magnum. i. aliquod facinus magnum deceret. s. facere: aut obire pro libertate dubia. i. quæ tūc erat in ambiguo. quod sup. facinus magnum. Mutius. s. Scæuola miraretur cum Coclite: qui pontē Sublicium fregit in conspectu hostium. & quę miraretur virgo. s. Chloelia, quæ tranatauit Tyberinum finem imperii Romani. historias recitat Manci. uide eum, ne cogar repetere.

IOAN. BRIT. ¶ Serui: idest Vindex Cecinensis vnus ex seruis Aquiliorum coniurationis consilium (vt diximus) detexit. ad consules enim rem detulit. vnde ille primum dicitur vindicta liberatus, vindicta ab eo denominata. Post illum obseruatū est vt qui ita liberati essent: in ciuitatem accepti viderentur. Vindicta ¶ Matronis lugendus: aut quem matronæ lugerent, vt filiorum suorum accusatorē, aut (quod magis placet) cuius obitum matronæ merito lugere deberent: itanq̄ qui coniurationem prodendo libertatem patriæ seruasset: quo more Brutum ipsum (vt scribit Liuius) fleuerunt in acrem violatę pudicitiæ vindicē. ¶ Verbera: nam nudatos nobilissimos iuuenes virgis ceciderunt, securiq; percusserunt. ¶ Et legum prima securis: idest consulatus primus, qui fuit inter leges expulsis regibus. nam antea reges sine legibus omnia arbitrio suo moderabātur: ac per hoc Brutum intelliget qui primus regibus exactis creatus, consul supplicium sumpsit de filiis, reliquisq; cōiuratoribus. ¶ Malo pater tibi sit: sensus est: Malo te ex humili genere ortum, modo uirtutem amplexus sis, quæ veram homini nobilitatem largitur, q̄ ex claris maioribus, & nihil facias dignum memoria & laude, vnde nobilitas comparatur. ¶ Thersites: in castris Grecorum Thersites fuit (vt in Iliade scribit Home? libro secūdo) vir loquacissimus: q nihil curæ haberet, q recte aut q̄ apte, sed ut q̄ primum & q̄ maxime loqueretur. Idē fœdissimus om niū, qui ad Troiā nauigauerant. Strabo enim fuit, altero pede claudus, iecuris humeris ad pectus cōtractus. Vertice acuminato. raro capillo. Idem cū regibus contentionem agere solitus est assidue, eosque ob iurgare non honestatis, vtilitatis sue gratia, sed vt scurram ageret. hūc cōstat (vt auctor est Quintilia.) ab Achille pugnā interemptū fuisse. ¶ Aeacidæ: idest Achillis nepotis Aeaci. Nam Aeacus genuit Peleum, Peleus Achillem. ¶ Vulcania: nam Vulcanus Thetidis precibus (vt scribit Homerus) arma Achilli filio fabricauit. ¶ Et tamen vt longe: non sine summa indignatione hæc a poeta dicuntur. vt sit sensus: Licet, inquit, intumescas longo genere maiorum: illud tamen scies originem tuam duci ab ignobilibus. ostendens omnes pariter Romanos humili loco ortos esse: cum aut a pastoribus genus suum duxerint: aut ab hominibus sceleratissimus: qui ad Asylum Romuli confugerant. Romanum autem populum a pastoribus duxisse originem indicat & Varro de re rustica his verbis: Romanorum vero populum pastoribus esse ortum, quis non dicit? Quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum & Remum educauit, non ipsos fuisse pastores obtinebit, quod parilibus potissimum condiderunt vrbem? ¶ Reuoluas nomen: idest originem & nomen familiæ tuæ. ¶ Gentem: idest genus tuum. ¶ Infami Asylo: hoc est infami genere hominu; Nam (vt docet Liuius libro primo) Romulus ne uana esset vrbis magnitudo, adiciendæ multitudinis causa locum, qui tunc septus erat, densis sentibus inter duos locos Asylum aperuit in honorem Dei referens. sacrum enim esse voluit & inuiolabilem: eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine liber an seruus esset, auida nouarum rerum perfugit, idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Sicque per speciem religionis erga Deos sponsor factus est eos, qui illuc confugissent, nihil detrimenti ab inimicis accepturos, & si apud se permanere vellent, ciuitatia etiam participes faciebat, tradebatque agri portionem, quem bello quæsierat: lege Dionysium. Asylum autem dixerunt ab a particula priuatiua: & συλάω: quod est diripio. nullus enim illinc vi aliqua diripi poterat. hoc autem non fuit in omnibus templis, nisi quibus consecrationis lege concessum fuit. primo autem (vt docet Seruius) apud Athenienses statutum fuit Asylum: id est tēplum Misericordiæ: vnde nullus posset abduci ab Herculis nepotibus: quos insequebantur, qui erant ab eo oppressi: sicut docet Statius in Septimo Thebaidos: Fama est defensos acie post busta paterni Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes. Templum, etiam Iunonis in vrbe Troia appellatum fuisse Asylum ostendit Virgilius secundo: Et iam porticibus vacuis Iunonis Asylo Custodes dicti Phœnix, & dirus Vlysses Prædam asseruabant. ¶ Aut pastor fuit ut fuit Romulus & Remus, eorumque altor Faustulus, aut reuera vult ipsum originem ducere ab ipso Romulo, qui sub Faustulo nutritus est inter pastores. ¶ Quod dicere nolo: idest sceleratissimus, quales multi in Asylum ex finitimis locis confluxerant. quod si ad Romulum referas hoc significat ipsum fuisse nothum: hoc est ex mœcho natum. vnde illud est Ausonii: Credo q̄ illis, Nec pater certus fuit, & mater est vere lupa.

Thersites

Asylum

Spōsor

Iuuenalis O iiii

ASCE. ¶ Occulta ad patres. Eandem rem prosequitur. Ordo est: Seruus: scilicet Vindicius lugendus matronis: quia propter eius idicationem orbæ factæ sunt, produxit a ! patres: idest indicauit patribus crimina dictorum iuuenum. at: idest sed. verbera. idest flagella. & securis prima legum: idest quæ prima legitimam executionem fecit: vel quæ potissima est pro legibus conseruandis. afficiunt illos: scilicet iuuenes iustis pœnis. primũ enim erãt virgis cæsi: deinde decollati. Ego malo vt Thersites. i. vilissimus miles sicut Thersites apud græcos teste Homero: sit tibi pater dummodo tu sis similis in moribus: scilicet & fortitudine animi. Aeacidę: idest Achilli vel potius Achillis: quia similis sit genitiuum regit: qui est nepos Aeaci. & dummodo tu capessas: idest accipias. arma vulcania: idest qualis Achilles per matrẽ a Vulcano obtinuerat. q̃ q; sup. Achilles producat te similem Thersitæ. Et tamen quamuis generositatem tuã iactas. demus supple vt repetas lõge, & reuoluas longe. nomẽ: idest cognomina generis tui. tu deducis gentem: idest gẽtilitatem & genus tuum ab Asylo: idest loco imunitatis. infami: idest ad quem omnes malefactores & infames se receperant. Et quisquis fuit ille primus maiorum tuorũ: aut fuit pastor: nam collecta manu pastorum & latronum Romulus auum in regnum restituit Albanorum: & Romam construxit. aut fuit aliud quod nolo dicere: scilicet fur, aut latr?, aut siccarius, aut alioquin famosus.



Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Nona.



Cire uelim quare toties mihi Neuole tristis
Occurras fronte obducta, ceu Marsya uictus.
Quid tibi cum uultu, qualé deprensus habebat
Rauola, dum Rhodopes uda terit inguina barba:
Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.

Satyra nona, Scite velim.

IOAN. BRIT. Cire velim quare toties. Hac Satyra detestandum sui tẽporis flagitium insectatur. Multi enim abiecta omni honestate, cum iam barbati essent, vxoremq; haberent, draucorum cõmercio utebãtur pro se & vxore sua. Tale igit genus hominum tota Satyra exagitat, pari modo notãs & molles cinædos, & draucos ipsos. Sed cum poeta liberiore stilo talem turpitudinem flagellet: illud omnino hanc Satyram interpretanti obseruandum est: vt cum turpia attenderit summam adhibeat verborum modestiam: vitium in contemptum trahat: doceat talia vt nefandissima esse fugienda: nihil esse omnipotenti Deo nostro detestabilius. Sic enim legendo adolescentiũ mentes a vitiis resiliunt: virtutibus inhærent: & praua declinantes recta sequuntur. Introductum igitur Neuolum, qui in tali turpitudine cinædis operam præstabat, quasi per dialogum interrogat cur tristis sit: & is respõdens auaritiam sui temporis accusat: conqueritur que pro laboribus suis præmia non rependi a cinædis, nec ab iis quorum vxoribus operam præstitit. sicq; poeta satyrico veluti dialogo nefanda sui temporis vitia insectatur. ¶ Fronte obducta: capertata, & in rugas contracta. ¶ Marsya victus: de Marsya Phrygio intelligit, qui (vt Apuleis scribit in primo limine primi libri floridorum) filius fuit illius Hiagnis, qui rudib? adhuc musicæ seculis solus ante alios cantus canere institu it. Nam ante Hiagnin nihil aliud plerique callebant, q̃ quod

Marsy çfabula

Virgilianus Opilio, seu bubsequa: Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Primus Hiagnis in canendo manus discapedinauit: primus duas tibias vno spiritu animauit: primus læuis & dextris foraminib?, acuto tinnitu & graui bõbo concentum musicum miscuit. a patre igitur Marsyas eruditus cum Appolline certauit: a quo superatus velut vrsus bipes corio execto nudis & laceris visceribus relictus est. Ita Marsyas i pœnã cecinit, & cecidit. ¶ Quid tibi cũ vultu: scilicet tali. i. qd sibi vult talis vultus? ¶ Deprehẽsus: in turpi opere. ¶ Rauola: pcunnilingo sui temporis accipitur. ¶ Rhodopes: nomen mulieris infamis. ¶ Nos colaphum: legendum est quasi per acclamationem poetæ: ex quo rei turpitudo ẽ ostendit: quasi dicat: Tam turpia fiunt per totam vrbem: & sine vlla peccantis castigatione: verum si seruus crustula comedit: statim eũ verberamus, & acriter castigamus: sicq; poeta docet miram esse mortalium cæcitatem, qui leuiora crimina notẽt & puniant: grauiora vero impunita relinquant. ¶ Colaphũ: dictio est græca: latine alapa dicitur. Terentius: Plus quingentos colaphos infregit mihi. ¶ Crustula: Seruius differentiam facit inter crustam & crustum: vt crusta sit eorum quæ non comeduntur: vt crustam marmoris. Virgilius: Currẽti in flumine crustæ. Crustum vero eorum quæ comeduntur. Virgilius: Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Horatius per diminutionem in Satyris: Dant crustula blandi Doctores elementa velint vt discere prima. Verum & crusta genere fœminino etiam de iis, quæ comeduntur, dicitur. Plinius libro decimonono capite septimo: Hoc & panis rustici crustæ inspergitur: ad fuso ouo inhęrens vbi inferiorem crustã apio, gitq; cereali sapore condiunt.

Crusta Crustu3

ASCE. Cire velim & cætera. In hac Satyra (vt Mancinellus recitat) carpuntur auari turpia patientes. Quin adeo tria accusat poeta: turpitudinem videlicet draucorum tam fœdam, ac infamem operãm locantium: & obscœnitatem paticorum talem conducentium: & eorundem auaritiam mercedem non soluentium. Alloquitur autem Neuolum draucum: qui eum in dialogi formam alloquitur hoc ordine. O Neuole ego velim scire quare tu mihi occurras toties tristis & facie obducta: idest laxo supercilio, & rugosa pelle superfusa. ceu: idest sicuti, Marsya: idest Satyrus ille ferino vultu victus ab Apolline in arte musica. Quid supple est tibi cum vultu: idest quid sibi vult vultus iste tam tristis, qualem supple vultum habebat Rauola cunnulingus ille infamis. deprensus: idest in ipso facto repertus. dum terit: idest atterit & expilat sæpe lambendo inguina: idest pudenda membra. barba sua vda turpitudine: scilicet Rhodopes illius infamis mulieris. nos, inquit poeta, incutimus seruo lambenti crustula: idest fragmenta panis, aut placentæ, aut alterius rei comestibilis, colaphum: idest baculum: quo ipsum cædimus. & tamen supple lambit cunnos, aut lingit: at nos talia patimur. & ita per transitum tangit more satyrico alios homines vitiosos.

¶ Polli

IOAN. BRIT. ¶ Pollio Crepereius: Pollionem vt luxuriosum & nepotẽ sugillat: qui absumptis opibus mutuo, & in fœnus cogebatur pecuniam quærere: qđ non faciebat sine magno pudore & frontis contractione ob pristinam fortunam: a qua ob gulam deiectus erat. ¶ Hac facie: tua. s. o Neuole. ¶ Non inuenit fatuos: hoc est qui reuera fatui fuissent: si dedissẽt mutuo: qđ ad se non esset rediturũ. Fatui autem dicuntur, qui nullius sunt prudentiæ. unde virgines illæ in sacra scriptura fatuæ dicuntur, quæ oleum secum non attulerũt. contra prudentes, quæ attulerãt, ita vt vocabula opposita sint, & contraria. Fatui aũt facile decipiuntur. ¶ Vnde: subaudi sunt. ¶ Torrugæ: tanta vultus tristitia, quę per rugas ostẽditur. ¶ Certe modico: occurrit tacitæ responsioni. posset enim dicere: paupertas mihi molesta est: & proinde tristis sum, ait ergo: Certe tu contentus modico vitam per summã hilaritatem agebas ita: vt Vernas prorsus hilaritate vitæ referres. Nã Vernæ vt pote in domibus potentiorũ nati & nutriti miræ dicacitatis erãt. a Verna fit vernaliter. Hora. in sermonibus: Continuatq; dapes, nec nõ vernaliter. ipsis Funguntur officiis prælambens omne qđ affert. Differt autem Verna a seruo: q seruus is sit, qui aut bello captus, aut ære paratus in potestatem nostrã venit. Vernæ vero qui ex ancillis nascuntur domi. nam & ii in seruitute sunt. ¶ Vernã eqtem: ita, ingt, hilare viuebas: iisq; iocis vt Verna eques videreris. Sic enim Romani Vernas eqtes per iocum noĩauere. Mart. Quirinalis futuit ancillas, domũq;, & agros Implet eqtibus vernis. Idem alibi: Cuius non Syrieue, Parthiæue, nec de Cappadocis eques cathastis. ¶ Facetus: scribit Quintil. facetũ non tñ circa ridicula cõsistere: sed etiã esse appellationem exculte cuiusdã elegãtiæ: vnde Hora. Molle atq; facetum. ¶ Ioco mordente: iocũ accipimus (auctore Fabio) qđ est contrariũ serio. Nam & fingere, & terrere, & pmittere interim iocus est. ¶ Mordẽte: p iocum mordẽtem intellexit, dicacitatem: quæ pprie significat sermonem cũ risu aliquos incessentẽ: ideo Demosthene vrbanum fuisse dicũt dicacem negant. ¶ Vehmẽs: valde promptus. ¶ Salibus: ridiculis. Cic. Oẽ qđ salsum sit, ait esse Atticorũ, qa sunt maxime ad risum cõpositi. Et Catullus cũ dicit: Nulla est Corpore mica salis: hoc dicit: Nihil in corpore eius esse ridiculũ. Salsum igit erit qđ nõ erit insulsum, velut quoddã simplex orationis condimentũ, qđ sentitur latẽte iudicio, & velut palatũ excitat, qđ & a tędio defendit orationẽ. ¶ Intra pomęria: eos sales intelligit: qui (auctore Fabio) vrbanitas dicũtur: qua ait significari sermonẽ præferẽtem in verbis, & sono, & vsu pprium quẽdam gustũ vrbis, & sumptã ex cõuersatione doctorũ tacitã eruditionẽ, deniq; cui cõtraria sit rusticitas. ¶ Pomeria: dicitur quasi post mœnia. Nam (vt scribit Liuius) spacium qđ neq; habitari, neq; arari fas erat, nõ magis qđ post murũ eẽt q̃ qđ murus post id, pomeriũ Romani appellauere. ¶ Oia unc cõtra: subaudi sunt tibi. ¶ Silua horrida: cæsaries incõpta. ¶ Siccæ: nõ vnguẽtatæ. nam & capilli totũq; caput vnguẽto fouebãtur. Mart. Si sapis assyrio semp tibi crinis amomo Splẽdeat: & cingãt florea serta caput. Plautus in Casina: Vnde hic amabo vnguẽta olent? Obperii, cesso caput pallio detergere: ¶ Calidi visci: hoc dicit, qa (vt scribit Pli. li. xxiiii) viscum cũ resina & cera pãnos in cute mitigat oĩs generis.

Struus verna

Facetus

Dicacitas

Sales

Vrbanitas

Rusticitas

Pomeria

Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem vsuram præstare paratus
Circuit, & fatuos non inuenit, vnde repente
Tot rugæ? certe modico contentus agebas
Vernam equitem, conuiua ioco mordente facetus,
Et salibus vehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra, vuultus grauis, horrida siccæ
Silua comæ, nullus tota nitor in cute, qualem
Præstabit calidi circumlita fascia visci,
Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura.
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimq; domestica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas & gaudia, sumit vtrunq;
Inde habitum facies. igitur flexisse videris
Propositum, & vitæ contrarius ire priori.
Nuper enim (vt repeto) fanum Isidis, & Ganymedem
Pacis, & aduectæ secreta palatia matris,
Et Cererem (nam quo non prostat fœmina templo?)
Notior Aufidio mœchus celebrare solebas,
(Quod taceo) atq; ipsos etiam inclinare maritos.

tali igitur remedio facies reddebatur nitidior. ¶ Sed fruticante: notat molliciem, turpitudineq; sui tpis, Nam cinædi, vt molliores viderentur, crura & brachia sibi depilabant. Est ergo sensus. Crura inquit nunc tibi sunt neglecta, & squalida pilo fruticante. i. subnascente instar fruticis. ¶ Quid macies ægri veteris? subaudi sibi vult. ¶ Aegri veteris: valetudinarii hominis, qui morbo diutino laborauerit: ¶ Deprendas animi tormenta. sensus est: Sentio profecto te graui cura vexari. nã facile vnusqsq; deprehẽdat animi pturbationes ex habitu corporis. i. & curas, & gaudia. ¶ Deprendas: secũda psona p tertia. i. vnusqsq; facile possit deprehẽdere. ¶ Vtrunq; habitũ: & mœtoris & gaudii. ¶ Inde: ex aĩo. i. ex affectibus latentibus in aĩo, gaudio. s. & mœrore. ¶ Flexisse: in aliã partẽ vertisse, & mutasse. ¶ Vitæ priori: quã agebas multis iocis, & salibus. ¶ Nup enim vt repeto: dum ostẽdit Neuolũ fuisse mœchũ & pædiconem notissimum, notat adulteria. aliaq; flagitia sui tpis: quæ in tãtũ adoleuerãt: vt tota fere ciuitas corrupta, cõtaminataq; foret. Est ergo ordo & sensus: O Neuole tu nup mœchus notior Aufidio solebas celebrare fanũ Isidis, vt repeto. s. memoria. ¶ Fanũ Isidis: in tẽplis, & in primis Isidis frequẽtia cõmittebant adulteria. de qbus pluscula diximus in vi. Saty. illic: Isiacæ sacraria lenæ. Erat aũt templũ Isidis vicinũ cãpo Martio. ¶ Ganymedẽ Pacis: tẽplũ Pacis Vespasianus extruxit iuxta forũ: in quo aut pictã imaginẽ, aut statuã Ganimedis fuisse ostendit poeta. Ganymedes aũt filius fuit Laomedontis regis Troianorũ, quẽ dilectũ Iupiter in aqlam cõuersus rapuit in cælũ: remotaq; Hebe filia pocillatorẽ suũ fecit. ¶ Palatia. i. tẽplum extructũ ĩ palatio: de quo ita Liuius lib. xxxix. ab vrbe cõdita: Et ædẽ magnæ matris in palatio faciendã locauerũt. ¶ Secreta: quæ tñ a sacerdotibus curẽtur. sunt enim oĩa Deorũ sacra mystica. ¶ Matris aduectæ. i. Cybeles aduectę ex Phrigia. de qua in tertia Satyra plura diximus illic: Hospes numinis Idę. Lege Liuium eodem libro. ¶ Cererem: tẽplum Cereris, quod erat ad Circum maximũ: vt docet Plinius libro. xxxv. cap. xi ¶ Nam quo non prostat? haec leguntur per parenthesim & summã indignationem, ostendit autem pudicitiam non modo in locis pphanis, sed ne sacris quidem esse tutam: hocq; maxime dicit, quia Cererem nominauit, in cuius templo solebant esse tantum castæ matronæ, in quo nunc adulteria cõmittũtur. Ouidius libro quarto Fastorum: Sed si thura aberunt, vdas accendite tedas: Parua bonæ Cereri sint modo casta placent. ¶ Prostat: prostare est corpus (vt diximus in prima Satyra) in vulgus dare, estq; verbum neutrum. ¶ Aufidio: Aufidius taxatur vt nobilis adulteriis, & matronarũ corruptor. ¶ Quod taceo: color occupatio.

¶ Non erat &c. Hic (vt dixi) per transitum primo tangit Pollionis Creperti perditam vitam. Deinde ad Neuolum cedit. Ordo est: Pollio Crepereius: qui paratus est præstare: idest persoluere, si inueniret qui dare vellent, triplicem vsuram. circuit idest quærit & non inuenit fatuos, qui quicquid darẽt: hoc est sortem cum vsura perderent. vel paratus præstare: idest ad vsuram triplicem dare si inueniret fatuos volentes accipere. non erat miserabilior hac facie, quã iate video. vnde supple natæ vel ortæ sunt: vel processerunt repente tot rugæ: idest plicæ faciei tuæ? certe tu existens

Isidis tẽplum

Pacis tẽplum

Presto

Vtile & hoc multis uitæ genus, at mihi nullum
Inde operæpretium, pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ duri, crassiq; coloris,
Et male percussas textoris pect. ne Galli
Accipimus, tenue argentum, uenæq; secundæ.
Fata regunt homines, fatum est & partibus illis,
Quas sinus abscondit, nam si tibi sidera cessant,
Nil faciet longi mensura incognita nerui,
Quamuis te nudum spumanti Virro labello
Viderit, & blande assiduæ, densæq; tabellæ
Solicitent. αὐτὸς γὰρ ἕλκει ἄνδρα κίναιδον.
Quod tamen ulterius monstrum, q̃ mollis auarus:
Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.
Computat, & ceuet, ponatur calculus, adsint
Cum tabula pueri, numera sestertia quinq;
Omnibus in rebus, numerentur deinde labores,
An facile, & pronum est agere intra uiscera Penem
Legitimum, atq; illic hesternæ occurrere cœnæ:
Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
Quam dominum, sed tu sane tener, & puerum te,
Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloq; putabas.

cõt entus modico, agebas. s. exhibebas & representabas Vernam equitem. i. eum, qui cum Verna esset equitis animũ & lætitiam præ se fert. est autem Verna seruus domi nostræ ut ex ancilla nostra: quasi veris tempore natus. existens Vehemens salibus. i. salsis. i. & facetis, lepidisq; sermonibus non rusticis. sed natis intra pomeria. i. intra muros ciuitatis: hoc est Vrbanis. Vnde Vrbanitas sales dicuntur. q; sicut sine sale insipidus est cibus, ita sine illis illepidus est sermo. Omnia sup. sunt in te nunc contra. i. cõtrario modo. vultus est grauis. i. ponderosus & tristis, Silua. i. inculta cõgeries aut crispitudo comæ sicce. i. non unctæ: vel cum tu tabe consumaris, arentis. est horrida. i. inculta. nullus nitor est in tota cute, i. qualem nitorẽ fascia calidi visci: q̃p cum cera & rasina cutem leuigat & polit. circumlita. i. in circuitu linendo ducta, præstabat. i. exhibebat paulo ante. sed eruta sunt tibi nũc neglecta. i. inculta, & squalida, & immunda, & impolita. & hoc pilo. i. crine. fructicante. i. per modum fructicum densẽ se pullulante. Quid. i. ad qd. supple est tibi macies veteris ægri. qui. s. difficiliter sanatur & tardius succum pditum instaurat: quem ægrũ quarta dies. i. febris quartana: quæ quarto quoq; die redit, torret. i. exsiccat & q̃ tabe cõsumit quẽ torret febris olim domestica. i. quæ ex quotidiana quartana effecta est. Tu deprẽdas. i. dephendere potes. tormẽta animi latẽtis in ægro corpore, & deprẽdas gaudia sup. latẽtia i corpore sano. Nã facies sumit inde. i. ex dispositiõe animi. vtrũq; habitũ. i. vultũ & dispositionẽ, aut læti, aut tristis hois. Igiť q. olim lætus nũc tristis appares. tu videris flexisse. i. laxasse & mutasse ppositũ sup. tuũ & ire cõtrarius vitæ priori enĩ progã. vt, i. secundũ qď repeto. i. memoria recolligo. tu mœchus. i. adulter, & draucus. i. subagitator mulierũ & virorũ. notior aufidio: Chio, s. famosissimo adultero: a Mart. quoq; notato. solebas celebrare. i. frequentare. fanũ. i. tẽplũ Isidis. & Ganymedẽ. i. statuã Ganymedis. Pacis. i. in tẽplo Pacis cõstitutã. & sacrata palatia. i. porticũ & adyta, matris sup. Deũ hoc est Cybeles aduectæ a Troia. & Cererẽ. i. Cereris templũ. qď solis castis adire licebat. qď cernẽs infert p parenthesim. q. d. bene dico ẽt Cererẽ, Nam quo. i. in quo tẽplo fœmina non prostat: idest non venalem ad opus venereum se exhibet: quasi dicat in nullo non: hoc est in quolibet prostat. & tu solebas etiam quod taceo: idest præ turpitudine dicere nolo inclinare ad stuprum scilicet ipsos maritos.

¶ Vtile & hoc multis: subaudi est. verba sunt Neuoli respõdẽtis: sub cuius psona tota Satyra exurgit. ¶ Inclinare: incuruare ad rem turpẽ: vt alibi: Quot discipulos inclinet Amillus. ¶ Inde: ex tali turpi opere. ¶ Operæpretiũ: emolumentũ sermo sumptus a mercennariis, qbus iucundum est & vtile post operã pretiũ accipe. ¶ Lacernas: ordo est: Accipimus aliqñ lacernas pingues. De lacerna dictũ est in pri. Saty. ¶ Pingues: crassioris lanæ. ¶ Munimẽta: appositio est: hoc est quæ super induũtur togæ Mart. in Distichis: Amphiteatrales nos cõmẽdamur ad vsus, Cũ tegit albẽtes nostra lacerna togas. Toga autẽ (vt diximus ante) cõis fuit habitus Romanorũ nulla inter eos discretione. vñ. Virg. eos appellauit: Gentẽ togatam: sed postea remãsit in paupibus & clientibus. ¶ Male pcussas: male calcatas: ac p hoc rariore textura: minoreq; æstimatione. ¶ Pectine: pecten instrumẽtũ est quo stamen calcatur in texendis pãnis, & linteis. ¶ Textoris Galli: nam Galli viliores, crassioresq; vestes conficiebãt. Mart. Me pinguis Gallia vestit. ¶ Tenue argẽtum. i. tenuem laminam, aut aliquid ex tenui, modicoq; argento, ut ligulam. ¶ Venæq; secundæ: ita dictum sicut dicimus panem secundarium, quem alio vocabulo cibariũ appellamus: qui bonitate sit inferior, q̃ qui fit ex prima farina. ¶ Fata regunt hoies: hoc dictũ a Neuolo cum suspirio & querela: Vt dicat Deos, qui reg: oium moderatores sunt, sibi aduersos existere: nec quẽquam in opere suo optatum exitum sortitur: cui Dii ppitii non fuerint. ¶ Fatum est in partibus illis: necesse est & illũ fata sibi ppitia habere, qui inhonestæ voluptati inseruit. nam & res illa ex fato & syderibus pendet. ¶ Sinus: vestis. ¶ Si tibi sidera cessant. i. si in ortu tuo benignum tibi non affulserit sidus. ¶ Spumanti labello: qui enim appetunt, labra mouent titillatu pruriginis. ¶ Virro: nomen diuitis adamantis sibi draucos. Alibi p diuite tm̃ ponitur: Virroni murena datur. ¶ Te nudum: ac per hoc etiã bene menatulatũ. Nam in balneis dabaĩ occasio inspiciundi qualis quisq; esset. ¶ Tabellæ: q̃ mittebanť a cinędis. ¶ αὐτὸς γὰρ ἕλκει ἄνδρα κίναιδον. i. mons enĩ dulcis viri eẽ cinędũ: scribendi est. ¶ Vlterius mõstrũ. i. peius: vnde dicimus vltima vitia. i. extrema & pessima: q̃ vltra quæ nõ possis pgredi. Verba sunt adhuc Neuoli cõquerẽtis, de auaritia cinædi. ¶ Hæc tribui: verba Virronis recitata a Neuolo ponẽtis calculũ rationibus suis cũ Neuolo. ¶ Ceuet: aliq̃ legũt Et ceuet vt sit: Cinædus in draucũ auaritia vtitur: & tn̄ in cetu pi pseuerat. Nã ceuere est in obscœnis, de quo ante: Ego te ceuentẽ Sexte verebor. q̃ si legas: atq; cauet: erit sẽsus: Cõputat, atq; cauet. s. sibi ne in cõputatione decipiatur. ¶ Ponatur calculus. i. subducatur ratio expẽsi & accepti. calculus aũt breuis est lapillus: quo ratiocinatores vtũtur in rationũ cõputatione. possunt esse verba Neuoli indignãtis munera quęq; sibi numerari, & pinde prorũpentis: ponatur calculus &c. De calculo dicemus vberius in Satyra. xi Oibus in rebus: ex oibus, inquit, quę mihi tribuisti nõ plusq̃ quinq; sestertia fuerũt: sed numerẽtur labores mei, quos inuenies longe maiores q̃ munera tua. ¶ Legitimũ: cõuenienti magnitudine. ¶ Sed tu sane: ironicos hoc dicit, vt ostẽdat nullam sibi fuisse voluptatem: cum esset iam grandi ætate, & totus hirsutus. ¶ Dignum cyatho: alterum Ganymedem, qui Iouis fuit formosissimus pocillator

¶ Vtile & hoc multis &c. Rñdet Neuolus: p cuius rñsionẽ taxat poeta ipudẽtẽ turpitudinẽ draucorũ: nõ verẽtiũ tã fœdũ seclus pfiteri. Ordo ẽ: Et. i. ẽt. hoc genus vitæ. s. iclinãdo maritos fuit sup. & est vtile multis. at. i. sed. nullũ opæpretiũ. i. cõmodũ & lucrũ & pretiũ operæ. i. opationis. est mihi inde. i. ex eo genere vitæ. Nos accipimus. i. ego accipio p mercede aliqñ pingues lacernas. i. vestimẽta crassa & pingui lana cõfecta: vel ex vsu immũdi viri pinguia effecta: appositorie munimenta. i. quæ sunt munimẽta togæ. quas ferẽt sup togam. Lacernas dico duri & crassi coloris, & male pcussas. i. nõ bene cõpactas pectine galli textoris. & nos accipimus ẽt tenue. i. modicũ & exile argentũ & argentũ secundæ venæ. i. minus mundũ & purum, quale est qď primum deputando effluit. Et si queras cur ego miser sim & alii diuites: nesciam aliud dicere, q̃ q; Fata regũt hoies, fatum est ẽt illis partibus

quas sinus

Calculus

ASCE.

IOAN.
ERIT.

quas finus abscondit. i. pudendis. Nam si sidera. s. beneuolē/ tia & prospera influentia siderū cessant ibi mensura incogni ta longi nerui. i. membri neruosi: hoc est vtilis virgę: nil facie tibi sup. vtilitas. quis Virro vir diues & paticus existens la bello spumāti prae libidine. viderit te nudum in balneis. s. & q̄uis blande assiduae & densae tabellae. i. mensae ad quas te ac cipit. sollicitent te ad diligen ter illi obsequendum: hoc est licet visus ab eo fueris & ap petitus: & ad mensas inuitia tus: vel licet ostenderit tibi in gentes tabellas testamēti sui in quibus haeres iscribaris: ni hil pfuerit si fata negent. Pos set forte per tabellas foedius aliqd intelligi: q̄ vt latius ex/ plicez. Verisimile tn̄ est ipsuz de tabellis mensaeq; loqui: ad quas te assiduo accipit. vnde dicit assiduae. & qa opiparaz coenam det: dicit densę. & qa ipse blandus tibi est: dicit blā de. Docet autem cur blandū eum esse inuerit: vtens grae co sermone, ac dicens. gar. i. enī: hoc est quia sup. decet. andra. i. virū vel hominem. ci naedum. i. paticū: hoc est mu liebria patientem esse supple ethus. i. moris. glyceos dul/ cis. Qui scire vellet quomo do graece leget, & quō lati/ nis caracteribus scribet, sciet quoddam elementum quod graeci ita vocant ab eis pferri vel: ai diphthōgon ut & oi vt i: y vt u. Nos autem ita mutamus in e longum: & oi in oe diphtong. Kin c. itaq; scribitur gręce: ith oisgar glichaeos andra Kinaidon: pfertur autem ithus gar glychaeos andra Kinaedō. Nostro more scriberetur ethus naz ethica nō ithi ca dicimus. & glycaeos & cinaedum: mutādo Kin c. Interpre tatur autem: moris enim dulcis hoiem cinaedum: haec latius dixi pp imperitos: qui hesitarent vbi diuersimode scriptuz inuenirēt. Tn̄. i. q̄uis ita sit: q mihi fata obstent. quid mōstrū est vlterius. i. excellētius & verius. q̄ mollis. i. paticus auarus. q. d. nullum. Dicit autem auarus ille ad draucum munuscu/ la petētem: haec tribu sup. tibi: deinde illas & mox tulisti plu ra sup. q̄ meruisti: hoc modo inqt Neuolus cōputat esse Vir/ ro acceuet: & tn̄ inquit inter cōputandum impatiens libidi nis more cinum ceuet. i. clunes motat. Alii textus habēt atq; cauet: ne. s. plura petā. & dici t: ponatur calculus. i. fiat p cal culos cōputatio laboris tui & acceptae mercedis. assint pue ri. i. ministri notarii cum tabula in qua. s. scribant. numera in quit Virro in oibus rebus. i. pro oibus vilibus indumētis, & eiusmodi, quae dedi tibi quiq; sestertia. q. d. meliora fuerūt sed computemus solūmodo quinq; sestertia p oibus datis: deinde numerentur labores tui. i. quoties me sub gisti. q. d. videbis q satis fecerim. Ad qd Neuolus inuens mercedem constituam esse nimis modicā pro labore sumpto dicit: An putas sup. q facile & pronum est agere penem legitimum. i. virgam aut caudam virilem iustę mensurae itra viscera. atq; occurrere illi coenae. i. comestioni hesternae. i. prioris diei. Ni mis satyricus est hic poeta: in hoc tamen commendandus q turpia damnat: vituperandus autem q nimia aperte carna lia uitia explicat: sed legamus casti ac sobrii, nec imoremur: verba non officient. Ille seruus erit minus miser, qui foderit agrum, q̄ qui foderit dominū; agri scilicet. sed tuo Virro pu tabas te fane. i. valde. tenerum & puerum. i. imberbē adhuc & pulchrum. i. formosum, & dignū cyatho. i. officio cyathis/ sandi aut propinandi. & caelo. i. vt rapiaris ab aquila in cae luz & fias pincerna Iouis: vt ab eo stupreris propter pulchri

Vos humili asseclae, uos indulgebitis unquam
Cultori, iam nec morbo donare parati?
En cui tu uiridem umbellam, cui succina mittas
Grandia; natalis quoties redit, aut madidum uer
Incipit, & strata positus, longaq; cathedra
Munera foemineis tractas secreta Calendis.
Dic passer, cui tot montes, tot praedia seruas
Appula, tot miluos intra tua pascua lassos?
Te Trifolinus ager foecundis uitibus implet,
Suspectumq; iugum Cumis, & Gaurus inanis.
Nam quis plura linit uicturo dolia musto?
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis? melius ne hic rusticus infans
Cum matre, & casulis, & cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatus fiet amici?
Improbus es, cum poscis ait, pensio clamat
Posce, sed appellat puer unicus, ut poliphemi
Lata acies, per quam solers euasit Vlysses.
Alter emendus erit, nanq; hic non sufficit, ambo
Pascendi, quid agam bruma spirante? quid oro
Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri,
Et pedibus: durate, atq; expectate cicadas:

tudinem tuā: sicut Ganymedes raptus dicitur: hoc est tu pu tabas forte q ego facerem tibi talia gratis oblectatus tene/ ritudine & pulchritudine tua. & ita nihil confers. vnde sub dit per impatientiam in omnes exclamans quod sequitur. ¶ Vos o diuites cinaedi. Est eni interrogatio ad diuites ci naedos, & argumentum a minori ad maius. i. si draucis nihil datis: qui voluptati vestrae cum maximo suo labore in/ seruiunt: nihil est, quod pau/ peres clientes a vobis spera/ re possint. ¶ Asseclę: datiuus est casus. a sequendo sunt di cti asseclae, ii enim sunt qui spe alicuius emolumenti di/ uite sequuntur. ¶ Cultori: clienti. ¶ Morbo: hoc est pru tigini vestrae: idest ipsis drau cis, qui in morbo vestrae libi dinis succurrunt: verum sine verba Draucian poetę. ¶ En cui tu viridem vmbellam: verba possunt esse tam drau ci, q̄ poetae subsannantis per irrisionem ipsum cinaedum: cui tanquam mulierculae mit tebantur munera a Drau/ cis: cum contra ipse nimia in gratitudie nihil referret. Vt sit sensus: Et dissuasio nihil cinaedo tam ingrato esse do nandum. ¶ Vmbellam: ve/ lum erat quo praesertim mu lieres vtebantur ad arcen/ dum Solem. Martialis: Acci/ pe quae nimios vincant vmbracula Soles: Sit licet & ven/ tus, te tua vela teget. ¶ Succina: electra dicuntur a succo ar/ borum vnde desudant. Nam vanitas prodidit Graecorum Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores po pulos lachrimis electruz omnibus annis fundere iuxta Eri danum amnem: quem padum vocamus. Et electrum appel/ latum quoniam Sol vocitatus sit Electros: quam opinionē, vt multi alii poetae secutus Martialis sic cecinit: Cum phae/ tontea formica vagatur in vmbra: Implicat tenuem succi na gutta feram. Diodorus hoc vt falsum improbans tradit Basileam insulam esse Scythiae oppositam in Oceano: in quam tempestas electrum plurimum eiicit nulla alia in par te orbis repertum: illudq; ab incolis ad loca vsq; nostra trāf mitti. Succinis autem mulieres delectabantur. vnde plinius libro trigesimoseptimo sic scribit; proximum locum in de/ liciis foeminarum tamen adhuc tantum succina obtinent eā demq; omnia haec q̄ gemmae auctoritatem. ¶ Natalis quo/ ties: nam ab amicis mittebantur munera celebranti diem suum natalem: vnde multi lucri causa non solum semel, sed saepius in anno natalem celebrabant. vnde Martialis sic tau/ xat clytum: Vt poscas clyto minus, exigasq;, Vno nasceris octies in anno. ¶ Madidum ver incipit: idest quoties vene/ re calendae Martiae: quo tempore incipit ver & frequentes sunt pluuiae. calēdis igitur Martiis munera mulieribus mit/ tebantur ab amicis: sicuti mense Decembri quinq; diebus ul ris: quo tempore Saturnalia celebrabantur. Et quemadmo dum mulieres calendis Martiis seruos coena excipiebāt tā quam exhortantes eos ad insequentia anni operā: sic & vi/ ri in Saturnalibus seruo in coenam admittebant: tanquam eis gratias agētes operae toto anno nauatae. vnde Tibul. in primo limine tertii libri ad Neaerā: Martis Romani festę ve/ nere calēdę, Exoriēs nostris hic fuit annus auis Et vaga nūc certa discurrūt vndiq; pōpa per q vias vrbis munera, perq; domos. Et Martia lib. v. ad Galla: Scis certe puto vestra iā venire Saturnalia Martias calēdas. Mulieres autem calen das Martias colebant in memoriam bellicum Sabinis com/

IOA BRI

Affec

Vmbella

Succi

Calēd Marti

positi.nam tali die Sabineæ mulieres bella sedarunt. Hora/
tius:Martiis cælebs quid agā Calendis. ſEt tractas: legen/
dum est tractat & non tractas.ut sit ordo & sensus: En cui
tu mitras umbellā quoties natalis redit: & ipse potius in ca
thedra strata tractat munera secreta foemineis Calēdis. Tra
ctat ergo.i.manibus ptractat tanq̄ foe nella. ſSecreta: quæ
non vult ab aliis videri vt pudenda, muliebriaq;.Nā & ipse
cinædus tanq̄ foemina sedet expectās dona ab amatoribus.
ſPositus:sedens . ſCathedra strata.i. sella tapetibus orna/
ta:quali sede mulieres sedentes munera expectabant ab ami/
cis,& amatoribus. ſFoemineis Calendis.i.Martiis.quæ(vt
dictū est)a mulieribus tm̄ colebantur. ſDic passer: insultat
eius molliciei pariter & auaritiæ. ſPasser: tu mollis & salax
vt passer,qui in Venerem putris est. ſTot miluos.i. tot tua
pascua,in qbus ambiendis milui volando defatigantur.Imi/
tatio est Persii:Diues aras Curibus q̄tum non miluus obet
ret. ſTrifolinus:in Campania est ager Trifolinus. Plin. lib.
xiiii.capi.vi.vina trebellica appellarunt ad quartum a Nea/
poli lapidem:& iuxta Capuam caulina:mox trifolina. ſSu
spectumq;quod imminet Cumis: & qd a Cumis suspicitur.
De Misseno videtur intelligere.nam uicinū est Cumis. Stra
bo proximum est Cumis Missenum promontorium. ſGau
rus:mons Campaniæ non longe a Baiis prope lacum Auer
num,de quo Lucanus:Vel si conuulso vertice Gaurus Deci
dat in fundū.Plin.lib.xiiii.capi.ix.Certant massica æque ex
monte Gaurano Puteolos,Baiasq; prospectantia. ſInania:
concauus.vt est natura montium. ſPlura linit:plura recon
dit in cella vinaria.Linit autem.i.gypsat.Nam vasa vino re
pleta cōsueuere pice,aut gypso obturari ne vina exhalarēt.
Vnde est illud Persii: Seriolæ veteris metuēs deradere limū
.i.gypsum,aut picem.Columel.lib.xiii.Nam oportebit post
hunc numerum dierū confestim vinū emundare: & si qd fe/
cis aut labris vasorū, aut lateribus hæsit eradi, ac suffricari,
& protinus operculis impositis oblini. Horat. Vile potabis
modicis sabinum Cantharis græcā quod ego ipse testa Con
dicum leui:hoc est gyspaui. Huic cōtratium est Terētianum
illud:Releui dolia oia atq; omnes serias:quod significat ape
rui, & quasi regypsaui.nam præteritum est a relino:non(vt
quidam falso putauerunt)a releuo per syncopen. ſVictu/
ro:quod diu seruabitur. ſQuātum erat q̄ magna res erat.
Ironicos:ac si d cat : rea minima erat. ſMelius ne hic rusti/
cus infans:sensus est:Maius profecto erit lucrum, qd faciet
puerulus qui deferat nūcios sacerdoti cybeleio,q̄ ego facio.
estq; legendum cum interrogatione.Et erit ordo: Infans ru
sticus cum matre & casulis & cum catello lusore.i.qui pau/
perrimus est: & aliud nihil habet,q̄ matrem & casulam & ca
tellum ne fiet.i.nōne fiet.hic.i.Romæ.melius.i. cum maiori
emolumento.legatus.i.internūcius, & veluti leno amici pul
santis tymbala.i.sacerdotis cybelei,q sacerdote s rebus spur
cis & venereis dediti erant.nam patiebantur muliebria vt
mollea & eunuchi.ergo melius ne.i.nōne. vt alibi in sequen
tibus. Iamne igitur laudas.i.nōne laudas.posset etiam pnun
ciatiue legi:Et ne pro certe & valde.vt est sæpe apud Terē.
Persius:Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonē prętule/
rint. ſPulsantis cymbala: de gallis gestātibus cymbala dixi/
mus anteriore Satyra:Et resupinati cessantia tympana gal/
li. ſImprobus es:verba cinædi.i.insatiabilis es. Virg. Impro
bum anserem appellat insatiabilem. Improbū item dicimus
sicuti manifestissimum est minime pbum. Vt illud apud Se/
necam:Improbus hō est,qui beneficium scit sumere, & red/
dere nescit. Improbū sæuum significat. Virg. Lauit improba
teter Ora cruor. ſSed pēsio clamat:verba sunt Neuoli . Pen
sio,inqt.i.æs alienum qd mihi pro domicilio meritorio pen
dēndum est.clamat & vrget,vt poscā a te,pensio a pendēdo
dicitur.nam apud antiquos ois pecunia pēdebatur.appellat
autem pensionem,quæ pro locis cōductis soluitur. Mar.lib.
iii.ad Gargilianum:Vnde tibi toga est, & fusce pēsio cellæ?
Capitur etiam p ipsa in oi resolutione. vt illud apud Liuiū
lib.xxxix.ab vrbe condita:Decreuerunt consules vt tribus
pensionibus ea pecunia solueretur: hoc est tribus enumera

tionibus,siue solutiōibus. ſSed appellat puer vnicus:puer,
inqt,q ita vnicus est:vt fuit acies vnica Polyphemi.q.d.q so/
lus mihi satis non est:sicuti acies vnica nō satia fuit Polyphe
mo.nā si duas habuisset, Vlysses nō euasisset,appellat me , &
vrget vt alterū reperiam seruum: qa solus nō possit mihi da/
re opam. ſAcies lata:latus oculus. acies autem pprie(vt do
cet Cic.in lib.de natura Deorū)dicitur ipsa pupilla. ſEuasit
Vlysses:nam Vlysses(vt scribit Home.ix.)tēpestate p nouē
dies iactatus, cum in patriam cum sociis esset rediturus, ad
Lotophagos prius i Affricam delatus est:vnde socii loto gu
stato, vix abstrahi poterant.deinde illinc discēdēs in Siciliam
venit ad Cyclopas:apud quos oia sponte sine cultura pue/
niunt, oues a pascūt. Vlysses acceptis duodecim sociis e naui/
bus in littus descendit indagaturus,quæ loca qs teneret,tu/
litq; secum vtrum plenum vini suauissimi:qd dederat Maro vinum
Ismari accola sacerdos Apollinis, & Euanthis filius.vnde di Maro
ctum est vinum maroneū:cuius tanta erat vis:vt vni mēsuræ neum
vini viginti aquarū adderentur, Hęc pdidit Home.quorū &
Pli.meminit lib.xiiii.cap.iiii, Speluncam Polyphemi intraue
runt,q tunc p pascua agebat oues. Illic copia casei,agnorū, &
hedorū.orauerē socii Vlyssem, vt his rebus onusti ad naues
remearent, Vlysses renuit cupidus vidēdi & expiendi an Po poly/
lyphemus iure hospitii aliqd donaturus esset. Caseo igitur phemi
considentes vesci coepunt. Supuenit custos cum ouibus: in/ fabula
gens saxum hostio opponitq; sint interrogat supbe : respon
dent se achiuos esse ex Agamēnonis exercitu, fluctibus illuc
pulsos, supplices aliqd petere,hospites eni;& supplices in tu
tela esse Iouis. Tum Dii,inqt,non sunt curæ Cyclopibus. &
cū dicto duos ex iis arreptos more mōtani leonis depastus
est.vnde,Oui,Quo uidi bina meorū. Terqter elsigi socior
corpora terrę,Desup ipse iacens mōtani more leonis. Virg.
in iii. Aene., Vidi egomet duo de numero cū corpora nostro,
Prēsa manu magna medio resupinus in antro Frāgeret:mul
to hausto lacte obdormiuit. Sequenti die gregem in pascua
eduxit, & fores eadem mole clausit, vespa rediit, duas in cœ
na expras deuorauit, Vlysses blandis uerbis suauissimi vini,
qd secū attulerant poculum obtulit,quo gustato ter iussit
ad se defferri, exhilaratus vino petit de noie eius,tanq̄ ei gra
tias acturus. Nemo mihi nomen est,inqt Vlysses. At ille:Ne/
minem vltimum comedam: & somno se dedit pfundissimo
vino repletus. Vlissea con sociis accepto ligno ob longo &
acuto,ignisq; obusto,oculū,qui vnus illi erat in media fron/
te,eruerunt, palum in vulnere relinquentes. Clypos dolo/
re pcitus,grauiter mugiit. Ad tam horrēdam vocem cōcur/
rere alii Cyclopes querētes cur ipsos a somno excitaret. Tū
ille:Nemo,inqt,dolo me & viribus iterficit. Illi respōderūt:
si nemo vim infert, certe Iouis mala euitare nequis. Cyclops
amoto saxo oues emisit singulas manibus ptentatas, Vlys/
ses mira astutia socios primū, mox se sub ventre arietum al/
ligauit, & ita piculum euasit, ad sociosq; rediit. Polyphemus
autē(vt tradit Homerus)filius fuit Neptuni & Teossęs: q
obcæcatus descendit ad littora, & patrem Neptunum cōtra
Vlyssem precatus est : ex quo putatur illum passum naufra/ Scapulę
gium. ſScapulis: Terē. Dum studeo esse fidelis amisi scapu
las.sunt autem,ossa humeris annexa:a qbus dependent bra/
chia. ſMēse Decēbri: illud obseruandum est dici mense De/
cembri, & mēse Ianuario, & nō mense Decēbris & Ianuarii.
& sic de reliqs.Itē vrbem Patauiū, & lacū Benacū, & fluuiū
Adduam, & montē parnasum, & arborē ficū. Licet plerūq;
cōtra puulgatam, & meram latinitatem in cōtrarium dici re
periatur. ſDurāte:verba sunt Neuoli, & non auari vt q di/
cat:Quid dicam scapulis & pedibus tempore hyemis vt du
rent & toleranter ferant frigoris iniuriam. ASCE.
ℭVos humili &c.Ordo est:Quos cinędi auari. idulgebitis
.i.cum indulgentia cōferetis.unq̄.i. saltem aliqn̄.assecle.i. ser
uitori obsequenti.humili.i.paupi & infimæ conditionis. in
dulgebitis inquam vos vnq̄ cultori,i.ei qui vos colit.vos in
quam parati donare nec morbo .i. ne morbo quidem vestro
.i.libidini vestræ,q.d.non:quia si suo morbo non obsequun
tur,qd gratis facient? Vn̄ rediēs ad Virronē arguit eū ingra
titudinis

titudinis dicens. Et supple virum: cui tu mittas.i. mittere de beas. Vmbellam: id est ramum viridem, vel potius velum ad faciendā umbram. & cui tu mittas grandia succina. gallice ambres. quoties natalis eius redit: aut madidum ver incipit. & tu positus in cathedra longa, & strata.f. tapetibus aut floribus. tractas secreta munera.i. muliebria: quae qa vir es secrete tractas. Calēdis fœmineis .i. qb⁹ fœminis mos gerēdus est: hoc est Martiis. de qbus Hora. Martiis cęlebs qd agā Calendis. O tu passer.i. vir mollis vt passes: i cui seruas tu tot prædia Appula.i. Apulia vbi opima & fertilia sunt. & cui seruas tot miluos lassos inter tua pascua .i. cui seruas tot & tam ampla pascua: vt milui ea peruolando, priusq̄ euolarēt, lassarentur. Ager Trifolinus .i. in Campania italica sic appellatus. implet.i. locupletem facit te fœcundis viribus. & iugum suspectū Cumis.i. qd Cumani verentur ne in ipsis præceps ruat pp altitudinē. aut suspectum.i. sursū aspectus a Cumis: hoc est quod iuxta Cumas est, sed alti⁹. & Gaurus.i. mons ille. inanis.i. concauus & cauernosus. Nā quis linit.i. obturat. plura dolia musto.i. recenti & nouo vino. victuro.i. diu in vigore suo mansuro.q.d. nemo. Et ideo infert: quātum erat sup. tibi: quasi dicit modicum. donare: id est numerare paucis iugeribus, cum tot habeas.f. lumbos.f. meus. clientis supple tui exausti per actum Venereum tibi impensum sanguine euacuati. Sequentia subobscura sunt: qa aliqui textus non habent hoc loco hic qd habere debent: si ne accipiatur pro an sed legendo sine hic ne idem esset quod certe. omnes autem exponunt q̄ infans fiat legatus.i. internuncius: hoc est lenunculus .i. paruus leno: sed hoc infanti non conuenit. Potes lector se qui Manci. ego autem sic intelligo: vt Neuolus ex desperatione dicat: hoc ē referat dicta coram Virrone. Ne.i. certe. uiso q̄ nihil mihi des: & vxor: & filius moriuntur fame. infans.i. filius meus. rusticus.i. ruti educatus & residens. fiet melius .i. cōmodius: aut melius est q̄ fiet cū matre sua cōiunge mea. & cum casulis.i. ædicula & reculis meis. & cum catello lusore.i. qui cum infantulis ludit: qa alia non habet. fiet inquam legatus.i. quasi testamētale donū amici pulsantis cymbala.i. galli sacerdotis: q̄ si ipsi eā opam prestare velim quā tibi pręstiti cōiugē & liberos mecū alet: & hoc minaciter in Virronē dicit: sed q̄ draut sequētia. q̄propter huic sentētię adhæreo. Improb⁹ &c. Cū hęc, inqt, dico Virroni: ipse ait.i. dicit mihi: o Neuole, tu es improbus cum.i. q̄n. poscis ab amicis. Ego fateor: inuit Neuolus: sed pēsio quam de domo mea: aut agello psoluere debeo. clamat.i. per clamorem monet me dicens, posce. sed puer: id est seruus. vnicus.i. qui mihi vnicus tantū est. vt lata acies.i. ingens oculus Polyphemi illius pastoris siculi: qui vnus ex Cyclopibus erat: & vnū oculum habebat: sed tantum quantus globus Solis nobis uidetur. Vnde dicit Virg. in. iii. Aenei. Cui lumen ademptum Ingēs, q̄ torua solum sub fronte latebat: Argolici clypei, aut plebeæ lampadis instar: quia tamen non nisi vnum oculum habebat: ideo ausus est illum stipite ficulno terebrare Vlysses. non ausurus p̄fecto si geminos habuisset: quia difficile fuisset ambos simul perfecte extinguere: & tamen si vel modicum vidisset: uindictam sumpsisset. Non bene ergo erat Polyphemo vnum oculum habenti: sicut nec Neuolo vnum seruum habenti. & in hoc similitudo est: non q̄ seruus vnicus sit, alioquin similis oculo Polyphemi. per quam.f. aciem: hoc est vnicum oculum: quia vnicus erat Vlysses solers euasit. Alter supple puer emendus supple est mihi. Namq̄ hic vnicus.f. non sufficit. & quando duo mihi erunt: ambo sup. erunt pascendi. qd agāt bruma.i. vento bruma li spirāte. oro.i. quæso, interrogo. qd dicam scapulis.i. humeris seruorū nudis.f. & qd dicā pedibus discalceatis. f. in mēse Decēbri. Nūqd dicā eis durate & expectare cicadas.i. æstatem, qua cicadę canunt. q.d. id frustra fecero.

Verum vt dissimiles, ut mittas cætera, quanto
Metiris pretio, quod ni tibi deditus essem,
Deuotusq; cliens, uxor tua uirgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, q̄ sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus, fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui, tabulas quoq; ruperat, & iam
Signabat, tota vix hæc ego nocte redemi
Te plorante foris, testis mihi lectulus, & tu,
Ad quem peruenit lecti sonus, & nominæ uox.
Instabile, ac dirimi cœptum, & iam pene solutum
Coniugium, in multis domibus seruauit adulter
Quo te circumagas? quę prima, aut ultima ponas?
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta uiri, foribus suspende coronas,
Iam pater es, dedimus quod famę opponere possis.
Iura parentis habes, propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda preterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, si tres impleuero, iusta doloris
Neuole causa tui. contra tamen ille quid affert?
Negligit, atq; alium bipedem sibi quærit asellum.

JOAN. BRIT. ¶ Verum vt dissimules: esto, inqt, vt fingas te ignorare tella, quæ in te cōtuli beneficia: q̄ro pretio metiris.i. q̄ti facis q̄ ego feci tibi grauidam vxorem. ¶ Virgo maneret: sed eam tibi impleui. ¶ Tabulas quibus inter se conuenerant in cōiunctione matrimonii. ¶ Signabat.i. alias tabulas iam erat signatura cum alio viro. ¶ Quo te circumagas? quo fugias? qd respondeas? ¶ Quæ prima, aut ultima ponas?.i. quæ p̄ma po teris tu dicere eē aut prima, aut vltima.q.d. tā multa in te contuli beneficia, vt non possis dicere: ego volo hoc esse ultimum præmium laboribus Neuoli, cum nunq̄ posis satis facere. Sermo autem est prouerbialis, quo græci vsi tur τικρωτονιτι στιτοι. Quid primum, aut ultimū. ¶ Nullum ergo meritum: occurrit tacitæ obiectioni. posset enim dicere auarus merita eius nulla esse. An non, inquit, hoc est meritum maximum: q̄ cum ipse non posses ex vxore suscipere liberos, ego vicem tuam suppleuerim: & inde tibi nati sint liberi. ¶ Tollis: educas tanquam tuos. Terentius: Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. ¶ Argumenta viri: argumentum (auctore Fabio) plura significat. Nam & fabulæ ad actus scænarum compositæ argumenta dicuntur. & orationem Ciceronis velut thema argumentum appellamus. Vnde Pædianus, inquit, argumentum tale est. Ex quo apparet argumentum omnem esse materiam ad scribendum destinatam. Et pro materia accepit Cicero inquiens: Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum est. Argumentum etiam dicimus quod progationem, indicium, fidem facit. Ergo argumenta viri.i. filios, qui fidem faciunt & indicium te esse virum. dicimus etiam sic: Silentium tuum fuit mihi argumento te virum bonum esse: id est ind cio Plinius loquens de vrsis: Cibi nulla argumenta: id est nulla indicia. deductumq; est uocabulum ab arguo: quod idem est: quod fidem facio & indico: vt Verba tua arguunt te improbum esse.i. indicant & fidem faciunt. ¶ Libris actorum: dicimus in secunda Satyra illic: Cupient & in acta referri: acta non esse libros, sed negocia ipsa tam priuata, q̄ publica: quæ in libris describebantur. vnde bene poeta ait: Et libris actorum. Vnde Cicero i secunda Philippica: In publicis actis nihil est lege grauius. In priuatis firmissimum est testamentum. Tranquillus in Tiberio: Interim cum in actis senatus legisset dimissos, ac neauditos quidem quosdā reos. Idem in Cęsare, Fuerat animus cōturatis corpus occisi in Tyberim trahere, bona publicare, acta rescindere.i. libros qbus acta, siue gesta Cęsaris cōtinerent. Vñ & ętate nostra dicimus in actis tabellionū hoc inuentū.i. in libris, qbus describunt acta & ge

Argumentum

Acta

sta hominum. absolute etiam dicimus facta & gesta imperatorum acta, ut illud apud Tranquillum in Augusto: Nihil conuenientius ducens q̄ necem auunculi uindicare: tueriq; acta.i.quæ egisset. Ergo libris actorū.i.libris continentibus publica ciuitatis negocia, nā & nomina liberorū in publicis ciuitatis monumentis describebant. Vnde Apuleius in secunda Apologia ita scribit: Pater eius natam sibi filiā more cæterorū ꝓfessus ē tabulæ eius partim tabulario publico: partim domo asseruabantur. Quam consuetudinē seruant adhuc & Veneti. Possumus etiam intelligere priuatos libros, in qbus parentes acta sua describerēt. inter quæ & noīa liberorū. Vnde Seruius in secundo Georg. exponens illud: Populi tabularia uidit: scribit in templo Saturni ubi erat ærarium solita fuisse reponi acta: quæ susceptis liberis faciebant: parētes. Ab

Actuarius

actis dicuntur Actuarii: hoc est qui scribendo negocia tā publica, q̄ priuata in libros cōtinentes acta referūt: quasi notarii. Vnde Tranquillus i Cęsare: Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quędam feruntur pro Q. Metello: quam non immerito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptā male subsequentibus verba dicentis, q̄ ab ipso editam. ¶Suspēde coronas: in signum lætitiæ ornabantur enim fores domus coronamētis, frondibusq;. Alibi: Pone domi lauros. ¶Iam pater es: iam filios habes. ¶Dedimus qđ famæ.i. dedimus tibi filios: qbus potes ostendere te esse & virum & maritum: ac per hoc detractorum famam extinguere: qui te mulierem, & cinædū dicebant. ¶Scriberis hæres: nam lege cautum fuisse videtur, vt qui liberos non susciperet hereditates adire non posset. ¶Legatū omne capis: beneficio, inqt, meo factum est vt possis scribi hæres oium legatorū: cum antea obstātibus legibus tibi nō liceret: quas tñ leges in corpore iuris ciuilis non habemus sublatas ab impatoribus.

Legatū

Legare

Legator

Legatarius

Allegare

Legatum appellatur (vt diffinit Modestus) quædam donatio testamēto relicta, deducto vocabulo a lego legas: qđ est idē, qđ mando, & decerno testamēto. Inde est legator, qui testamento legat & reliquit bona sua alicui. Legatarius vero is appellatur, qui legatū capit. A lego compositum est allego: qđ capitur pro mitto. Plau. Quin ea ipsa me allegauit, qui istam acciperem. Allegro etiā pro adduco. Pli. Tuꝫ multa allegauit: quæ ad rem ꝓpositam partinere non videbantur. ¶Et dulce caducū: testamētum caducū (vt legitur apud iurisconsultos

Caducus

codice de testamentis) dicitur qđ sub cōditione fit a a cadendoq; ea deficiente vel viuo vel mortuo testatore id cadat, ꝑueniatq;, vel ad testatorem, vel ad substitutū eo mortuo: vel q; ab vno cadit in alterū per hæreditatem. Capis, inqt, & caducum legatum: id qđ sine liberis cape non poteras, id enim in te cadit: qđ non expectabas. nam a cadendo (vt diximus) deducitur vocabulū, cum ab vno in alterū a hæreditatem cadit. Dulce aūt appellat: qđ ex insperato cōtingit. ¶Si numerum, si tres impleuero: si tres ex vxore tua suscepo filios. Nā

Ius triū natorū

qui in Vrbe tres filios, quinq; in Italia, septem in ꝓuinciis habuisset, immunitate donabatur: quā pleri q; ēt sine vxore & liberis ab impatoribus impetrauerunt. Quod & Marti, cum esset sine liberis petiit, impetrauit q; a Domitiano, vt docet carmine suo: Quod fortuna vetat fieri, pmitte videri, Natorū genitor dicar vt esse trium. Et alibi ad vxorē: Natorū mihi ius trium roganti Musarū pretiū dedit mearū: Solus q potterat, valebis vxor. Non debet dñi pire munus. Idē alibi: Præmia laudato, tribuit mihi Cæsar vterq;: Natorūq; dedit iura paterna triū. Qui ergo ius triū liberorū habuissent, multa cō sequebantur præter cæteros cōmoda. vñ Appianus & Tranql. scribunt i diuisione agri Cāpani Iulium Cæsarē iussisse agros, q circa Capuā cæteris fuissent cultiores, & feraciores patribus diuidēdos esse: qbus trium liberorū ius adesset: quo facto cōcurrisse ad viginti hoium millia: q trium liberorū alimēta deposcerēt. Idē tradit tesserā frumenti triplicē solito accipe. Et in petitione magistratuum nō habentibus filios eos numero anteponebantur. ¶Iusta doloris causa tui: possunt esse verba poetæ: q̄ i dolentis casum Neuoli. possunt etiā referri ad ipsum Neuolum sui ipsius miserescentem. Dolor

Dolor

est motus asper in corpore a sensibus alienus. Cicero in secundo Tusculanarum. ¶Ille quid affert: diues auarus negligit: scilicet te Neuole. nihil tibi dat.

¶Verū vt dissimules. Exprobrat Neuolus alia beneficii Virroni impensa per quæ poeta amare taxat molles viros. Ordo est: Verū.i. sed. vt supple demus q dissimules & mittas.i. prætermittas: & non computes cætera supple obsequia tibi impensa: quanto pretio metiris.i. quanta mercede dignuꝫ putas. q ni.i. nisi. ego essem cliens tibi. deuotus.i. omnino addictus, & deditus. vxor tua maneret virgo: idest nonduꝫ peperisset: quia eam non cognouisti. Certe tu scis quibus modis. & q̄: idest quantum sæpe rogaris: idest rogaueris supple me. ista.i. vt ista officia tua facerem: vt.s. tibi coniugem tuam subagitarem, & prolem sub tuo nomine generarē. & tu scis quæ pollicitus supple es mihi. ego rapui sæpe amplexu meo puellam.s. vxorem tuam adhuc iuuenculam. & ipsa ruperas quoq;.i. etiam. tabulas.i. instrumentum contractus matrimonialis tecum. & signabat.i. signare volebat iam alteri supple marito. Ego vix redemi.i. sedaui. hæc.i. huiusmodi iram. vel potius redemi.i. restitui in pristinum statum ac vigorem hæc i. huiusmodi tabulas matrimoniales: aut (vt Mancinellus dicit) testamentales. vix.i. cum summa difficultate. tota nocte.i. labore & subagitatione totius noctis. & hec te plorante foris: cum te non amplius admitteret: cum nihil possis Lectulus in quo Venerem cum vxore tua peregi est mihi testis: & tu etiam mihi testis es: ad quem sonus lecti.i. crepitus spondæ puenit. & ad quem vox dñæ.s. tuæ.i. coniugis tuæ: quæ impatiens libidinis gāniebat: sicut dictum est in sexta: Appula gānit Sicut i amplexu. Et ne forte istud mirū videatur cuiquam: addit quod sequitur. Adulter seruauit in multis domibus coniugium instabile. acceptum.i. inceptum. dirimi.i. dissolui per dissidium & iam solutum pene.i. quasi. Quo circumagas.i. voluas te subtersugia quærens. quæ ponas prima aut vltima.i. quid primum, aut vltimum in excusationem adducas.i. adducere possis. vel quo circumagas te: nisi ego tibi vxorem reconciliassem. quæ ponas prima aut vltima.i. quid agas excelsus & explosus ab omnibus. Ergo o ingrate pro tot beneficiis aceptis: & ꝑfide pro tot pollicitationibus cum iuramento cōfirmatis. nullum est meritum q filiolus.i. paruus filius: aut filia nascitur tibi ex me.i. quem, vel quā ego generaui. q.d. iuste plurimō esset, enim pro quia. tu tollis.i. educas tanq̄ tuus. Et gaudes spargere.i. immiscere libris actorū.i. in quibus publice scripturæ negociorū actorū in iudicio, & etiam susceptorū liberorū continentur. argumenta.i. media ꝓbatiua. viri.i. q vir sis cū credant te genuisse. suspēde foribus.i. in valuis domus tuæ coronas: in signū puerperii recētis. tu es pater.i. iam reputaris pater. non dedimus tibi qđ possis opponere famæ. diffamationi dicentium te vt cinędū solūmodo pati: & nihil agere, tu habes iura parētis.i. quæ parētibus solūmodo aduenire possunt: & qbus orbi ac infœcundi carent. tu scriberis propter me hæres ab vxore.s. secundum Mācinellum. vel potius a quocū q; potes uūc scribi hæres: eo q pater es, qđ ante non licebat. tu capis.i. cape potes omne legatū in testamento scilicet. necnon.i. etiam. caducum.i. conditionatum testamentum. qđ dulce est qñ obueniente conditione suscipitur. Præterea multa commoda iunguntur caduco. lex Papi. appellat caducum legatum relictum sub conditione: qua deficiente vel viuo vel mortuo testatore: id cadat & perueniat: vel ad testatorem viuum: vel ad substitutum eo mortuo. Potest autem hmōi caducum per filios sic parentibus obuenire si filiis imbecilibus substituantur. Si ergo impleuero numerū supple legitimum: hoc est si ego tres sup. genero, tunc enim haberes ius trium liberorum. Hactenus locutus est Neuolus recitando verba potissimum quæ cum Virrone se dicit habuisse: ad quæ poeta scommate quodam: & amara irrisione respondet. Neuole causa tui doloris est iusta: tamen dic supple quid ille.s. Virro affert cōtra: idest in excusationem: vel quid beneficii refet? Respondet Neuolus: Negligit sup. me. & quærit sibi alium asellum bipedem: qui.s. subagitet, & laboret sine mercede. Asinum bipedem intelligit hominem simplicem & facile credentem.

ASCE.

¶Hæc

Hæc soli commissa tibi cælare memento,
Et tacitus nostras intra te fige querelas.
Nam res mortifera est inimicus pumice leuis,
Qui modo secretum commiserat,ardet,& odit
Tanquam prodiderim quicquid scio,sumere ferrum,
Fuste aperire,caput candelam apponere ualuis
Non dubitat,nec contemnas,aut despicias,q;
His opibus nunquam cara est annona ueneni.
Ergo occulta teges,ut curia Martis Athenis.
O Corydon Corydon,secretum diuitis ullum
Esse putas?serui ut taceant,iumenta loquentur
Et canis,& postes,& marmora,claude fenestras,
Vela tegant rimas,iunge hostia,tollito lumen
E medio,clament omnes,prope nemo recumbat,
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,
Proximus ante diem caupo sciet,audiet & quæ
Finxerunt pariter librarius,archimagiri
Carptores.quod enim dubitant componere crimen
In dominos,quoties rumoribus ulscicuntur
Baltheas?nec decrit qui te per compita quærat
Nolentem,& miseram uinosus iuebriat aurem.
Illos ergo roges quicquid paulo ante petebas
A nobis,taceant illi,sed prodere malunt
Arcanum,q̃ subrepti potare falerni,
pro populo faciens quantum Laufella bibebat.
Viuendum est recte cum propter plurima,tum his
Præcipue causis,ut linguas mancipiorum
Contemnas,nam lingua mali pars pessima serui.
Deterior tamen hic,qui liber non erit,illis,
Quorum animas & farre suo custodit,& ære.
Iccirco ut possim linguam contemnere serui,
Vtile consilium modo,sed commune dedisti
Nunc mihi quid suades post dãnum temporis,& spes
Deceptas?Festinat enim decurrere uelox
Flosculus angustæ,miseræq; breuissima uitæ
portio,dumbibimus,dum serta,unguenta,puellas
poscimus,obrepit non intellecta senectus.

JOAN. BRIT. Hæc soli verba Neuoli ad poetam vt taceat. Leuis:mollis, & effœminatus: qui pumice cutem sibi polit. Qui modo secretum: cinædus, inquit, qui secreto opera mea vsus est, timens ne publicetur, odio me prosequitur, & cædem mihi omnibus modis machinatur. Ardet:indignatione,& ira accenditur. Candelam apponere valuis: idest domum accendere adhibita candela.hoc magis placet,q̃ ut intelligas candelam per inferiora immissam. illud enim minime letale esset supplicium. Valuæ autem dicuntur ipsæ fores a voluendo. Plinius libro sextodecimo: Valuas excupresso etiam quadrigentis prope annis durare. Sumere ferrum: ad occidendum. Aperire caput:idest scindere. petronius iam non potuit supplicio caput aperire. Nec contemnas: quod dico. Quodq;. Annona ueneni: idest ipsa ueneni merx, & copia nunquam est cara huiusmodi diuitibus & cinædis:quia impensæ non parcunt. appellatione autem annonæ intelligimus non modo rem omnem frumentariam, sed alia quoq; cibaria. unde Cicero scribit in secundo de diuinatione: Annonam futuram cariorem in macello. Sic & Tranquillus in Tiberio: Annonam macelli senatus arbitratu quotannis temperandam censuit. Varro in tertio de re rustica: Cœnæ innumerabiles excandescunt annonam macelli. uideturq; uocabulum deductum ab anno tanquam sit anni alimonia. Et cum Romæ sæpe fame laboraretur, magistratus constituti sunt, qui annonæ præessent:qui præfecti annonæ dicebantur. Vsurpatur etiam annona in aliis, q̃ in edulis. Horatius in epistolis: Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid Deest. Et locum sic intelligas: Amici viri boni & sapientes nihil desiderant, neq; petunt, quod magni sit pretii: vbi aliquid eis deest:quasi dicat Vili re contenti sunt, & modica quia boni sunt & sapientes. Vt curia Martis Athenis:scilicet tegit.fac,inquit,non minore silentio hæc tegas, q̃ consilia sua tegit senatus atticus. Curia Martis:idest Areopagus:vbi(teste Polluce)iudicia cædis, vulnerum, & veneficiorum per populum exerceri solita sunt. Plinius libro septimo scribit sic, Iudicium capitis in Areopago primũ actũ est. ibi enim Mars(vt docet Diuus Augustinus libro decimo octauo. cap. decimo) cum homicidii crimine reus fieret, iudicantibus duodecim Diis eo pago sex sententiis absolutus est. Iudicabant autem noctu, & in tenebris ne ad dicentes,sed ad ea quæ dicerentur,respicerent. quod Lucianus aperte scribit in Dialogo:qui inscribitur Hermotinus, hortans ipsum Hermotinum philosophum:vt in iudiciis & rerum examinatione imitetur Areopagitas: οἱ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζοντες μὴ ἐς τοὺς λέγοντας ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέπουσιν: hoc est qui in nocte & tenebris iudicant: vt non ad dicentes, sed ad ea, quæ dicerentur, respicerent. Cuius consuetudinis meminit & Macrobius libro vltimo Saturnalium his verbis: Quæramus silentium: ne conuiuiis an & opportunus sermo conueniat. Nam sicut apud Athenas Areopagitæ tacentes iudicant:ita inter epulas oportet semper sileri. Areopagus autem interpretatus diuus Martis. ἄρης,uel ἄρεος, uel ἄρεος Martem significat:πάγος uel locum eminentem. De Areopago ita Valerius libro secundo: Eiusdem vrbis & sanctissimum consilium Areopagus quid quisq; Atheniensium ageret: aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebant. O Corydon Corydon: uerba poetæ respondentis Neuolo qd petierat ut taceret. Hemistichion est Virgilii: O Corydon Corydon, quæ te dementia cœpit: quasi dicat:o stulte credisne quicquam esse turpe, quod possit latere? Serui vt taceant: idest quamuis taceant serui. Ad cantum secundi galli: idest ad secundum cantum galli. Iunge hostia: claude. Caupo:is est qui cauponam exercet. quem stabularium etiam nominamus a stabulo: quod pro caupona & taberna meritoria accipitur. de quo ante dictum est. per Cauponem autem intelligit vnum quemque vulgarem hominem. Librarius: qui libros exscribit. Tranquillus in Domitiano: Librariis etiam,qui eam descripserant, crucifixis. Archimagirii Archimagirus magister & princeps coquorum: & coquus iter seruos erat. ἀρχὸς enim principem, & μάγειρος coquum significat. Carptores: carpere multa significat, vt mordere & taxare,vt poeta carpit auaritiam, Carpere frui. Persius: Carpamus dulcia. Carpere eligere, Terentius: Vnumquodq; quod erit bellissimum,carpam. Carpere lædere, Virgilius: Carpit enim vites paulatim, uritque videndo. Carpere capere. Tibullus: Carpite nunc tauri de septem montibus herbas: idest rapite ad comedendum. In qua significatione potest videri dictum hoc loco Archimagiri carptores: idest raptores, qui semper aliquid ad comedendum rapiunt, & auferunt ex epulis domini. Quid enim dubitant: non est, inquit mirum si dominos suos accusant, cum velint vlcisci verbera, quæ acceperunt ab eis falsis criminationibus & rumoribus: quos vbiq; differunt. Baltea:verbera balteorum, quibus sæpe cæsi fuerunt. sunt autem cingula militaria bullata ex corio:a quibus gladii dependebant. pro cingulo tamen muliebri accipitur ab Apuleio. Inebriet: repleat. Illos: scilicet seruos: librarium

Valuæ — Annona — Præfecti annonæ — Areopagus — Caupo — Archimagirus — Carpe — Balteus

scilicet, & Archimagiros. ¶ Petebas A nobis: propter illud: Hæc soli commissa tibi cælare memento. ¶ Quam potare: subaudi tantum. ¶ Lausella bibebat: Lausellam sui temporis mulierem violentam notat. ¶ Faciens: sacrificans, & rem diuinam peragens. Virgilius: Cum faciam vitula pro frugibus. ¶ Pro populo: pro salute populi Romani. Sacra autem intelligit Bonæ Deæ, quæ pro salute populi Romani celebrabantur a mulieribus quotānis in domo summi pontificis. de quibus Plutarchus multa in vita Ciceronis. Seneca ad Lucilium: Credat aliquis pecuniam esse versatam in eo iudicio: in quo reus erat Clodius ob id adulterium, quod cum Cæsaris vxore in aperto commiserat violatis regionibus eius sacrificii: quod pro populo fieri dicitur, sic summotis extra conspectum omnibus viris, vt picturæ quoq; masculorum animalium contegantur. vnde est illud ante: Iubetur picta velari. De hoc etiam ante illic: Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ. ¶ Viuendum recte: salubre consilium. ¶ Contemnas: contemnere queas. ¶ Tum his: legendum est istus. aliter versus non staret. ¶ Nam lingua: sensus est: In seruo improbo lingua est pars maxima totius corporis: quasi dicat lingua inter cætera membra multum valet in seruo: quasi dicat promptus est ad loquendum. vnde seruus ille corrigitur apud Plautum in Milite sic: Plus oportet scire seruum, quam loqui. nisi potius legatur: Pars pessima. vt sit sensus: Linguam in seruo vitioso esse pessimam totius corporis partem. ¶ Deterior tamen hic: sensus est: Deterior autem erit conditio domini, qui aliquid fecerit vnde sit seruus: idest subiectus seruo suo, & non liber. Nam dominus, qui aliquod scelus commiserit, semper timet seruum suum, ne ab eo accusetur. & ita semper est seruus seruo, & nunquam liber. ¶ Illis: scilicet seruis. ¶ Quorum animas: idest quos alit. ¶ Suo farre: idest pane. farre autem ait: quia Romani trecentis annis vixerunt farre. vt Plinius tradit ex sententia Verrii. ¶ Idcirco: verba Neuoli. ¶ Commune: quod ad omnes æque pertinet.

ASCE. ¶ Hæc soli &c. Verba sunt Neuoli ad poetam: ad quę postea respondens poeta docet nullum turpe factum diu occultari posse: per hoc ab eo dehortans, atque deterrens. Ordo est: O Iuuenalis memento hæc quæ dixi. commissa: idest communicata tibi soli, cælare. fige tacitus: idest tacens nostras querelas intra te. nam inimicus leuis: idest leuigatus in locis pilosis & pudendis. pumice: idest lapide cauernoso & scabro: res mortifera. is qui modo: idest paulo ante. commiserat secretum suum: rogans scilicet vt se & coniugem suam subagitarem: ardet inuidia scilicet: & malo zelo in me. & odit me tanquam prodiderim: idest porro dederim: hoc est reuelauerim, & omnibus dixerim quicquid scio. non dubitat sumere ferrum contra me. aperire caput meum fuste: idest baculo. apponere valuis: idest podici meo candelas: vel forte ædiculæ meæ: eam comburere minans. Nec contemnas: idest non debes modicum timere tanquam rem contemnendam, minimi periculi. aut despicias: idest non debes despicere: hoc est nihili facere. ꝙ annona: idest (vt dicunt) prouisio: & penus veneni nunquam est cara his opibus: idest habentibus huiusmodi opes: hoc est diuites semper habent venena parata. ergo ne aut ferro: aut igni: aut veneno peream. tegas occulta: idest hæc secreta. vt: idest quemadmodum. curia Martis: idest Areopagus supple tacuit Athenis: vbi iudicia capitalia tractabantur tacite quibusdam caracteribus. Vnde Persius: Nigrum sis figere thita. Vnde vbi capitale erat secreta parum reuelare: respondet Iuuenalis more suo adducens hemistichion: idest dimidiatum versum Virgilii ex Bucolicis: quo se Corydon dementem fatetur: quo dementem etiam significat, & dicit. O Corydon Corydon: idest o Neuole Neuole Corydoni, qui se dementem dixit, persimilis: putas vllum esse secretum diuitis, qui scilicet multos seruos & familiares habet: quasi dicat id fieri non potest. vt enim serui taceant: idest si demus vt serui taceant, iumenta, & canes, & postes, & marmora loquentur: idest prodent scelus eius, Claude fenestras, & vela scilicet aulæa. tegant rimas: idest fissuras per quas rimari aut scrutari quis posset. & iunge hostia. tolle lumen e medio ne quisquam possit videre. omnes clament: idest strepitum & clamorem ingentem faciant: ne quisquam possit audire nemo recumbat prope: etiam si cæcus & surdus sit: ne forte possit sentire. tamen eaupo proximus: idest qui vinum & obsonia in proximo vendit. scietante diem: idest priusquam sit dies. quid diues: idest mollis facit. ad: idest circiter cantum secundi galli: vel potius circiter secundum cantum galli. & audiet supple carmina famosa quæ librarius: idest libræ & pensis partiendis præfectus. & Archimagiri: idest principes coquorum: & carptores carnium, aut lanarum. finxerunt: idest composuerunt. quid enim: idest nam ad quid. dubitent componere: idest fingere carmen: idest cantilenam diffamatoriam (sunt qui crimen minus emendate legant) in id contra. dominos quoties vlciscuntur. balteat idest verbera, aut scuticas ex balteis: idest vltionem faciunt de verberibus balteorum. rumoribus: idest diffamationibus & infamia. Nec deerit immo aderit seruus, aut familiaris, qui quærat te nolens audire: vt audias tamen per compita: idest loca communia. quæ competuntur: idest conueniuntur. & qui uinosus: idest ebrius. inebriet: idest frequenti halitu repleat: & quasi ebriam faciat. aurem tuam: idest cuiusq; illic comparentis miseram: ꝙ tam vilia audire cogatur. ergo: O Neuole si uis vt facta Virronis sint secreta. roges: idest preceris illos quicquid petebas paulo ante a nobis vt scilicet secreta ipsis commissa cælare meminerint. fac supple vt illi taceant. sed ipsi malunt prodere: idest reuelare. arcanum: idest secretum domini sui, quā potare tantum supple falerni: idest optimi vini, subrepti, idest furtiui (quod tamen longe dulcius esse debet, quā per abundantiam oblatum. vnde Prouerbiorum nono: Aquæ furtiuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior) quantum Lausella: idest mulier bibax bibebat. faciens supple sacrum: idest sacrificans Bonæ Deæ pro popalo: idest pro salute populi. Viuendum est, inquit poeta, recte. cum sup. ita sit ꝙ propter plurima, tum supple præcipue de his causis: idest propter has causas. quidam textus habent tunc ue his: tum malus esset versus, alii habent tum de his vt nos legimus. alii neutrum habent: hoc est nec tunc, nec tum de: sed tum his. & tunc. h. habet vim consonantis: sicut Aeneid. primo: Posthabita coluisse Samo: hic illius arma &c. causæ autem sunt vt contemnas: idest nihili pendere, & non vereri possis. linguas mancipiorum: idest seruorum manu captorum. nam lingua est maxima pars mali serui: idest quæ seruum malum facit: vel qua seruus malus vtitur, deterior. sensus est: Malus quidem est seruus reuelans secreta domini sui: sed deterior est dominus sic viuens, vt seruos suos ob id formidet. Ordo est: Tamen: idest tametsi malus sit seruus: tamen hic: scilicet dominus: qui non erit liber illis: idest in illos: ab illis. quorum animas: id vitam custodit suo farre & suo ære: idest qui seruos suos ob delicta sua timere cogitur. & ob id eorum seruus esse, est deterior: idest minus valens. Respondet Neuolus: Idcirco, quia viuendum est recte & cætera. tu dedisti me do consilium vtile: sed commune: idest quod non mihi in his calamitatibus vtile esse poterit: sed omnibus seruos habentibus, vt scilicet: idest qualiter possim contemnere linguam serui: quia recte viuendo. Sed quid suades: idest consulis nunc mihi post damnum: idest perditione; temporis, & post spes deceptas? Enim pro quia. quia velox flosculus, & breuissima portio angustæ & miseræ vitæ. festinat decurrere: idest in interitum labi. Interea enim dum bibimus: dum poscimus serta ex floribus scilicet: dum poscimus vnguenta & puellas: idest dum maxime oblectamur: senectus non intellecta obrepit: idest clam apud nos serpit & inuadit nos oscitantes. & non animaduertentes. Est hæc quidem optima & gratissima sententia, quæ tunc solet esse iucundissima quando ridiculis personis, aut de ridiculis rebus datur. vt hic & in militibus gloriosis apud Plautum & Terentium: & in Nasidieno apud Horatium: & in sexcentis aliis.

¶ Ne trepida:

Ne trepida,nunquam paticus tibi deerit amicus
Stantibus,& saluis his collibus.undiq; ad illos
Conueniunt & carpentis,& nauibus omnes,
Qui digito scalpunt uno caput,altera maior
Spes superest,tu tantum erucis imprime dentem.
Hæc exempla para felicibus,at mea Clotho,
Et Lachesis gaudent,si pascitur inguine uenter.
O parui,nostriq; lares,quos thure minuto
Aut farre,& tenui soleo exornare corona,
Quando ego figam aliquid,quo sit mihi tuta senectus
A tegete,& baculo?uiginti millia fœnus
Pignoribus positis,argenti uascula puri,
Sed quæ Fabricius censor notet,& duo fortes
De grege Mœsorum,qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoso insistere Circo.
Sit mihi præterea curuus cælator,& alter,
Qui multas facies pingat cito.sufficient hæc.
Quando ego pauper ero,uotum miserabile,nec spes
His saltem,nam cum pro me fortuna rogatur,
Affigit ceras illa de naue petitas,
Quæ siculos cantus effugit remige surdo.

JOAN. BRIT. ¶Ne trepida:Verba Iuuenalis.ƒPaticus:cinædus a patiendo muliebria.qd si a latino deducis cũ t exili scribetur.si vero a græco πάθος aspirationẽ addes.ƒHis collibus.i.durãte hac vrbe:vbi septẽ sunt colles.Tibullus:Carpite nũc tauri de septem montibus herbas.ƒCarpentis & na ibus:terra & mari.ƒQui digito:hoc ẽ molles & effœminati,q vno duntaxat digito sibi caput scalpunt,soliciti ne comã studiose cõcinnatam perturbent.qd in Cæsare notatum est:q caput sibi vno digito scalperet.vnde Cicero coniiciebat nihil suspicandum esse de eo tãquam molli.Seneca ad Lucillum:Impudicum & incessus ostendit,& manus mota,& vnum interdũ responsum & relatus ad caput digitus,& flexus oculorum.Nam & Pompeius sic a Clodio ẽ notatus:vt scribit Plutar.in iuta Põpeii.Et Amianus Marcellinus historiæ lib.xvii.Põpeii obtrectatores ait hoc ẽt in eo ludibriosum & irritum obseruasse:q genuino quodam more caput digito vno scalpebat.sicq; poeta ostẽdit Romam confluere oẽs molles,qui virum sibi appetant.ƒAltera maior spes:non est,inquit,tibi dehinc desperandum,immo altera tibi maior spes superest.s.cinædos tibi non defuturos.ƒTu tãtum erucis:per erucam omne aliud Veneris excitamentum intelligit.Eruca autem est herba,quæ maxime vires in Venerem præstat.Virgi.in Moreto:Intybaq; & Venerẽ.reuocãs eruca morantem.plinius in.x.cap.lxiii.Auiditas coitus putatur ex cibis fieri:sicut viro eruca,pecori cæpe.Ouid.in.ii.de remedio:Nec minus erucas aptum est vitare salaces.Columella:Et quæ frugifero seritur vicina priapo,Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.ƒHæc exempla:verba Neuoli:para,inquit,hæc exempla & documenta excitadæ libidinis felicibus.q.d.se in tali re minime esse fortunatũ.ƒAt mea Clotho:sed licet,inquit,in tali vitæ instituto infelix sim:Clotho tamen mea & Lachesis.i.tota vita mea semper tali vitæ genere delectata est:maximeq; delectatur.per Clothon autem & Lachesin:quæ duę sunt ex parcis,quæq; vitam hominum disponere dicuntur,vitam intelligit.ƒO parui:notũ est Neuoli cum suspirio:quo diuitias more insipientis sibi optat:sicq; poeta per irrisionem ostendit eum nescire viuere contentum(quod facit sapiens)paruo:atq; ideo turpes exercere artes:quasi innuat vitiosum hominem a sapiente in hoc differre:q hic multa concupiscat:ille paucis contentus sit.ƒO parui:ex affectu dictum.nam parui ei videbantur.ƒLares:Dii familiares.de quibus pluscula diximus illic apud persium:Bullaq; succinctis Laribus donata pependit.Nam eos vt domus præsides colebant:quibus canis assistebat:& ipsi caninis pellibus vestiebãtur.De iis multa plutar.in problematis,& Festus pom.Apuleius putat ex Lemuribus eum,qui posteriorum suorum curam sortitus pacato,& quieto numine domum possidet Larem dici.Eum vero qui propter aduersa vitę merita nullis bonis sedibus in terra vagatione,ceu quodam exilio punitur inane terriculamẽtum bonis hominibus:cæterum noxium malis laruam dici.Lemurem aũt volebãt esse animũ,cum ex corpore nostro migrasset.Hinc autem ortam esse originem colendi Lares in domo ostendit Seruius:quia homines apud maiores in suis domibus sepeliebantur:quos pro Diis colere,& venerari cœperũt.ƒAut farre:molla quę ex sale & farre cocto constabat,ƒTenui corona:nam Laribus publicis,& priuatis dabatur corona.vnde Plin.lib.xxi.Et iam tũc coronæ Deorum honos erant,& Larium publicoq;,priuatorumq;.ƒFigam aliquid:reponã.ƒA tegete & baculo:a mendicatione.ƒViginti millia:subaudi sint mihi.Optat enim habere hæc.ƒFœnus:appositio est.ƒSed quę Fabricius:hoc est,quæ inuidiosa etiam sint:vt mereantur etiam a Fabricio notari.Hocq; dicit:quia Fabricius Licinius censor Cornelium Rufinum duobus cõsulatibus,& dictatura speciosissime functum:q decẽ pondo vasa argentea comparasset:perinde ac malo exemplo luxuriosum in ordine senatorio retinendum non censuit.lege Valerium in secundo de cẽsoria nota.& Gelliũ lib.iiii.ƒEt duo fortes:subaudi sint serui.ƒDe grege Mœsorum.i.de grege seruorũ,quales habeantur ex Mœsia.Est autem Mœsia(vt Pli.docet lib.iii.)Prouincia Pannoniæ finitima:ad Pontum vsq; cũ danubio decurens.Ex qua venerunt,qui in Asia(vt tradit Artemidorus)habitant iuxta Bithyniam,supraq; fontes Caici.De quibus multa Strabo libro.xii.ƒLoca:supposita ad ferendam lecticam,aut reuera qui eum in Circo succollantes ferrent:neq; enim lectica a duob9 tantum seruis gestari potuisset:sed a sex vel octo.vnde hexaphorum,& octophorum appellat est lectica.ƒCircoclamoso:propter populi clamorem,& plausum fauentis aurigis.vnde alibi:Totã hodie Romam Circus capit,& fragor aurem percutit,euentum viridis quo colligo panni.ƒCælator:qui mihi vasa pretiosa cælet.Cælare enim est insculpere:vnde & cælum ferrum,quo vasa cælantur,quæ veteres Ancæsa vocabant q circumcædendo fiant.ƒSufficiẽt hæc:pronunciatiue legendum est:idest satis erunt hæc mihi si habeam.ƒQuando ego pauper ero:si hæc habuero.ƒVotum miserabile:verba Neuoli uotum suum damnantis:estq; veluti acclamatio:quasi,qui errorem suum iam cognoscat.ƒAffigit ceras:Sirenes tres fuisse filiæ Acheloi ex Calliope musa finguntur a poetis:quæ in littor Campano habitantes nautas præter ea loca nauigantes,suauitate cantus in somnum & scopulos inducebant,cogebãtq; facere naufragium.vnde Vlysses(vt scribit Home.libro.xii.Odissęç)cum iuxta ea littora eẽt nauigaturus a Circe admonitus,aures sociis suis cera obturauit,se autẽ malo manibus,& pedibus alligari iussit apertis auribus:imperans etiam si innueret ne solueretur Nauigantibus igitur Sirenes statim cantare suauissime cœperunt:O decus argolicũ quin puppim flectis Vlysses:Auribus vt nostros possis agnoscere cantus:Nã nemo hæc vnquam est transuectus cærula cursu:Quin prius astiterit vocũ dulcedine captus:post variis audio sacratus pectore musis Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.Nunc graue certamen belli,clademq; canemus,Græcia quam Troiæ diuino numine vexit:Omniaq; elatis regum vestigia terris.Iis ergo cantus illecebris captus Vlysses,cum sociis annuens super ciliis iuberet se solui,non id prius impetrauit,q̃ periculũ euaserit.Ferunt tunc illas dolore perditas in mare se præcipitasse,& a nomine vnius parthenopes,quæ Neapoli sepulta fuit,appellatam esse vrbem parthenopen.Vnde Silius Italicus:Sirenum dedit vna suum memorabile nomen parthenope moriens achelois æquore,cuius Regnauere diu cantus,cum dulce per vndas Exitium miseris caneret non pro/

Marginal notes: Mœsia; Eruca; Ancæsa; Sirenes; Lares; Lemures; Laruæ; parthenope unde

ASCE. ſpera nautis. Earum nomina fuere Parthenope, Leucoſia, ligia. Plinius tum libro decimo non ſentit Sirenes fuiſſe, ſic inquiens: Nec Sirenes impetrauerũt fidem, licet affirmet Dino Clitarchi celebrati auctoris pater in India eſſe, mulceri que earum cantu, quos grauatos ſomno lacerant.

❡ Nec trepida &c. Reſpõdet poeta: ſed vt in re turpi, & ad turpis rei occaſionem Neuolo ſententiam honeſtam dedit: ita ſatyrico riſu nunc ipſe homini perdito, non vt talia faciat, ſed quia talia facit vile dat cõſilium: vt ſpem nõ deponat, quandoquidem de futuri nõ ſint patici. in quo conſilio non tam conſiliũ dare intendit, q̃ ipſum ſequentes: & eo more viuentes repbendere: qd dico propter imperitos, qui non attẽdentes ad quod propoſitum, vel in qua perſona poetæ loquuntur: ipſos ſæpe male citant, ſiue (vt vulgarius dicam) allegant. Ordo eſt: O Neuole ne trepida. i. noli præ timore p̃ceps ruere. amicus paticus. i. q̃ muliebria a te patiatur nũq̃ deerit tibi his collibus. ſ. Romanis ſtantibus. & ſaluis. i. q̃ diu Roma ſtabit incolumis. Quia omnesq; ſcalpunt caput vno digito. i. lubrici, deſidioſi. & luxurioſi: inter quos ſunt (de quibus hic loquitur) patici: cõueniunt vndiq; ad illos. & . i. pariter. carpẽtis. i. vehiculis: hoc eſt per terram: & nauibus p aquas. non dicit pedibus q raro pedeſtres inueniantur paticos. Vnde non ſint: cauſa in ſexta dictæ ſunt diuitiæ molles q ta les efficiant. Altera ſpes maior q̃ ea quæ te fefellit. ſuper eſt. i. reliqua eſt hoc loco. tu tm prime tãtum erucis. i. herbis illis ſalacibus. dẽtem. i. comedendo erucas & cætera Venerem pro uocãtia: exibhe te ſolummodo paratum & potentem ad opus draucorum. & præſto erit paticus. Reſpondet Neuolus i para o Iuuenalis hæc exempla felicibus. i. en fortunatis. at Clotho & Lacheſis mea. i. Parcæ & Deæ fati & vitæ meę. gaudẽt ſi uẽter meus paſcitur inguine. i. ex labore & exercitio iguinis mei: hoc eſt ſatis eſt fatis meis dummodo miſellum victum ex hoc exercitio conquirere poſſum, Nõ placet illud obſcœnum: qđ Mancinel. dicit de ventre patici: potius dicerẽ ſicut ſcriptum inueni: Si paſcitur vnguine. i. re vncta: hoc eſt caulibus vnctis & non macris. ſicut ſolitus ſum Optat autem meliora: quia ſicut policitis ita optatis diues quilibet eſſe poteſt. O parui. q p quia. quia noſtri lares. i. familiares: quos ego ſoleo exornare minuto thure, aut farre, & tenui corona: quando ego vobis . ſ. adiutoribus figam. i. fixum reponã aliquid. quo. i. per qd. ſenectus mea ſit tuta. t. protecta teg te & baculo. i. ne accepto baculo cogar in tegete mendicare. Quando figam viginti millia exiſtẽtia fœnus. ſ. ad fœnus data: & hoc pignorib⁹ poſitis ut ſecurus ſim. & quãdo figam: vel quando erunt mihi vaſcula pari. i. meri & non cõmixti argenti: ſed ea vaſcula quæ propter magnitudinẽ ponderis Fabricius cenſor notet. i. notare poſſit: hoc eſt notam luxus nimii ob ea mihi imponere, Et quãdo ſup. erunt mihi duo fortes. ſ. ſerui. de gre



Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Decima.



Mnibus in terris, quæ ſunt a Gadibus uſq;
Auroram, & Gangem, pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona, atq; illis multum diuerſa, remota
Erroris nebula. quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat uotiq; peracti?
Euertere domos totas optantibus ipſis
Di faciles, nocitura toga, nocitura petuntur
Militia, & torrens dicendi copia, multis
Et ſua mortifera eſt facundia. Viribus ille
Confiſus periit, admirandiſq; lacertis:

ge Mœſorum: qui robuſti populi ſunt. qui ceruice locata. i. poſita ſub me. iubeant me inſiſtere Circo clamoſo propter plauſus. ſecurum. i. ſine cura. Sit præterea mihi ſeruus cælator. ſ. qui ſcit cælare & ſculpere pocula: & ſit alter ſeruus qui pingat cito multas facies. Voluit plura optare, ſed reprehendit ſe dicens. Hæc ſufficient. quando. i. quandoquidem. ego ero pauper. uotũ. i. hoc deſideriũ eſt miſerabile. nec ſpes ẽ ſaltem his. i. de his habendis: vel in his quos colo. In multis ergo eſt votum & deſiderium in quibus non eſt ſpes. nam ſpes non eſt ſine merito: nec medio ad ipſum q ſperatur pueniendi. non eſt ergo ſpes Neuolo: quia dicit. Nam cum. i. quando. fortuna rogatur pro me: ipſa affigit ſup. auribus ſuis ceras petitas de illa naue. ſ. Vlyſſis, q̃ effugit remige exiſtente ſurdo. i. ſociis remigãtibus propter ceram affixam auribus nihil audientibus cãtus ſiculos. i. Sirenum iuxta Siciliam habitantium quarũ. cantus argumentum recitat ex Homero Mãcinellus. Cuius item principiũ ex Cicerone ſic ponit Calderinus: O decus argolicum quin puppim flectis Vlyſſe?

Satyra decima. Omnibus in terris.



Mnibus i terris. IOAN. BRIT Hac Satyra Iuuenalis iſectatur ſtulta hominum vota, qui nimia affectibus in feruentes a Diis multa detunt tanq̃ bona: quæ eis maxime ſunt pernicioſa. Ait ergo poeta homies adeo ignorantiæ profundo imerſos: vt pauci exiſtant, q vera bona, malaq; cognoſcant. & proinde fieri: vt pro bonis mala ſibi optent. Colligitq; a Diis aut nihil omnino petendum, cum ipſi multo melius q̃ nos ſciant quid vobis expediat: aut id tantum petẽdum, vt Mens ſana ſit in corpore ſano. ❡ A Gadibus. ſ. ab occidẽte. Nam Gades Gades inſula eſt extra columnas Herculeas ad hoſtium Betis irrumpentis in Oceanum Britanicum. ❡ Gangem. i. orientem. nam Ganges Ganges Indiæ fluuius eſt, quẽ alii incertis fontibus vt Nilũ rigantemq; vicina eodẽ modo, alii in Scythicis mõtibus naſci dixerunt. in eum nouem & decẽ amnes influunt. Plin. lib. vi. ❡ Pauci dignoſcere poſſunt: pauci, inquit, ſunt ab occidẽte vſq; in orientem. qui vere ſciant dignoſcere verũ bonum, multum enim intereſt inter verũ & opinatum bonũ, ſeu malum. ❡ Verba bona: quia multa ſunt: quæ bona videnẽ cum tñ non ſint, ea igitur bona ſunt opinabilia nõ vera. ❡ Diuerſa: contraria. i. mala. ❡ Illis. ſ. bonis. ❡ Remota nebula erroris. i. remota animi noſtri cæcitate: q mala deuinctus cupiditate tranſuerſus fertur. Vnde Valerius: Et. n. denſiſſimis inuoluta tenebris mortalium mens, in quã late patentem errorẽ cęcas pcationes tuas ſpargis? ❡ Timemus: vt malum. ❡ Cupimus: vt bonum. ❡ Dextro pede: ſecundo, & proſpero conatu. Nã pede dextro id dicimur facere, qđ nobis proſpere cedit, con- Cond tra ſiniſtro. Vnde Apuleius in Aſino aureo: Siniſtro pede pfectũ me ſpes compendii fruſtrata eſt. ❡ Concipis: verbũ eſt pete

votis

Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat,& cuncta exuperans patrimonia census
Quanto delphinis balæna britannica maior.
Temporibus diris igitur,iussuq; Neronis
Longinum,& magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clausit,& egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota chors.rarus venit in cœnacula miles.
Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus,gladium,contumq; timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis vmbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima fere vota,& cunctis notissima templis,
Diuitiæ vt crescant,vt opes,ut maxima toto
Nostra sit arca foro,sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus,tunc illa time,cum pocula sumes
Gemmata,& lato setinum ardebit in auro,
Iam ne igitur laudas,quod de sapientibus alter
Ridebat,quoties a limine mouerat unum
Protuleratq; pedem,flebat contrarius alter?
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachini,
Mirandum est vnde ille oculis suffecerit humor,
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus,quanq̃ non essent vrbibus illis
Prætexta, & trabeç,fasces,lectica,tribunal.

uotis cōuenīens,dicimus enim vota,cōcepta, quæ mēte cō cipimus & agitamus:qd cōcipis.i.animo tuo optas. ¶Euertere domos i ordo est: Dii faciles ipsis optantibus euertere domos. ¶Nocitura toga,nocitura petuntur Militia:toga & militia ablatiui sunt casus. & est sensus:Adeo, inqt, hies longe sunt a cognitione veri boni, vt plerumq; petant,q̃ omnino eis sunt nocitura & domi & militiç,alii.n.reip.administrationem,alii rei militaris īperia expetūt, & multa id genus, q̃ ipsis exitium afferunt. ¶Toga:nam per togam, quæ (vt scri.Pædianus,& iam sæpe diximus) cōis fuit habitus marium & fœminaꝝ, intelligimus res vrbanas. vñ Cice. Cedant arma togæ. & Iuuena. Tātū igitur muros intra toga contulit illi Nominis & tituli. valeri.li.viii. Toga Scipionē ducē aduersas Pœnos creauit, arma poposcerunt. ¶Et torrēs dicēdi copia.f. petit. ¶Multis: cū sequentibus cōnectitur.vt sit sensus: Multi elloquentiā optāt, sed multis mortifera est. & pniciosa: vt fuit Demostheni & Ciceroni.de qbus inferius. ¶Torrens:ingens & abundans. vñ īfertus de Demosthene: Torrentē & pleni moderantē frena theatri & alib: Iseo torrētior.sumpta trāslatione a torrēte:hoc est fluuio, q magno rapit impetu. ¶Viribus ille .i.alius. Ostēdit.n.& vires homini q̃nq; esse perniciosa.respexit aūt ad Milonē Crotoniēsem,quē ferūt regisse oia supra,q̃ homo valet. de quo & hoc prodit:qd ictu nudæ manu tauꝝ fecit victimā, eum soliduꝫ ea,qua mactauerat die humeris solus gestauit nō grauatim. Exitū aūt habuit vitæ miserādū:cum enim iam netu grādis artē athleticam desisset: iterq; solus p loca faceret siluestria: quercū vidit rimis in media parte hiantē:tunc volēs experiri an vires sibi adhuc superessent: immissis in arboris scissuram digitis:quercum diducere,ac rescindere conatus est:dimidia q; diducta parte,moxq; viribus cessantibus, & in naturā suā arbore redeunte,retētus & captus se feris pbuit lacerādum. plura de hoc Gellius, Valerius, Solinus, plinius, & Strabo differunt. Ouidius i Ibin sic:Vtq; Milo robur diducere fissile tentes:Nec possis captas inde referre manus.

OMnibus in terris. In hac Saty. damnatis stultorū uotis,q nociturā petūt.docet tandē qd petendū, q̃ue optanduꝫ sit. Ordo est:pauci sup.hoies existentes in oibus terris quæ sunt a gadibus.i. ab occidēte.usq; ad Aurorā & Gangem.i.vsq; ad orientē. pñt dignoscere.i.internoscere uera bona:q̃ nocere.f.non pñt . at q; bona diuersa.i.differentia multū illis.i.ab illis veris bonis: hoc est bona apparentia:quæ tñ q a mala multis sunt, nocēt. Valla dicit diuersa illis.i.summa mala.& ita non esset subaudiendū bona:sed diuersa.i. res diuersas ab illis verbis bonis .i.summa mala:sed nō placet:q i melior ē cōtextus(vt dixi) & multo vberior tum uerior sniaquia non pauci internoscūt vera bona & summa mala:sed uera bonā & apparētia, & ita decipiunē.pauci ergo pñt dignoscere vera bona. & bona illis multū diuersa:& hoc nebula erroris remota . nebula aūt erroris est mala affectatio:quia(vt dicit Hora.)male verum examinat ois corruptus iudex.qd enim timemus,aut cupim⁹ rōne.q.d. nihil, Quid cōcipis.i.inceptas,aut animo capessis,aut cōcipis,pede,i.auspicio, aut iceptu tā dextro,i.p

spero:vt te nō pœniteat conatas & voti peracti.i.obtēti & cōpleti.q.d.nihil. Dii faciles.i.ad faciēdū quod petis parati. euertere.i.funditus destruxerūt totas domos ipsis optatib⁹ .i.ppter optatus:seu optationes eoꝝ:vel ipsis domibus optantibus sup.id ppter qd euersç sunt.nocitura.i. res nociturç petuntur.togata:idest in pace.& nocitura petūtur militia: idest in militia, au per bellum. & copia dicēdi torrens: idest in morem torrentis fluens. & multis sua .i. ppria facundia est mortifera, vt Ciceroni. Ille.i.alius, vt Milo. periit cōfisus viribus suis.& lacertis.i.brachiis admirandis. Neq; ergo facūdia:neq; vires corporis q̃ bona naturç sunt: vera sunt bona.

¶Sed plures nimia: multa, inqt,exitiosa ptunē:sed diuitiæ maximæ, q̃ inter alia petunē,plures occidunt. & quanto q; plura possidet, tāto magis exitio est obnoxius. ¶Cēsus.f.strangulat tñ exuperās cuncta patrimonia: quanto maior ē balęna delphino .i. q sit valde extra cōeꝫ diuitiaꝝ mensuram. ¶Balæna Britannica:bñ aūt Britanicam noiat. quia in Oceano Britanni co(vt in.ix.testatur Plin.)tales belluæ maiores spectanē. Græci phalænā appellant. Festus aūt Pompeius eandē pistricem & cetū putat. ¶Temporibus diris:ostendit poeta exēplo Cassii Longini, & Senecæ, diuitias homini sępe pniciosas esse.nam quo tempore Nero impabat Cassium Longinum iussit interfici hac vna ex causa,q in vetere gentili stēmate Cassii, Cæsaris pcussoris maginē retinuisset. Sed Iuuena.innuit Longinū interfectū,q eius opibus Nero inhiaret. eadē ēt causa Seneca coactus est mori. ¶Senecæ pdiuitis:nam Seneca opes vel inuidiosas possedit. de qbus sic Cornelius Tacitus: Festus Rufus, & Tigillinus variis criminationibus Senecā adoriūtur tanq̃,qui ingētes & supra priuatū modum euectas opes adhuc augeret:quodq; studia ciuiū in se verteret,hortoꝝ quoq; amœnitate, & villaꝝ magnificētia,quasi principē supgrederet. Seneca quoq; apud eundē Tacitum alloquēs Neronē se diuitē testatur his verbis:At tu gratiā immēsam, innumeram pecuniā dedisti adeo, vt plerumq; intra me ipse voluā, ego ne equestri & puinciali loco ortus pceribus ciuitatis ānumeror? Vbi est aius ille modicis cōtentus? talis hortos extruit,& p hæc suburbana incedit? & tantis agroꝝ spatiis tā lato fœnore exuberat? Demū finis vitç eius fuit: Cū enim ex Cāpania remeans in agro suburbano apud quartū lapidem substitisset. illo iussu Neronis ppinqua vespera Siluanus tribunus ptoriæ cohortis venit, & villam globis milītū sepsit, intromisitq; vnū ex Cēturionibus, qui necessitatē vltimā denunciaret:quo accepto bracha primū ferro pcussit,mox crurū & poplitū venas abrupit, illatusq; balneo, & vapore eius exanimatus sine vllo funeris solēni cremaē. ¶Aedes Lateranoꝝ:nam & plautū Lateranū cōsoleꝫ designatū Nero adeo ppere dinterfici iussit, vt non cōplecti liberos,non illud breue mortis arbitriū pmitteret. manu autē Turrii tribuni trucidatus est. ¶In cœnacula:raro, inqt,fit vt pauperibus, & inquilinis, qui cōductis cænaculis habitare cōsueuerunt, cædes paret. Vnde est illud Senecæ i Hippolyto: Nō caput vnquā magnos motus Humilis tectæ plebeia domus. Cœnacula autē antiqui & cœnationes loca appellauerūt, vbi cœ

Seneca dives

Cœnacula

nabãt:ſed poſtquã(vt ſcribit Varro i lingualatiali) in ſupe
riori parte cœnitare cœperunt,ſuperioris domus vniuerſa
cœnacula cœnacula dicta ſunt. Vetus enim vocabulũ(licet ve
tus cõſuetudo cœnãdi i ſuperiore parte domus abolita ſit)
remanſit. Nec mirũ. Nam & piſtrinũ veteri vocabulo adhuc
Piſtrinũ nominamus,in quo grana molis verſatilibus terunt:cuꝫ an
Lorica tea tñ ante vſum molarũ in pilis pinſerent. Vnde & nomen.
ſimili modo dicimus veteri nomine loricã,quæ,ferro modo
cõſtat,cum antea loris cõficeretur.a qbus & nomẽ.vnde Fe
ſtus ſcribit cœnacula dici ad quæ ſcalis aſcẽditur, cui aſtipu
latur Apuleius i ii nono Metamorphoſeos:Meq; per ſcalas
cõplicitis pedibus in ſuperius cœnaculum attracto.plautuſ
in Amphitrione:In ſuperiore q habito cœnaculo. Trãquil
lus in Auguſto:Ipſe circẽſes ex amicorũ fere,libertorũq; cœ
naculis ſpectabat, Liuius l b.ix.ď bello Macedonico:Cœna
culũ ſup ædes datum eſt ſcalis ferentibus in publicũ obſera
tis. Ea aũt cœnacula vtpote diuitibus incõmoda,inquilinis
locabãtur de qbus alibi ante ſenſit: Vltimus ardebit quẽ re
gula ſola tuetur A pluuia, molles vbi reddunt oua colũbæ.
¶ Pauca licet portes argenti vaſcula puri: oſtẽdit diuitẽ ma
gis de vita ſolicitũ eſſe,q̃ pauperem,nunq; ſecurũ. nam eũ
ſemp metus comitatur,ne aut occidat,aut bonis ſuis ſpolie
tur,aut aliis afficiatur incõmodis, qualis multa ſolent ſtrui
Contus diuitibus. ¶ Contum:lignũ cuſpidatum: quo nautæ vtũtur
ad xplorandã fluminum altitudinem. Iuuena.ſupra: Et cõ
tum,& ſtygio ranas in gurgite nigras. ¶ Cãtabit vacuus: Se
neca ad Lucilium:Nudum latro tranſmittit,& in obſeſſa via
Latro pauperi pax eſt. ¶ Latrone:latrones antiqui(auctore Feſto)
nes eos dicebant,q conducti militabãt.qua ſignificatione ita ac
cipit Plautus in primo limine militis glorioſi, vbi ait:Vt i ta
bellia quas cõſignaui hic eri,latronibus ego dinumerem ſti
pendium, Nã rex Seleucus me opere orauit maximo, vt ſi
bi latrones cogerẽ & conſcriberẽ.& dicti ſunt latrones,quia
ſi λατρεύοντες.i.ferruientes,nam λατρεία ſeruitus eſt at nunc
viarũ obſeſſores dicuntur:q a latere adoriuntur. Vel q inſi
diantur latẽter. ¶ Prima fere vota ſubaudi ſunt. ¶ Sed nulla
aconita:attende periculum:quod diuitibus iminet. ſepenu
mero enim venenis tolluntᷣ. vnde eſt illud Senecæ in Thye
Aconitũ ſte:Venenũ in auro bibit,expertus loquor. ¶ Aconita: aconi
tũ(vt ſcribit Plin.lib.xxvii.) i nudis naſcitur cautibus:quas
græci aconas vocant.vnde nomẽ aconitũ aliqui dixere. Alii
quoniã via eadem in morte eſſet,quæ cotibus ad ferri acieꝫ
deterẽdã,ſtatimq; admota velocitas ſentiretur. ¶ Fictilibus
.i.a pauperibus,qui fictilibus vtuntᷣ. ¶ Gemmata i cũ in ma
ximis eris diuitiis ita,vt poculis gemmatis vtaris.aureis.n.
calicibus gẽmas & p̃cipue ſmaragdos inſerebant. Mar.Gem
matuꝫ ſcythicis vt luceat ignibus aurũ: Aſpice quot digitos
exuit iſte calix. & Iuue.ante Nã Virro vt multi gemmas ad
Setia pocula tranfert A digitis. ¶ Setinum i vinũ eſt cãpanũ a Se
tia denominatũ, Mart.pendula pontinos q̃ ſpectat Setia cã
pos. Exigua vetulos miſit ab vrbe cados. ¶ Iam ne igitᷣ lau
das ſenſus eſt:Cũ homines ferantᷣ tam p̃cipite, & tam mul
tis agitẽtur incõmodis ꝑpter ſtulta vota & cupiditates:nõ
Hera ne igitur exiſtimabis Heraclyti & Democriti ſanũ fuiſſe iu
clytus dicium,q contrariis animi affectibus eorũ cæcitatem & vitia
Demo dãnauere,de qbus ſic Seneca de tranqllitate vitæ:Et Demo
critus critũ potius imitemur,q̃ Heraclytum. Hic n.quoties in pu
blicũ proceſſerat,flebat.& ille ridebat. Huic oĩa quę agim⁹
miſeriæ,illi ineptiæ videbãtur. Horatius in epiſtolis de De
Gelaſi mocrito:Si foret in terris rideret Democritus.hic ẽt(vt tra
pus dit Suidas)iditũ fuit nomẽ Gelaſini. Nã Gelaſinus græce,
latine ridiculus interpretatᷣ. vnde & plautus in Sticho:Gela
ſino mihi paruo nomẽ pater indidit ꝑpter paupertatẽ:hoc
adeo nomen repperi,q indeiam a pauxillo puero ridiculus
fui,eo quia paupertas fecit ridiculũ forẽ. Gelaſini ẽt anterio
res dentes vocantur:vt docet polydeuces de rerũ vocabulis:
quos ridẽdo oſtendim⁹. Gelaſinus ẽt(auctore Suida) ruga
illa,ſiue linea dicitᷣ:quæ dũ ridemus i facie efficitur. Vnde in
.vii. Mart. Nec grata ẽ facieſtcui gelaſinus abeſt. ¶ Ridebat:
humanũ negociũ tanq̃ ineptias. ¶ Flebat .ſ. Heraclytus tanq̃
miſerias. Hic aũt eſt ille Heraclytus Epheſius phiſicus,qui
Scotinos cognominatus eſt:quaſi tenebricoſus.de induſtria
enim ſtilũ obſcurabat:ideoq; eius volumina philoſophi ſudã
tes vix intelligũt. ¶ Cenſura:taxatio,qa cẽſores moribus vr
bis p̃eſſent. ¶ Quanq̃ non eſſet:ac ſi dicat multo magis riſiſ
ſet,ſi tantæ tunc vanitates extitiſſent. ¶ Prætexta & trabeę
.i.talia magiſtratuũ inſignia:q̃ talia hñt Romani.p̃textã enĩ
& ſellã curulem,lictoreſq; & togam pictã,quæ inſignia He
truſcorũ magiſtratuũ erãt, Tullus Hoſtilius Romanorũ rex
tertius debellatis Hetruſcis primus vt Romæ haberent,in
ſtituit:ſed poſtea Tarquinius Priſcus cum filius bello Sabino
annos quatuordecim natus hoſtẽ manu percuſſiſſet:eũ & pro
concione laudauit:& bulla aurea,p̃textaq; donauit inſigniẽs
puerũ vltra annos forte p̃miis virilitatis & honoris. aucto
Trabea res ſunt Macrob. Liuius, Dionyſius, & Plin. Dicebatᷣ autẽ
p̃texta quod purpura p̃texeretur. ¶ Trabeæ: trabeam geſta
men fuiſſe cõſulum & ducũ Dionyſius ſcribit in.v.loquens
de triumphãte ſic:Non ornatur trabea,q peculiaris eſt cõſu
lum,ducũq; amictus:qđ ſenſit etiã papinius in ſiluis in car
mine Euchariſtico:Hic cũ romuleos proceres,trabeataq; Cæ
ſar Agmina mille ſimul iuſſit diſcumbere menſis.ea & reges
vſu ſunt.auctore plinio in.viii.vnde Ouidius:Trabeati cu
ra Quirini. Suetonius in libro de genere veſtiũ dicit(aucto
re Seruio)tria eſſe genera trabearũ:vnũ Diis cõſecratum:qđ
eſt tãtũ de purpura aliud regũ:quod aſt purpureũ: & habet
tñ album aliqđ.tertium augurale de purpurea,& cocco mix
tum. ¶ Faſces.i.lictores ferentes cũ faſcibus virgarũ: in qui
bus ſecures erant alligatæ ¶ Lecticæ:qua geſtabantᷣ a ſeruis.
¶ Tribunal:in ſellis curulibus & tribunalibus conſidebant: Subſel
q maiora iudicia exercebant, Subſellia erãt et tribunorũ,triũ lia
virorũ,quæſtorũ,& huiuſmodi minora officia exercentium. Subſi
Aſconius auctor eſt. Subſeliũ n.ẽ ſedile(vt ſcri. Varro)di pere
ctũ q nõ plane ſit ſella:ſicut ſubſipere,qđ non plane ſapit. ASCE
¶ Sed plures. Oſtendit diuitias quæ bona fortunæ dicuntᷣ
non eſſe vera bona. Ordo eſt: Sed pecunia cõgeſta.i.accumu
lata nimia cura.ſtrangulat.i.ſuffocat. plures i.valde multos
vel plures q̃ facundia,aut rebus ingẽs.& cenſus.i.theſaurus
& diuitiarũ cumulus.exuperans.i.excedens tanto ſup. in ma
gnitudine cuncta patrimonia vtrũ.ſ.quanto balena Britã
nica eſt ſup.maior delphinis:a nominatiuo delphin⁹, vt pri
us dixi. Igitur cõtinuatiuũ hic eſt.vel ordo eſt:Tota cohors
militũ.ſ.clauſit diris tẽporibus & iuſſu ſup diro Neronis igi
tur.i.ob ingẽtes diuitias:Longinũ Caſſiũ.ſ. & clauſit exclu
dẽdo.ſ.dominũ.magnos hortos p̃diuitis.i.præter ceteros
diuitis Senecæ & obſidet egregias ædes Lateranorũ.i.Plau
tii Laterani.miles venit rarus in cœnacula.i.i domicilia pau
perũ quæ ſub tecto ſunt. licet portes parca vaſcula puri ar
genti.i.neq; lapillis neq; auro ornati (Hic enĩ pauꝑ dicit ad
extenuandũ non vt ꝓbet:quia purũ.i.non viliori metallo de
prauatũ.)ingreſſus iter noctu tñ ſup.timebis.i. timere debe
bis.gladium.i.ſicã.& cõtuꝫ.i.fuſtẽ prædonũ & trepidabis
.i.præ timore tremes ad vmbrã arundinis motæ.i.moueri
viſæ ad Lunã.credes enim latronã aut raptorem adeſſe. Via
tor vacuus.i.nihil portans.cantabit cor latrone. Vota ferre
.i.quaſi vbiq; prima & notiſſima cunctis templis ſunt ſup.di
uitiæ:vt opes creſcant:vt noſtra area, in qua cambium tene
mus:ſit maxima in toto foro.ſed nulla aconita bibẽtur fictl
libus.i.ex uaſis etrreis.time tunc illa.ſ.aconita.cũ.i.quãdo ſu
mes pocula gẽmata.& cũ ſetinum.i.illud optimũ vinum. lu
cebit.i.reſplẽdebit.in lato auro.i.lato poculo aureo. Iam ne
igitur:quia oẽs fere mortales diuitias,vt plurimũ nocituras
petunt videtur,inqt,laudandi duo philoſophi:quorum al
ter immenſam hominum ſtultitiam ſemper riſit, alter ſem
per fleuit. Ordo eſt igitur:Cum tãtus ſit diuitiarum,quibus
uix quiſquã bene vtitur,appetitus. laudas ne iam q alter de
ſapiẽtibus.i.philoſophis duobus:ſcilicet Democritus ride
bat quotis mouerat i aut ꝓtulerat a limine domus ſuæ vnũ
pedẽ.i.quoties aliquid fieri extra domũ ſuam videbat.alter
.ſ.heraclytus cõtrarius.i.cõtrariæ naturę aut opinionis. fle
bat quoties mouerat,aut ꝓtulerat pedẽ a limine.ſed cenſura

Quid si vidisset prætorem in curribus altis
Extantem, & medio, sublimem in puluere Circi
In tunica Iouis, & pictæ sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ,
Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit ulla?
Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi consul
Ne placeat curru seruus portatur eodem.
Da nunc & uolucrem, sceptro quæ surgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad frena Quirites,
Defossa in loculis, quos sportula fecit amicos.
Tunc quoque materiam risus inuenit ad omnes
Occursus hominum, cuius prudentia monstrat
Summos posse uiros, & magna exempla daturos
Veruecum in patria, crassoque sub aere nasci.
Ridebat curas, nec non & gaudia uulgi
Interdum & lachrymas, cum fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.
Ego superuacua, aut perniciosa petuntur,
Propter quæ fas est genua incerare Deorum.

.i.iudicium.cachinni.i.risus.i.cur ridebat: aut quo ridere poterat, est facilis. posset enim dici quod risit: quia fuit petulanti splene cachinno. sed mirandū est vnde humor suffecerit.i.unde sumptus sit, qui suffecit oculis semper.s. plorantibus. Democritus solebat agitare.i. frequenter cōmouere pulmonem perpetuo risu. quāquā prætexta.i. vestis nobilium, quā Romæ turpissime viuentes. portabant, quod Democritus risisset potius quam vestē. Non enim vestis erat talis: aut cætera insignia magistratuum Romanorum non erant talia, quæ deriderí mereantur: sed deridēdi erant talibus insigniti & obscœnissime viuentes. quāquā igitur prætexta nō esset illis vrbibus.i. quāquam illæ vrbes in quibus versabatur Democritus non habebant prætextas. & sic esset datiui casus. vel intellige vt sit in vrbibus. & quāquam trabeæ vestes augurum & pōtificū. & fasces, & lectica, & tribunal: id est insignia Romanorum non essent illis vrbibus.

JOAN. BRIT. ¶ Quid si vidisset: describit pretorem præsidentem ludis Circēsibus habitu triūphali, derideretque. Nam insignia triūphalia prætori in Circēsibus ludis concedebātur. Id etiā aliquando priuatis. Vnde L. Aemilio, qui Persen regē Macedonū deuicit, concessum fuit a populo, & a senatu vt ludis Circensibus triumphali veste vteretur. Plin. de viris illustribus. ¶ In curribus altis.i. in curru triumphali: qui auratus erat. & a quatuor equis albis trahebantur. ¶ In tunica Iouis.i. habitu triumphali. de quo ita meminit Liuius lib. x. ab urbe cōdita: Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus: curru aurato per vrbem vectus in Capitolium ascenderit. Nam qui triumphabant, tunicam sibi induebant sumptā ex templo Iouis. vnde est illud apud Pli. lib. vii. cap. xliiii. loquentē de Metello Macedonico: Ex tracto in Capitolium illo, in quod triumphās Deorum exuuiis, ne captiuos quidē sic traxerat. vbi plane per Deorum exuuias intelligimus: quod & Liuius) vt dictū est) sensit: Iouis optimi ornatū, de quo ornatu, & tunica, sic etiam meminit Lampridius in Alexādro Seuero. Prætextam, & pictam togam nunquam nisi consul accepit: & eam quidem, quā de Iouis templo sumptā alii quoque accipiebant, aut prætores, aut cōsules. quod et videtur innuere Iulius Capitolinus in gestis Gordianorum his verbis: Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum priuatus suā propriam habuit: cum ante imperatores et de Capitolio acciperent, vel de palatio. Item Flauius Vopiscus in vita Probi imperatoris: Te manet pro virtutibus tuis capitolina palmata. Ea purpurea erat, & auro intexta. vt scribit Plin. lib. ix. & palmata siue palmaris dicta: quod ea (vt sensit Seruius) vtebantur, qui palmā meruissent. Martialis: Palmatæque ducē te cito redde togæ. Alii dicunt palmatam dictā esse, quod in ea pars palmæ: hoc est victoriæ intexeretur: vt ab Helena pictis vestibus apud Homerum acu certamina inseruntur. quod & Plin. lib. viii. cap. lvi. indicare videtur: cum ait: Pictas vestes iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natæ. ¶ Aulæa sarrana pictæ togæ.i. togam pictam & purpura dixtinctā. vt sit periphrasis ipsius togæ triumphalis: quā (vt diximus) palmatam appellarūt. de qua sic Seruius: palmatā togam merebātur: qui de hostibus palmā reportassent. Mart. palmatæque ducem te cito redde togæ. de qua & Apuleius in prima magiæ Apologia sic: Denique triūphantibus quadrigas albas, & togā palmatā exprobrares: palmatam aūt togam purpuream fuisse idicat Sidonius his

Tunica Iouis

Toga palmata

verbis: Et illam sarranis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmatā conuenustauit. ¶ Aulæa: latitudinē vestis expressit. nam aulæa proprie dicuntur vela & ornamēta: quibus parietes & aulæ teguntur: quæ græce peristromata, & peripetasmata appellantur. inter quæ dicuntur & ipsa tapetia. de quibus sic Plautus in Pseudulo: Vt ne peristromata quidē æque picta sunt campanica, neque alexandrina, belluata conchyliata tapetia. ad ornamētū etiā theatrorum adhibebātur. ut ante: Ast aliæ quoties aulæa recondita cessant: ¶ Sarrana.i. tyria, purpurea. Nā (vt scribit Gelli.) Tyros ante dicta fuit Sarra: sicut & Thracia Sython: & Corinthus Ephyre. Iuxta aūt Tyrum purpura piscis capiebatur: ex cuius faucibus (vt alibi diximus) liquor eliciebat aptus ad tingendas vestes: quæ inde purpureæ ab ipso pisce: eodemodo sidoniæ a Sidone ciuitate Tyrimodo sarranæ ab ipsa ipsa dicebantur. Virg. Sarrano dormiat ostro. ¶ Ex humeris.s. depēdentia. ¶ Tantum orbē coronæ.i. coronā auream tanti ponderis. ¶ Quippe tenet sudans.i. adiuuat eum ad coronam sustinendam. Nam a tergo triumphantis seruus erat: qui coronā sustinebat. pli. lib. xxxiii. cap. pri. Et cū corona ex auro hetrusco sustineret a tergo: annulus tamen in digito ferreus erat, æque fortuna triumphantis & serui coronā sustinentis. ¶ hanc publicus: ordo est. Seruus publicus sudans tenet hanc nec mirum a poeta dictū seruum publicum. Nā nō solum serui erant priuati, qui dominis pro prius seruirent: sed & publici, qui ad publica ciuitatis ministeria adhibebantur. Vnde Cice. in. viii. phil. ppiea: Cottulā hoiem ædilitium iussu Antonii in cōuiuio serui publici loris ceciderunt. Valerius in. ii. de maiestate loquens de Mario: Missus enim ad eum occidendū priuata domo Minturnis clausum, seruus publicus natione Cimber. Idē in iiii. capite de fortitudine loquens de Teramene Atheniensi: Reddesque seruo publico, qui potionem tradiderat Critiæ inquit propino. ¶ Ne sibi placeat: ne nimis insolescat. nā placere sibi, est se efferre. Mart. in. v. Cū voco te dām nolo tibi Cinna placere. Maiores enim instituerūt vt a tergo triumphantis adsisteret seruus, qui pari fortuna triumpharet, moneretque triumphantē, vt seipsum cognosceret, ne tanta gloria nimium supbiret. Vnde Tertullianus sic scribit. hominē se esse, et triūphās in illo sublimissimo curru admonetur. Suggeritur enim a tergo: Respice post te, hominē memento te, etiā vtique hoc magis gaudet tanta se gloria coruscare: vt illi admonitio cōditionis suæ sit necessaria. ¶ Da nunc & volucrē: adde et & aliud triumphantis insigne.i. aquilam. Nam aquila romanorum insigne erat militare. Et (vt scribit Iosephus libro. iii. de bello iudaico) reliqua signa præcedebat: quod & vniuersarum auium regnum habeat, & sit validissima. Itaque illam & principatus insigne putāt, omenque victoriæ quodcunque bello petierint. erat & antea prima cum quatuor aliis, lupis, minotauris, equis, apris, quæ singulos ordines anteibat, paucis ante ānis sola in aciem portari cœpe rat, reliqua in castris relinquebant. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatū non fere apud legiones vnquam hybernatū esse in castris, vbi aquilarum non sit ingū. auctor est plin. lib. x. Qui in acie aquilam ferebat Aquilifer appellabatur. Vnde Tranquil. in Augusto: Constat aquilifero legiōis suæ grauiter saucio aquilam humeris subiisse, diuque portasse. ¶ Sceptro quæ surgit eburno: nā inter alia triumphātis insignia, erat & Sci.

Segmenta

Aulæa

Sarrana

Sarra
Sython
Ephyre

Seruus publicus

Aquila

Aquilifer

pso eburneus habēs aquilā in summitate: quod manibus triumphans gestabat. Dionysius libr. iii. ¶ Illinc cornicines nam cornicines sequebātur castra & pcedebātq; triūphantis currū canentes, sicq; erant & buccinatores ornamentū totius legionis ing: essu cōflictus, & eius reditu, quoties pugnabat. cornicines & tubicines canebāt. vnde est illud in. xiiii. Saty. Aut lōgos castrorum ferre labores, Si piget & trepido soluūt tibi cornua ventrē. Cum lituis audita, De iis lege Vegetium. ¶ Agminis officia: hoc est clientes & amicos triumphantem pcedentes & ministrantes. nam clientes ex instituto Romuli (vt tradit Diony.) tenebant patronis suis in magistratibus & deductiōibus, & aliis in reip. sumptibus impendiorum participes, tanq̄ genere pximos adesse. tāta erat inter eos bñuolentia, vt cliētes dignū censerent oia patronis p viribus subministrare. ¶ Niueos Quirites: nā ministri & clientes ad habenas triūphātis aderāt vestib⁹ iduti cādidis. & scribit Plutar. Paulo Aemilio eunti cū ptura ad Iberos cōcessos lictores a senatu, & equo vectum albo, albaq; indutū trabea, & ministros oēs albis vestibus fuisse indutos. Domitianus (auctore Trangl.) generū fratris indigne ferēs albatos & ipsum ministros habere pcla mauit. ¶ Defossa: posita. ¶ Sportula: quæ dabat (vt diximus in prima Satyra.) clientibus. ¶ In loculis: in prima Satyra diximus de loculis illic: Loculis comitātibus itur Ad casum tabulæ. ¶ Tunc quoq; suis tpibus incultis & agrestibus. ¶ Cuius prudētia: Democritus, inqt, exēplo ē viros prudētes vbiq; nasci posse: hocq; dictū est ex stomacho in supbiam eorum, q orti sanguine Romano cæteros cōtēnebant: sicq; docet poeta iuxta illud Apulei in prima apologia: Non ut prognatus: sed vt moratus quisq; sit spectandū: ne qua regione: sed qua rōne vitā viuere inierit cōsiderandū: qn̄ in oibus gētibus varia ingenia pueniant: quanq̄ videant quidam stultitia, vel solertia insigniores, Apud socordissimos inqt scytas Anacharsis sapiēs natus ē, Apud Athenīēses catos Melecides fatuus; Nō ergo, inqt, mirum est si & in Thracia vbi aer crassissimus ē Democritus tantæ vir prudētiæ natus est. ¶ Prudētia: in bonorum & malorum delectu cōsistit. ¶ In patria Veruecū: in Thracia vbi patriā Abderam habuit: vt scri. Laertius Diogenes: quā condidit soror Diomedis: & a nomine suo sic vocauit. ¶ Crassoq; sub aere nasci: hoc dictū esse videt ex Heracliti sñia: q (vt scri. Cice. in lib. de fato) affirmat animā ibi esse prudētiorē vbi aer sit siccior. Vnde Thebani pingues, hebetesq; sunt existimati: q a Thebis aer sit crassissimus: cōtra. Athenis sit siccus: & ideo Athenīēses prudentiores hñtur. traxit autē colorē Iuuenalis ab illo Horatii in epistolis: Bœotū i crasso iurares aere natū. Illud non est omittendū; quod scribit Probus Aemilius in Alcibiade, Bœotios. s. magis corporis firmitati, q̄ ingenii acumini inseruire. Idem ēt in Epaminūda affirmat Thebanus plus virīū esse, q̄ igenii. ¶ Ridebat curas: negocia hoium (vt diximus) & diuersos animi affectus. ¶ Cum fortunæ ipse minac: tōndebat Democritus has res humanas pro qbus mortales tantope anxii sunt nauci faciēdas: cū illæ nō sint quæ hoium mētibus tranqllitatē largiri queant: fortunāq;, quā cæteri mortales colunt, tanq̄ Deā cunctis rebus dominātē ita cōtemnebat, vt ei mādaret laqueū a qua suspēderet. intelligas eā homini virtutibus stipato, nullo mō nocere posse. nā sapiētes colunt aium, quē fortuna ferire, vincere aūt nullo modo pōt. Dictū aūt. est pūerbiale: qd vituperatīo eos, quos ita penitus cōtemnimus: vt & si se suspēdant paruifaciamus; & quasi id fieri velimus. ¶ Medium vnguem: medium digitū. quem Persius (vt diximus in eius cōmentariis) infamē appellat: Infami digito lustralibus ante saliuis Expiat. nā eum digitū cæteris contractis in aliquē ostendere contumeliosum est, est aūt inter digitos terti⁹. Vnde Martia. Ri

Abdera

Digitus medius

Quosdam præcipitat subiecta potentia magnæ
Inuidiæ, mergit longa, atq; insignis honorum
Pagina, descendunt statuæ, restemq; sequuntur
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Iam strident ignes, iam follibus, atq; caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt urceoli, pelues, sartago, patellæ.

deto multum, q te Sextile cinædum Dixerit: & pigitum porrigito medium. ¶ Ergo cū pauci cognoscant: verum bonum, & verum malum. ¶ Fas est: licet apud Deos, nam fas dicit qd cum fit, Deus nō irascitur. Ius aūt ad hoies pertinet. Vnde illud apud Virg. Sæpe ēt festis quædā exercere diebus Fas & iura sinunt: hoc est Dii, & hoies pmittunt. ergo inquit Dii permittūt se rogari, & cōcedūt, quæ nocitura sunt. ¶ Incerare genua: vtpote eas partes corporis: quas adorantes attingūt. Genua. n. (vt scribit Pli. lib. xi.) supplices tāgunt, ad ea manus tendunt, ea vt aras adorāt. ea enim antiqui Misericordiæ cōsecrarunt, sicut dextrā Fidei, aurem Memoriæ Deæ. quāobrem antiqui solebant aurem tangere illi, quē volebant meminisse. Virg. Cū canerē reges, & plia, Cynthi⁹ aurē Vellit & admonuit. Horatius: Licet ante stari? Ego vero oppono auriculā.

Fas
Ius
ASCE.

¶ Quid si vidisset. Eandē rē cōtinuat. Ordo est: Quid fecisset Democritus si vidisset ptorem extātē. i. eminentē in altis curribus: in qbus triumpharat. & si vidisset postea eundem sublimē in puluere medii Circi: & hoc in tunica Iouis: qua ēt Iupiter induebatur. & ferentē ex humeris aulæa sarrana. i. purpurea togæ pictę. s. figuris intextis, vel pictę acu. & si vidisset tm̄ orbem magnæ coronæ: quāto orbi ulla ceruix non sufficit: ad ferendū. s. Quippe quia certe publicus seruus sudans ex pōderis illius oppressione: tenet hanc sup. coronas. & ne consul triumphans sup. placeat sibi. i. superbiat: seruus publicus portatur eodē curru. da. i. adde. vel dic nunc volucrem. s. aqlam, quæ surgit. i. in sublimi sculpta est. in sceptro eburno. i. ex ebore facto. & da illinc. i. ex illa parte cornicines. & hic. i. ex hac parte. officia lōgi agminis. i. officiarios longo agmine pcedentes. & da quirites. i. cliētes Romanos. niueos. i. cādidatos euntes sup. ad frena, quos sportula. i. pecunia data p sportula defossa. i. abscōdita. in loculis. i. crumēta fecit triumphanti. s. amico. ipse Democritus inuenit quoq; . i. etiā tunc materiā risus ī oēs occursus hominū, cuius. s. Democriti prudētia ostendit summos viros: & daturos magna exempla: posse nasci in patria Veruecū. i. vbi soliti sunt hoies rudes: vt sunt Veruecs nasci. que p. i. sub aere crasso: qualis est in Thracia Democritus ridebat curas. necnō &. i. ēt gaudia vulgi, & interdū lachrymas. s. propter res amissas. cū ipse mandaret. i. transmitteret. fortunæ minaci. i. sibi minitāti. laqueum quo se. s. ipsa suspēdat. & cū ostenderet fortunæ medium vnguem. i. digitū mediū quē infamē persius appellat. ergo supuacua. s. diuitię & honores. i. ultra quā opus sit, aut perniciosa. i. necem afferentia: petūtur a multis. ppter quæ petita fas est incerare. i. cereis cādelis oblinire genua Deorū: in quibus. s. misericordiæ sedes esse putatur.

¶ Quosdam pcipitat: exemplo Seiani ostendit nimios honores: quos putamus verū bonum qnq; perdere hoies. Seianus enim, regnāte Tiberio, eo potētiæ & auctoritatis peruenerat: vt natalis eius publice celebraret, imagines aureæ passim ponerent. in qnto cōsulatu eum sumpserit collegam imperator. Verū cum is postea in omne genus crudelitatis erupisset, Seianū tanquā furem aduersus Germanici liberos filii sui, quorū ipse alterū suspecto iā, alterū, oppsso demū Seiano, interemit, datis ex Capreis literis ad senatū interfici iussit. vñ Seneca de tranqllitate uitæ sic inqt: Quo die illum senatus deduxerat, populus in frusta diuisit. in quē qc sqd congeri poterat, Dii, hominesq; cōtulerant. & ex eo nihil supfuit qd carnifex traheret. nā in scalas Gemonias unco a carnifice qcquid superfuit, tractū est. ¶ Longa, atq; insignis honorū pagina. i. inuidia quā cōtraxerat ex summis honoribus, qui in libris & actis publicis describunt. ¶ Descēdūt statuæ. i. disiciuntur p totam vrbē. Nam in gratiā Seiani statuæ passim p urbem positæ erant a multis: q nunc in eius contemptū, gra

IOAN. BRIT.
Seianus

tiamq;

Pone domi Lauros, duc in Capitolia magnum,
Cretatumq; bouem, Seianus ducitur vnco
Spectandus. gaudent omnes. quæ labia? quis illi
Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amaui
Hunc hominem. sed quo cecidit sub crimine? quisnā
Delator? quibus indiciis? quo teste probauit?
Nil horum, verbosa, & grandis epistola venit
A Capreis. bene habet, nil plus interrogo, sed quid
Turba tremens? sequitur fortunam, vt semper, & odit
Damnatos. idem populus, si Nortia Thusco
Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum, iampridem, ex quo suffragia nulli
Vendimus, effugit curas, nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atq; duas tantum res anxius optat
Pannum, & Circenses, perituros audio multos.
Nil dubium, magna est fornacula, pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram,
Quam timeo victus ne pœnas exigat Aiax,
Vt male defensus, curramus præcipites, &
Dum iacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem,
Sed videant serui, ne quis neget, & pauidum in ius
Ceruice astricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Seiano, secreta hæc murmura vulgi.
Vis ne salutari sicut Seianus? habere
Tantundem? atq; illi sellas donare curules?
Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis angusta Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldæo? vis certe pila, cohortes,
Egregios equites, & castra domestica, quid ni
Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt sed quę præclara, & prospera tanti,
Vt rebus lætis par sit mensura malorum?
Huius, qui trahitur, pretextam sumere mauis?
An Fidenarum, Gabiorumq; esse potestas?
Et de mensura ius dicere? vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris?
Ergo quid optandum foret, ignorasse fateris
Seianum. nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, vnde altior esset
Casus, & impulsæ preceps immane ruinæ.
Quid Crassos? quid pompeios euertit, & illum,
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus,
Magnaq; numinibus vota exaudita malignis.
Ad generum Cereris sine cæde, & vulnere pauci
Descendunt reges. & sicca morte tyranni.

tiamq; imperatoris deiiciuntur, sic enim fieri consueuit ad odium damnati testandum. Quod & Cicero in C. pisonem ostendit factum his verbis: Dyrrachini autem statuaз istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne sua turpissimi hominis memoria moraretur, deturbāt, affligunt, cōminuunt, dissipant. ¶ Restemq; sequuntur: verū dum ex sublimi auellūtur: an dum per vrbem in eius dedecus raptātur humi. ¶ Rotas bigarum: biga appellatur currus cum a duobus equis iunctis trahitur.

Quadriga

Sic quadriga & triga, quæ a quatuor & tribus. Licet tamen & pro iumentis ipsorum curruū inueniri. Vnde Columella lib. iiii. Sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti obseruatione custodisse. vbi p semina quadrigarū itelligit equas olympionicas velocissimas. Nec audiendi sunt, qui in plurali tantum numero inflecti contendunt, quorum falsam opinionem auctoritas optimorum auctorum redarguit: & in primis Plinii lib. vii. Myrmecides quidā in eodem genere inclaruit, a quo quadriga ex eadem materia, quam musca alis integeret, fabricata est. Tranquillus in Tiberio. Natalē suum plebeis incurrentē Circensibus, vix vnius bigæ adiectione honorari passus est. ¶ Rotas bigarum: nā statuæ (vt docet Plinius volumine. xxxiii.) nō modo equestres ponebant, orto sine dubio a græcis exēplo, qui victores celatas tantum dicabant in sacris, sed & in curribus iis qui triumphassent: sed serum hoc fuit, nec ante Diuum Augustum, nec vetus fuit bigarum celebratio in iis, qui pretura functi, curru vecti essent p Circū. ¶ Iam stridunt ignes: quibus statuæ fundantur. ¶ Atq; caminis, i. fornacibus. κάμινος enim fornacem significat: a quo etiam formamus caminatus.

Caminatus

Plinius libro. xvii. Caminata fossura ore compressiore sint. loquitur enim de scrobibus. ¶ Ardet adoratū populo caput: Seianus, inqt, quem in tanto honore tota ciuitas habuit, vt p Deo etiā coleret, igni absumit. ¶ Crepat: subiecto igne. ¶ Facie secunda: i. ex Seiani facie: quē totus orbis secundum post principem Tiberium agnoscebat. Nam interdum p eius fortunam, interdum per Tiberii simul, atq; Seiani fortunā omnes iurabant, quippe significantes ipsum simul cum Tiberio imperare, ita dixit secundam faciem, sicut & papinius Rutilium gallicū appellauit proximā ceruicem Domitiano: Stat proxima ceruix ponderis immensi. ¶ Sartago: vas est coquinarium ad res frigendas comparatum. persius metaphorice sic: Vnde hæc sartago loquendi Venerit in linguas.

ASCE.

¶ Quosdam precipitat. Ostendit potētiam magist. at° nō esse vera bona, Ordo est: potentia subiecta magnæ inuidię, præcipitat. i. ad precipitium impellit quosdam, Longa atq; insignis pagina. i. cōpacta inscriptio honorū. mergit. i. detrudit quosdā. statuæ prius erectæ in gloriam, descendunt. i. deiiciunt: & sequunt restem per quam in terrā trahunt. deinde ipsa securis impacta. i. ipulsa cædit ipsas rotas bigarum: in quibus. s. stabant statuæ. & crura frāguntur cabellis. i. equorum statuis. emeritis. i. qui nihil cōmeruerint propter quod frangi debeant. Iam. i. paulopost. stridunt ignes, qbus funduntur statuæ. & iam caput adoratum populo. i. prius a multis honoratum: inclinatione capitis: aut alio gestu corporis. follibus, atq; caminis. i. fornacibus. & ingēs Seianus. i. magna statua Aelii Seiani. crepat. i. cum crepitu resoluitur in fornace. deinde. i. post effusionē vrceoli: pelues: sartago: & patellæ: idest parua & vilia vascula fiūt ex facie secundam in dignitate scilicet. toto orbe: idest inter omnes existentes in orbe.

IOAN. BRIT.

¶ Pone domi Lauros: Verba sunt populi insultātis Seiano in gratiā principis. Lætitiam, inquit, ostēde, captus est Seianus hostis nostri imperatoris, & iam vnco ducitur in scalas Gemonias. nā in signū lætitię frondibus & sertis fores ornabātur. Vnde & superius: per limina tende corymbos. ¶ In Capitolia: vt Ioui Capitolino mactetur. ¶ Cretatum: candidum. persius: Cretata ambitio. i. candidati cōpetitores magistratuum. Martia. Cretatam pręctor cum vellet mittere mappam. ¶ Ducitur vnco: nam damnati vnco trahebātur in scalas Gemonias, interdū & in Tyberiз. Vnde Lampridius in vita Commodi sic scribit: Corpus eius vt vnco traheretur, atq; in Tyberiз mitteretur senatus & populus postulauit. ¶ Quę labra: Verba populi Seianum mortuū insectantis. ¶ Delator: occultus (vt diximus) accusator Deferre enim est clandestino accusare. Martialis: Ecce reū carus te detulit, adsit agellus. ¶ Indiciis: & idicibus legitur. Nā index significat eum, qui cōiurationem, adulterium, aut aliā

Index

rē secretā detegit. Vnde & indicium.i.ipsa detectio. Ouid.
lib.vii. Criminis exemplo ficti temerarius index. Index etiā
pro indicio: vt illud apud Valeriū: Tam memorabilis ope/
ris index est in Capitolio statua bullata. Index etiā capit̄ p
secundo digito manus per quē aliqd indicamus. Celsus: Per
plagam digitus index erit dimittēdus. capitur & pro operis
titulo. plin. lib.xxx.capi.primo: Vicies cētum millia versum
a Zoroastre condita, indicibus quoq; voluminū eius positis
explanauit. Index item pro eo lapide, quo auri & argēti tēn
Capreæ tatur bonitas. Nil hor: respondētiū verba. A Capreis:
insula est Cāpaniæ, vbi frequens erāt Tiberius ad vacatio/
nem vrbanarū rerum. Olim a cōtinenti auulsæ fuerunt. Stra
bo in.vi. sic scribit: Prochita & pithecusæ auulsæ de terra
partes sunt: eodē modo & Capreæ. ergo a Capreis, a Tibe
rio. Epistola venit: ad senatū enim scripsit per Neuiū Ser/
torium Macronē oportere Seianū in custodia haberi, aper
te autē interfici non imperabat: non quia id nollet, sed quia
timebat, ne ex hoc tumultus orireť. Bene habēt: inualuit
praua cōsuetudo: vt dicatur bene se habet. Sed profecto ita
dicendum est bene habet: quo genere locutionis veteres vsi
sunt. Terētius: Bene habet. Propertius: Et bene habet nunq̄
mater lugubria sumpsi. Horatius: Magnū narras vix credibi
le, atqui Sic habet. Sic & græci locuti sūt καλῶς ἔχει. Sed
quid verba poetæ: Quid, inqt, turba facit. Sequtur fortu/
nam: naz vulgares homines in amicitiis colendis fortunam
maxime sequuntur: vt quo se illa: eodem quoq; se inclinent.
vnde est illud Horatii: Diffugiūt cadis cum fece siccatis ami
ci. Sic etiā Ouidius scribēs ex Pōto ad Maximū: Affuit ille
mihi, cum me pars magna reliquit Maxime, fortunæ nec fuit
ille comes. Idem in eodem, Et cū fortuna statq;, caditq; fides
Idem: Diligitur nemo nisi cui fortuna secūda est: Quæ simul
intonuit, proxima quæq; fugat. Poeta igitur ostendit turpe
esse amicum in aduersis deseri. vnde & Ouidius in ponto:
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere amicū: Et nisi sit fe/
lix, esse negare suum. Vt semper.s. fecit in aliis. naz quo se
fortuna eodem & fauor hominū iclinat: modo enim eū sum
mo honore in senatum deduxerunt: modo lecta Tiberii epi
stola omnes vno ore cōuiciati sunt ei, in carcerēq; traxerūt.
Idem populus: vulgi leuitatē ostendit & taxat. Si enim, in
quit, accidisset vt ei Nortia ppitia fuisset, & Tiberius natu/
ræ per senectam concessisset, certe Seianus imperator crea/
Nortia tus fuisset. Si Nortia: hoc est Dea Hetruscorū. Nam (vt ex
Tertulliano didicimus) Volsinieñ Dea peculiaris fuit Nor
tia & Sutrinorū. Sic enim scribit: Vnicuiq; etiam prouinciæ,
& ciuitati suus Deus est. & paulo infra: Crustum neñsiū Del
uentinus, Narniensiū Viridianus, Asculanorū Ancharia, Vol
siniensium Nortia: Oriculanorū Valentia, Sutrinorum Nor
tia & cætera. de Nortia itē Liui⁹ lib.vii. sic scribit: Volsiniia
quoq; clauos indicet numeri annorum fixos in templo Nor
tiæ Hetruscæ Deæ cōparere diligens talium monimentorū,
auctor Cincius affirmat, sub eius nomine fortē, fortunāq;
significari. scribit Martianus capella in libro de nuptiis phi/
lologiæ. Thusco, i. Seiano, qui ex Hetruria erat oriūdus.
Si senectus secura pricipis foret oppressa.i. si Tiberius in
senecta quieta morte assumptus esset, & non solicita: ac si di
catū in tranqllo reip. statu & ciuitatis beneuolētia mortuus
esset. hoc autē dicit, quia non sine magno animi cruciatu op
petiit. de eo enim sic Tranqllus recitans initiū epistolæ eius:
Quid scribā patres. c. aut quō scribam, aut quid omnino nō
scribā hoc tempore Dii me, Deæq; perdāt, quē quotidie pe
rire sentio, scio. Veneno (vt aliq tradiderunt) lento & tabi/
fico sublatus fuit. Oppressa ta morte: non autē a Seiano, ut
quidā inepte scripserunt. Hac ipsa hora: qua.s. dānatus est,
& ductus unco. Augustū: hoc est imperatorem oēs enim
imperatores Augusti nomen sibi vsurparunt. Iampridē, ex
quo: hic sensus est: Non fuisset inqt mirum si forte populus
romanus mortuo Tiberio imperatorem Seianū creasset. Et
non potius ipse sumeret curiam reip. administrādæ per liber
tatem. Is enim ex quo fuit subiugo & imperio Cæsarū pristi
næ libertatis iam est oblitus: nec nunc aliud in ptio habet, q̄
ludos Circenses. erit autem ordo: Populus iā pridem effugit
curas, ex quo suffragia nulli vendimus. Suffragia nulli ven
dimus: populo ius & arbitrium solibat esse trium rerū, ma/
gistratuum.s. creandorum, legum faciendarum, bellorum in
ferendorum, auctor est Dionysius in sexto libro nunc igitur
ostendit in creandis magistratibus, quos ad arbitrium suum
per suffragia creare solebat, nunc nullam ei esse creādorum
potastatem, sed omnia tantum imperatoris nutu geri: quod
ab Sylla primum factum constat: cum se dictatorem dixis/
set. Nam ei senatusconsulto data fuit potestas necis, confi/
scationis, fortionum, possessionis, populationis, auferendi
regni, conferendi cuicunque collibuisset, plubicatarum ven
ditiones ædium. omnia enim arbitrio suo administrabat.
Quod postea factitarunt imperatores: qui secuti sunt op/
pressa libertate. Vnde Tanquillus in Caligula sic: Tentauit
& comitiorum more reuocato suffragia populo reddere.
Vendimus suffragia: consueuerant, enim cōpetitores ma/
gistratuum in comitiis tribuum suffragia sibi coemere mu/
neribus, & largitionibus. Quod & plutar. eleganter in vita
Coriolani his verbis ostendit sic: Diu siqdem post emptio &
venditio sera prupit: & inter concionis suffragia sese argen
tum miscuit, Seneca ad Luciliū: Quā putas iucundū esse tri/
bubus vocatis, cū candidati in templis suis pendeāt, & alius
nūmos pronunciet, alius p sequestrem agat, alius eorū manus
osculis conterat. petronius: Nec minor in cāpo furor est, em
ptiq; Quirites: Ad pdam, strepitumq; lucri suffragia vertūt
Venalis populus, vænalis curia patrum. Effugit curas: po Imperiū merū & mistum
pulus, inquit, iam omisit curas pristinas gubernandæ reipu/
blicæ, & eas ipsis reliqt imperatoribus: qui omniū iam rerū
habenas ad nutū moderanť. Imperium: aut merum est, au
mistum. Merū est imperium habere gladii potestatē ad ani Iurisditio
maduertendū in facinorosos homines: qd etiā potestas dicit
Mistū imperium est, cum et iurisditio inest, qd in danda pos/
sessione cōsistit. Iurisditio est etiā iurisdādi licentia. hæc Vul
pianus de vi omniū iudicium. Imperiū ergo possum⁹ accipe
re, aut dictaturā nam (vt scribit pompei⁹ de iuris origine)
proditi sunt dictatores: a qbus nec prouocādi ius fuit: & qui
bus etiam capitis animaduersio data est: aut simpliciter quā
cunq; dignitatē. Fasces: cōsulatus & pturas. Nam sex licto
rescum totidē fascibus virgarū, & securibus colligatis pto/
rem, duodecim vero cōsulem pcedebant. Legiones: exerci/
tus, pfecturas stratioticas. Cōtinet nunc se: & hæc omnia
pmittit ab imperatoribus, qui populi libertate oppressere,
disponi. Pannū, & Circenses: videtur potius legendum eē
pana, q̄ pannū, duas enim res dicit populū curare. vt sit sen Lupercales ludi
sus: Lupercales ludos in honorē panos, & Circenses curat, si
enim dicas pannū, & Circēses: vna tñ res erit, de lupercis su
pra diximus in scda Satyra: palmas pbere luperco. De circē/
sibus añt illic in tertia, Si potes auelli Circēsibus: aut (qd ma
gis placet) legendū panem, & Circēses: vt dicat populo duo
tñ summo studio optare, tum vt annona frumentaria vilis
sit, cuius angustia & penuria eū sæpe habuit anxiū: vnde il/
lud est Cor. Taciti lib.xv. de Nerōe: Hæc atq; talia plebi va
lentia fuere voluptatū cupidine. Et quæ pcipua cura est rei
frumētariæ angustias, si abesset, metuenti tum vt ludi Circē
ses, qbus valde (vt ante dictū est) delectatur, celebrenť. Sicq;
ostendit populū duo curare: quorū alterum ad corporis ne/
cessitatē sit: alterum ad animi voluptatē expendam. Peri/
turos: verba sunt populi. Magna est fornacula: magnum est
incendiū: hoc est res maximi excidii & furoris moueť. ex cō
trarietate quæsitus est ornatus: ait enim magna contrario
fornacula. Mi: pro mihi, Virgil. Et mi genus ab Ioue sum/
mo. Brutidius: nomen fictum. Quam timeo: q̄ time o ne
multi imitati Aiacem manu sua sibi mortem consciscant: vt
pote qui male defensi fuerint, qd multi fecerunt Tiberii tem
poribus. vnde Trangl. Citati ad causam dicendā partim se do
mi vulnerauerūt, certi dānatiōis: sed ad vexationem, ignomi
niamq; vitandā, partim in media curia venenum hauserunt
Aiax.i. ciuis citatus. Nā Aiax, cū in iudicio armorū Achillis
ab Vlysse esset supatus: dolore in isaniā versus est: q mortem

Vlyssi

Vlyſſi minatu ſcum ad eius paſcua veniſſet: ratus eius cõmi
litones interficere: oues & alia pecora trucidauit. In caprum
quẽdam, quem Vlyſſem eſſe crediderat crudeliter ſæuiuit, q
ſimulac cognouit, quæ p inſaniam ꝑpetraſſet, gladio ſibi pe
ctus trãſuerberauit. Aiax Telamonis fuit filius ex Heſione
Aiaces duo Laomedontis filia: fuit & alius Aiax Oilei filius in currendo
potentiſſimus. vt ſcribit Homer. in Iliade. ¶ Calcemus Cæſa
ris hoſtem: pedibus, inquit, Seianum hoſtem Cęſaris ꝓtera
mus. Et videant nos ſerui ne nos accuſent, qđ eum vt amici
nõ calcauerimus. Illudq; reſpexit poeta, ꝙ nulli delatorꝫ (au
ctore Tranql.) fides eſt apud Tiberiũ abrogata. ¶ Ceruice
Obtorto collo abſtricta: obtorto collo. q enim vi in iudicium, aut ad aliqđ
ſuppliciũ ducebantur, aut obtorto collo, aut iniecto laqueo
trahebant. Plaut. in Penulo: Sed qd ego dubito fug re hinc
in malã crucẽ driuſq̃ obtorto collo. Ad prætorẽ trahor. Idẽ
in Curculione loquẽs de trapezita. q in ius trahebatur. Col
lum obſtringere, abduce iſtũ i malã crucẽ. Cice. in oratione ꝓ
Aulo Cluentio: Nec qcq̃ ꝓpius eſt factum, q̃ vt illum pſeque
retur, & collo obtorto ad ſubſellia reduceretur: vt reliq̃ poſ
ſet porare. Diuus Hierony. in epiſtola ad matrem, & filiã in
Gallia commorantes ſic ſcribit: Obtorto collo me in ius tra
his: vt aut ꝓbem qđ nolo: aut multorꝫ inuidiã ſubeam. Trã
quil. in Vitellio: Religatis poſt terga manibus iniecto ceruj
cibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudus i forꝫ tractus eſt. Apu
leius lib. viii. Meta. Collo cõſtrictum reducunt eum paſtores
moleſti. Idẽ i nono: Colloq; cõſtricto & ſacrilegos, impuroſ
q; cõpellentes interdũ pugnis obuerberant. ¶ Hi ſermones:
ſubaudi erant, q ſequũtur. ¶ Vis ne ſalutari: uis ne eſſe ea po
tẽtia, & auctoritate, q̃ Seianus extitit apud principẽ? ¶ Ha
Sella curulis bere tãtundẽ. ſ. diuitiaꝝ poſſidere. ¶ Sellas donare curules
.i. creare tuo arbitrio magiſtratus. nã ſella curulis magiſtra
tuum erat, & triumphantiũ. Alij dictã putant, qđ in curru
ponebatur: quo in curiã ſoliti erãt vehi honoris gratia: q ma
giſtratũ geſſiſſent. auctor Gel. lib. iii. cap. xviii. ¶ Tutor prin
Tutor cipis: tutor is dicitur (vt dictũ eſt ante) q̃ poteſtatẽ habet in
capite libero ad eũ tuendũ: qui ꝓp ætatem ſuã ſpõte ſe defen
dere neq̃t, q̃ſi tuitor & defenſor, ſicut ędituui q ædes tuent.
Seianus autẽ principe Capreis cõmorante, oĩa gubernabat,
tanq̃ tutor principis & defenſor. ¶ Capreaꝝ in rupe ſedẽtes:
Capreæ iſula eſt in littore Cãpaniæ, peculiaris Tiberii Cæ
ſaris receſſus. p iq; vocalem nõ p e penultima ſyllaba legitur:
vt argumento ſunt codices græci ita ſcripti. ¶ Chaldeo: hoc
Thraſyllus dicit ꝓp Thraſyllũ mathematicum Chaldæũ quem de futu
ris maxime cõſulebat. Chaldæi aũt (Diodoro auctore) Ba
Chaldęi byloniorꝫ antiquiſſimi fuerũt: qui eum locũ in ſua repub. quem
in Aegypto ſacerdotes obtinuere. Ad cultũ enĩ Deorꝫ deſti
nati, p oẽm vitam philoſophabãtur, peritiſſimi aſtrologiæ ha
biti, multi diuinatione quadã futura prædicebãt, ac tum au
guriis, tum ſacris, tum aliis qbuſdã incantationibus, & mala
auertere ab hoibus, & bona afferre, auguria inſup, ſomniaq;
& ꝓdigia interpretari conſueuere. de his ẽt ante diximus in
vi. Saty. illic: Chaldæis, ſed maior erit fiducia. ¶ Vis certe pi
la: non interrogãtis eſt: ſed affirmãtis. Scio inq̃t te velle impe
ria militaria: vt. ſ. præeſſis cohortibus prætorianis, qbus Seia
nus ꝓfuit. ¶ Pila: tela ſunt Romanorꝫ, Lucanus: Et pila mi
Pila nãtia pilis. Sicut ſariſſæ Macedonũ, & geſſa Gallorꝫ. ¶ Egre
Sariſſæ gios eq̃tes: itelligit aũt eq̃tes domeſticos: quos Romani ſtra
Geſſa tiotas appellarunt. & ſic docet quæ ſint caſtra domeſtica: vt
Prætoriani ſtet & particula ꝓ ideſt. caſtra enĩ domeſtica erãt ipſi eq̃tes,
q ad impatoris cuſtodiã excubabãt: ẽt pręetoriani dicebãtur.
Eques Eques aũt duplici mõ, accipitur, vt eques illẽ appellet. q mer
cede aliena cõductus equo meret. Et q cenſu ſuo equeſtrẽ ob
tinet dignitatẽ, ita Mar. dicit eques nõ alienus: Quis largit
opes veteri fidoq; ſodali? Aut quẽ ꝓſequit nõ alienus eques.
Idẽ in Diſtichis: Felix cui comes eſt nõ alienus eques: hoc eſt
q aliena mercede non facit ſtipendium: ſed diuitiis ꝓpriis eſt
eques. itẽ eq̃tẽ ꝓ equo poſuit Ennius: Deniq; vi magna q̃dru
pes, eq̃s, atq; elephãti Proiiciunt ſeſe, quẽ locũ ſecutus Virg.
ſic ſcripſit: Frena Pelethronii Lapithæ, gyroſq; dedere Impoſi
ti dorſo, atq; eq̃tẽ docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſ
ſus glomerare ſupbos. ¶ Cohortes: cohors ꝑs decima eſt le
gionis. Nã i legione decẽ erãt cohortes, cõſtabat q; peditibus Cohors
& eq̃tibus, ſed maiore ſemp peditũ numero. ¶ Quid ni hæc
cupias: nõ eſt, inq̃t, mirꝫ ſi tales honores cupias. nã & qui no
lũt occidere quẽq;, velint tñ poſſe occidere, ac ꝓinde eſſe po
tẽtes & principes. ¶ Sed quæ pręclara: ſentẽtia eſt catholica,
quæ tñ Seiano accõmodat, quę id cõtinet: qđ his verbis ſcri
bit Apuleius: Nihil qcq̃ hoi tam ꝓſperꝫ diuinitus datũ, qn &
tñ admixtũ ſit aliqd difficultatis: vt ẽt i ampliſſima quaq; lę
titia, ſubſit quæpiã vel parua querimonia coniugatione qua
dã mellis & fellis. Sed & Pli. lib. vii. ſic: Quid bona malis pa
ria non ſunt ẽt pari numero, nec letitia vllo minimo dolore
penſanda. Plaut. in Amphitryone: Ita Diis placitũ, volupta
ti vt moeror comes cõſequatur, q in incõmodi plus, maliq; illi
co adſit, boni ſi obtigit qd. Vnde & Salomon i ꝓuerbiis: Ri
ſus dolore miſcebit, & extrema gaudii luctus occupat. Oui
di. lib. vi. Meta. Vſq; adeo nulla ẽ ſyncera voluptas: Solicitũ
q; aliqd lætis inuenit. ¶ Prætextã: prætexta triumphãtium
fuit & magiſtratuum: vt ex Macrobii lectione ſupius docui Prætexta
mus. Prætextã ẽt ſolitos geſtare ſenatores cõſtat. Vñ Asconi
us ait: prætextã nobiliorꝫ eſſe, togam vero viliorꝫ. dicta prę
texta ꝙ purpura prætexeretur. Vnde pli. lib. ix. de purpura
loquẽs ſic inq̃t: Hinc faſces. ſecureſq; Romanæ viã faciunt.
Idẽq; ꝓ maieſtate in pueritia, diſtinguit q; ab eq̃te curiã. præ
textam ergo hoc loco accipe poſſumus veſtem ſenatoriam,
quã eo die induerat, quo venit in ſenatum cum occiſus fuit.
¶ Sumere maius: hæc interrogatio eo tendit, vt oſtendat lõ
ge tutius eſſe in mediocri, humili q; fortuna verſari q̃ in ſũ
mã opulẽtia. ¶ An Fidenarꝫ, Gabiorꝫ oppida (vt diximus an
te) Latii deſerta. de qbus Hora. ſic: Gabiis deſertior, atq; Fi Poteſtas
debis vicus. ¶ poteſtas: nomen eſt officii. nam (vt paulo ſu
perius diximus ex Vulpiani teſtimonio) poteſtas appellaba
tur merꝫ impiũ: qñ quis poteſtatẽ gladii haberet ad aiaduer
tẽdum in ciues delinquẽtes. Trãquil. i Claudio: Atq; ẽt p ꝓ
uincias poteſtatibus demandauit: ergo poteſtas Gabiorũ. i.
eſſe magiſtratus & habere impiũ Gabiis ad aiaduertẽdũ in
ciues facinoroſos. ¶ Vaſa minora: Frãgere. i. eſſe ædilis, q põ
deribus & menſuris præerat. pſi. Seſe aliqd credens italo qđ
honore ſupinus Fregerit heminas Arreti ædilis iniq̃s. Erant Aediles
aũt ędiles minimi magiſtrat⁹: adoleſcenteſq; prima cõmenda
tione creabãt. Cice. legũ ſecũdo: Sũtoq; ędiles curatores vr
bis. ãnonæ, ludorũq; ſolẽnium, olliſq; ad honoris amplioris
gradũ primus acceſſus eſto. ¶ Vlubris: oppidũ eſt Latii deſer
tũ. vñ ait vacuis: hoc eſt parꝫ habitatis. Nã oppida ẽt præter Pannoſus
vrbẽ ipſam (vt oſtẽdimus in. iiii. Saty.) ædiles hẽbãt. ab Vlu
bris fit poſſeſſiuũ Vlubranus & Vlubrenſis. ¶ pãnoſus: veſti Pannucius
bus craſſioribus. nã pãnos & pãnucii dicitur, q veſtibus in
cedũt craſſioribus: hoc aũt dicit cõtra prætextã, quę purpu
rea erat & pretioſa. ¶ Ergo qd optãdũ: ꝑoratio eſt, qua oſten
dit Seianũ ignoraſſe verꝫ bonũ: cũ illud in dignitatibus &
honoribus reponeret: cũ Seianus, inq̃t, tãta mala ꝓp nimios
honores ſit paſſ⁹. Ergo ignorauit, q verꝫ bonũ eẽt, & ꝓinde
qd optãdũ. ¶ Numeroſa parabat: Seianus, inq̃t, q ſũmos ſibi
honores q̃rebat, ꝑcerã turrẽ ſtruebat, vñ caderet. Nã q̃to qs
altiore loco cadit: tãto grauiorẽ ruinã ſẽtit: hocq; totũ meta
phoricos. Claudia. in Ruffinũ: Tolluntur i altũ Vt lapſu maio
re ruãt. Hora. Et celſę grauiore caſu Decidũt turres. ¶ præ
ceps immane: poſuit ꝑceps vt ſubſtãtiuũ q̃ſi ꝓ pręcipitio. ſic & Pręceps
papi. i Suteriis Rutilii Gallici: Et ſubiti ꝑceps iuuenile pidli
¶ Quid Craſſos: patrem & filiũ, quos a parthis cæſos oſten
dũt hiſtorici. Nã cũ populus Ro. a parthis graue bellũ motũ
ad orientẽ accepiſſet, aduerſus eos miſit L. Craſſũ cũ iſinitis
regũ auxiliis. nã Bithyniæ rex Nicomedes Romanos iuuit,
& Mithridates põticus cũ quo bellũ poſtea grauiſſimũ fuit,
& Ariarates Cappadox, & ptolemæus paphlagõ, victus tñ
eſt Craſſus, & ab hoſtibus captus, caput ei reciſum cũ manu
dextra Ariſtõico regi oblatũ ludibrio fuit, & qa parthico au
ro inhiãs talẽ ſuſceperat expeditione), aurꝫ liqdũ i os eius infu
ſũ fuit, vt cuius aius arſerat auri cupiditate, eius ẽt mortuũ
& exangue corpus vreretur, eius filius a parthis cũ eos inſe

queretur,cũ exercitus parte insidiis interceptus obtruncat̃,
eius caput abscissũ & lãcea præfixũ Parthi añ Crassi castra
ostẽtabãt.¶Quid Põpeios:Magnũ Põpeiũ cũ duobus filiis:
quoꝝ Magnus dũ primũ sibi in rep.locũ quæreret a Cæsare in
cãpis Philippis pfligatus a ptolemæo rege Aegypti interfi/
citur. Filii vero Cn.& Sextus cũ ingẽs bellũ in Hispania pa
rarẽt,idemũ apud Mũdã ciuitatẽ a Cæsare sũt supati. Cneũ
eo prælio pfugũ cruꝫ saucio deserta,& auia petẽtẽ Cenoni⁹
apud Lautonẽ oppidũ cõsecutus pugnãtẽ, nec dũ desparẽtẽ
interficit. Sextũ fortuna i Celtiberia interiꝫ abscõdit,aliisqꝫ
post Cæsarẽ bellis reseruauit,Is eniꝫ cõtractis infelicis belli re
liquiis i Sicilia ingẽs cõmouit bellũ,cõfugiẽtib⁹ ad eũ,q sup
fuerãt ex ptibus Bruti & Cassii.veꝝ prælio nauali ab Agrip
pa & Augusto supat⁹ amissa classe,etc.& qnquaginta nauiũ
cũ sex nauibus in Asiã pfugit:vbi a Titio,q̃ eũ oliꝫ captũ ser
uauerat Mileti,interficit̃.lege Apianũ.¶Et illũ,s.Iuliũ Cæsa
rẽ,q postea i senatu tribus & vigĩti vulneribus cõfossus fuit,
Bruto & Cassio cõiurationis pricipibus,primoqꝫ eius pcus
sore Casca,q eũ iuxta collum ense pcussit. ¶Ad sua flagra:ad
suũ impiũ,vt sibi pareret.¶Nulla nõ arte petitus.i. oi arte q
situs.¶Numinibus malignis:nõ ppitiis,non amicis. ¶Ad ge
neꝝ Cereris:non est,inqt,mirũ hos oẽs tã crudlr cæsos,pau
ci eniꝫ sunt tyrãni,q ferro nõ peãt. Tyrãni aũt(auctore pro
bo) dicũtur & habẽt,qui potestate sunt ppetua in ea ciuita
te,quæ libertate vsa est.¶Ad generꝫ Cereris.i plutonẽ,q ra/
piẽdo proserpinã factus est Cereris gener.nota est fabula.
¶Pone domi Lauros. Verba sũt poetæ pcipiẽtis q factũ
ASCE. oportet negat taeite. Sicut Aegloga pri. Insere nũc Melibœe
piros,pone ordine vites Sic ẽnt populi verba vt Mãc. vult,
diceret:Gaudem⁹ oẽs:nõ gaudẽt. Sẽsus ergo & ordo ẽ:Tu
qsqs es,triũphũ tantope affectas.pone domi tuæ Lauros, q
bus coronatũ ee significes. Duc bouẽ magnũ & cretatũ.i.al/
bũ,i Capitolia vt sacrifices Ioui capitolino:vt triũphãtes so
lẽt,q.d.nõ deberes hoc tãtope desiderare:qꝫ in triũphũ non
est veꝝ ac stabile bonũ:qd̃ pbat. Nã Seianus,q triumpharat.
ducit̃.i.trahit̃ ad suppliciũ vnco gutturi infixo,spectãdus.i.
oibus spectabilis:q vt triumphãtẽ viderint:nũc ad suppliciũ
ignominiosissimũ trahi videãt. Oẽs q triumphãti cõgrat la
ti erãt,atqꝫ applauserãt,gaudẽt.i. nũc in interitu eius ridẽt.
dicẽtes qñ a spectaculo taꝫ crudeli reuersi sunt. quæ.i.q̃lia la
bra sup.erãt illi:hoc ẽ quo detorsit labra sup.qs.i:q̃lis. vult⁹
erat illi? Si qd.i.si aliqd, vel in aliquo credis mihi. ego nunq̃
amaui hũc hoiem.qd̃ dicunt, q prius summi illius animi visi
sunt. Sed inqt poeta,aut quis taliter increpãtes audiens.sed
sub quo crimine.i.sub quo titulo criminis.cæcidit.i. occisus
est.q̃ inaꝫ fuit sup.delator.i.occultus accusator.qbus iudiciis
.i.cõplicibus rem indicãtibus.quo teste pbauit sup.delator?
Respõdet quis de populo. Nil horꝫ sup.in cõdẽnatione eius
fuit.sed sup.epistola verbosa.i.multorꝫ verborꝫ. & grãdis.i.
mãdatũ Tiberii venit a Capreis vbi tũc erat. Respõdet poe
ta ironicos. Bene habet sup.res hæc se. Nil plus interrogo:
qa.s.satis est principẽ sic voluisse. Sed qd sup.fecit turba tre/
mẽs:eo qd̃ sibi simile accidere posset.per qd̃ innuit populum
nõ debuisse pati vt indẽnatus & insons pateret̃. Respõdẽtis
ad quẽ loqtur poeta. populus sup.qd f.ceret. seqtur fortu/
nã vt semp.sup.solet.& odit dãnatos. Idem populus Roma
nus,q sic gauisus est in morte seiani, si Nortia.i. De Hetru/
scoꝝ quæ Hetruscũ Seianũ ptegere debebat: fauisset Thu/
sco,s.Seiano.& si secura senectus principis.s.Tiberii,q in se
necta securus viuebat.fuisset oppressa a Seiano. dicere hac
ipsa hora:q̃ Tiberius occisus esset.ipsum seianũ Augustũ.i.
summũ impatorẽ & patrẽ partiæ rẽpub.augẽtẽ. Populus Ro
manus sup.effugit iãpridẽ.i.a plusculo tpe.curas.i.solicitudi
nes eligendi magistratus(hoc iterũ satyrico morsu dicit irri
dẽs ignauiã Romanorũ)ex quo sup.tpe.i.postq̃ nulli vẽdi/
mus suffragia.i.pũcta aut voces nostras. Nam popu.Ro.s.q
dabat olim impiũ fasces:legiones:& oia sup.alia,ↄtinet nũc
se.i.cõtẽtus mõ viuit:& optat anxius tm̃ duas res.s.pãnũ:q
victoribus p præmio ppositus est & Circenses.s.ludos:hoc
est populus se nõ amplius intromittit de gubernatione rei/
pub.& ideo princeps.i.impator p libito:quẽ vult.interficit.
Vñ seqtur. Ego audio multos pituros sup.eẽ,respõdet alter
nil dubiũ sup.est:q a fornacula.i.ira impatoris: quasi quædã
patua fornax feruens est magna.vel fornacula quã impator
ad noxios,aut quos vult puniẽdos cõstituit,est magna. Bru
tidius meus sup.amicus fuit mi.i mihi.obuius existens palli/
dulus præ timore.ad i.iuxta.arã Martis vltoris.s.quã.i.q̃tũ
timeo.q d.multũ:ne ipse victus ĩ iudicio exigat pœnas a se
.s.seipsum interimẽdo.vt.i.quẽadmodũ sup.fecit Aiax male
defensus in certamine ↄtra Vlyssem p armis Achillis. Innuit
aũt q Brutidius tractus erat ad iudiciũ tanq̃ fautor & ami/
cus Seiani:vnde dicit poeta noie alicuius e populo tũc viuẽ
tis. Curramus pcipites.i.velociter:& calcemus hostẽ Cæsa/
ris.s.Seianũ.dũ.i.q̃diu.iacet in ripa.i.sub scalis Gemoniis in/
sepultus:sicut iacuit Põpeius hostis Iulii Cæsaris in littore.
Sed serui.s.nostri videãt.i.circũspiciãt,& attẽdãt.ne qs eorꝫ
neget.i.recuset calcare seianum.& trahat(ppterea q ex ser/
uis espiat̃ suspitio de dño)dñm pauidũ in ius,& hoc ceruice
eius astricta ad cathenã,aut funẽ. vel sic. Si petat̃ ab impato/
te ad suppliciũ dñs aliquorũ seruorũ:videant ipsi serui:ne qs
eorũ neget dñm:sicut olim fideles serui dños suos occultaue
rũt:sed vt trahat dñm pauidũ in ius.põt ẽt itelligi de seruis
seiani. Sed videãt serui seiani:ne quis eoꝝ neget dñm ad sup
pliciũ trahere:sed trahat &c. Hi.i.hmõi sermones & hæc se/
creta murmura vulgi erant sup.tũc de seiano. Vis ne salutari
sicut Seianus:q collega & summus amicus Tiberii salutatus
est.vis ne habere tantũdẽ,q̃tũ seianus habuit atqꝫ donari illi sellas
curules:& præponere illũ exercitibus.& vis ne haberi tutor
.i.ptector principis.s.Tiberii.sedẽtis.i.otia ducẽtis in augu
sta rupe Capreanũ.cũ grege.i.collegio. Chaldeorũ.i.mathe/
maticorũ & astrologorũ.vis pila certæ.i.speciales cuiusdã co
hortis.vis egregios eqtes.& castra domestica.i.ptorianas co
hortes,qbus vt seianus,pficiaris. Quid ni.i.cur non.cupias
hæc.&.i,ẽt.ii sup.q nolunt occidere quenq̃:volunt tñ posse
.i.habere potẽtiã. Sed(licet oẽs velint potẽtiã & diuitias)
sunt sup.tm̃.i.intãtum.pclara & pspa.i.q̃ res sunt intãtum
pclaræ & psperæ:vt mensura malorum,q̃ sequunt̃.sit par.i.
nõ maior,sed æq̃lis reb⁹ lætis.q.d.nulla. An sup.mauis.i.ma
gis vis sumere prætexta.i.impatoria ornamenta huius.s.se/
iani:q trahit̃ vnco.s.ad supplicium.an vis esse potestas.i.gu
bernator Fidenarũ & Gabiorũ.i.paruorũ illorũ oppidorũ.
& tu effectus ædilis.i.ædiũ,& edẽdorũ pmisor & cẽsor.pã
nosus.i.paup & male vestitus. Vlubris.i.in illo vico,& pago
Latii(Galli villagio dicerẽt)vacuis.i.desertis,& nõ populo
sis dicere sup.ius de mẽsura an æqua an iniq̃ sit.& frãgere va
sa minora q̃ iustum sit q.d.poti⁹ deberes eligere minimũ ma
gistratum vbi secure viuas:q̃ summũ Romæ vbi, vt seianus
piculo subiiciaris. vnde infert. Ergo cum ita sit q minimus
magistrat⁹ in oppidulis,aut pagis sit potius eligẽdus,q̃ sum
mus Romæ.tu fateris seianum ignorasse qd foret optandũ.
nã.i.vt pote q.vel nã sup.is erat:q optabat nimios honores:
& q poscebat nimias opes:& parabat numerosa.i.multipli/
cia.tabulata.i.sola in domib⁹ ex tabulis ↄfectaq̃ solaria qdã
appellãt.celsæ turris.i.in domo eleuata:q̃si sit celsa turris. Vñ
.i.de qbus tabulatis.casus.i.ruina esset altior.& præceps.i.
pcipitium. ruinæ impulsæ.s.violenter illatæ.esset imane.i.
terribile:vt res imanis præ magnitudine timẽda:sicut imma
nia cete Virg.in.v.Aenei.dixit. vel minime bona:mã manũ ẽt
bonũ dixerunt. Quid euertit Crassos & Põpeios potẽtissi/
mos Romæ.& qd euertit illũ.s.Iuliũ Cæsarẽ dictatorẽ ppe
tuũ,q deduxit.i.ipulit p tyrãnidẽ. Quirites.i.Romanos.do
mitos.i.subactos:& q̃si in seruitutẽ redactos.ad sua flagra.i.
magna flagella,qb⁹,quos voluit:cædebat. Rñdet poeta. Nẽ/
pe.i.certe.summ⁹ loc⁹ nulla nõ.i.q̃libet.arte.i.astutia petit⁹.
& magna vota exaudita numinibus.i.a numinib⁹.malignis
.i.maleuolẽtibus.pauci reges descẽdunt ad generꝫ Cereris.i.
ad Plutonẽ Deũ inferoꝝ:qui Proserpinã filiã Cereris a se
raptã vt cõiugẽ tenet:hoc est pauci reges moriunt̃ sine cæde
.i.occisione,& vulnere.& pauci tyrãni descendunt ad gene
rum Cereris,morte sicca,i.sine effusione sanguinis.

¶Eloquium

Eloquium, ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat,
Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam,
Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ,
Eloquio sed vterq; perit orator, vtrunq;
Largus, & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus est, & ceruix cæsa, nec unquam
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.
O fortunatam natam me consule Romam.
Antoni gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset, ridenda poemata malo,
Quam te conspicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris a prima quæ proxima; sæuus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.
Diis ille aduersis genitus, fatoq; sinistro,
Quem pater ardentis massæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladiosq; parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora misit.

IOAN. BRIT. ¶ Eloquium: cõfutat & votum eorum, q sibi optant eloquẽtiam: ostendẽs & illi vitæ periculũ imminere. Id autem exẽplo Cice. & Demosthenis pbat, quorum vterq; piit ob eloquẽtiã. ¶ Demosthenis & Ciceronis: bene autem hos noiauit: alter vero apud Latinos eloquentiæ pricipatũ obtinuit. Ciceronẽ appellat Pli. lib. xvii. lucẽ doctrinarũ alterã. Quint. lib. primo vtrũq; tanq̃ optimum oratorem miris laudibus celebrat. ¶ Et totis quinquatribus: pueri, inquit, q adhuc primis insistũt rudimẽtis gloriæ cupidi cũ venere quinquatria multis optãt sibi votis eloquentiã: idq; maxime faciũt, q putãt se iis diebus magis exaudiri. Nã Minerua ingeniis puerorum pariter & puellarum fauet Ouuid. iii. Fast. Pallada tunc pueri, teneræq; ornate puellæ: Qui bene placarit Palladã, doctus erit. Quinquatria aũt dicta sunt a numero quinario. de quibus sic Oui. eodẽ lib. Vna dies media est, & fiũt sacra Mineruæ: Noia quæ iunctis quinq; diebus habent. Sanguine prima vacat: nec fas cõcurrere ferro: Causa, q est illa nata Minerua die. altera tresq; sup strata celebrant arena: Ensibus exptis bellica læta Dea est. Ego hũc locũ ita accipiẽdũ eẽ cẽseo, apto itavt est sensu, nõ vt alii aliq̃n literati q de Mineruali nescio qd intelligũt. Est eni ordo: Quisq; colit Mineruã partã vno asse, incipit optare totis quinquatribus eloquẽtiã. i. quoties veniũt quinquatria q dies ad ferias Mineruæ ptinent: pueri ita gloria inducuntur: vt optent esse eloquẽtia & fama Demostheni, & Ciceroni pars. ¶ Colit. Mineruã. i. o in his studiis adhuc puer versatur: ita dictũ, quẽadmodum ille colit musas. i. carmine se exercet. ¶ Adhuc colit: q adhuc primis rudimẽtis inheret. ¶ Partam. i. quæ rudimẽta sibi acquisiuit. ¶ Vno asse: exigua mercede: hocq; ex affectu poetæ subsannãtis auaritiam suorum temporum quibus exigua præceptoribus præmia exhibebantur: quẽadmodum & tpibus nostris re in deterius semp labente. ¶ Quem sequitur custos capsæ: puerum ingenuum ad preceptorem euntem non solum psequebatur pędagogus sed & capsarius, quem Vulpianus titulo de manumissis vindicta scribit, eum esse q pueri portet libros. Sueto. tradit neronem dãnatorum liberos quosdam cum pædagogis, & capsariis vno prãdio pariter iussisse necari. capsariũ etiam appellat Vulpianus titulo de officiis præfecti vigilũ, qui mercede seruãda in balneis vestimenta suscipit. ¶ Eloquio sed vterq; piit: sed p eloquentiã suam vterq; ad necẽ cõpulsus est. Cice. enim psequente eum M. Antonio, interfectus est a popilio Lenate, quem parricidii olim accusatum defenderat, caputq; cũ manu dextera relatum est Antonio, quæ cum diu summa aspexisset lætitia, exultãs vbi oculi satiati sunt illo spectaculo, iussit in rostris p cõtumelia deponi: quasi vero illũ iã mortuum cõtumelia afficeret, ac nõ potius seipsum ac fortunam suã indignã ostenderet, quæ ad tantam potẽtiam nefarium hoiem puexisset. ¶ Ingenio. i. ipsi Ciceroni: q magni erat ingenii. ¶ Nec vnq̃ Sanguine causidici: ostendit poeta grauius magno, q̃ mediocri piculum imminet oratori. neq; enim, inquit, rostra in quibus cõcionãtes cõsidunt, respsa sunt sanguine mediocris causidici. ¶ Rostra maduerunt: hoc aũt dicit, & qa Cice. sæpe p rostris cõcionatus est, & qa. Antonius manum & caput Ciceronis iussit in rostris insigi: quasi illũ tam mortuũ cõtumelia afficeret. Rostra aũt ædificium, siue templum erat ante curiã Hostiliã in foro adornatũ antea rostris nauiũ Antiatium: vnde & nomen sortitum, auctor est Liu. lib. viii. ab Vrbe condita. & Pli. lib. xxxiii. cap. v. Rostra quierãt cõcionaturi conscendebãt. Cæsar questor Iuliam Amitã, vxoremq; Corneliã defunctas oratione laudauit e more pro rostris auctor Plutar. ¶ O fortunatã: Cice. Catilinæ cõiuratione oppressa hoc carmẽ in suã laudẽ cecinit: qd carmẽ q ineptũ est derisum est. ¶ Ridẽda poemata: hinc ostẽdit illud vehemens Antonii odiũ in Ciceronem emersisse: qd in eũ philippicas scripsisset, in quibus multis Antonius afficit cõtumeliis. Licet illinc odii initiũ traxisse videatur: qd cũ post mortem patris Iulia mater Antonii nupta eẽt P. Lẽtulo: quẽ cũ Lucio catilina cõspirãtẽ Cicero cõsul supplicio affecit, diceret corpus vitrici sui nõ prius ad sepulturã datum, q̃ id mater supplex ipetrasset a Cicerõis vxore. In q̃ qdẽ re (vt scribit Plutar.) mentitur: qd nullus ex his, q tũc supplicio fuerũt affecti sepultura phibitus est. ¶ Quã te conspicuæ diuina Philippica famæ, Volueris a prima q̃ pxima: mallẽ, inquit, Cicer. talia carmina ridicula scripsisset, q̃ secũda Philippicã. nã etsi oibus orationibus suis grauiter Antoniũ accusat secũda tñ illũ acerrime insectat. Philippicas aũt orationes suas in Antoniũ appellauit vt ipse ad atticũ scribit: q libertate dicẽdi & eloquẽtia maxime imitatus sit Demosthenẽ: q in Philippum multas scribens actiones eas Philippicas appellauit. ¶ Sæuus exitus eripuit illũ. s. Demosthenẽ. nã Demosthenes, cũ nũciatũ eẽt Antipatrũ & Craterũ Macedones aduẽtare ex urbe pfugit i Calabriã ad tẽplũ Neptuni: quo cognito Antipater Archiã Tyriũ illuc cũ satellitibus misit: q tẽplũ gressus suadere cœpit Demostheni vt vna secũ ad Antipatrũ pgeret: nihil oino molestũ ab illo ppessurus. Cui rñdẽs dixit, parũp expecta. dũ nõnulla domesticis scribo. Hęc fatus i interiorẽ tẽpli partẽ cõcessit: captoq; libro q̃si scribere vellet calamũ ori admouit: ex quo iclusum venenũ sumpsit. pli. lib. xxxiii. docet Demosthenẽ ueneno sũpto ex annulo interiisse his uerbis: Alii sub gẽmis uenena cludũt, sicut Demosthenes summus oratorũ Gręcię, annulosq; morti gra hñt. Erat osthenes aũt ait in circulo quodã cõcauo, quẽ circa brachiũ ferebat, uenenũ seruasse. Fuit itẽ alius Demosthenes Atheniẽsis missus cũ Nicia aduersus Syracusanos. de quo meminerũt plutar. in Nicia, Thucydides lib vii. historiarũ, & Iust. lib. iiii. quẽ tradũt alii gladio & uolũtaria morte se uidicasse, alii iterfectũ iussu Gylippo duce Lacedæmoniorũ. ¶ Diis aduersis genitus: qa multis agitatus est aduersitatibus. ¶ Quẽ pater ardẽtis massę: nõ iã ad rhetora a patre ẽ missus, nã annorũ septẽ tñ fuit, cũ patrẽ amisit, sed ad Iseũ se cõtulit: q̃q̃ tũc tpis floreret Isocrates. pater aut Demosthenis fuit (vt Theopõpus, & plutar. tradũt) in primis honestus ac probus vir, Macheropius ab officina gladiorũ est cognoiatus: quã Athenis egregiã, multisq; artificibus seruis istructã hẽbat, matre barbara muliere natũ scribit Aeschines. De eo sic Sidonius Apollinaris: Fabro pgenitus spreto cui pre polita Eloquiis plus lingua fuit. De eo sic & Valeri. Quã matrẽ Eurypides aut quẽ patrẽ Demosthenes hũerit: ipsorũ quoq; sęculo ignotũ fuit. Alterius aũt matrẽ olera, alterius patrem cultellos vẽdit: sic pene oium doctorũ litę loquunt. ¶ Lippus is appellat, cui oculi iugiter stillãt. Vñ lippitudo morbus, quo oculi ifestãt. Hora. Oculis collyria lippis. ¶ Et luto Vulcano: luto Vulcano p luteo legẽdũ ẽ p syngresin vt docuimus i. vi. Sat. illic. Et terrã luto ferit itestio. nã pria lõga ẽt. pers. Surgit tibi lutea pellis Oui. lutea mane vides pulsis Aurora tenebris. Virg. Mollia

Quinquatria

Capsarius

Ciceronis interitus

Rostra

phil ippicæ

Demosthenis interitus

Demosthenes alius

Luto pro luteo,

Bellorum exuuiæ, truncis affixa tropheis
Lorica, & fracta de cassíde buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victęq; triremis
Aplustre, & summo tristis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur, ad hæc se
Romanus, graiusq;, ac barbarus induperator
Extetit, causas discriminis, atq; laboris
Inde habuit. tanto maior famæ sitis, est q̄
Virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam
Premia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis, titulíq; cupido
Hæsuri saxis cinerum custodibus, ad quæ
Discutienda valent sterilis mala robora ficus,
Quandoquidem data sunt ipsis quoq; fata sepulchris.
Expende Hannibalem, quot libras in duce summo
Inuenies: hic est, quem non capit Africa Mauro
Perfusa Oceano, Niloq; admota tepenti.
Rursus ad Aethiopum populos, aliosq; Elephantos,
Additur imperiis Hispania, Pyrenæum
Transilit, opposuit natura alpemq;, niuemq;,
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen vltra pergere tendit;
Actum inquit, nihil est, nisi Pœno milite portas
Frangimus, & media vexillum pono Suburra.
O qualis facies & quali digna tabella,
Cum getula ducem portaret bellua luscum.
Exitus ergo quis est? o gloria, vincitur idem
Nempe, & in exilium præceps abit, atq; ibi magnus,
Mirandusq; cliens sedet ad prætoria regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno,
Finem animæ, quę res humanas miscuit olim
Non gladii, non saxa dabunt, non tela, sed ille
Cannarum vindex, ac tanti sanguinis vltor
Annulus. I demens, & sæuas curre per alpes,
Vt pueris placeas, & declamatio fias.
Vnus Pelęo iuueni non sufficit orbis,
Aestuat infelix angusto limite mundi,
Vt Gyaræ clausus scopulis, paruaq; Seripho,
Cum tamen a figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit. mors sola fatetur,
Quantula sint hominum corpuscula. creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in historia, constratum classibus iisdem,
Suppositumq; rotis solidum mare, credimus altos
Defecisse amnes, epotaq; flumina Medo
Prandente, & madidis cantat quæ Sostratus alis,
Ille tamen qualis rediit Salamine relicta,
In Corum, atq; Eurum solitus sæuire flagellis
Barbarus Aeolio nunquam hæc in carcere passos
Ipsum compedibus, qui vinxerat Ennosigæum:
Mitius id sane, quod non & stigmate dignum
Credidit, huic quisquam vellet seruire Deorum?
Sed qualis rediit? nempe vna naue cruentis
Fluctibus, ac tarda per densa cadauera prora,
Has toties optata exegit gloria pœnas.

luteola pīgit vaccinia caltha & alibi: Et croceo mutauit vellera luto i. pluteo croceo. Vt sit hypallage. Nā dictio q̄ duas extremas habet lōgas, & mediam breuem, stare nō pōt i versu hexametro. hac autem ratione dicamus induperator pro impator: q̄a media sit breuis & extremæ lōgæ. Quando autem est a luto deriuatum primā habet breuē. Hora. in sermonibus: Defingit Rhēi luteū caput.

ASEC. ℂ Eloquium ac famā. Hinc ostendit eloquium non esse vere bonum q̄nquidem multis nocuerit. Ordo est: Quisq;s. i. quicūq;. colit adhuc Mineruam. i. Deam sapientiæ, & eloquentiæ: hoc est ipsam sapientiam, & eloquentiam partam. i. parabilem & acq̄sibilem. vno asse. i. minimo precio. i. q̄ q̄uis adhuc sub tecto re prima elemēta eloquētiæ discit (tales enī cum plures sint minoris docentur, q̄ doctiores) & quem vernula. i. paruus seruus custos angustæ capsæ i in qua pauci libri cōtinentur, sequitur i q̄squis inquam talis est incipit optare, & optat totis Quinquatribus. i. festis qnq; dierū ad honorem Mineruæ a Domitiano celebrari solitis, in quibus cum videret & poetas, quorū carmina illic erant, honorari si boni essent: incipit optare eloquium ac famam Demosthenis. i. qualem habuit Demosthenes orator summus apud Grecos. & Ciceronis. i. qualem habuit Cicero pricipes eloquētię apd̄ latinos. sed vterq; orator tā Demosthenes, q̄ Cicero pit. i. periit. eloquio. i. ppter eloquium. & lætus exudans. i. supabundans fons ingenii dedit vtrū q̄ leto. i. morti. manus Ciceronis, & ceruix est cæsa ingenio. i. ppter ingenius. & rostra. i. loca in foro iudicialis vnde publica mandata edicuntur: munita rostris nauium. p q̄bus. i. ante quæ Cicero orare solebat. madurūt raro sanguine pusilli. i. modici & parū docti causidici. Si Cicero dixisset oia sic. i. sicut dixit: O fortunatā natā me consule Romā: qui versus pp coincidentes syllabas vitiosus est, potuit. i. potuisset. cōtēnere gladios Antoni. i. M. Antonii triumuiri. Ego malo, iq̄t poeta, poemata ridēda. i. inepta: q̄lia Cice. cōposuit: nō enim habuit venā ad carmē: nisi vbi aliorū inuēta trāstulit. q̄ te o Philippica. s. oratio. ad imitationē enī Demosthenis Philippicas inscripsit orationes pulcherrimas contra Antoniū factas: q̄ potius Antōianas appellare debuisset i in quarū secūda pręcipue Antoniū carpit, vñ dicit: Ego malo ridenda poemata, q̄ te o Philippica sup. oratio. diuina. i. diuino artificio cōfecta. quæ volueris. i. dū volueris: aut dū libri aut chartę voluūtur. haberis pxima a prima. i. secūda: hoc est mallē semp ridēda poemata fecisset i q̄ secundā philipphicā: quā artificiosissime q̄dem conposuit: sed per eam summā inuidiā incurrit. Sæuus exitus. i. crudelis mors eripuit & . i. etiam. illum. s. Demosthenem i quem Athenæ mirabātur. torrentem. i. in morē torrentis fluētem eloquio. & moderātem frena pleni theatri. i. gubernantem totum theatrū. ille. s. Demosthenes filius fabri ferrarii, & potissimum machæropi. i. factoris gladiorum. genitus sup. fuit Diis aduersis. & fato sinistro. i. infausto. quem pater lippus. i. lippos: hoc est fluentes oculos habēs. fuligine. i. pp fuliginem massę. s. ferreæ. ardētis: hoc est candētis. misit a carbone & forcipib⁹. i. tenellis. forcip. i. calidum capiētibus. & incude. i. ferro duriore sup qd' cuditur: parante gladios. & Vulcano. i. fabro ferrario. qualis erat Vulcanus. luteo. i. cœnoso & deformi. Nō credo deductū esse a colore luteo. i. rufo: quia sic lutū primam pducit. ut in Buco. Murice iam croceo mutabit vellera luto. Et iterum: Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Et sæpe alibi. Luteū aūt vocat fa pp fuliginē q̄d si p igne posuit, q i carbonibus est adhuc luteū dicere potuit ad differētiā elemētaris: cui Minerua præest.

IOAN. BRIT. ℂ Bellorū exuuię. Ostēdit & votū eorū dānandū esse, q ad res bellicas optauerūt descenderetanq̄ reportaturi (qd' fere ab oibus expeti solet) famā & gloriā. docēs & id multis pariter ipatoribus, & patriæ fuisse exitiosum. vt patebit Alexādri & Hānibalis exēplo. Ordo aūt hic est: Lorica affixa trūcis tropæis: & buccula pēdēs de casside fractæ & iugū curtū de temone i & reliq̄ expositiue exuuiæ bellorū creduntūr e bona maiora bonis humanis. Tropęis. tropæū dictio est gręca. trope enim græce cōuersionem latine significat, erat autem monimentum hostium

Trop…

tum hostium deuictorum: a Græcis consuetudo manauit: qui vbi hostes in fugam conuertissent: arborem truncatis ramis erigebant: qhus hostiũ suspendebant exuuias. Vnde Nonius: Spolia, inquit, hostium stipitibus affixa tropæa vocantur Tranquil. in Caligula: Truncatisq; arboribus, & in modum tropæorum adornatis. eam consuetudinem & Romani vsurparũt: unde Marii tropæa a Sylla disiecta sunt: quç a Cæsare (vt Tranquillus. & Plutarchus scribunt) fuerunt reposita. Sribit Seruius tropea in locis eminentioribus collocari solita. & ideo Romæ in arcubus incidebãtur ad id exædificatis. sed ea postea non soluz in marmore, sed & in æs incidi cœpere. vnde plutar. conqueritur imprudenter simul & aspe nimis egisse primos ex Græcis. qui tropæa, aut marmore incisa, aut ære sculpta facientes, odium simul & belluz a conseruata victi ignominia ppetuum reddidissent. De tropæis mẽtionem sæpissime fieri apud Thucydidem inuenies illud denique tenebris tropæum fuisse aut saxum, aut arbore decisis ramis, aut colũnam erectam aut arcus cũ inscriptione h nõi: Athenienses hic vicerunt Lacedæmonios. ¶ Truncis: q (vt diximus) ramis truncatis spolia arbori suspendebantur. vnde est illud Virgilianuz: Vota Deuz p uictore soluebat eoo: Ingẽtem quercum decis vndique ramis Cõstituit tumulo, fulgẽtiaq; idute arma, Mezentii ducis exuuias tibi magne tropæuz Bellipotens apet rotantes sanguine cristas

Lorica
Buccula

Teliq; trunca uiri, & bis sex thoraca petitum, perfossumq; locis. ¶ Lorica ex corio fieri consueuit. quç quãuis nunc ex ferro conficiatur, nomen tñ obtinuit a loris. ¶ Buccula: ea est pars galeç, quæ buccas tegit, cuius sic meminit Iulius Capitolinus in maximinis: Fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas. ¶ Curtum: aut mutilatum. vt Marti. Et curtus Chiones Anthiopes fue calix. & proptius lib. iiii. Læsit & obiectum regula curts caput. aut curtum temone. i. a temone curtatum

Temo
vnde
Aplustria

& uulsum. Temo eni a tenendo est dictus. q plaustrum teneat, & gubernet ¶ Amplustre: auctor est Fest⁹ aplustria esse nauium ornamenta: quæ q plus erant q̃ essent necessaria, et aplustria appellabant. Cic. in Arat: Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustria. Silius lib. x. sic: Iamq; per vnda Et transtra, & mali, laceroq; aplustria velo: Ac miseri fluitant retinentes çquora nautæ. ¶ Et captiuus tristis in summo arcu: na; in ãrcubus lapideis incidebatur totus ordo Victoriç Domitianus p summam ambitionem, arcus cum quadrigis & insignibus triumphoꝝ per regiones Vrbis tantos, aut tot extruxit, vt cuidam græce inscriptum arcui sit: consulatus, xvii. cep. t. auctor Tranquil. ¶ Maiora bonis humanis: hoc est nihil esse in bonis humanis excelentius, hoc gloria bellica. ¶ Ad hæc se. i. ad hanc gloriam & famam cõparandam ex spoliis, & victoriis hostium. ¶ Indupatos: pro imperatores: pter rationem de luteo supius dictaz: quia inter duas syllabas longas nõ potest media breuis stare in hexametro carmine. Sic & Macedas pro Macedonas dicit poetç. Vt illud apud Valerium Flaccum in primo: At Iuno argolicas pariter, Macedumq; per urbes. ¶ Romanus: sensus est: Romane, inquit, impatores Græci & Barbari erexerunt sese ad hæc, & aium suum intenderunt videlicet ad famam & gloriam, quã dum oi studio sequuntur & sibi & patriæ peperere exitiuz. Atq; hoc modo dignitates p. tẽtum dãnat stultum votum. p Romanum autem possumus intelligere nõ modo Iulium Cæsarem, sed & M. Antonium, multosq; alios, q dum gloriã bel

Milciades

licam sequuntur & sibi exitium, & patriæ calamitates multas attulerunt. ¶ Graius: vt Themistocles & Milciades duces Atheniensiumq; dum famam & gloriam rebus bellicis aucupantur, miserabili exitu vitam finiuere. Nam Milciades, q Athenas, totãq; Græciam liberauerat superato Dario duce Persaruz, ob eamq; rem multis effectus publice honoribus, demum pditionis accusatus, causa cognita capitis absolutus, pecunia mulctatus est: quam qa soluere non poterat, in carcerem coniectus est: vbi diem obiit supremum. Themi

Themistocles

stocles vero rebus licet feliciter aduersus Xerxem gestis, inuidia tñ ciuium suspectus, & ipse pditionis ciuitate electus Argos habitatum concessit: vbi cum tutum se non videret: Corcyram demigrauit: deinde ad Admetum Molossoꝝ regem confugit: demum cũ a Lacædemoniis & Atheniensibus ad suplicium deposceretur, ad Artaxerxem confugit: a quo magnis muneribus donatus in Asiam rediit, domiciliũq; sibi Magnesiæ constituit, vbi (auctore Thucydide) morbo assumptus est. Alii uero tradunt eum epoto tauri sanguine infuso veneno vitam finiuisse. ¶ Barbarus: vt Hãnibal, q dum Romanos bellis assiduis vexat, in causa fuit, vt patria a Romanis sit euersa, ipse autem ad venenum sit cõpulsus. de cuius nece mox dicemus. ¶ Erexit se. i. animum ad hæc intendit. ¶ Inde: ex hac gloriæ cupiditate. ¶ Habuit causas discriminis cupiditas, inqt, illa gloriæ fuit causa vt adiuerint tot pericula, & tot labores. ¶ Tanto maior famæ sitis est: non sunt, inquit, ad hæc pericula & labores tam moti virtutis, q̃ gloriæ cupiditate. Neq; enim hæc, q per se pulchra essent, fecerunt: & qd sola contenti esse vellent re bene actæ cõscientia: sed vt immortalem gloriam consequerentur qd omnes ferre mortales faciunt. quis enim aliquid cum virtute facit: ita nisi sibi magnam prouẽturam inde sciat gloriam: quæ boni operis est tanquam merces & præmium. vnde illud est Cice. in officiis: Vix inuenitur, qui laboribus susceptis periculisq; aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. vnde hoc loco poeta horum imperatorum exemplo eos damnat, qui virtutem non amplectantur, nisi famam inde cõsequuturam arbitrẽtur. quod est cõtra Ciceronis philosophiam qui ait sufficere deberead gloriam benefacti cõscientiam. Nam (eo auctore) sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est præmiũ. Magnanimus enim & generosus omnia facit causa uirtutis, nõ famæ, aut gloriæ. Non enim debemus honesta facere propter hoc, vt laudemur, sed quia honestuz est ita facere. Laus enim & gloria sequuntur, etiam si non appetantur. ¶ Præmia si tollas: idest ipsam gloriam, quam operis bene nauati habent pro præmio. ¶ Si tollas: si auferas: quasi dicat isti imperatores hæc tam egregia non fecissent, nisi se æternam gloriam adepturos sperassent. ¶ Patriam tamen: sensus est: Dum nonnulli gloriæ & laudis cupidi bella gerunt: in causa fuere vt patria subuerterentur sicut Carthago euersa est: dum Hannibal gloria incensus cum Romanis gerit bellum. Sensusq; ita a superioribus pendebit: vt dicas: Summo quidem studio multi gloriam tanquam summum bonum appetiuerunt: sed tamen ipsa gloria obruit patriam eorum. Hoc autem videtur poeta sumpsisse ex tertio Tusculanarum Ciceronis ita scribentis de gloria: Qua cæcitate homines cum quædam præclara etiam cuperent, eaq; nescirent, nec vbi, nec qualia essent: funditus alii euerterũt suas ciuitates alii ipsi occiderunt. ¶ Tituliq; cupide: inscriptionis, qualis solet fieri in saxis tumulorum. ¶ Ad quæ: ad quam gloriam & titulum. ¶ Discutienda: delenda. per quod monet poeta rebus humanis minime confidendum: cum omnia sint caduca & vana. iuxta illud Salomonis: Vanitas Vanitatum, & omnia vanitas. ¶ Malæ: ab effectu, q discutiant titulos. ¶ Robora fici: idest caprifici. ea eni ex muris erumpit, scindit q; sepulchra. Martialis: Marmora Messalæ findit caprificus. ¶ Quandoquidem stulti, inquit, sunt mortales, qui sempiternam se putant adepturos gloriam ex titulis sepulchrorum: ac per hoc variis se, patriamq; laboribus, ac periculis obiiciunt: vt in sepulchris rerum gestarum titulos relinquat: non intelligentes ipsos etiam titulos cum sepulchris erumpente caprifico posse deleri. quod & Plinius in prooemio septimi libri complorat his verbis: Vbi hominis se-

Locus Plinii

pulturæ cura, atq; etiam post se defuturæ. vbi locum emendauimus. Nam vbi scriptum erat mendose defutura: & hermolaus Barbarus corrigeret defuturo: nos correximus defuturæ. ut sit sensus: Cura sepulturæ est homini, atq; etiam defuturæ post se, i. homo curam habet sepulturç, & eius rei, quæ etiã post se defutura est: hoc est quæ cito delebitur, nec diu durabit: quandoquidem etiam fata data sunt ipsis sepulchris, vt aut vetustate, aut alia calamitate intercidant. Sicq; vanam stultamq; hominum ambitionem, & gloriam

fugillat. Sic & Mart. Accipe nūc phario nutantia pōdera sa
xo: Quæ cineri vanus dat ruitura labor. Ausonius: Mors ēt
saxis, nominibusq; venit. hæcq; cum superioribus cōiunctiꝫ
legenda sunt. ¶ Expende Hannibalem: exemplo Hannibalis
monet poeta opibus humanis neutiquā confidendum, cæ/
camq; istam gloriæ cupiditatem omnino fugiēdam, quando
quidem per mortem oia prorsus destruantur. nam si Hanni
balis, inquit: cineres volueris expendere: docebit te mors ho
minem, cuius aius immēsus erat, nihil omnino esse: ꝓindeq;
tam multa nō fuisse quærenda, quæ cito interuentu mortis
essent pdenda. ¶ Quot libras. q. d. minimi ponderis inuenies
eum, cuius aius tantus erat, vt regnum Africæ ei satis nō es
set, Nam Africa non contentus, exercitum in Hispaniam, Ita
liāq; traiecit: vbi Romanos per sexdecim annos assiduis, cre
brisq; victoriis defatigauit. ¶ Quem non capit: quasi Africa
eius capax nō esset: cū esset tanta animi magnitudine, postea
q̄ minimo sepulchro contentus fuerit. ¶ Africa ꝑfusa Mau/
ro Oceano: descriptio est situs Afrcę, quæ cum sit tertia pars
orbis, ab Asia separatur Nilo: ab occidente alluitur Oceano
Atlātico, vbi Aethiopes sunt in Libya, ab Europa nostro ma
ri. ¶ Oceano Mauro. i. Atlantico ad occidētem. ibi enim sita
est Mauritania. ¶ Nilo tepēti: hoc dicit pp intemperieꝫ ęstus,
ob quem ad eius fontes nullus vnq̄ fuit aditus. est enim Zo
næ torridæ subiectus. de cuius ortu varia referuntur ab au
ctoribus. De quo sic Plin. Nilus incertis ortus fontibus, vt p
deserta & ardentia & immēso longitudinis spatio ambulēs
& c. ¶ Rursus ad Aethiopum populos: Africa, inqt, item ad
mota est ad alios Aethiopes: vt per hoc intelligas nō solum
Africam ad Aethiopes Atlanticos ad occidētem, sed etiaꝫ ad
Aethiopes Troglodytas ad orienteꝫ in Arabia extendi. est
Aethiopia duplex — enim duplex Aethiopia: vt diximus alibi. altera in occidente
ad Atlanticum Oceanum, altera vero in Arabia oriētem uer
sus. de qua sic Apuleius lib. xi. Meta. Et qui nascētis diei So
lis inchoantibus illustrātur radiis Aethiopes, Ariiq;. Statius
in. x. Thebaidos: Aethiopesq; alios & c. ¶ Aliosq; elephātos:
hoc est arabicos. In Arabia eniꝫ & India elephāti gignuntur
vnde Plin. inqt: Indicis minores arabici, quos appellant no
thos. ¶ Additur imperiis Hispana: nam in Hispaniam contra
fœdus trāsiuit. Saguntum ciuitatem Romanoꝝ octauo mē
se cepit, & euertit. De qbus iniuriis missos a Romanis ad Hā
nibalem legatos, qui quererentur, noluit audire, sed armorū
strepitu & tubaꝝ clangore nauim ne ad littus appellerent, p
hibuit: qui vt mādatū erat, inter ad Carthaginem vertētes
bellum de more indixerūt. Hānibal deinde supato Pyrenęo
saltu, per Gallias fusis, qui ei obsistere conati erant, ad alpes
venit, & laborioso p eas trāsitu, cum montanos quoq; Gal/
los obuios aliquot prœliis repulisset in Italiam descendit, &
ad Ticinū amnem Romanos equestri prœlio fudit, iterumq;
exercitu Romano ad flumen Trebiā fuso, Apœninum p ma
ximam militū vexationē pp uim tempestatum transit, Cam
paniam vastauit, exercitū Romanum apud Cānas Appuliæ
vicum supauit: quo prœlio quadraginta q; quinq; millia cæsa
fuerunt cū Paulo consule, & senatoribus nonaginta, cōsula/
rib⁹, atq; prętoriis aut ędilitiis triginta, potitus Capua, quę
ad eum defecerat, ad tertium ab vrbe Roma lapidem super
Anienem castra posuit: ipse vero cū duobus millibus eqtum
vsq; ad portam Cepenam, vt urbis sitū exploraret, obequita
uit: & cum p triduum vtrinq; in armis exercitus ois descen/
Egtare — disset, certamen tēpestas diremit. Nam cū in castra redissent,
statim serenitas erat. Hæc oia poeta percurrit. ¶ Pyrenęum. s.
Pyrenęus — mōtem, qui Galliam ab Hispania diuidit. ¶ Et montem ru/
pit: nam (vt scribūt Liui. & Plutar.) mōtē facto incēdio, isu
soq; insup aceto dissipit, effecitq; vt ea elephātus oneratus
ire posset, qua antea vnus homo inermis vix poterat repere.
hac copias traduxit, i Italiāq; puenit. ¶ Opposuit natura: nā
Alpes (vt scribit Pli.) Italiæ pro muris aduersus impetū bar
baroꝝ dedit. & (vt idem scribit) ꝓdigii loco habitum, est cū
Hānibal eas superauit. Nam nemo vnquā cum exercitu an/
te eum præter Herculem Graium transierat: quo facto is ho
die saltus graius appellatur: eæ Italiam a Gallia seiungunt,

¶ Tamen vltra pgere tendit: non contentus in Italiam de/
scendisse, quam p annos. xvi. (vt diximus) vastauit, voluit &
Romam ipsam cape. ¶ Actum inqt nihil est. i. nihil adhuc fe
cimus, nisi Romā capimus & vexilla nostra in media Subur
ra figimus. ¶ Media Suburra: fuit enim (vt ante diximus) re
gio Romæ celebratissima. ¶ O qualis facies: deformitatem
Hānibalis notat p acclamationem. Illud autē sciendum O (au
ctore Prisciano) varias habere significationes. Est enim ad/
uerbium vocandi. vt illud Vir. O regina nouem. cui conde
re Iuppiter vrbem. Est admirādi. vt hoc loco apud Iuue. Est
indignandi. vt Cice. O tpa, o mores. Est optādi. vt Virgil. i
. xii. Adsis o tantū, & propius tua numina firmes ¶ Et quali
digna tabella: nam deformes sæpe in derisuꝫ a pictoribus in
tabellis pingebātur. ¶ Cum bellua getula. i. elephantus Mau Getuli
rus. Nam Getuli populi sunt Libyæ cōtermini Mauritanię:
vbi elephantes inueniuntur, sed maiores in India. hoc auteꝫ
dicit ex historia. Nam Hannibale in hetruriam descendente,
Arnus vehementer excreuerat. Quare tantum exercitum se/
cum trahens, vitare non potuit, quin ingentem hominum, ac
iumentoꝝ iacturam faciens, ipse quoq;. & si elephanto, qui
vnus ex multis supfuerat, eminens veheretur, plurium dieꝝ
ac noctium intemperie vigiliis confectus, alteruꝫ oculorum
amitteret. auctores Plutar. & Liui. ¶ Exitus ergo quis est?
hoc totum est in derisum Hānibalis, qui dum inanem sequi/
tur gloriam, supatus est a Romanis. Quis, inqt. fuit finis Hā
nibalis? supatur inquit, & in exilium abiit. Nam ex Italia in
Africam reuocatus a Scipione posteriore spatus est: qui fu/
giēs ad Antiochū regem Syriæ cōcessit, quē Romanis hostē
fecit. quo victo ad Prusiā Bithynię regē trāsiuit: vnde a Ro Hanni/
manis p Flaminiū legatū repetitus: hausto, qd sub annuli gē balis/
ma habebat, veneno absumptus est. ¶ O gloria: acclamatio mors
est in vanā gloriæ cupiditatē. ostēdit enim Hānibalē dū glo
riā quærit, & supatū a Romanis, & ex patria fugatū in exilio
vitā finiuisse. Gloriā autem sciam⁹ esse duplicē: vt altera dica
tur gloria adumbrata, quæ verā gloriā imitetur. multi enim Gloria
famam popularē tanq̄ veram gloriam sequētes, seq; & ciuita
tes suas pdidere. Altera vero quędā solida res sit & expressa
nō adumbrata. Ea est (vt scribit Cice. in. iii. Tuscu.) cōsētiēs
laus bonoꝝ, incorrupta vox bene iudicātiū de excellēte vir/
tute. Quint. Laudeꝫ bonoꝝ gloriā appellat. Seneca ait: Glo
riā vanū & volatile qddaꝫ esse, auraq; mobilius. Nec mirū est
Hānibalē, aliisq; imperatores tantope gloriæ cupidos fuisse ne
mo enim est, qaliq̄ dulcedine gloriæ nō tāgatur. vñ est illud
Valerii Flacci: Tu sola aios, mentēq; puris Gloria. ¶ Vincit
idem: idē, inquit, q Romanoꝝ vires totties cōquassauit, supa
tur tandem. ¶ Nēpe, & in exilium abiit. s. ad Antiochū, mox ad
Prusiā. ¶ Sedet ad prætoria: miseriā ostēdit Hānibalis, quam
q̄ cliens prætorio assidens Prusiā regem expectaret. ¶ Præ/
toria: de prætorio diximus in pri. Saty. illic Criminibus dē
bēt hortos, prætoria, mensas. ¶ Libeat vigilare: melius est le/
gere uigilare, q̄ iugulare, ut sit sensus: ad prætoria Prusiæ re
gis Bithynię assidebat tanq̄ diēs, donec rex electo mane sur
geret: vt vel eū romano ritu salutaret, aut vt præsto esset, si
qd imparet. ¶ Tiranno Bithyno. i. Prusię regi Bithyniæ. Il/
lud autem obseruandum est primam syllabam Bithyni poni
ad placitum. vnde alibi: Equitesq; Bithyni. horatius: Ne Cy
biratica, ne Bithyna negocia pdas. ¶ Finē aię: ordo est & sen
sus: Nō gladii: nō saxa dabūt finē aię. i. ipsi Hānibali, q res hu
manas pturbauit: sed uenenū: qd sumpsit ex annulo. Nā ubi
sensit se p Flaminiū reposci a Romanis, hausto (vt diximus)
qd sub annuli gēma habebat veneno, absumptus est. Sub gē
ma enim aliq venena claudebant. vñ est illud Pli. Alii sub gem
mis venena cludūt: sicut Demosthenes sūmus orator Græ
ciæ: annulosq; mortis gratia habēt. ¶ Miscuit: cōturbauit &
tremefecit. Virgi. Et omnem Miscet agens celes nemora in/
ter frōdea turbam. ¶ Annulus uindex Cannarum. i. qui sum/
sit vindictā de Romanis trucidatis ad Cannas uicū Appu/
liæ. de quibus paulo ante diximus. ¶ Demens: insultat p iro
niam Hannibali: qui dum gloriam ex rebus bellicis quærit.
demum per uarias agitatus labores ueneno mortem sibi at/
tulit: vt

tulit: vt eũ dementem appellet: quasi qui maiorẽ gloriæ, q̃ sa-
lutis suæ rationẽ habuerit. ¶ Vt pueris placeas: vt pueri ha-
beant materiam ad declamandum, quæ sumebatur (vt di-
Declamatio — ximus) ex historiis. ¶ Declamatio: est (vt ante docuimus
illic: Declamare doces) forentium actionum meditatio. Ita
enim pueri exercebantur: vt ad veras causas agendas i fo-
ro essent instructi. ¶ Vnus orbis: sensus est: Alexander Ma-
gnus, qui gloriæ studio animum adeo insatiabilem gessit,
vt vno orbe contentus non esset, cognoscet in fine vitæ cu-
piditates suas inanes, vanasq; fuisse contentusq; erit solo tu-
mulo, cum aliud secum ferre non licebit. per quod poe-
ta docet homine per mortem moneri rebus humanis: vt
momẽtaneis & caducis minime inhiandum: inanemq; glo-
riam omnino fugiendam. Quod autem poeta dicat vnum
orbem nõ sufficere Alexandro: hoc est ex historia. Nam (vt
scribunt Plutarch⁹, & Curtius. & Cicero in Academicis) cũ
ab Anaxarcho ex persuasione Democriti præceptoris audi-
uisset plures esse mundos, fleuisse: amicisq; percunctantibus
quidam fleret, respondisse: at non, inqt, dignum est flere:
si cum infiniti sunt mundi: domini vnius vix facti fuerimus.
Angusta homini possessio fuit, quæ Deorum oium domicilio
Pela — sufficit. ¶ Pelæo iuueni: Alexandro Macedoni. Nam pela (au-
ctore Plinio, & Strabone) colonia fuit i Macedonia: vbi mi-
lites recẽsebantur, & alebantur equi: vnde & Philippum Pe-
læum appellauit Lucanus: Pelæi proles vesana philippi.
¶ Aestuat: exudat, veluti æstuant, qui loco angusto inclusi
sunt, vnde nulla dentur spiracula. ¶ Aestuat infelix: infelicẽ
eum appellat, qui in toto terrarum orbe, non minus se arctũ
putat, q̃ si clausus sit parua isula. vnde & Seneca ad Lucil.
sic infelicem dicit. Alexãder Macedonũ rex discere geome-
triam infelix cœperat, scyturus q̃ pusilla terra esset, ex qua
minimum occupauerat. ita infelix dico ob hoc q intelligere
debebat falsum se cognomen gerere. Quis enim esse tam ma-
gnus in pusillo potest? ¶ Limite angusto: spatio mundi. nam
totum mũdum putabat sibi modicũ &, pusillum, ac si modi-
ca clauderetur insula. ¶ Vt Gyari: Gyarus & Seryphus in-
sulæ sunt exiguæ, in quas relegabantur sontes: quarum Sery-
phus vna est ex Cycladibus, de qua sic Ouidius: Te tamen o
paruæ rector polydecte Seryphi. Gyarus autẽ vna ex Spo-
radibus. Latine autem nomẽ declinatum est: sicut apud Vir-
Babylõ — gili. Abydus, pontus, & ostri feri fauces tentantur Abydi.
¶ Vrbẽ munitã a figulis: Babylonẽ itelligit, quã Semiramis
vxor Nini cõdidit i Assyria muris coctilibus: tãtæ latitudi-
nis: vt duo currus cõtrarii excipẽt. De q̃ multa Diod. Tro-
gus, Strab. pli. Solinus, & alii. Illic Alexãder sublatus fertur ve-
neno: qd dedit Antipater p Iolã ministrũ, cõscio (vt nõ nulli
tradiderũt) Aristotele. Venenũ fuit aq̃ frigidissima: quæ ma-
nat ex Nonacria rupe Arcadiæ: nec cõtineri põt alio vase, q̃
muli vngula, auctor. Plin. in fine lib. xxx. plutar. & Victruui-
us. ¶ Sarcophago cõtẽtus erit: sarcophagũ p sepulchro po-
Sarcophagus — suit. Nã sarcophagus lapis est (vt scribit Pli. lib. secũdo) q cir-
ca Assõ Troadis nascitur: in quo mortuorum corpora recõdi-
ta cõstat cõsumi preter dẽtes: oiaq;, quæ illata sunt vna cum
cadauere fieri lapidea. a σαρκός quod significat carnẽ hu-
manã: & φαγω comedo. De eo lapide sic scribit Celsus: La-
pis ẽt, q carnẽ exedit: quẽ Sarcophagon Græci vocãt. scribit
Strabo cadauer Alexãdri ereptũ fuisse perdicæ a ptolemæo
Alexãdriãq; delatũ, atq; cõditorio illic extructũ fuisse. qd
(scribit Trãq.) iussit apiri August⁹, cũ Alexãdriã venisset,
supatis Antonio, & Cleopatra. Sed qñ de sarcophago facta
Loca Plauti emendata — est mẽtio: subiit mihi monere locũ illum apud plautũ in Am-
phitryone esse corrigẽdũ: vbi legitur: Hæc sola sarcã gestat
tu scribe sic: qd nos recte emẽdauimus: Hæc sola sana restat
meorum familiariũ, sequitur enim: immo oẽs sani sunt pfecto. di-
cit enim Amphitryo oẽs familiarium esse insanos: quam ab
eis nõ cognoscatur præterquam ab Bromia: quam solã dicit
restare sanam. Facile enim fuit sarcam pro sanam scribere.
Sic etiam locus ille in Asinaria est castigandus: vbi scriptum
est: Vides meam ante mergere. Nos sic correximus. Vides ne
amãtẽ egere. s. viginti minis, de qbus ante. ¶ Mors sola fate-
tur: sola, inqt, mors docet hominem, qui tantopere intume-
scit, inanemq; hanc mortalem gloriam querit esse quiddam
minimum quando mortuus vel paruula vrna recondatur.
hocq; maxime dictum est ob Alexandrum: cuius animus tã-
tus erat: vt vix eum totus orbis caperet: qui mox exiguo
captus est tumulo. ¶ Creditur olim: dãnat & Xerxem stulti-
tiæ: qui cupiditate gloriæ incensus inenarrabili belli appara-
tu Græciam aggressus est: vbi tandem superatus est, sum-
mo cum dedecore in Asiam refugit. Cuius rei historia (vt lu-
culenter docent Iustinus lib. secundo, Herodotus libro. vii.
Plutar. in vita Themistoclis, & Probus Aemilius) ita se ha-
Xerxes — bet: Xerxes cũ Græcis bellũ illaturus esset, cõparatis septin-
gẽtis milibus hoium de regno, & trecẽtis de auxiliis: & de-
cies cẽtũ millibus nauiũ numero, fabricato ponte sup Helle-
spõtũ traiecit i Europã: vbi inito prælio: cũ Persæ a Græcis
duce Themistocle bello nauali supati, in fugãq; cõuersi eẽnt:
ipse tali clade perculsus & dubius cõsilii, hortante Mardonio
milites ducibus pducẽdos tradit: ipse cũ paucis Abydon cõ-
tẽdit: vbi cũ solutũ põtẽ hybernis tẽpestatibus offendisset:
piscatoria scapha traiecit in Asiã trepidus: quæ oia hoc in lo-
Athos — co poeta psequtur. ¶ Velificatus Athos: Athos mõs est altis-
simus Macedoniæ: q ad mare Aegæũ vsq; porrigit, & i æsta-
te vmbrã extẽdit ad Lemnon isulã maris Aegæi, quẽ (vt scri-
bit Herodotus lib. vii. & Iustinus) Xerxes, cũ in Græciã ve-
nisset, classẽq; haberet ad Eleuntẽ Cheronesi stationẽ, iussit
abscidi a cõtinẽti: fossa aũt facta est lõgitudine mille & qngẽ-
torum passuum. ea latitudine, ut duas naues cõtrarius exciperet.
qd qde factũ est cũ ad ostẽtandã potentiã, tũ ad reliquẽdã
memoriã magis, q̃ ad vllã expeditionẽ necessariã. Ergo velli-
ficatus. i. p quẽ naues sua vela nauigauere. Catullus: Per me-
diũ classis barbara venit Athon. ¶ Athos: in noiatiuo Athõ
inuenitur & Athos: cuius genitiuus & datiuus est Atho mo-
re ãttico: accusatiuus Athon a noiatiuo Athos. Virgil. Aut
Athon aut Rhodopẽ aut alta Ceraunia telo Deiecit. Atho-
na aũt a nõatiuo Athon ablatiuus Atho. Ouidi. lib. secũdo
de arte amãdi: Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur
Græcia mendax — in Hybla. ¶ Et quicquid Græcia mẽdax: innuit Iuue. ea quæ de
Xerxe dicũtur esse fabulos⁹. Nã Græci historici fabulas ple-
rũq; historiis inferciũt, mẽdaciisq; gaudẽt. vnde Pli. lib. v. cap
primo loquẽs de nemore Hesperidũ sic inqt: Nec præter olea-
stros aliud extat ex narrato illo nemore. Minus pfecto mi-
rẽ portẽtosa Græciæ mẽdacia de iis pdita. Idem i octauo:
Mirum est q̃ pcedat Græca credulitas: nullũ tam impudẽs men-
daciũ est: vt teste careat. Sic ẽt a Valerio in capite de amici-
tia taxãt vt mẽdaces: Illa gẽtis ad fingendũ paratæ mõstro
similia mẽdacia, vnde & Cice. in primo limine de legibus ait.
Apud Herodotũ patrẽ historiæ, apud Theopompũ innu-
merabiles esse fabulas. ¶ Constratũ classibus: nã nauiũ, decies
centũ millia habuisse dicitur. ¶ Suppositũq; rotis: nam vt ex
Asia in Europã traiiceret copias, pontẽ fecit, quo Abydũ Se-
sto cõiũxit: inter q̃s vrbes Hellespõtus nõ maiore est spatio,
q̃ septẽ stadiorum. Sed cũ pons tẽpestate, & fluctibus esset quas-
satus, iussit trecẽta verbera ponto infligi, & cõpedes iaci, &
colaphos incuti. Herodotus auctor est libr. vii. cũ his quoq;
misisse, qui stigmata ponto inurerẽt, hac barbara & vesana
execratione, quasi dirrecti pontis pœnas infligeret. O amara
aq̃ rex cõpedes has inicit, qd illũ iniuste læseris, abs quo
nihil mali passus fuisti. Et enim rex Xerxes volueris, nolueris
siue trãsmittet, meritoq; tibi nemo amplius sacrificabit, vt
amaro, dolosoq; fluuio: sed pontẽ occisis prioribus ãrchite-
ctis refici iussit. Virg. in Culice sic: Nõ pfossus Athos, nec ma-
gno vincula ponto iacta, meo quærẽt iam sera volumine fa-
mam, Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum, Græcia
cum timuit venientes vndiq; Persas. ¶ Rotis: hoc est curri-
bus: qui per pontem fabricatum in Europam traducti sunt.
Quod tamen minus admirabile facit, q Caligula (auctore
Tranquillo) contabulauit medium interuallium Baiarum
vsq; Puteolos trium millium & sexcentorum fere passuum.
¶ Credimus altos Defecisse amnes: tanta enim fuit (vt di-
ximus) hominum multitudo: vt non immerito proditum

sit flumina ab exercitu fuisse siccata: Græciãq; omne3 vix ca
Medi pere exercitũ eius potuisse. ¶ Medo: Medi populi sũt oriẽta
les Asiæ maior is cõtermini Persis: qđ Apuleius in pri. Apo/
logia ostẽdit: cũ dicit Cyrũ maiorẽ ob locorũ vicinitatẽ fuisse
Sostra. Semimedũ, & Semipsa3. Et madidis .i. credimus & ea, quę
tus Sostratus madidis alis cãtat, fuit Sostratus q̃dã Augusti tpi
bus hõ (vt scribit Plutarchus in Marco Antonio) oĩum æta
tis suæ ad dicẽdũ ex tpe promptissimus: sed tñ academię nõ
decẽter se inserẽs, de hoc poeta nõ intellexit: sed de alio, quẽ
poeta innuit de expeditione Xerxis in Græciã multa cõscri
psisse. Verũ cũ de eo alibi nos legisse nõ meminerimus: re3 vt
adhuc indagandã relinq̃mus: eosq; miramur, q falso tradide
rũt Sostratũ ex testimonio Herodoti vatẽ fuisse, q de aduẽ
tu Xerxis pdixerit: cũ ab Herodoto, nõ Sostratus, sed Ono
macritus quidam sortilegus, noĩetur in septimo: cuius suasu
Xerxes ad inferendũ Græciæ bellũ est inductus, fuit & alius
Sostratus Gnydius, q ob nauigantiũ salutẽ turrim Pharõ fa
bricatus est. Ptolemæo pmittente nomen eius in ea inscribi.
auctor Pli. lib. xxxvi. ¶ Alis madidis: hoc est furore poetico
plenis & ebriis. Na3 madidus ponitur pebrio. Plaut. in Am
phit. Faciã vt sit madidos sobrius. ¶ Ille tñ q̃lis rediit: irridet
poeta fatuũ regẽ cuius introitus in Græciã q̃ terribilis, tam
turpis, ac fœdus discessus fuit. Nãq; nõ solũ terrestri prælio
Salamis supatus est, sed demũ & nauali apud Salamina profligatus a
Themistocle, in Asiã fugere coactus est. Salamis aũt, siue Sa
lamin insula est ex aduerso Atticæ iuxta Aeginam. Eiusdem
nois est ẽt ciuitas in Cypro, quã Teucer fugiẽs Telamonem
patrẽ cõdidit. ¶ In Corũ, atq; Eurũ: speciem p genere posuit
¶ Barbarus: ignominiose barbarũ appellat: hocq; ex histo/
ria. nam Græci volẽtes Xerxẽ significare, Barbarũ dicũt, q̃si
vesanũ hoie3. ¶ Carcere Aeolio: i antro Aeoli, q Iouis ex Ace
sta filia Hippotæ Troiani filius tpibus Iliacis, Aeolis isulis
imperauit. & cũ incolis ventorũ flatus prædiceret, existima/
tus est in potestate sua vẽtos habere. vñ Virg. Impio premit
ac vidis & carcere frenat. & Ouid. lib. xiiii. Meta. Hippota
den cohibẽtem carcere ventos. ¶ Ennosigæũ .i. Neptunũ. est
enim cõpositum ab ἐνύω: qđ est concutio: & γ terra: eo q
mare fluctibus terra3 cõcutiat. vñ Gelli. causas terræmotus
sub dubio explicãs iqt: Vẽtorũ ne vi accidat specus, hiatusq;
terræ subeuntiũ, an aquarũ subter in terrarũ cauis vndantiũ
fluctibus, pulsibusue: ita vt vidẽtur existimasse antiquissimi
græcorũ, q Neptunũ Enno sigæũ appellauerũt, an cuius aliæ
rei causa nondũ ẽt p certo habitũ. ¶ Mitius id sane: ironicos:
subandi fuit: tñmodo iniecisse vincula: & qđ nõ credidit di
gnũ stigmate. q.d. adeo fatuus & vesanus fuit: vẽ ẽt dignũ sti
gmate existimauerit. nã (vt diximus) Neptunũ iussit notis i
Stigma vri. Est eni3 stigma nota, & punctũ, quo qs signatur. a στίζω
qđ est pũgo. p trãslationẽ aũt capit p suggillatione & nota
infamiæ. Trãquil. in Cęsare: Perpetua stigmata imposita nõ
dissimullauerat. Mar. lib. xii. Frõs hæc stigmate nõ meo not
anda est. ¶ Huic: iã fatuo & vesano. ¶ Quisquã vellet seruire
Deorũ: q.d. ne Dii q̃dẽ ab iniuriis eius tuti essent, si eis cõtin
geret ei ministrare: sicq; eius psequitur fatuitatẽ. ¶ Sed qualis
rediit: hic q tam terribili apparatu Græciã inuasit. Estq; fa/
cta repetitio in irrisionẽ tam fatui conatus. ¶ Nẽpe vna na/
ue: nã vna (vt diximus) tñ scapha piscatoria aufugit in Asiã.
Erat res spectaculo digna, & ad æstimationẽ rerũ humanæ
sortis varietate mirãda, in exiguo latẽtẽ videre nauigio, quẽ
pauloante vix æquor oẽ capiebat, carentẽ ẽt oi seruorũ mini
sterio. ¶ Has .i. tales. ¶ Exegit gloria: gloria inqt & honoru3
cupiditas i causa fuit, vt multi in tales plaberẽtur pœnas: p
qđ colligit gloriã multis pniciosam solere esse. vñ Oui. in. xi
An obest quoq; gloria multis. ¶ Exegit: sumpsit has pœnas,
& hæc supplicia. Exigere aũt variis significationibus accipi/
Exigere tur: sed hoc loco p sumere, vt illud apud Valeriũ: Papyrius
in pœna exigẽda pseuerauit. Exigere igrere. Virg. Quęrere
constituit, sociisq; exacta referre. Exigere elicere, excludere
Terẽ. Spectãdę an exigẽdę sint vobis prius. Apuleius in. iiii
Floridorũ: Eas oẽs pestes mõtibus exegit. Exigere, debitũ re
petere, Cic. i. epistola ad Cassiũ: Sed nõ vrgeo: lõgiores eni
expectabo, vel potius exigã. Exigere cogere. Virg. Quos im
proba vẽtris Exegit cæcos rabies. Exigere agere Virgi. Om
neis vt tecũ meritis p talibus annos Exigat. Exigere diffini
re, cõstituere. Virg. Decreuitq; mori tẽpus secũ ipsa, modũq;
Exigit. Exigere finire. Ouidius: Iamq; opus exegi.
ASCE. ¶ Bellorũ exuiæ & c. Ostendit in uictoria: glori. & præda
bellica nõ esse uera bona. licet a multis appetantur. Appetun
tur aũt intantum ut multis psuasum sit esse maiora bona, q̃
quę a mortalibus cõferri possint. qñquidem triumphãs sum
mo Deo in eiusdẽ uestibus sacrificabat, eiusdẽq; psonam ge/
rebat: Quapropter dictũ est: q ne sibi triumphans placeat
curru seruus portatur eodẽ. Quinetiã cõtumelias & irriso/
rias cãtilenas in triumphantẽ dicere licebat. Ordo igitur ta
lis est: Exuuiæ bellorũ .i. ea quibus victi in bello exuũtur. vt
lorica .i. tegmen ex loris factũ quale nũc ex hamis & annulis
faciũt. affixa truncis .i. truncatis arboribus. tropheis .i. ad tro
phæũ cõstitutis. & buccula .i. buccarũ tegmẽ pendẽs ex cassi
de .i. galea fracta. oia enim dirupta & fracta suspẽdebantur:
vt vi & a fortiter resistẽtibus abstracta videãtur: nõ ab im/
bellibus & timidis, q arma abiiciũt in fugã versi. & iugũ cur
tũ .i. imminutũ. temone .i. cuius temo deerat: vel iugũ qđ tra
hebãt eq: quo tpe in curribus pugnabãt. curtũ .i. abruptũ &
cutuatũ cũ sup. temone .i. ligno oblongo. ad qđ iugũ annecti
tur: & deinde rotæ: totusq; currus. & aplustre .i. ornamen
tũ amplius q̃ ad nauigandũ opus sit. dicitur ẽt aplustre & in
plurali aplustria, vel aplustra: quasi sine nauigatione: q sine
amplustri vel aplustri nauigari põt. est ergo ornamentu3 ad
pompã magis, q̃ ad necessitatẽ adhibitũ. triremis .s. nauis tri/
bus ordinibus remorũ vtẽtis: victę ab eo q aplustra suspen/
dit. & captiuus .s. summus dux hostilis exercitus: hoc est sta/
tua eius tristi .i. s ppterea q in triumpho ductus sit vultũ tri
stẽ habẽs. in summo arcu .s. triũphali. cõstituebãt enim arcus
ex lapidibus: cuiusmodi sunt arcus in põtibus: in quorũ sum
mitate tenebat victor victũ. hæc oia aũt creduntur sup. esse
bonna maiora bonis humanis .i. q̃ quę ab hoie conferri pos/
sunt. Indupator p imperator .i. princeps exercitus, q oibus im
perare põt. Romanus vt põpeius & Cęsar. & Graius .i. græ/
cus vt Alexãder Magnus. ac barbarus .i. quis alius vt Hanni
bal. & erexit se ad hęc .i. ad hmõi bona. & habuit inde .i. ab iis
bonis impetrãdis causas discriminis .i. periculi, atq; laboris. tã
to maior sitis .i. appetitus est famæ q̃ virtutis. Si enim tollas
præmia virtutis .i. honorẽ & gloriã: q̃s amplectitur ipsa3 vir
Calau tutẽ. q.d. nemo. Tñ .i. q̃uis tãopere appetatur gloria .i. appe
lus titus glorię. & ambitio paucorũ .s. Syllę & Marii, Cęsaris, &
pompeii, Augusti & collegarũ, aliorumq; q ciuilia bella gesse
rũt. & cupido laudis & tituli .i. clari nois inscriptionis. hæsu
ri .i. inhæsuri. saxis .i. saxeis sepulchris aut vrnis, existentibus
custodibus cinerũ: ad quæ tñ saxa discutiẽda .i. findẽda & dis
soluẽda valent. robora .i. trunci aut vires. mala .i. inutilia &
nociua. sterilis ficus .i. eius quę caprificus dicitur. Quãdoq̃dẽ
i. cũ ita sit, q fata .i. fatales interitus sint data. quoq; .i. ẽt. ipsis
sepulchris. de q̃ re sic dicit Ausonius: Miremur periisse hoies:
monumẽta fatiscũt: Mors ẽt saxis, noibusq; venit & c. Hęc i
quã gloria & cupido tituli q̃tumuis parũ duraturi, obruit .i.
ASCE. sanguine & igni: quasi diluuio quodã inoleuit. patriã dicto
rũ ambitiosorũ .s. Romã. Expẽde .i. pũdera Hãnibalẽ ducem
Carthaginẽsium: quot libras inuenias in summo duce. q.d.
paucissimas: & tñ hic est quem Africa psusa ab occidẽte soli
cet Oceano Mauro .i. mari Atlãtico. q p &. ad mota ab oriẽ
te. s. Nilo tepenti pp calorẽ regionis. & admota rursus vt po
te ab meridie vsq; ad populos Aethiopũ q clauditur mari
Aethiopico: & ad alios elephãtos indicos .s. aut lybicos: hec
est quãtumuis lata regio. tñ non capit .i. cõtinere nõ põt eo
q aius eius maior est: & maiora desiderat: vnde subdit. Hi/
spania additur imperiis eius. trãsilit .i. celeriter quasi nõ esset
obstaculũ transit. pyrenæum .i. montẽ diuidẽtem Hispania3
a Gallia: & tñ natura opposuit Hãnibali .s. alpes & niuem .i.
mõtem altum & niuosum Italiã a Gallia & Germania sepa
rãte3. & ipse Hãnibal diduxit .i. in diuersas partes duxit: hoc
est diuisit scopulos: hoc est saxa eminentia inter niues sicut

scopuli in mari eminēt, & rupit montē.i.partē mōtis aceto, quo liquefecit & pedit saxeā materiā, Iā.i. postq̄ talia pegit, tenet Italiā. & tñ tendit pgere vltra & inqt nihil actū est: nisi frangimus portas ciuitatis roma. milite pœno.i. punico: hoc est Carthaginēsi exercitu. & nisi pono vexillū meū in media Suburra.i. regione populosissima Romæ. O qualis sup. erat facies.s. Hānibalis: & quali ta bella sup. erat digna vt depi/ gerēt ad spectaculū. est.i. qñ. bellua Getula .i. ex Getulia pte Africæ: hoc est elephas, q vnus superuixerat, portaret ducē.s. Hānibalē. luscū.i. altero oculo captum: aut si mauis monoculū: q a alter oculū frigore pdiderat. Ergo o gl'ia, q hoẜ cā es. qs est exitus.i. finis gestoẜ eius. Nēpe.i. certe .s. victor multoẜ vincitur. & abit pceps.i. pcipitāter i exiliū.s. ad Antiochum regē Syriæ. atq̄ sedet ibi.i. in illo exilio. ad.i. iuxta. ptoria.i. iuxta sedē iudicialē regis. magn⁹ & admirādus cliēs.i. minister ipsum eclēs. donec libeat vigilare.i. vigilias exhibere & salutatoris mun⁹. tyrāno.i. regi. Bithyno.i. Bithyniæ.s. Prusiæ. Gladii nō dabūt. saxa nō dabunt. tela nō dabunt.i. nihil magnū, aut violētū dabit aiæ.s. Hānibalis. q̄ miscuit.i. pturbauit & ꝯfudit olim res humanas: finē & exitū. sed ille.q.d. nobilis annulus i quo venenū occultauerat. exitiēs vindex.i. vindicator. Cānaꝝ .i. stragis Romanoꝝ ab Hānibale apud Cānas factæ. & vltor tāti sanguinis. O Hānibal demens.i. & curre. p sæuas alpes vt placeas pueris i scholis.s. rhetorum & fias declamatio i. prebeas thema & materiā declamādi. Addit aliud exēplū dicēs. Vnus orbi.i. mundus nō sufficit iuueni Pellæo.i. macedonico, hoc est Alexādro Magno in Pela vrbe Macedoniæ nato, ipse infelix q a nō cōtētus eo qd habuit. æstuat.i. ardet, cupiditate.s. ꝗ clausus angusto limite mūdi.i. quē angustū cēsuit. vt.i. ac si clausus esset scopulis Gyaræ.i. insulæ illius breuis, q̄ Sporadū vna est. & Seripho.i. insula illa Cycladū vna. paruu.i. modica. tñ cū.i. postq̄. Alexāder.s. intrauerit vrbē munitā a figulis.i. lapidibus coctilibus.s. Babyloniā vbi veneno necatus est, ipse erit cōtentus sarchophago.i. sepulchro carnē exedente. sola mors fatetꝛ .i. apte demonstrat. quātula.i. q̄ parua sint corpuscula hoiu3. Addit exēplum Xerxis regis Persaꝝ dicentis. Athos.i. mons Macedoniæ quē Xerxes cōtinēti abscidit. credit velificat⁹.i. velo textus: olim.i. tpe Xerxis. & q̄cquid Græcia mēdax audet in historia. credit.i. credi pōt. nos credimus mare solidū .i. integrū. & ex oi parte cōstratū.i. cooptū. iisdē classib⁹: qb⁹ .s. Athos velificatus. & credimus mare solidū suppositū rotis vehiculoꝝ.s. ꝯstructo sup ipsum pōte. nos credimus altos.i. profundos. amnes.i. fluuios defecisse aqs.s. & credim⁹ flumina esse epota.i. potādo exhausta. & hoc Medo.i. exercitu Medoꝝ & Persaꝝ prādēte. & credimus q̄ Sostratus poeta græcus cātat alis madidis: qbus in altū volat.i. potus, aut furore poetico irrigatus. Tñ.i. q̄uis. talia egisse credatꝛ: qualis rediꝫ relicta Salamine? ille barbarus.s. Xerxes solitus sæuire flagellis.i. remis sæuitiā suā ostēdere. in.i. cōtra. Corū, & Euꝝ vētos illos nunq̄ passos hæc.i. hmōi flagella in carcere Aeolio.i. Aeoli regis ventoꝝ. & q vinxerat.i. ligauerat cōpedibus i. vinculis pedū ipsum Ennosigæū.i. Neptunū: & posuit p mari maris Deū. id sup. fecit sane mitius, q̄ nō credidit.i. existimauit ipsum mare. dignū stigmate.i. pūctura: a stigo qd est signa facio, vel verbero: aut a stizo, qd est pūgo. verberauit qde flagellis mare: sed non dereliqt stigmata: q a mare pcussum sine cicatricib⁹ & stigmatis ꝯsolidatū est. Id ergo satyrice dicit in dementiā Xerxis: q (vt scribit Herodotus) cū oborta in mari tēpestas, pōtē. quē sup instruxerat, diruisset: iratus Hellespontū plagis trecētis affecit: cōpedesq̄ grauissimas i ipm deiid, veluti barbara potro & insulsa adiiciēs verba &c. Num sup. q̄sq̄ Deoꝝ velit seruire.i. inseruire: more gereret & fauere. huic.i. hmōi hoi tā foro, & tam barbaro. q.d. minime. Sed qualis rediit Xerxes postq̄ innumero exercitui talia peregit? Nēpe.i. certe. rediit sup. vna naue. fluctibus cruentis.i. p fluctus cruētos: & sanguine sucꝝ. & hoc ꝓra.i. priore parte nauis ta p remēdo dicta. taeda.i. tarda ta per densa cadauera. has.i. hmōi pœnas: quas Hānibal: Alexāder: & Xerxes passi sūt exigit.i. postulauit gloria toties optata ab eis.s. qui sic per eam perierunt.

Da spatium vitę, multos da Iupiter annos,
Hoc recto vultu, solum hoc & pallidus optas.
Sed q̄ continuis, & quantis longa senectus
Plena malis, deformem, & tetrū ante omnia vultum,
Dissimilemq̄ sui, deformem pro cute pellem,
Pendentesq̄ genas, & taleis aspice rugas,
Qualeis, vmbriferos vbi pandit Tabraca saltus,
In uetula scalpit iam mater Simia bucca.
Plurima sunt iuuenum discrimina, pulchrior ille
Hoc, atq̄ ille alio, multum hic robustior illo,
Vna senum facies, cum voce trementia membra
Etiam leue caput, madidiq̄ infantia nasi.
Frangendus misero gingiua panis inermi,
Vsq̄ adeo grauis vxori, natisq̄, sibiq̄,
Vt captatori moueat fastidia Cosso.
Non eadem vini, atq̄ ci bi torpente palato
Gaudia, nam coitus iam longa obliuio, uel si
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus,
Et quamuis tota palpetur nocte, iacebat.
An ne aliquid sperare potest hęc inguinis ęgri
Canicies? quid, quod merito suspecta libido est,
Quę Venerem affectat sine uiribus? aspice partis
Nunc damnum alterius, nam quę cantāte uoluptas,
Sit licet eximius citharœdus? siue Seleucus,
Et quibus aurata mos est fulgere lacerna
Quid refert magni sedeat qua parte theatri,
Qui uix cornicines exaudiat, atq̄ turbarum
Concentus? clamore opus est, ut sentiat auris,
Quem dicat uenisse per, quot nuntiet horas.

¶ Da spatiū vitæ: ꝯfutat & vota illoꝝ, qui longā sibi ex optant vitā: ostēdens multis argumētis nihil homini posse melius cōtingere breuitate vitæ. iuxta illud Plinii: Natura nihil hoibus breuitate vitæ ꝓstitit melius. Hebescūt sensus, mēbra torquentꝛ, ꝓmoritꝛ visus, auditus, incessus, dentes ēt, ac ciboꝝ instra, nulla demū genitis quies vnq̄ est, quæ oia incōmoda a poeta cōmemorantꝛ. ¶ Deformē: ꝑponit incōmoda longæ vitæ. ¶ Pro cute pellē: distinguit poeta pellē a cute, vt pellis dicatꝛ in sene, cutis in iuuene. licet apud auctores hæc cōfundantꝛ. Cutē & pellem dicimus indifferēter in brutis, & hoib⁹. cutē etiā in arborib⁹, & pomis corticē ipm. ¶ Pēdētesq̄ genas: genæ dicuntꝛ ꝓprie tegumēta supiora pariter & inferiora oculi. q̄ ēt palpebræ appellātur. Pli. lib. xi. cap. xxxvii. Quæ senescētib⁹ solēt flaccescere. prisci tñ genas (auctore Pli.) appellauere infra oculos malas. iuxta qd possemus itelligere pelliculas pendentes ex maxillis. ¶ Quales vmbriferos: ordo est: Quales rugas simia iam mr scalpit in vetula bucca, vbi Tabraca pandit saltus vmbriferos. ¶ Tabraca: oppidū est Africæ, Mela, & Ptolemæo, & Plin. lib. v. ca. iii. Solino, Claudiano, Silio Italico, auctorib⁹. Ibi magna ē copia simiaꝝ. vñ Strabo lib. xvii. sic tradit: Refert Possidoni⁹ se cū ex Gadibus in Italiā nauigaret, in Libyæ orā delatum esse: ac siluā quādā secus mare vidisse simiis plenā: quaꝝ aliæ sup arborib⁹, aliæ in terra sederēt, nōnullæ catulos haberēt, & vbera depēdētia, risisse itaq̄ cū eas vberibus graues cerneret, nōnullas ēt caluas, nōnullas herniosas. a Tabraca fit possessiuū Tabracenus. ¶ Vna senū facies: vna qualitas, vna paritas, vna similitudo. Virg. in Geor. Nec pigues vnā in faciē nascuntꝛ oliuæ. ¶ Infantia.i. more infantis semp mare stillante. legitꝛ & instātia & melius. ¶ Gingiuata gignēdis dentibus dicta. ¶ Grauis: molestus. ¶ Cosso captatori: Cossi (vt scri. Fe/

IOAN. BRIT.

Genæ

Tabra/

Cossus

Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola. circum silit agmine facto
Morborum omne genus, quorum si nomina quæras,
Promptius expediã, quot amauerit Hippia mœchos,
Quot Themison ęgros autumno occiderit vno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
Maura die, quot discipulos inclinet Amillus.
Percurram citius quot villas possideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luscis inuidet, huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat pleno mater ieiuna, sed omni
Membrorum damno maior dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos,
Quos genuit, quos eduxit, nam codice sæuo
Hæredes velat esse suos, bona tota feruntur
Ad Phialen, tantum artificis valet halitus oris,
Quod steterat multis in carcere fornicis annis,
Vt vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum, rogus aspiciendus amatæ
Coniugis, & fratris, plenæq; sororibus vrnæ.
Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.]

stus) dicunt natura rugosi a similitudine vermiũ lignũ edẽtiũ.
Ramex hic ꝓprium est nomẽ captatoris auarissimi, de quo añ. ſ Torpẽte: hebescente. ſ Cũ ramice: ramex morbus est i q integris testiculorũ tunicis innascit: cyrsocelen Græci appellãt. venæ intumescũt, hæ quoq; itorte, glomerat͡eq; ad superiorẽ ptẽ, vel ipm scrotũ iplẽt, vel mediã tunicã, vel imã: iterdũ et sub ipsa tunica circa ipsum testiculũ: neruiũq; eius increscunt. ſ Suspecta libido: quid, inquit, dices q ii, qui in coitu operam pręstare nõ pñt, suspecti sunt ne sint irrumatores: ita enim facilius arrigũtur vñ Mart. Summa petas: idest os, illic mentula viuet anus. Tiberi⁹ ad hoc irrumationis vitium natura (vt scri. Suetonius) & ætate pronior erat, nã qui senex est, facilius hãc detestãdam libidinem, q̃ viribus nõ indiget, & exercere põt q̃ coitum. ſ Aspice partis alio incõmodo senex afficit, q auditu priuatur. nulla enim ei potest esse voluptas aliquo canẽte. ſ Sit ue Seleucus. s. optimus citharœdus, qualis fuit Seleucus. vt sit sensus: Nulla suauitate modulationis demulcetur, licet optimus citharœdus canat, & ipse Seleucus, quem pro optimo sui temporis citharœdo intelligit: & licet sint illi quibus est mos decurrere palla aurata: hoc est tibicines, quorum cantus est multo clarior. Tibicines enĩ induti veste longa vagabant per sęnam canendo. Hora. in poetica: Sic priscæ, motumq; & luxuriam addidit arti Tibicen, traxitq; vagus per pulpita vestem. ſ Quid refert: refellit eos, qui possent dicere senem non audire, quia a canẽtibus longe sedeat. vt sit sensus: Sedeat. qua parte velit theatri, nõ tñ audiet citharœdos, q vix exaudiat cornicines, & tibicines, quorũ sonitus sunt acerrimi. ſ Quot nũciet horas: nã puer nunciabant horas dominis. Mart. in. viii. Horas quinq; puer nondũ tibi nunciat, & tum Iam conuiua mihi Cæciliane venis. Plinius libro. vii. Cn. Bebius Pamphilus præfectura & ipse functus obiit cum a puero quæsisset horas:

ASCE. ℭ Da spatiũ vitæ. Ostendit in lõga vita nõ cõsistere vera bona, licet oẽs eã exoptẽt. Ordo ẽ: Tu pallidus. i. timore mortis pallẽs: optas solum hoc. & optas recto. i. erecto vultu q̃si qd sine peccato, aut vanitate optare posses hoc solum. o Iupiter: i. iuuans. pr. i. o supreme Deus. da spatiũ vitæ. i. diu viuendi & da multos annos. Sed q̃tis q̃tũ cõtinuis. & quãtis. i. q̃ magnis. malis. i. doloribus & aduersitatibus longa senectus est sup. plena. q. d: maxime ꝯtinuis & maximis. Aspice si vis mala senectutis cognoscere. ante oĩa vultũ deformẽ, & tetrum dissimilẽ sui. i. eius, q pri⁹ erat. & aspice pellẽ deformẽ. i. laxã & rugosam ac fœdã ꝓ cute: i. loco cutis nitidæ, & bñ curatæ i adolescẽtia & iuuenta. & aspice genas: i. iferiora oculorũ cilia pendentes. & aspice tales rugas. qualis. i. quales. simia mater: annosa & multorũ mater. scalpit in vetula bucca illic sup. vbi Tabraca. i. patria illa simiarum pãdit. i. aperit ipsis. saltus vmbriferos. i. siluas igentes. plurima sunt discrimina: i. plurimæ sunt differẽtiæ in figura oris & formositate iuuenũ. ille iuuenis sup. est pulchrior hoc: atq; ille est pulchrior sup. alio: hic est multo robustior illo. vna. i. vniformis. facies. i. factura aut forma oris est senũ, & mẽbra trementia cũ voce sup. tremente: vel cũ loqui volũt sunt sup. senũ. & caput iam leue. s. depilatũ hoc est caluũ. & infantia. i. signũ immundiciæ infantiæ nasi madidi sup. est senũ: & panis est frangẽdus misero seni, gingiua. i. carne mãdibulę, inermi. i. sine dẽtib⁹ existẽte. Atq; ipse senex est grauis. i. molestus vxori & natis: & sibi. s. ipsi. adeo. i. itãtũ. vt moueat fastidia. i. nauseam & tædiũ. Cosso. captatori: idest hæredipetæ & inescatori senum orborũ quibus blãditur & palpatur. & nõ eadem gaudia: idest nõ eædem voluptates vini & cibi sunt sup. senibus, q̃ erãt ipsis iuuenibus. & hoc palato torpente, idest hebescente & amittente vim gustatiuã: dico vini & cibi. innuit poeta nõ faciens mẽtionẽ de venerea libidine: q̃ in iuuenib⁹ maior esse solet. nam longa obliuio coitus: idest coeundi est iã sup. senib⁹. vel si tu q senex es. conceris: idest frustra attentes exercere actũ venereũ. exiguus neruus mẽbri. s. virilis iacet: q erigi aut arrigi nequit cũ ramice. i. morbosis testiculis. & iacebit q̃uis palpetur tota nocte. An ne hæc canicies, q̃ in pube nouissima nascit. inguinis. i. mẽbri virilis. ægri. i. ifirmi. põt sperare aliquid sup. voluptatis venereę q. d. minime. Quid sup. dices q libido quæ affectat venerem sine virib⁹: idest arrectione membri per irrumationẽ scilicet est merito suspecta in senibus: qa ꝓsupponit de eis q alia habere nõ possent. aspice nũc dãnum alterius partis . s. auriũ. nã q̃ voluptas ẽ sup. seni cãtãte sup. aliquo. licet ille sup. sit eximius citharœdus. ve pro vel. sit Seleucus. i. optimus tibicẽ: qualis fuit Seleucus. & licet sup. sint tales musici: qbus mos est fugere. i. resplẽdere, lacerna. i. veste exteriore aurata. i. aurũ itertextũ aut faciem auratei pãni hñte. qd refert. i. qd interest. in q̃ pte theatri. i. publici spectaculi sedeat: qui vix exaudiat cornicines atq; ꝯcentus tubarũ. i. cãtus multorũ simul sonãtiũ. q. d. nihil opus est clamore: vt auris eius sentiat: quem puer dicat venisse: aut quot hõras puer iussus disquirere nunciet.

IOAN BRIT ℭ Præterea minimus: aliud senectutis vitiũ oñdit q. s. calore naturali destituat. ſ Hippiæ: mulier adultera suis tpibus, de qua supra: Hippia qd vidit. ſ Themisonẽ a Plinio & Cornelio Celso cõmẽdat vt optim⁹ medicus: licet hoc loco a Iuuenale notet. ſ Quot Basilus socios: tpibus Cæsaris Basilus viguit. de quo Lucanus: Vt primũ aduersæ socios in littore terræ, Et Basilũ videre ducẽ noua furta per æquor Exq̃sita fugæ. vñ hic ponit pro quocũq; ꝯuiuantium spoliatore. ſ Circũscripserit: circũuenerit, & fraudauerit. Verbũ añt formatũ a lõga scriptura: qua hoĩes circũligant, & illaqueant. vñ circũscriptorẽ dicimus defraudatorẽ, & deceptorẽ. Iuue. in Satyra. xv. Pupillũ ad iura vocãtem Circũscriptorẽ. ſ Hirr⁹: (vt est apud Hom. in. xviii. Odysseæ) Ithacẽsis fuit, mẽdic⁹, stultus, magno corpe: sed nullis virib⁹: quẽ Vlysses domũ reuersus sub mẽdici habitu pugnis pene occidit. De quo sic Mart. Cũ sis tã paup q̃ nec miserabilis Hirrus, Oui. Hirrus egẽs. Bi nominẽ appellat Oui. i Ibin. Nã & Arnæ⁹ dict⁹ est. hic vero ficto noie a Iuuenale ponit ꝓ paupe tutore. ipos. n. vt scribit Gellius attici aspirãt, interp̃taturq; paup. vocãt. n. attici ἰχθύζειν: qd significat piscẽ pauperẽ. ſ Inclinet. ad obscœna.

ſ Amillus

Circum scribo

Hirrus

¶ Amillus: hunc et Mart. notat vt prædiconē lib. vii. Reclusis foribus grandes pcidis Amille: Et te dephēdi cū facis illa cupis. ¶ Exorbeat: fellando. s. ¶ Quo tondente: de Cinnamo Debilis tōsore intelligit: de quo in prima Saty. ¶ Coxa debilis: debilem appellamus, q corpe non sit integro: sed aliqua pte manco. Seneca: Vt magis diligas itegrū oib⁹ mēbris: atq illæsū, q̄ debilē, aut luscū. Idē in controuersiis: Quidam expositos debilitabat, & debilitatos mēdicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Tranquillus in Augu. In hoc ludicro C. Nonniū aspernatem lapsu debilitatum, aureo torque donauit.

.i. pecra, & grādis fœm ia. exorbeat. i. sorbēdo purget. quot discipulos. i. sequaces. Amillus. i. pædico ille notissimus inclinet. Et ego percurrā citius quot villas possideat nunc is sup. s. Cinnamus. quo tondente. i. cū ipse tonderet. barba grauis. i. molesta sonabat mihi iuueni: & ita more satyrice p transitū carpit varios. Tāgit aūt quosdā morbos senū dicēs: ille. s. senex est debilis hūero: hic. i. alius lūbis. hic. i. alius coxa. i. femore. Ille. i. alius perdidit ambos oculos. & inuidet tāq̄ felicib⁹ luscis. i. vnū oculū adhuc hn̄tibus. Pallida labra huius capiunt cibum alienis digitis. i. hic impos est manuū. hic suetus diducere rictū. i. apire & claudere os ad libitū suū. ad cōspectū cœnæ. i. cœnanti hiat tm̄ nō potēs aperire os. ceu. i. tanq̄ pullus hirundinis debile adhūc garritū, & serea tū hn̄s. ad quē pullū mr̄ ieiuna (hoc verbo affectū maternalem significat) volat pleno ore. i. qualē sonitū facit cum mr̄ abuolat cum cibo. sed demētia. i. alienatio mētis & furor ē maior oī dāno mēbrorū. q̄ demētia. i. deliratio, nec agnoscit noīa s. ruorum, nec vultū amici cū quo cœnauit nocte pterita: sup. proxime. nec agnoscit illos, quos genuit. & quos educit. i. nutrit & educat. Et illectus a fellatrice vetat eos, quos genuit esse suos hæredes. & hoc codice. i. tabella, vel instro testamentali. sæuo. i. impio: tota bona feruntur ad Phialē fellatricē illā. Tm̄ valet halitus. i. attractio tepefaciēs oris artificis, q. i. qa steterat multis annis ī carcere. i. loco obscuro. fornicis. i. psibuli sub fornice cōstituti. Sed licet sup. demus vt sensus vigeant, tn̄ funera. i. cadauera. natorū. i. filiorū. sunt ducēda ad sepulchrū. s. & rogus. i. ignis incēsus. cōiugis amatæ. i. carissimæ, & icōparabilis. i. in quo ipsa cōburi debet ē aspiciēdus. & rogus fratris est aspiciēdus. & vrnæ. i. vascula in qbus ptinent cineres vstorū, ab vrēdo dicta. plenæ sororibus. i. cineribus sororū. dicit aut fratris & sororum aut qa plures etiā tūc mulieres, q̄ viri nascebantur: aut qa citius obibant mulieres, q̄ viri: aut quia versus ita cōsuluit: nec pœna data est diu viuentibus: vt senescant clade domus semper renouata in multis luctibus. qs pro &. in perpetuo mœrore. & nigra: idest lugubri veste.

Lusous ¶ Luscis: luscus appellatur qui & hebeti est visu, & q altero oculo caret. Mart. Oculo Philenis semp altero plorat: Quo fit illud mō q̄ris, lusca est. vn̄ & luscosus dr̄ inter diu patū cernēs: quos græci (auctore Fulgentio) myopes vocant. Plau. i Mercatore: Mirum lolio victitare te tā vili tritico, quia lusciosus es dicunt enim come dētibus lolium oculos

Rictus obscurari. ¶ Rictum idest os, estq apud auctores inueniri & in homine, & animali bruto. Hora. in Saty. Ergo non satis est risu deducere rictum Auditoris. Pli. lib. vii. loquens de tauris quibusdam siluestribus sic scri. Oculis cæruleis, pilo in contrarium verso, rictu ad aures dehiscēte. Mar. Rictibus his tauros non eripuere magistri. Rictus etiam in auibus dicitur. Plin. lib. x. cap. ix. loq̄ns de Cocyce aue sic ait: Nec alio q̄ colore, ac rictu columbi potius. ¶ Sed omni Membrorum damno: ostendit inter alia senectutis incommoda hominem etiam quod oium est grauissimum, desipere. ¶ Ad Phialen: mulierem fellatricem sui temporis notat: cui senex irrumator bona sua reliquit. ¶ Oris artificis: ad fellandum: scilicet. ¶ Quod steterat: idest quod os pro ipsa steterat. ¶ In carcere fornicis: i lupanari: in quo meretrices nō aliter q̄ noxii i carcē ptinēt. ¶ Vt vigeant: esto inqt qd animi sensus vigeāt: multa tn̄ incōmoda patiēda sunt. ¶ Nigra veste: idest lugubri & paruula, q̄lis in funeribus solet sumi.

Rex Pylius (magno si quicq̄ credis Homero)
Exemplum vitæ fuit a cornice secundæ.
Felix nimirum, qui per tot sæcula mortem
Distulit, atq suos iam dextra computat annos,
Quiq nouum toties mustum bibit, oro parumper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cum uidet acris
Antilochi barbam ardentem, nam quærit ab omni
Quisquis adest socio, cur hæc in tempora duret
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo.
Hæc eadem peleus, raptum cum luget Achillem,
Atq alius, cui fas Ithacum lugere natantem.
Incolumi Troia Priamus uenisset ad umbras
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lachrymas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaq Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore, quo iam
Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euersa, & flammis Asiam, ferroq cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos,
Qui domini cultris tenue, & miserabile collum
Præbet ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille vtcunq hominis, sed torua canino
Latrauit rictu, quæ post hunc vixerat vxor.
Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
Et Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis
Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.
Exilium, & carcer, Minturnarumq paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis
Hinc causas habuere. quid illo ciue tulisset
Natura in terris, quid Roma beatius vnquam,
Si circunducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam,
Cum de theutonico vellet descendere curru?
Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas, sed multæ vrbes, & publica vota
Vicerunt. igitur fortuna ipsius, & urbis
Seruatum uicto caput abstulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq Cethegus
Integer & iacuit Catilina cadauere toto.

ASCē. ¶ Præterea minimus &c. Prosequit̄ icōmoda senectæ ætatis. Ordo ē est. Preterea minim⁹: idest paucissim⁹ sanguis exn̄s in corpe iā gelido. i. frigescēte. calet sola febre. oē genus morborū circūsalit. i. saltu q̄ādā q̄si ex isidiis aggredit̄ senē. quorū. s. morborū si tu q̄ras noīa q̄ tot & tā varia sunt. ego expediā. i. expedite dicā pōptius quot mœchos Hippia mulier senatoria (de qua in. vi. dictū est) amauerit. & quot ægros Themison: idest medicus ille impitus occiderit vno autūno. quot socios. s. Romani impii. Basilus. i. iniquus gubernator. circūscripserit. i. decepit. & quot pullos hirrus circunscripserit, & quot viros. i. mēculas virorū. Maura fellatrix illa lōga

¶ Rex Pylius: Nestor Nelei filius pylon Triphyliæ vrbem impio tenuit. Ouid. Nos pylon antiqui Neleia Nestoris arua Misimus: incerta est fama remissa pylo. Cōstat aūt tres fuisse vrbes hoc noīe: hasq oēs in pelopōneso, vnā in Elide ad Alpheū, quā & Eleā nuncupāt: altera in Messenia sub Aegalio mōte, quā Coryphasiā: tertiā i Triphylia quā & Triphyliacā & Lepreaticā, necnō & Neleiam a Neleo pre Nestoris vocāt. Hic tertiā hoīum ætatē vixisse dr̄ ab hoīe. i. iii. Odyssee. IOAN. BRIT.

Ouid. Vixi annos bis, centũ: nũc tertia viuitur ætas. Cice. i
Catone maiore: Videtis vt apud Home. sepissime Nestor de
virtutibus p. licet. Tertiã. n. iã ætatẽ hoium viuebat. Hora
tius: At nõ ter æuo functus amabilẽ Plorauit oẽs Antilochũ
senex annos. Antilochũ i bello Troiano amisit, quẽ Mẽnon
Auroræ filius (vt scri. Quin.) interemit. Achilles mox pcib'
motus Nestoris in vltionẽ Antilochi Memnonem iter fecit.
Cornicis ætas ¶ Secundæ vitæ a cornice. i. post cornicẽ, q̃ multis sæculis fer
tur viuere. Hesiodus enim (vt putat Pli.) fabulose multa de
hoium æuo referens cornici nouẽ ætates nostras attribuit.
Vñ & Virg. sequutus Hesiodum sic scribit: Hos nouies supe
rat viuẽdo garrula cornix. Ouid. i Meta. Capitq; nouẽ cor
nicis sæcula passæ. ¶ Felix nimis q;: ironia est, ac si dicat infeli
cissimus fuit. ¶ Dextra cõputat: cõsuetudinẽ tangit veterũ,
qui annos digitorũ gestu cõputabant. cuius rei ita meminit
Apuleius in seda Apologia. Si. xxx. ãnos p decẽ dixisse, pos
ses videri pro cõputationis gestu errasse, quos circulare de
bueris digitos aperuisse. Cũ vero quadraginta, q̃ facilius cæ
teris porrecta palma significant, ea quadraginta tu dimidio
auges, nõ potes digitorũ gestu errasse, nisi forte trigita ãno
rũ Pudentillam ratus, binos cuiusq; anni cõsules numerasti.
Eiusdẽ rei meminit & Pli. lib. xxxiiii. c. vi. Preterea Ianus ge
minus a Numa rege dicatus, q pacis, belliq; argumẽto colit,
digitis ita figuratus, vt trecentorũ quinquaginta quinq; dierũ
no p significationẽ anni, tpis, & çui se Deũ indicaret. Beda ve
ro lib. de tpibus de numerorũ cõputatione sic scri. Depressio
sinistri auricularis stricta ad mediũ manus facit vnũ. Annu
laris facit duo. Medii tres. Eleuatio auricularis quatuor. An
nularis. v. Depressio ipsius annularis cũ eleuatione medii sex.
Extensio auricularis ad receptã manus. vii. annularis. viii.
medii. ix. Extremitas indicis ad medium pollicis. x. Extẽsio
pollicis iuxta indicem extensum viginti. Osculatio pollicis
ad indicis in suis extremitatibus triginta. Crux pollicis sup
indicem quadraginta. Depressio pollicis quinquaginta. Posi
tio indicis sup pollicem depssum. lx. Tornatio indicis sup ex
tremitatẽ pollicis. lxx. Positio indicis sup medium pollicis ex
tensi. lxxx. Tectulatio indicis stricta. xc. Hæc oia in manu si
nistra. verũ cum cõputare volebant numeros cẽtenarios trã
sibant ad dextram: & vbi in sinistra sunt decẽ, in dextra fiũt
centũ. vbi sinistra viginti, in dextra. cc. & sic successiue vsq;
ad mille. Diuus Hierony. in Iouinianũ scribens in exponẽda
dñi parabola: quæ est de fructu agri trigesimo, sexagesimo
atq; cẽtesimo: triginta tradit digitorũ molli cõiunctione. lx.
vero supiore digito depsso signari. mox addit: porro centesi
mus numerus diligẽter quæso lector attende: de sinistra trãs
fertur ad dextrã: & iisdem qdem digitis. sed nõ eadã manu,
qbus in læua nuptæ significãt & viduæ, circulum faciẽs ex
primit virginitatis coronã. Vnde ergo Nestor cũ vltra cẽtũ
annos vixisset, recte ãnos suos dextra computabat. ¶ Toties
mustũ bibit. i. qui tot annos vixit. ¶ De legibus fatorũ. i. Par
carũ, quæ in tam longũ tempus vitam suã pduxerint. ¶ Ni
mio stamine: longa vita, q̃ p filium ostẽdit. vnde illud Virgi.
parcæ Parcæ fila legunt. Tres enim Parcæ esse dicunt, Clotho, La
chesis, & Atropos, q̃ summa cõcordia modo vitam hois di
sponere dicũt. vñ a poetis dicunt Parcæ cõcordes. ¶ Antilo
chi barbã. i. filium suum iam barbatum, & ætate iam adulta.
¶ Acris: strenui & fortis in bello. ¶ Quærit. i. cum multis que
relis. ¶ Quod facinus: qd scelus, quã impietatẽ commiserit. vt p
supplicio Dii tam longã vitam sibi tribuerint. ¶ Dignũ tam
longo æuo: hoc loco eorũ opinionẽ probat: qui in longinqui
tate vitæ infelicitatẽ esse putant. vñ. illud Senecæ in prouer
biis: Heu q̃ pœnitenda incurrunt viuendo diu. in breuitate
aũt felicitatẽ vñ illud est Plinianũ lib. xxviii. cap. ii. Hoc pri
mũ quisq; in remediis animi sui habeat ex omnibus bonis, q̃
homini tribuit natura, nullũ melius esse tẽpestiua morte. &
illud. lib. vii. Natura vero nihil hoibus breuitate vite pstitit
melius. Traxit. aũt colorem ex illo Virgiliano in nono. Quã
do aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. ¶ Tam longo
æuo: quod tã diu esset sibi viuendũ. vt spectãdum sibi foret
funus filii, cuius mortẽ indignanter tulisse docet & Proper
tius: Nã quo tam dubie seruetur spiritus ore Nestoris est vi
sus post tria sæcula cinis. Quis tam lõgeuæ minuisset fata se
nectæ. Gallicus iliacis miles i aggeribus. Non ille Anthilochi
vidisset corpus humari, Diceret aut o mors, cur mihi sera ve
nis, Horatius: At non ter æuo functus amabilẽ Plorauit oia
Antilochum sex annos. Et Nestor apud Home. in. iii. Odis
seæ: Illic iacet meus carus filius, fortis, & clarus Antilochus.
¶ Hæc eadẽ Peleus. s. conqueritur. Achilles Thetidis & Pelei
filius fuit: quem ad Troiam profectũ in tẽplo Apollinis tym
bræi occisum ferunt insidiis Paridis post simulachrũ latẽtis,
cũ illuc accessisset, vt amatã Polyxenã vxorẽ duceret. vñ fin
git tenẽte Apolline arcũ paridẽ tela i Achillẽ direxisse Virgi.
Dardana q Paridis direxit tela, manusq; Corpus i Aeacidæ.
Hunc ergo pr Peleus vt immatura morte preuentum misera
biliter fleuit. ¶ Atq; alius. s. Laertes Vlyssis pater. s. cõqueritur
Nã Vlysse per tot maria errãte Laertes pater (vt scribit Ho
me. in primo Odisseæ) in agro quotidie opere rustico se ma
cerabat: ancilla vetula panem & vinum ei ministrante: roga
batq; assidue Iouem vt aiam ex mẽbris solueret. ¶ Cui fas:
cui par est & decet. ¶ Ithacũ: Vlyssem. pro Ithacẽsem ab Itha
ca eius patria. Est aũt Ithaca insula ante sinum Corinthiacũ
non longe a Cephalenia insula. ¶ Natantẽ: per maria iam de
cem annos errantẽ. ¶ Incolumi Troia. priamus, inqt, non vi
disset obsidione decẽnalem patriæ suæ: nec mortẽ tot libero
rum, totq; propinquorũ, si ei prius cõtigisset obire mortem,
q̃ paris rapuisset Helenã. Nec tam flebiliter illa caneret: Hec
oia vidi inflammari priamo vi vitã eripi, Iouis aram sangui
ne turpari. Sicq; ostẽdit in longitudine vitæ multas existere
miserias. vñ. Seneca in prouerbiis (vt modo diximus): Heu q̃
pœnitẽda incurrunt viuẽdo diu. Ordo aũt est: priamus ma
gnis solẽnibus venisset ad vmbras Assaraci. incolumi Troia
Hectore portante funus, & reliquis fratrum ceruicibus. s. por
tãtibus, inter lachrimas Iliadum. i. mulierũ Troianarũ. ¶ As
saraci: Tros genuit Assaracũ & Ilum, Ilus Laomedõtẽ pria
mi patrẽ. ¶ Hectore funus portãte: apud antiquos a filiis fu
nera patrũ efferebantur. Nam (vt scribit plinius lib. vii. cap.
xliiii.) Qu Metellus Macedonicus a quatuor filiis illatus est
rogis: Re[illegible] fratrũ: sub iudi a supiore portantibus. Quin
quaginta enim (auctore Home.) habuit filios, & filias duo
decim. ¶ Vt inciperet: ita vt inciperet tanq̃ pficæ: Nã in fune
ribus cõducebant mulieres, quæ ad lamentandũ mortuum
plangẽdi modũ cæteris darent. quæ dictæ sunt pficæ, quasi q̃
aliis [illegible] muneris pficerẽtur. Neuius: Hæc qdem me hercle
opinor præfica est, quæ sic mortuũ collaudat. auctor est Fe
stus. ¶ Polyxena: priami filia: De qua sic loquitur Achilles a
pud philostratum: Verũ esse eam apud templũ meũ, fuisse iu
gulatã, non inuitam tñ neq; a Græcis, sed ipsã sponte ad tu
mulũ meũ veniẽs, cũ amoris, quẽ erga me summũ habuerat,
meminisset, erecto gladio incubuit. ¶ Scissa palla: palla vestis
est honestæ mulieris. Virg. pallã signis, auroq; rigentẽ. plau
tus in Menechmis: pallam ad phrygionem fer cõfecto prãn
dio. in luctibus aũt funerũ præ dolore veste scidebant. ¶ Di
uerso tẽpore. s. ab eo quo euersa fuit patria: sed quo paris pa
rabat nauigare in Græciã vt raperet Helenã. ¶ Carinas au
daces. i. ipse audax, qui in Græciã cũ Aenea, delectaq; Troia
na iuuentute nauigare non est veritus, rapturus (quod fecit)
Helenã marito. Nam cũ priamus ægre ferret hesionem soro
rem suã ab hercule iure belli sublatã, & traditam Telamoni,
misit paridẽ in Græciã edoctũ vt hesionẽ repeteret, quod si
non ipetraret, aliã raperet. Postulata hesione, nec reddita re
gionẽ vastauit, & Sparta vi expugnata helenã abduxit, ob
quod a marito recipi meruit. Alii scribunt paridem a Mene
lao hospitio honorifice susceptum pulchritudine mulieris
captum, hospitii iure calcato cum omni regia supellectile eã
abduxisse uolentẽ. Alii diuersa sentiunt. Diffusius hanc histo
riam in cõmentariis nostris in Achilleida recitauimus. ¶ Lõ
ga dies igitur: cũ ergo, inqt, priamus tam multa aduersa diu
viuẽdo sit ppessus: quid ei profuit longa uita? ac si dicas lon
ge melius fuisset si in viridiore ætate mortuus esset. ¶ Lon
ga dies: longum tps. ¶ Euersa: prostrata. ¶ Asiam: hyperbole.

non

non eni totā Asiam, sed multas Asiæ ciuitatis vna cum Troia euersas. ¶ Miles tremulus .s. priamus, qui senio confectus capta iam Troia arma induit, vt patriæ opē ferret. Virg. Arma diu senior desueta trementibus æuo Circundat nequicquam humeris. Tiara ¶ Tiara: de tiara satis superius diximus ex testimonio Herodoti, & aliorum auctorum: eo loco Vestitur buccæ tiara. Est enim genus pilei, quo reges persarum vtebātur. ¶ Ruit ante aram: Cicero in primo Tuscula. sic scribit: priamū tanta progenie orbatum. cū in aram confugisset, manus hostilis interemit. hic si viuis filiis incolumi regno occidisset, astante ope barbarica, tectis cælatis, laqueatis vtrū tandem a bonis, an a malis discessisset? ¶ Sūmi Iouis .s. hercei. de quo Lucanus: Herceas monstrator ait non respicis aras. Ouid. in Ibin sic. Cui nihil hercei profuit ara Iouia. Herceus Iupiter herceus autē Iupiter est dictus, quod intra vallum coleretur. nam ἕρκος septum significat. ¶ Ab ingrato aratro .s. ab ipso agricola ingrato. id. est quem iam agricola ingratus fastidiuit. ¶ Exitus ille hominis .s. finis vitæ priami ¶ Vtcunque: sed haud fuit: quasi dicat satis miserabilis fuit. Hecubæ conuersio ¶ Sed toruum: sed vxor Hecuba terribilis fuit omnibus suis latratibus. nā (vt scribit Ouidius lib. xiii. Metamor.) ea post cædem priami, euersionemque patriæ, cū mortem polydori filii viscieretur, excæcato polymestore a quo polydorus interemptus fuerat, furibunda abeuntes Græcos latratu est insectata: vnde in carnē conuersam finxerūt. Ouidius. Rictuque ad verba parato Latrauit conata loq. De qua sic plautus in Menechmis: Non tu scis mulier Hecubam quapropter canem Græci esse prædicabant, omnia mala ingerebat quemque aspexerat, itaque adeo iure cœpta appellari canis. De ea item sic Cicero in tertio Tusculanarum: hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam, & rabiem fingi in canē eē cōuersam. ¶ Transeo: occupatio est. ¶ Regem Mithridatis mors ponti Mithridatē, qui ad sexagesimū & octauū ætatis suæ annum per multas erumnas, & clades puenit. Ter enim a Romanis ducibus superatus est a Sylla, Luculo, & pompeio. Demum cum a pharnace filio bello premeretur, obsidereturque in regia, mortem per venenum tentauit, vxore prius, sororibus, & pellicibus veneno necatis. sed eū id frustra hausisset. quod a teneris annis remedia sibi aduersus venena cōparasset, a milite Gallo nomine Bithoco, in cædē suam exoratus, interfectus est. auctor est plutharchus. Crœsi mors ¶ Et Crœsum: hic est ille Crœsus Lydorus rex: qui et omnium hominum felicissimum se arbitraretur. (Thesauros enim maximos habebat) accedenti ad se Soloni philosopho totam ex Aegypto reuerteretur, diuitias suas ostendit. interrogauitque an quisquā esset se felicior. Tunc respondit Solon: Neminem ex viuentibus appellādum esse felicem, quod ad vltimum vsque fati diē ancipiti fortunæ subiecti essemus. quod dictum ex parabolis Salamonis sumptum est, qui ait: Nec beatum aliquem putet antequā moriatur. ad quod respexit Ouidius: Sed scilicet vltima semper Expectāda dies homini, dicique beatus Ante obitum nemo, supremaque funera debet. Itaque cum a Cyro rege persarum bello captus in rogo esset in compedibus positus cum quatuordecim Lydorum clarissimis filiis: recordatus est sententiæ Solonis: nominauitque ter Solonem: quo audito Cyrus, cum aliquem Deum inuocare crederet, grauiter indoluit, memor humanæ conditionis, quæ incertis fortunæ flatibus iactatur. Ita Crœsum ex rogo iam ardenti: sed diuino quodam imbre cælitus demisso extincto, abstractum ad se adduci iussit. de eo multa Herodotus, Iustinus, & plutarchus scribunt. Solon ¶ Solonis: Solon (vt inquit Laertius) Salaminius patria fuit, Athenis claruit Tarquinio prisco Romæ regnante, leges atheniensibus dedit tanto temperamento, vt parem gratiam a senatu & plebe contraheret: quibus si Athenienses (auctore Valerio) vti voluissent, sempiternum habituri fuissent imperium. is omnium hominum & oraculi iudicio sapientissimus est habitus. ¶ Respicere ad vltima spatia: vt nemo .s. (vt memorauimus) citra mortem felix diceretur. ¶ Exilium, & carcer: incommoda, inquit, quæ plurima perpessus est. C. Marius habuere causas ex longa vita. nam Marius superatus a Sylla Minturnis latuit in palude, vbi cōprehensus in carcerem est cōiectus, Gallum missum, qui eum interficeret, vultus maiestate perterruit, solutis a Minturnensibus vinculis in Africam nauicula traiecit: sed eum Sextilius Africæ prætor monet per lictorem, vt inde facesseret, respondit lictori: vade & nuncia Sextilio te vidisse C. Mariū in ruinis Carthaginis sedentem, exulemque, & panem mendicantem: & cum dicto discessit. hæc breuiter tangit poeta: de quibus diffusius plutar. & pli. de viris illustribus. Minturnæ ¶ Minturnarumque paludes: inter Formias & Sinuessam Minturnæ sunt vtrinque ad stad. lxxx. distantes, interfluit autem Lyris amnis: quem olim Clanim vocauerat: qui ibi paludes efficit. De quibus Luca. sic: Cum post Theutonicos victor, Libycosque triūphos Exul limoso Marius caput abdidit vlua: Tanga audi texere soli, laxæque paludes. ¶ Hæc causas habuere .s. ex longa vita. ¶ Quid illo ciue tulisset .i. procreasset. Virg. Dardanidæ turpi, quæ vos a stirpe parentum prima tulit .i. procreauit & in lucem produxit. Sensus est: Quid enim, inquit, beatius in terra extitisset ipso Mario, si ei post triūphum Theutonicum contigisset mori. Nam secundo consulatu, qui vltro ei delatus fuit, Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in campo Saudio vicit. de quibus triumphauit. ¶ Circumducto captiuorum agmine: s. in captiuis manibus reuinctis post terga, vel cathenis collo iniectis, imperatorem triumphantem præcedebant, vsque in Capitolium. Papinius in siluis: Actias aufugit Cleopatra cathenas. Proper. Aut regum auratis circundata colla cathenis. Pompa ¶ Pompa πομπή quod est mitto, est enim ordo rerū progredientium. ¶ Animam opimam: magnificam: allusio ad spolia opima, quæ dux duci detraheret. ¶ Curru Theutonico: quo in triūpho Theutonico est vectus: sicque colligit ex lōga vita felicitatem minime esse ostendam. ¶ Prouida pompeio: scri. plutar. ante ciuile bellum, cū Pompeius Neapoli ægrotaret vota publice suscepta ob eius salutē, vnde ad multa mala futura est reseruatus. Pompeius victus enim acie pharsalica in Aegyptū fugit, vbi iubente ptolemæo annos sexaginta natus obtruncatus est ab Achilla & photino, caput Cæsari aduentanti velamine opertū cum annulo oblatū est. Truncus a Seruio Codro humatus est inscribente in sepulchro: Hic situs est Pōpeius Magnus: Strabo scribit in monte Casio fuisse sepultum: vbi tēplum est & Iouis Casii. Est ergo sensus: pompeio, inquit, rectius consultum fuisset: si mortuus esset eo tempore quo Neapoli ægrotauit. multis enim miseriis caruisset, videturque Iuue. sumpsisse hoc ex Cice. in pri. Thuscu. sic scribēte: pompeio nostro familiari, cū grauiter ægrotaret Neapoli melius est factū. Coronati Neapol tani fuerant, nimium etiā puteolani vulgo ex oppidis publice gratulabant. Ineptum sane negocium & græculum, sed tn̄ fortunatum: vtrū igitur si tn̄ est extinctus a bonis rebus, an a malis discessisset? certe a miseris. non enim cum socero bellū gessisset, non imparatus arma sumpsisset, non domū reliquisset, nō ex Italia fugisset, nō exercitu amisso nudus in seruorum ferrum & manus incidisset, non liberi defleti, nō fortunæ oēs a victoribus possiderent, quod si mortem tamen obiisset, in amplissimis fortunis occidisset. ¶ Campania. nā Neapolis ciuitas est Campaniæ. ¶ Optādas febres: quæ ei optandæ fuissent, ne in tanta mala recideret. ¶ Vicerunt: impetrarunt salutem Pompeio aduersus ipsa fata: quæ ei morbū letalem immiserant. ¶ Fortuna ipsius, & vrbis .i. infelicitas ipsius: quia interfectus est. ¶ Vrbis: quia bellum ciuile est gestū cum maxima totius vrbis calamitate. ¶ Igitur: quia diu vixit. ¶ Caput seruatū .s. quod tam multis votis incolume diu seruauerant. ¶ Victo .s. Pompeio a Cæsare victo. ¶ Lētulus: P. Lentulus in eā oratione Catilinaria vna cum Cethego comprehensus a Cicerone consule in carcere strangulati fuerunt. ¶ Hoc cruciatu: quod caput ei non est abscissum. ¶ Ceciditque Cethegus Integer: sine aliqua membrorum diminutione: cum vitam tn̄ laqueo amiserit. vt scri. Salu. ¶ Toto cadauere .s. toto cadauere integro. nam Catilina (vt idem auctor est) acriter pugnans cum hostibus confossus est, longeque a suis inter hostiū cadauera repertus. Iuuena. ergo colligit nihil hoibus breuitate vitæ posse melius præstari.

¶ Rex Pylius &c. probat exemplis quod dixit de luctu habendo senibus. Ordo est: Rex pylius: idest Nestor in Pylo regnans, fuit exemplum vitae secundae: idest proximae. cornicae: idest proxime attigit vitam cornicis: quae longissima est. Si tu credis quicquam Homero: qui dicit ipsum iam tempore belli Troiani tertiam aetatem hominum egisse. Sunt tamen, qui nonagenarium tunc fuisse putent. & aetatem vnam continuisse vnum cursum Saturni. Sed poetam vt caetera, vt in admirationem traheret, tres aetates hominum vixisse affirmasse. fictum autem id sic ostendit per hoc quod addit: Si quicquam credis Homero. Virg. enim in rebus fabulosis, aut fidem superantibus dicere solet: Si credere dignum est. Eloquar an sileam. vt fama est. vt perhibent &c. Felix autem supple fuit Nestor. nimirum: idest haud dubie. sed hoc ironice secundum Calderinum dixit: qui distulit mortem per tot saecula: quia per tria. atque qui computat annos suos iam dextera supple manu: in qua tercentorum annorum numerus figuratur: ac saltem plus quam centorum. Vide Manci. Calderinus putat intelligendum a dextera. i. factis dexterae: quia cum facta sua memoret apud Home. docens quid iuuens egerit: & quia illa tunc corpora nascerentur, se annosum significat. Sed Mancinelli sententia multo eruditior: nescio an accommodatior sit. Non sunt autem audiendi: qui simpliciter dictum putant, vt sit computat annos dextera. i. ad digitos suos more senum & rusticorum: qui grandiorem numerum non animo: sed digitis complectuntur. Id enim de eo, cui imbecillus sit animus quadraret: non de Nestore, cuius facundam sapientiam commendat Homerus. Vnde hic ponitur pro exemplo illorum, quibus sensus viguerunt: sed luctus plurimi fuerunt. Et qui toties bibit nouum mustum: idest vinum mustum idem quod nouum. vnde Plautus mustam virginem dixit. & intelligitur vinum, sicut merum idem quod purum: sed etiam vinum intelligitur. Hic autem vbi additur nouum: ponitur pro connotato: & minus principali. per illud noti grammatici: Aequiualens geminis &c. Oro, inquit poeta, vt sup attendas paulumper. i. parum temporis: quantum ipse Nestor. s. queratur de legibus s. torum sibi. s. nimis longis. & de nimio. i. niuis longo stamine. quod Parcae. i. Deae fatales texerunt: quae creduntur vitam hominis vt filum e colo deducere: vnde est versiculus plebeius. Prima colum transfert: trahit altera: tertia rumpit. Et hic Cloto colum portat. Lachesis trahit. Atropos occat. cum. i. quando. vid. et barbam vt pote prouectioris Antilochi filii sui. acris. i. strenui in bello ardentem in rogo. Nam quaerit: idest disquirit. rogat ab omni socio: idest familiari suo. quisquis: idest quicunque adest. cur: idest quare. ipse duret in: idest vsque ad haec tempora: in quibus filii mortem videret. quae pro &, quod facinus: idest factum damnabile dignum: scilicet vt puniatur tam longo aeuo. ipse commiserit: idest perpetrauerit: quasi etiam illis probata sit illa sententia: Quicquid patimur peccata nostra meruerunt. Propertius etiam ostendit Nestora aegre tulisse mortem filii dicens: Non ille Antilochi vidisset corpus humari: Diceret aut o mors cur mihi sera venis. Peleus pater Achillis & rex Thessaliae. cum: idest quando. luget: idest defflet, Achillem filium suum raptum: idest nimis celeriter ad mortem tractum dicit sup. haec eadem, quae Nestor dixit. atque alius scilicet Laertus pater Vlyssis, cui fas supple fuit lugere Ithacum: idest Ithacensem regem Vlyssem. natantem: idest decem annos per diuersa maria periclitantem supple dicit haec eadem. Priamus rex Troiae venisset Troia existente incolumi. ad vmbras Assaraci ataui sui: idest fuisset appositus maioribus suis sup. cum magnis solennibus. i. solennitatibus. & hoc Hectore filio maximo natu portante. i. afferente funus: ac reliquis ceruicibus fratrum portantibus funus, inter lachrimas Iliadum. i. Troianarum mulierum: vel filiarum & nurum eius plorare incipientium, vt. i. postquam. Cassandra tanquam praefica inciperet edere primos planctus. & vt Polyxena scissa palla. i. quae pallam habuit scissam sup. inciperet edere &c. sic Calder. & Manci. exponunt. Georgius autem videtur intellexisse: vt sit ordo: Hectore portante funus inter lachrimas Iliadum si foret extinctus, vt. i. statim postquam Cassandra inciperet edere primos planctus, non de morte patris, quae tunc nondum erat: sed de futura destructione Troiae. erat enim vates habens hoc ab Appolline: vt vera quidem praediceret: sed quae non crederentur. Vnde dicit Virgilius in secundo Aeneidos: Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora Dei iussu: non vnquam credita Teucris. Et haec expositio mihi placeret, si hinc loco quadraret. Non autem quadrat: nam si sic exposueris: oportet dicere que pro &. vt Polyxena scissa palla: idest quae pallam scissam habuit: inciperet edere primos planctus propter vaticinium scilicet sororis. sed hoc verum non est: quia nemo credidit dictis Cassandrae. Nec videtur quomodo contexeretur quod subditur diuerso tempore. hoc enim abundaret. Nam tempus quo Cassandra praedicebat futura: etiam diuersum erat a tempore mortis Priami. dic ergo cum Calderino. polyxena autem scissam pallam habere hic dicitur quia cum ad tumulum Achillis a pyrrho occideretur: scidit vestem genibusque obuoluit: vt cum decore caderet: sicut Eurypides in Hecuba dicit: eam quoque prae dolore scidisset in luctu patris priami: si foret extinctus diuerso tempore, illo scilicet: quo Paris coeperat aedificare audaces carinas ad rapiendam scilicet Helenam. Igitur quid longa dies: idest longum tempus vitae contulit Priamo supple. ipse vidit omnia euersa. & Asiam: idest magnam partem Asiae: idest Troiam cadentem flammis & ferro: ipse miles: idest armatus pro patria vt miles: et tremulus pro senectute, tulit: idest portauit arma. & hoc tiara pileo scilicet quo pace vtebatur. posita: idest deposita. Et ruit: idest cecidit moriens ante aram summi Iouis: quasi Ioue permittente. vt: idest quemadmodum. Vetulus bos: qui praebet cultris domini tenue & miserabile collum. fastiditus iam: idest postquam est taedio affectus: ab aratro ingrato: idest nullam requiem rependente, Ille exitus quem Priamus habuit est supple vtcunque: idest qualiscunque hominis: idest qualis hominem decet. sed vxor scilicet Hecuba: quae vixerat post hunc scilicet Priamum. latrauit rictu canino: idest furiata est rabie canina. existens torua. s. torua fronte Plaut. enim ad suum propositum conuertens fabulam dicit in Menechmis Hecubam in canem putari versam quod vnicuique maledicerit quasi in vnumquemque latrans. Ergo dicit poeta festino ad nostros. i. Romanos: hoc est ad narrationem nostrorum. & transeo regem Ponti. i. Mithridatem: qui diu viuendo multa passus est. & transeo Croesum regem olim ditissimum Lydorum: quem vox facunda iusti Solonis iussit respicere ad spatia vltima longae vitae, quod Manci. hic & nos in Boetio declaramus. Exilium Marii Arpinatis, & carcer, & paludes Minturnarum in quibus latuit, & panis mendicatus victa Carthagine: idest apud Carthaginem victam. habuerunt causas hinc. i. ex longaeua vita. Quid natura tulisset in terris beatius illo ciue: & quid Roma vidisset sup. vnquam beatius: si exhalasset animam opimam: idest opima spolia referentem. cum vellet descendere de curru theutonicos in quo triumphauit. agmine captiuorum circunducto: idest postquam circunduxisset: idest in circuitu duxit agmen captiuorum: & omni pompa bellorum circunducta sup. Campania prouida scilicet mali futuri: dederat Pompeio magno scilicet. febres optandas. i. quas optare debebat: vt gloriosus per illas moreretur: sed multae vrbes pro eo orantes, & publica vota pro eius salute facta: vicerunt sup. febres igitur fortuna aduersa scilicet ipsius Pompeii: & vrbis scilicet Romae a Caesare victae, abstulit Pompeio scilicet victo a Caesare. caput seruatum per preces & publica vota a febribus. Lentulus. s. Sura vir senatorii ordinis: qui cum catilina in patriam conspirauerat: sicut e diuerso Pompeius pro patria pugnauerat. caruit hac: idest huiusmodi cruciatu: idest obtruncatione capitis, cethegus scilicet cuius: qui etiam coniurauerat in patriam. caruit. hac poena idest immunis fuit ab hac poena. & cecidit cum moreretur in bello. integer. i. corpore integro, & non mutilato: & catilina. s. Lucius caput totius coniurationis, iacuit cum in bello caesus esset. cadauere integro. i. non truncato, neque mutilato. Per quod ostendit mala saltem poenae quam affert senectus, per quam bonis mala obueniunt: quibus mali non diu viuentes carent.

¶ Formam

Formam optat modico pueris,maiore puellis
Murmure,cum Veneris fanum videt anxia mater,
Vsq; ad delitias votorum,cur tamen,inquit,
Corripias?pulchra gaudet Latona Diana.
Sed vetat optari faciem Lucretia,qualem
Ipsa habuit cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere,atq; suam Rutilæ dare.filius autem
Corporis egregii miseros,trepidosq; parentes
Semper habet,rara est adeo concordia formæ,
Atq; pudicitiæ,sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus,ac veteres imitata Sabinas.
Præterea castum ingenium,vultumq; modestum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu.quid enim puero conferre potest plus
Custode,& cura natura potentior omni?
Non licet esse viros. nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia,nullus ephebum
Deformem sæua castrauit in arce tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem,vel
Strumosum,atq; vtero pariter,gibboq; tumentem.
Nunc ergo iuuenis specie lætare tui,quem
Maiora expectant discrimina,fiat adulter
Publicus,& pœnas metuet quascunq; maritũ
Exigere irati,nec erit felicior astro
Martis,vt in laqueos nunq̃ incidat,exigit autem
Interdum iste dolor plus,q̃ lex ulla dolori
Concessit,necat hic ferro,secat ille cruentis
Verberibus,quosdam mœchos & mugillis intrat.
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ,mox cum dederit Seruilia nummos,
Fiet & illius,quam non amat,eruet omnem
Corporis ornatum.quid enim vlla negauerit udis
Inguinibus,siue est hæc Hippia,siue Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed casto quid forma nocet?quid profuit immo
Hippolyto graue propositum?quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc ceu fastidita repulsa,
Nec Sthenebœa minus,q̃ Cressa excanduit,& se
Concussere ambæ.mulier sæuissima tunc est,
Cum stimulos odio pudor admouet, elige quid nam
Suadendum esse putes,cui nubere Cæsaris uxor
Destinat,optimus hic,& formosissimus idem
Gentis patritię rapitur miser extinguendus
Messalinę oculis.dudum sedet illa parato
Flammeolo,tyriusq; palam genialis in hortis
Sternitur,& ritu decies centena dabuntur
Antiquo,ueniet cum signatoribus auspex.
Hęc tu secreta,& paucis commissa putabas,
Non nisi legitime uult nubere,quid placeat,dic,
Ni parere uelis,pereundum est ante lucernas,
Si scelus admittas,dabitur mora paruula,dum res
Nota urbi,& populo contingat principis aures,
Dedecus ille domus sciet ultimus,interea tu
Obsequere imperio,si tanti est uita dierum
Paucorum,quicquid leuius,meliusq; putaris,
Præbenda est gladio pulchra hæc,& candida ceruix.

IOAN. BRIT. ¶ Formam optat:cõfutat & corum voti, qui liberis suis optant pulchritudinem, ostẽdes exemplis quã & forma sit res homini periculosa. Ordo ẽ & sensus: Mater ãxia .i. soliciita .s. de natorũ formositate vsq; ad delitias votorũ optat formam,pueris modico murmure: & puellis maiore cum videt fanum Veneris: quasi q̃ sit Dea p quam genus humanum crescat & progignatur. Vñ sic Venus apud Papiniũ loquitur: Nil ego nil fateor to to tam dulce sub orbe, Aut vidi,aut genui. ¶ Maiore puellis Murmure: nemo enim est parentũ, qui nolit filias pulchriores ẽe,q̃ filios, multisq; id rõnibus sed maxime vt facilius nubant. ¶ Vsq; ad delitias .i. vsq; ad delicata nimis vota: qualia expñit Persius: Hunc optẽt generũ rex & regina,puellę, Hunc rapiant,que quid calcauerit hic rosa fiat q.d. non optat vt tam formosa sit,vt eam iuuenes in suos amplexus optent. ¶ Delitias appellatione deliciarum accipimus omnia, quæ ioco festiuitatis habẽtur deducto nomine a delectãdo. Catellum enim, passerem, columbam, leonem, reliquaq; id genus, & seruos, qui aliquo modo nos delectent, delitias appellamus. Vnde Marti. Stellæ de itium mei columba. Catullus. Passer delitiæ meæ puellæ. Plutar. in vita M. Antonii sic scribit: Erat autẽ Sarmentus Cæsaris seruulus ex iis,qui festiuitatis causa habere solent, quos Romani delitias appellant, iuxta quod dixit Virgi. Alexim Delitias domini. Et Seneca ad Lucilium, Seruum rusticolam delitiosum suum nominat. Delitias etiam alio modo nominamus: vt si dicamus: Puerũ nutritum in summis delitiis: quasi in summis opibus & lautitiis. Vnde Seneca de breuitate vitæ: Audio quendam ex delicatis, si modo delitiæ vocandæ sunt, vitam & consuetudinem humanam dediscere. ¶ Cur tamẽ corripias? cur,inquit, o poeta damnas hoc votum, verba sunt defensoris. ¶ Gaudet Latona: exẽplo defendit votum esse honestũ, allusio est ad illud Virgilii: Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. ¶ Vetat Lucretia: docet te,inquit, Lucretia vxor Tarquinii Collatini, quæ fuit formosa, pulchritudinem non esse appetendam, cũ ipsa ob eam occiderit,cum enim a Tarquinii superbi filio p vim fuisset stuprata, gladio se sibi pectus transuerberauit,notissima est historia ex Dionysio,Liuio,& Ouid.in Fastis. ¶ Virginia: L. Virginii centurionis filia fuit virgo plebeia cuius stuprandæ consilium, cum Appius decemuir cepisset, eamq; corrumpere nequiret, clientem subornauit, qui eam in seruitium deposceret, facile victurum, cum ipse eẽt accusator & iudex. Pater qui tũc in algido militabat, re cognita, cum ipse iudicii die superuenisset, & filiam ante tribunal locatam, cum defendere aduersus iniquum iudicẽ nequiret, vltimo colloquio cum ea impetrato in secretũ adductam cultro de taberna laniõis abrepto, occidit. hoc tamen cum adhuc viueret dictoliberam te & honestam sic lu ad manes progenitorum mitto. Nam viuenti neutrorum per tyrannum tibi potiendum erat. Corpus eius humero gerens ad exercitum profugit: & milites ad vindicandum facinus accendit: qui creatis decẽ tribunis, Auentinum occuparunt. Decemuiros abdicare se principatu coegerunt. eosq; omnes aut morte, aut exilio punierunt. Appius in carcere est necatus Lege Dionysium libro. x. Liuium in tertio ab vrbe condita,& Plinium de viris illustribus. ¶ Gibbum: tumorem appellamus & eminentiam in quacunq; parte corporis. vnde Tranquil. in Othone: Excreuerat etiam in dexteriore latere eius gibbus, vel caro, prępendebatq; adeo: vt ęgre fascia substringeretur. & Iuuena. Mediisq; in naribus in genere autem fœminino idẽ Tranqui. in Domitiano & prima declinatione protulit. Ipsum enim Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam dicitur & gibberi vnde gibberosi, & gibosi homines nominantur. Apuleius secundo libro floridorum: Cumq; inter scapulum crates retrusisset qđ erat aucto gibbere. ¶ Rutilæ aut notat mulierem deformem temporibus suis: aut eam designat, de qua Plini. in vii. Quæ vixit nonaginta & septẽ annos. ¶ Suam: scilicet faciem. ¶ Miseros parentes: ne corrumpatur. ¶ Rara est concordia formæ: rarenter, inquit, inuenias vt qui formosus sit in castitatis se terminis contineat: Ouid. Lis est cum forma magna pudicitię, aut enim corrumpitur, aut mœchatur. ¶ Lã

Delitiæ

Lucretia

Gibbus

Gibba

Gibber

cet horrida:ordo est:Licet domus horrida, & imitata vete/
Sabinæ castæ — res Sabinas tradiderit mores sanctos.¶ Horrida: inculta &
omnium deliciarum expers.¶ Veteres Sabinas:nam muliere
Sabinæ pro exemplo pudicitiæ habentur. Quod si pudica
mulier in partem iuuet domum atq; dulces liberos Sabina
qualis, Mar, lib. primo:Casta nec antiquis cedens Leuina Sa
binis.¶ Præterea castum:hic sensus est:Licet, inquit, benigni
tate naturæ fiat:vt aliquis sit castus & verecundus per se nul
lo custode adhibito:nec cura alicuius:qui cogat eum esse pu/
dicum & bonum qñ ipsa natura sit optima:custos tñ nõ licet
esse virum cum maxime velit:cogitur enim tanq̃ fœm:na pa
ti muliebria & cinædus fieri. hoc aũt cum eo conuenit:Rara
est adeo concordia formæ. Ordo aũt est: Natura larga præ/
terea tribuat ingenium castum, & vultum modestum, ferue
tem sanguine, manu benigna, nam reliqua sunt per parenthe
sim.¶ Natura larga: ad conferendum. melius est sit hypallage:
Prodigere — vt sit Natura potentior omni Custode: & cura: ostendit au/
tem naturam difficulter superari: qui enim mores nobis
per consuetudinem insederunt: quæ altera habetur natura,
vix queunt immutari.¶ Non esse viros: quia (vt dixi su/
pra) stuprantur.¶ Prodiga: consumptrix, prodigere enim (vt inqt
Festus) est consumere.¶ Corruptoris: quia muneribus etiam
ipsos parentes expugnat, vt vendat filios ad obscœna.¶ Nul/
lus ephebum: aliud periculum indicat imminere formosis.
Nam a potentioribus castrabantur & principibus, adhibe/
banturq; custodiendis lectis matronarum. Vnde vocabu/
Ephebi — lum est ductum ab χ... quod est cubile: & ... quod est te/
neo & habeo: quasi eunechus: & per sincresim eunuchus.
Domitianus tantum (auctoribus Tranquil. & Mart.) edi/
cto inhibuit mares castrari.¶ Ephebum idest puerum, qui iã
peruenit ad pubertatem. Nam ephebi dicuntur, qui ad puber
tatem peruenere. ea omnino ætas est ab annis quatuordecĩ,
vel. xvii. Ephebia est prima ætas adolescentiæ, auctores Cẽ/
sorinus libro de die natali. & Donatus. Nomen enim est grę
cum. ... in. & ... pubertatem significat. Ephebi ergo dicũ
tur existentes in pubertate.¶ Arce: arx (vt diximus auctore
Asconio) vel sedes tyranni dicitur, vel aditus in ciuitate &
munitior ad salutẽ ciuium locus. Virg. Quo res summa loco
Panthu, quam prendimus arcem? Rapuit: stuprauit.¶ Stru/
Arx — mosum: struma est tumor (vt scribit Celsus in quinto) in quo
subter concreta quædã ex pure & sanguine, quasi glandulæ
oriuntur: quæ vel præcipue fatigare medicos solent. nascuntur
enim & in ig inibus & lateribus, sed maxime in ceruice. Est
Struma — ẽt struma (vt docet Aristo. lib. viii. de natura animaliũ) mor/
bus quo & sues & boues laborant. verba Aristotelis: Stru/
ma appellat̃ cum capitis dolor & grauitas sui est: quo pluri/
mi laborare solent. Et infra de bobus loquent: Quod denicq;
in hoie febris idem in boue struma est. vnde Plin. de suibus:
Obnoxium genus morbis anginę maxime & strumæ.¶ Tu
mentem vtero: qui sit vtero tumenti, & inflato.¶ Nunc ergo
lætare: inhibitio per permissionẽ. est enim sensus: Cũ filius, i
quit, tuus formosus tam multis obnoxius sit periculis: debes
sane pulchritudine eius delectari. q. d. nihil habes qđ lęteris.
¶ Maiora discrimina: pponit aliud incõmodum & periculũ
formosorũ. adulteri enim fiunt publici.¶ Exigere: sustinere.
alibi: Quam timeo victus ne pœnas exigat Aiax.¶ Felicior
Martis adulterium — astro Martis. i. ipso Marte: quẽ cum Venere concũbentẽ Vul
canus clam retibus adamantinis, inuolutũ oĩbus Diis, viden/
dum pbuit, Ouid. auctor.¶ Iste dolor: quã mariti ex mulie/
re adulterata cõcipiunt.¶ Exigit: poscit & tanq̃ debitum re
petit, maritus, inqt, iratus dolore vxoris adulteratæ grauio
res sumit pœnas, q̃ leges tolerant.¶ Necat hic ferro: æmula
tio est. Horatius in secundo sermone: Hic se præcipitem tecto
Mugilis — dedit, ille flagellis Ad mortẽ cæsus, fugiens hic decidit acrę
Prædonum in turbã, dedit hic pro corpore nummos.¶ Mu/
gilis intrat: mugilis vel mugil (vtroq; enĩ modo dicitur) pi/
scis est, cuius natura (teste Plin. libro. ix.) ridetur. in metu ca
pite abscondito totũ se occultari credentis, p inferiora mœ
chis immittebatur. Catullus: Ahtũ te miserũ, maliq; fati Quẽ
attractus pedibus patẽte porta, Percurrẽt raphaniq;, mugi/

lesq;.¶ Sed tuus Endymion: idest filius tuus formosus, qua — Endymionis fabula
lis fuit Endymion venator, quẽ Luna ob speciẽ dilexit, dor/
mientemq; est osculata. proper. Nudus & Endymion Phœ/
bi cepisse sororẽ Dicitur, & nudæ cõcubuisse Deæ. papinius
in siluis: Cedat tibi Lathmius vltro. i. Endymion: quẽ (vt scri
bit Cice. in Tuscu,) Luna in Lathmo monte Ioniç obdormi
entẽ osculabat̃. Ouid. Fanea so cãdida dixi, Et subeãt animo
Lathmia saxa tuo. hoc aũt est ex historia. nã (vt scribit Plin.
lib. scdo) Endymion primus hoiũ Lunæ cursum dephendit:
obidq; amore eius captus fama tradit̃. Endymion ergo pro
specioso amatore ponit̃. Sic ẽt apud Apuleiũ i primo: vbi cũ
ipm auctorem tertio ãno interptaremur, oẽsq; codices habe
rent: carus Endosmion: correximus Endymion.¶ Fiet adul/
ter: sponte, inqt, formosas, turpes aũt cõductus pretio ama/
bit, earũq; libidini inseruiet.¶ Seruilia: hic ponit̃ pro vulgari
muliere & adultera. alludit aũt aut ad Seruiliam Bruti ma/
trem, catonisq; sororẽ. cũ q̃ cęsar libidinis cõmertiũ habuit.
auctor Plutar. aut ad Seruiliã Naidem. de qua Sueto. in Ne
rone sic scribit: Nã Antonius Domitiũ desiderio amicæ Ser/
uiliæ Naidis transfugisse iactauit.¶ Fiet & illius. s. Seruilię,
quã non amat accepto pmio.¶ Exuet oẽm. s. mulier. i. depo/
net. est aũt rõ quare matronã, quã nõ amat inest, q̃ illa suo
ornatu se spoliat, & adulterũ ditat.¶ Quid enim nihil, inqt,
mulier hẽt qđ mœchis non donet.¶ Inguinibus: volepeati/
bus suis venereis. de inguine diximus in prima Satyra illic:
Ad mensurã inguinis.¶ Siue Hippia: siue inqt pdiga est, vt
Hippia, siue auara vt Catulla, oino in adulterũ est liberalis.
põt ẽt esse alius sensus: Siue, inqt, nobilis est vt Hippia, siue
humili loco nata, vt Catulla, at per hoc oẽs pariter mulieres
cũ impudicæ sunt, in amatores suos sũt liberales. Alter etiã
exponi põt: vt sic dicas: Siue pauper est, siue diues, in amato
res suos liberalis est, cũ est ipudica.¶ Deterior fœmina: muli
er, inqt, ipudica, q̃ aliis in rebus honestatem calcat. in adulte/
rum se benignã pbet liberalem: ne sibi obiici possit. q̃ sit ru
stica, & male morata: cũ amatori defatigato nihil det: ergo i
ea re hẽt totos mores. i. nihil omittit: vt nõ possit dici bonis
esse moribus: cũ se benignã, facilẽ, liberaleq; pbeat.¶ Sed ca/
sto: qđ forma nocet? antipophora est: q̃si Iuuen. dixerit: oẽm
formam esse nociuam. Aduersarius contra neget inquiens:
formã nõ nocere casto. i. q in castitate viuere pposuerit. poe
ta ergo exemplũ subdit Hippolyti, & Bellerophõtis pbans
formã eis nocuisse: cũ maxime pudicitiã tueri constituissent. — Hippolyti interitus
Hippolytũ. n. cũ ob egregiã formã Phædra nouerca dilige/
ret, isq; eã auersaret: dolore percita Theseo patri eũ adulte/
rii falso accusauit: ob quã rẽ pater iratus a Neptuno petiit,
vel simauis Aegęo, vt Phocas immitteret, cũ iuxta littus q̃dri
gis veheret̃. quo facto equi cõsternati in fugã p siluas cõuer/ — Bellerophon
si, hippolytũ discerperunt.¶ Graue ppositũ: cõseruandæ ca
stitatis.¶ Quid Bellerophõti: Bellerophon filius Glauci re/
gis Corinthiorũ, cũ ad Prœtũ Abantis filiũ Argiuorũ regẽ p
uenisset, a Sthenobœa, vel (vt scri. hom.) Antea vxore prœ
ti dilectus fuit ipatienter: ea ab eo petiit vti sibi copiã sui fa
ceret, pmittens ei cõiugis regnũ: q̃ cũ ipetrare negret: verita
ne se apd regẽ criminaret̃, occupauit eũ, asserẽs Bellerophõ
tem sibi vi inferre voluisse. Prœtus q̃ eũ dilexerat, noluit de
eo suppliciũ sumere, sed eũ ad Iobatẽ patrẽ Sthenobœæ mi/
sit: vt illũ chimęrę lacerãdũ obiiceret: q̃ eo tpe Lyciorũ agros
vastabat. vñ bellua occisa victor pfugiens. cũ ad cœlũ pega/
so, quo vehebat̃, euolare cõtẽderet, neq; iã longe abesset, ter
ritus altitudine decidit, periitq;. Equus vero in cęlũ recept?
inter sidera est locatus. Ostendit igit̃ poeta hęc mala ei ob nimi
am pulchritudinẽ obtigisse. Nota est fabula apud Higinũ de
sideribus: & apud Home. lib. vi. iliad.¶ Erubuit nẽpe hæc. s.
Phædra, q̃ Hippolytũ tẽtauerat. rubet. n. qui in turpi facio
re dephendit̃. vt illud: Rubet auditor cui frigida mẽs est. &
Teren. Erubuit, salua res est.¶ Nec Sthenobœa: vxor prœ/
ti regis Argiuorũ.¶ Quã cressa. i. Phædra filia Minois regis
Cretensiũ, quã Theseus interẽpto Minotauro secũ abduxit.
¶ Cressa. i. cretẽsis Oui. Mittit amazonio cressa puella viro.
¶ Cõcussere ambæ: cõmouere se & erexere ad vindictã. s. ira/
ctãq;

ctilq; est a luctatoribus, qui certaturi manus cõcutiũt. ⁋Pu/
dor: quo afficitur, cũ ausa sit rẽ pudendã tẽtare ⁋Odio: quo
fertur in eũ, a quo repudiata est. ⁋Elige qdnã: ostensurus est
poeta formã obesse ex historia quã a Tacito pscriptã, breui

Messalina C.Silius

terq; a Tranqllo tactã i exemplũ affert. nã Messalina Clau/
dii impatoris vxor: nouo furore, inusitatoq; amore in C.Si
liũ iuuẽtutis romanę formosissimũ ita exarserat: vt Iuliã Silla
nã nobilem foeminã matrimonio eius exturbaret, vacuoq;
adultero potiret, neq; Silius flagitii: aut piculi nescius erat,
sed certo si abnueret exitio, & nonulla fallendi spe, simul
magnis præmiis opiri futura & præsẽtibus frui pro solatio
habebat, illa nõ furtim, sed multo comitatu vẽtitare domũ
& cõgressibus adhærescere, largiri opes, honores, itaq; pfe
cto Claudio Hostiã nuptiarũ solẽnia celebrata sunt, Adhibi
tusq; tabulas obsignaret, verba auspicũ audita, sacrificatum
apud Deos, discubitũ inter cõuiuas, nox deniq; acta licẽtia
cõiugali. Cæsare cognita in præteritũ Silio veniam dari iu
bet, redderet vxorẽ, rũperetq; tabulas. Cũ interea Narcis⁹
libert⁹ a Claudio Hostiã accitus dixit, matrimoniũ Silii vi
det populus & senatus, & miles, & ni ppere agis tenet vrbẽ
maritus. Timens igitur Messalina in Lucilianos hortos di
gressa est, tẽtauitq; postea marito occurrere, vt veniã imper
traret. Silius tribunali admotus nõ defensionẽ, nõ moras tẽ
tauit, precatus vt mors accelerareť. Occiso igitur Silio. Me
salina in hortis Lucilianis Narciso instãte ictu tribuni trãs/
fixa e est. ⁋Elige qdnam Suadendũ: hac interrogatione ostẽ
dit Silii vtrãq; cõditionẽ fuisse difficilẽ, siue Valeriã Messa
linam vxorẽ duceret, siue abnueret. Ait ergo poeta: Elige qd
putes suadendũ Silio, ducat ne vxorẽ ã abnuat. q.d. vtrũq;
oĩno durũ est. nam si duxerit, piculũ necis imminet a marito,
si abnuerit ab ea. verba aũt sunt Iuue. ad monitorẽ. ⁋Rapi/
tur miser: ad nuptias. s. ⁋Extinguendus: qa postea interfe/
ctus est imperante Cæsare. ⁋Messalinæ oculis. i. ante oculos
Messalinę adducitur Silius: vt eã sibi matrimonio cõiugat.

Flãmeũ

⁋Flameolo: diminutiuũ ẽ a flãmeo. est enim (vt scribit Pli.)
genus veli coloris lutei, quo nouæ nupte caput obtegebãt.

Lectus genialis

⁋Genialis lectus: genialis pprie (auctore Festo) dicitur qui
in nuptiis sternitur ĩ honorẽ Genii. vnde & appellať. De ge
nio multa alibi, & præcipue apud Persiũ ex auctoritate Cẽ
sorini. ⁋Tyrius: purpureus. Nã ex Tyro insula purpura pi/

Tyrus q olim Sara

scis habetur, q liquorẽ in faucibus habet aptũ ad tingendas
vestes. auctor Pli. vnde dicimus vestes purpureas ab ipso pi
sce, Tyrias ab insula, sidonias Sidone ciuitate Tyri, & Sar
ranas eo q haec insula olim Sarra dicta fuerit. auctor est gel
lius. ob hãc virtutẽ purpuræ Tyrii non solũ ab regibus: sed
& ab Romanis libertate sunt donati. auctor est Strabo, de
hac enim multa scribit lib. xvi. ⁋Antiquo ritu: secundũ anti/
quum ritũ: qui fere semp fuit, hodieq; ẽt seruaťt vt maritus a
puella data dote: q̃si emať. vñ est illud Virg. in pri. geor. teq;
sibi generũ Tethys emat oibus vndis. ⁋Cũ signatoribus au

Auspex

spex: nuptiis eni auspices interponebãť. Cuius cõsuetudinis
ita meminit Valerius lib. secũdo. Apud antiquos nõ solũ pu
blice, sed ẽt priuati nihil gerebať, nisi auspicio prius sumpto:
quo ex more nuptiis ẽt nũc auspices interponunť, ⁋Hęc tu
secreta: forsan, inqt, tu existimabis o Sili has nuptias secreto
celebratũ iri. ⁋Nõ nisi legitime: hinc furiosam Messalinę libi
dinẽ ostẽdit: quę oia secure fecerit, & inter cõuiuas in ample
xibus Silii steterit. ⁋Nisi legitime: nisi p rõnes coniugales
& leges. ⁋Quid placeat, dicto Sili. ⁋Pereundũ est añ lucer/
nas. i. i medio conuiuio nocturno: quo tpe coenať ad lucer/
nas. ⁋Si scelus. i. si Messalinę cõiũgeris. ⁋Mora paruula. i. bre/
ue tẽpusculũ. ⁋Impio. s. Messalinę. ⁋Quicqd leui⁹: vtrũcũq;
feceris, oio tibi erit moriẽdũ, aut p Cęsarẽ, aut p Messalinã.

ASCE.

⁋Formam optat &c. Ostendit in formositate non esse ve/
ra bona, cũ multis nocuerit. Ordo est: Mater ãxia. i. solicita
cũ. i. qñ. videt fanum. i. templũ. Veneris. i. Deæ venustatis &
formositatis, optat modico murmure. i. oris oppressione &
mussitatione modica. pueris. i. masculis. formã. i. formosita/
tem. & optat puellis. i. filiabus sui formã maiore murmure
(qa conuenientius est puellã, q̃ puerũ ornari) & vsq; ad deli-

ias votorũ. i. desideriorũ. ita q in sola imaginatione, qñ formam filiæ desiderat delitias capiat. & tñ. i. q̃uis. id inane sit ipsa inqt cur corripias. i. reprehẽdas talia vota. s. Latona. i. mater Apollinis & Dianæ. gaudet Diana pulchra. i. pulchritudine eius. sed Lucretia a Sexto Tarquinio pp formã stu/
prata. vetat optari faciẽ: qualẽ ipsa habuit. i. formosam. Vir
ginia virgo plebeia ab Appio Claudio ad stuprum petita: a
quo cũ aliter liberari nõ posset: a patre Virginio occisa libe/
rata est. cupet accipe gibbũ Rutilæ. s. illi⁹ mulieris vetulę &
gibbosæ. & dare suã. s. formã Rutilę. filius aũt egregii corpo
ris habet semp miseros præ anxietate: & trepidos. s. trepidã
tea parẽtes. adeo. i. in tñ. rara est cõcordia formæ, atq; pudi
citiæ. licet domus horrida. i. aspere viuẽs tradiderit sanctos
mores: ac licet ipsa sit imitata veteres Sabinas, quæ castissi/
mæ fuerũt. præterea licet natura. i. naturalis influẽtia larga
tribuat benigna manu castũ ingeniũ: & vultum modestũ fer
uentẽ sãguine: vnde forma nascitur. sunt aũt hęc magna: vn
de p parenthesim subdit: Quid enim natura existẽs potẽtior
oi custode & cura, põt puero plus cõferre, q̃. s. castũ ingeniũ
i. inclinationẽ naturalẽ ad castitatẽ. q.d. nihil. & tñ sup nõ li
cet. i. non est pmissum. talis sup. formosos. esse viros. i. fortes
& castos. nam vir a virtute, & vi mentis dicitur: qua q carẽt
viri pprie nõ sunt. vel si de sexu loqtur. nõ licet. i. non pmitti
tur eos a corruptoribus esse viros: q a præcidũtur aut castrã
tur: tam p̃rga improbitas corruptorũ gaudet tentare. i. soli
citare ipsos parentes: vt pmittãt. s. tanta fiducia. i. cõfidẽtia
est ipsis in muneribus: q. s. p munera sperant parentes corrũ
pere. Nullus tyrãnus castrauit in sęua arce. i. castro excelso &
munito: vel si ad Neronẽ respicit: in arce Tarpeia. i. in Capi/
tolio. ephebũ. i. adolescẽtẽ adhuc leuẽ deformẽ. nec Nero ra
puit ad stuprũ. s. prætextatũ. i. aliquẽ nobilẽ puerũ: loripedẽ. i.
oblique incedentẽ: vel strumosũ: in collo. s. strumã habentẽ.
& tumentẽ vtero. i. gibbo. Ergo o fatue parẽs, vel fatua ma
ter. lętare. i. gaude (p ironiã hoc dicit) specie. i. speciositate
tui iuuenis, quẽ discrimina. i. picula maiora expectãt. nã ipse
sup. fiet adulter public⁹. & metuet poenas. punitiões q̃scũq;
mariti irati exigere sup. solẽt. Mãci. dicit meminit exigere. i.
pati quascũq; poenas mariti irati: sed nimis placet. Nec erit
felicior astro Martis. i. aliqñ dephẽdet sicut Mars cũ Ve/
nere: quę res qa physica est: dixit astrũ Martis p ipso Marte.
vt nunq̃ incidat in laqueos. aũt pro sed. iste dolor quẽ mari
tus patitur dũ dephẽdit adulterũ. exigit. i. postulat. interdũ
plus sup. vindictæ: q̃ vlla lex cõcessit dolori. hic. i. vnus mari
torũ: necat sup. dephẽsos ferro. ille. i. alius. secat. i. discũpit
flagellis cruẽtis. & mugilis. i. piscis lubricus intrat p posterio
ra. s. cogẽtibus maritis. quosdã moechos. i. adulteros dephen
sos. Sed forte dices: q tuus Endymiõ. i. formosus filius: q̃lis
fuit Endymiõ a Luna amatus: fiet adulter matronę dilectę:
sed dicit poeta, ipse fiet &. i. ẽt adulter illi⁹ quã nõ amat, mox
i. statim. postq̃ Seruilia. i. q̃uis diues matrona, quã forte cre/
diť amare, dederit nũmos: nec expectet plus pecuniæ ab ea.
ipse eruet. i. auferet & extorquebit ab ea oẽm ornatũ corpis.
Quid eni negauerit vlla foemina inguinibus vdis. i. mẽbris
suis ad Venerẽ paratis. q.d. nihil. qa siue hęc quę inguina vda
hẽt. ẽ Hippia. i. pdiga vt Hippia. siue Catulla. i. auara aliq
vt Catulla. vel siue nobilis, siue plebeia foemina, deterior. i.
minus valẽs i reliqs suis factis, hẽt illic. i. erga adulterũ. totos
mores. i. liberalitatẽ & comitatẽ &c. q̃ grã cõciliẽt. sed dicet
mater forte: forma nocet pulchris si sint incasti sed qd nocet
forma casto. q.d. nihil. Rñdet poeta. imo dic sup. q.d. graue
i. seuerũ & maturũ ppositũ caste viuẽdi. pfuit. i. vtilitatis at/
tulit. Hippolyto filio Thesei: q.d. nihil qa a nouerca pp for
mã appetitus & falso incusatus precibus patris, & auxilio
aui ab eqs dissolut⁹ & dissiectus est. qd graue ppositũ pfuit
Bellerophõti. q.d. nihil: qa pp formã appetitus est multa pas
sus: qa tenuit. Nẽpe qa certe hæc. s. mulier, q̃ sũ fuit q̃re nisi p
fuit Hippolito aut Bellerophõti, erubuit. i. pudore affecta
est. repulsa. i. pp repulsã. seu. i. sicut. erubescere solet fastidita
i. p supbiã spreta. Nec Sthẽoboea. i. Antea Proeti regis vxor
excãduit. i. furore incẽsa est min⁹, q̃ Cressa. i. cretẽsis, q hippo

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis,
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; sit vtile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæq; dabunt Dii.
Carior est illis homo, q̃ sibi. nos animorum
Impulsu, & cæca, magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus, partumq; vxoris, at illis
Notum qui pueri, qualisq; futura sit vxor.
Vt tamen & poscas aliquid, voueasq; sacellis
Exta & candiduli diuina tomacula porci,
Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum, & mortis terrore carentem,
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscunq; labores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis erumnas credat, sæuosq; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
Monstro, quod ipse tibi possis dare, semita certe
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
Nullum numen habes, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna Deam, cæloq; locamus.

lytum amauit. s. Phædra Minois filia. & ambæ concussere. i. in vltionem excitauere se. Mulier est tunc sæuissima, cum. i. quando, pudor. i. rubor admouet odio. stimulos. i. indignationem. Elige quidnam putes esse suadēdum illi sup. s. C. Silio formosissimo iuueni. cui Messalina. s. vxor Cæsaris scilicet Claudii. destinat. i. intēdit nubere. q. d. tu nō poteris tale consilium date quin interficiatur: quia si ducit, interficitur a Cæsare, si non, a Messalina. hic existens optimus & idem formosissimus iuuenis, gentis patriciæ. i. senatoriæ rapitur. extingendus. i. necandus. oculis. i. propter oculos, uel ante oculos Messalinæ. Illa. s. Messalina. sedet vt sponsa. & hoc flammeolo. i. indumento nuptiali parato. dudum. i. pauloante. & genialis sup. torus generandis liberis sacratus. tyrius. i. purpura tectus. sternitur palam vt in licitis nuptiis: in hortis. & decies cētena sup. sestertia dabuntur sup. in dotem. antiquo ritu idest sicut ab ātiquo institutū est auspex. i. pronubus, aut paranymphus. veniet cū signatoribus. s. tabellas: hoc est (vt nunc dicunt) notariis. putabis tu hęc. i. huiusmodi spōsalia & præparamēta ad nuptias secreta & cōmissa paucis. q. d. si hoc putabas tota errabas via: q̄a Messalina non vult nubere nisi legitime. Dic si tibi vt illi casus obueniret q̄id placeat tibi facere. Ni. i. nisi. velis parere voluntati Messalinæ, pereundū est ante lucernas. i. ante primū vsum lucernarum: hoc est antequam nox sit. Si admittas scelus ducendo Cæsaris vxorem paruula mora dabitur sup. morti. dum. i. donec, res nota vrbi & populo cōtingat aures principis. s. Claudii. ille sciet vltimus dedecus domus suæ. Interea tu obsequere imperio Messalinæ: si vita paucorum dierum. est. i. reputatur. tibi. i. a te tanti sup. valoris vel pretii. q. d. non deberes propter breuem vitam, aut etiam propter famam seruandā adulterium cōmittere. & ideo prudentior fuit Ioseph, q̃ Silius. & Susana, q̃ Lucretia. Sed propter formam omnes isti fuerūt perplexi: perplexitate pœnę nō culpæ. Vnde de isto dixit. Quicquid: idest siue ducere, siue renuere. tu putaris: idest putaueris leuius & melius. ceruix tua candida & pulchra est præbenda gladio: idest interimendus es.

IOAN. BRIT. ¶ Nil ergo optabunt homines: verba monitoris ad Iuuenalem: ergo, inquit, cum vndiq;, vt declarasti immineāt pericula: homines nihil petere a Diis debebunt. ¶ Si cōsilium vis: verba Iuuenalis respondentis monitori. ¶ Expendere quid conueniat: sines, inquit, vt ipsi Dii expendant, & quasi rem ponderando id dent: qd̄ nobis sit vtile, & cōmodum. Iuxta dictum illud Socratis, qui aiebat a Diis nihil vltra petēdum esse, q̃ vt tribuerent bona: quia ii demum scirent quod vnicuiq; esset vtile. nos autem plerunq; id votis expetere, quod non impetrasse melius foret. ¶ Illis. s. Diis. ¶ Nam pro iucundis. i. loco eorum, quæ nos iucunda ducimus. ¶ At illis. s. Diis. ¶ Qui pueri pro quales pueri. ¶ Vt tamen & poscas: vt concedamus, inquit, vt ab ipsis Diis etiam aliqd poscas, id tantūmodo petendum est: vt sit mens sana in sano corpore. hęc enim sunt quæ Cicero in libro de finibus bonorum & malorum prima naturæ appellat: hoc est quæ in homine sunt præstantissima: sensuum videlicet & membrorum integritas. Vnde est illud Apulei in dogmate Platonis: Tunc hominem esse perfectum, cum anima & corpus æqualiter copulantur: & inter se conueniunt: sibiq; respondent: vt firmitas mentis præ valentibus corporis viribus non sit inferior. Idem sensit Horatius in Odis: Frui paratis & valido mihi. Latoe dones at prçter integra Cum mente, nec turpem senectam Degere, nec cithara carentem. Seneca ad Lucilium: Roga bonam mētem bonam valetudinem animi: deinde tunc corporis. Nam hoc in homine est integræ felicitatis: quorum neutrum contigit Caligulæ, auctore Tranquillo, dicente sic: Valetudo eius neq; corporis, neq; animi constitit. ¶ Tomacula: edulia sic dicta: qd: Grçci τομὴν sectionem dicunt: hoc esse puto quod Macrobius appellat Isitium: ab eo quod insecta caro reticulo circundatur. Tumacula dicuntur alio nomine; siue per syncopen Tomacla: Martialis: Quod fumantia, qui Tomacla raucis Circunfert tepidis coquus popinis: siebant enim vt plurimum, iecore, & pulmone porcino, Eratq; genus cibi ferculis in luxu autem erant abdomina, testiculi, vuluæ, sincipita, quæ cēsoriis legibus quandoq; fuerunt interdicta. ¶ Fortem animum: laudabile est votum. ¶ Fortem: constantem. ¶ Spatium vitæ: idest finem vitæ & mortē ipsam est enim sapientis id non timere, quod vitari non potest. ¶ Nesciat irasci: animi perturbatione non agatur. sapientem enim ira non agitatur, mortem non timet, sed eam inter munera naturæ connumerat. ¶ Et potiores Herculis erumnas: qui potius ad virtutes, q̄ ad voluptates erigatur. Hercules enim varios sequutus labores, immortalem sibi gloriam, & famam peperit. ¶ Erumnas: erumna est (vt scribit Cicero) ægritudo quædam animi laboriosa. Vnde ait in libro secundo de finibus bonorum & malorum: Maiores nostri labores non fugiendos tristissimo tamen verbo erumnas nominauerunt. ¶ Sæuosq; labores: aut quos satis crudeliter imperauit Eurystheus: aut sæuos magnos, & vix superabiles. ¶ Et Venere Sardanapali: idest q̃ sint delitiæ & voluptates, quales sequutus est Sardanapalus, qui vltimus Assyriorum rex in omnem libidinem ita se dimisit: vt nunc viri, nunc mulieris vice abuteretur: omni prorsus calcata & sexus & pudoris cura. Stola enim muliebri faciem, totumq; corpus in modum pellicis fuco compones, vltra luxum muliebrem lasciuiebat, vocem fœmineam imitatus, cibum potumq;, qui voluptatem præberent continuo appetebat. Adeo vero delitiæ, turpis voluptas, incontinentia in eo viguere, vt successoribus post obitum suum in sepulchro inscribi barbarica verba mandauerit: Hæc habeo quæ comedi, & quæ cum amore & voluptate percepi. Arbactus eius præfectus, cum eum inter mulieres pensa patientem inuenisset, indignatus: communicatis cum militibus, quæ vidisset, vniuersum exercitum aduersus eum accendit, bello Sardanapalus superatus in regiam se recepit: vbi extructa pyra se, suasq; diuitias pretiosiores cremauit: hoc solo virū imitatus. De Sardanapalo multa Strabo libro quarto, Iustinus, Diodorus lib. iii. Cice. lib. v. Tuscu. ¶ Monstro quod ipse tibi: docet poeta bene, beateq; viuere volentis: omnes animi cupiditates esse supandas, virtutēq; voluptatibus anteferendam, qd̄ oino est sapientis. vnica enim, inqt, via est, s. virtutis: quę ad quietā, trāqllāq; vitā nos ducit tuto: vel ab oibus fortunæ telis, neq; enim fortuna vllā habere potest potestatē in illum qui se virtutis armatura induerit. nā fortunę fortiter resistit, minas eius haud timet, omnes impetus

Erũna

Sardanapalus

facillime

facillime sustinet. Est igitur sensus: Ego monstro quod pos-sis ipse tibi dare: idest ostendo tibi iter, quo tibi sit gradien-dum: idest iter virtutis. nam ea est, quae (vt diximus) ducit hominem ad quietam, tranquillamq; vitam. ¶ Ipse tibi pos-sis dare: idest quod tu per teipsum sine difficultate potes accipe-re, vnicuiq; enim licet rectum viuendi iter ingredi, vitamq; beatam apprehendere. ¶ Nullum numen habes: est velut contra fortunam ratio: tanquam insidias & incommoda minitantem. vt sit sensus: Non est o Fortuna: quod homi quem in sinu virtutis resi-dentem inuenis, miniteris: nullum enim habes numen .i. po-testatem in nos, si sit prudentia hoc est si cum virtute oia agim⁹. Sed tamen nos veluti caeci, & parum perspicaces te facimus Deam: tanquam quae res humanas ex libidi-ne moderteris: quod in homie sa-piente facere non potes: cum ipse virtutis vmbone oes tu-os impetus facile sustineat, & superet, prudentis .n. est age-re recta, veraq; cum ratione. Nam prudentia stat in delectu bo-norum & malorum. Qui ergo ea bona sequuntur, quae dicun-tur esse fortunae subiecta, & externa, vt sunt diuitiae, ho-nores, & dignitates, quae homi au-ferri possunt, dicunt naturam humanam fortunae esse subiectam. Sed si bona ai sequerentur .i. virtutes, quae ab eis auferri ne-queunt: tunc intelligerent id quod est verum, naturam huma-nam casibus non esse subiectam, quia ipsa sibi cunctis in rebus pro-spiceret. Quod sane docuit Me-trodorus: vt scribit Cic. i. v. Tuscu. sic. Occupaui, inquit, te fortuna, atque cepi, omnesq; adi-tus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses. Seneca ait ex hominum quaestu factam esse fortunam Deam. In multis autem codicibus legitur: Nul-

ASCE. lum numen abest, sed melius habes.

¶ Nil ergo &c. Postquam ostensum est quid non sit optandum: & in quo non consistat verum bonum: ostendit quid sit optan-dum, vt verum bonum. inducit autem auditorem quasi obiicien-tem negligendam esse religionem, si nihil a Diis petendum sit. Ordo est: Ergo cum in omnibus dictis non sit aliquid optan-dum, vt verum bonum: nil optabunt homines. Respondet poeta: Si vis consilium a me, tu permittas ipsis numini-bus expendere: idest examinare. quid conueniat: idest vti-le sit nobis, nam Dii dabunt pro iucundis: idest pro delectan-tibus nos: & voluptuosis. quaeq; aptissima: idest omnia grata & vtilia: licet non sint iucunda: hoc est precamur vt Dii dent nobis conferentia ad salutem, quae ipsi dare parati sunt, nam homo est illis scilicet Diis carior, quam sibi ipsi. scili-cet homini. quod si Aethnicis visum est quomodo non no-bis Christianis videbitur? pro quibus saluator animam su-am posuit. Nos ducti caeco impulsu animorum, & magna cupidine: idest cupiditate, petimus coniugium, & partum vxo-ris: idest vt vxor pariat. sed notum supple est illis scilicet Diis. qui: idest quales supple futuri sunt pueri: idest liberi. & qua-lis vxor futura sit. tamen vt poscas aliquid, & voueas si con-tigerit sacellis: idest paruis locis sacratis (vulgus vocat capel-las) exta: idest sacrificia animalium. & tomacula: idest edu-lia diuina: idest Diis sacrata porci candiduli: idest mundi, &

(vt Donatus vult) eximii. Orandum est vt mens: idest ani-mus, aut ratio animae sit sana in corpore sano: idest pro ani-mae, corporisq; sanitate. Posce a Deo animum fortem carentem terrore mortis (quia qui terrentur bonam conscientiam non habent) qui animus donat spatium: idest longitudinem vitae. extremum: idest vltimum inter munera naturae, quia physice compertum: vt extremo nati pessimi sint. vt dicit Seruius ad illud quarto Aeneid. de fama. Extremam vt perhibent &c. Et qui animus tueatur: idest valeat. ferre: idest tolerare, quoscunque labores qui nesciat irasci supple vitiose. & qui cupiat nihil indecenter. & qui credat: idest aestimet, erumnas & seruos: idest valde magnos labores Herculis, esse supple potiores: idest potius eligendos. & i: idest si-mul. Venere: idest voluptate venerea. & coenis: idest gulositate, & plumis: idest mollitie. & indulgentia Sardanapali: idest regis illius mollissimi, & gulosissimi. ego mon-stro quod ipse: idest tu. possis da-re tibi scilicet virtutem, & bo-num animum. secundum illud Hora. in epistola: Det vitam det opes, aequum mi animum ipse parabo. Homo enim prop-ter libertatem arbitrii vtcunque virtutis suae auctor est, qua dicit Augu. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. ta-men vt dicitur Iaco. primo: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de-sursum est descendens a pa-tre luminum. Certe inquit poeta. semita: idest angusta, & quasi dimidiata via tran-quillae vitae patet vnica: idest sola per virtutem. Nullum numen abest nobis sup. si prudentia sit sup. nobis. sic quidam legunt. melius continuat tamen textus legen-do sic: O Fortuna tu nullum numen .i. nullam potentiam diuinam, quam ad nutum geras, habes si prudentia sit sup. nobis. sed nos, qui sine consilio & prudentia oia gerim⁹, facim⁹ te Deam, & locam⁹ caelo.

SPERNIMVS HAEC LAVTA AT VOLVMVS CONVIVIA PARCA

Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Vndecima.

Tticus eximie si coenat, lautus habetur,
Si Rutilus, demens, quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgi, quam pauper Apicius? omnis
Conuictus, Thermae, stationes, omne Theatrum
De Rutilo, nam dum valida, ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeae, dumq; ardens sanguine fertur
Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno
Scripturus leges, & regia verba lanistae.

Satyra vndecima. Atticus eximie.

IOAN. BRIT. Tticus eximie. Hac Satyra poeta alloquitur Persi-cum amicum suum, quem inuitauerat in coenam pollicetur q; se ei frugalem coenam daturum. Hinc quasi nactus occasionem, eos insectatur, qui coe-nas lautiores parant, quam modus facultatum ferat: ostendens omnibus in rebus luxum fugiendum esse, medio-critatemq; colendam: & vnumquemq; secundum Chilonis sententiam seipsum noscere debere, nequid omnino supra vi-res suas efficiat. ¶ Atticus eximie: sensus est. Atticus, quem pro nobili & potenti viro pontifex laute, & splendide paret coe-nas, laudatur ab oibus: & merito quia diues est. Si vero Ru-tilus idem facit, oibus est ludibrio, quia tenui est diuitiarum cen-su: vt ostendat vnicuique pro qualitate diuitiarum colendam esse vitam. ad hunc Atticum scribit Mart. lib. vii. Attice qui renouas fa-cundae nosa gentis. nam nomen gentilicium ducit ab illo At-tico Pomponio equite Romano, qui Ciceronis fuit familiaris-simus: qui ab Athenis cognomen reportauit, & qui amplissi-mis fuit diuitiis. ¶ Eximie: excellenter & egregie, ab exi-

mo sit eximius: quasi qui ex hominum numero vt excellentior eximitur. ¶ Lautus habetur: id est magnificus & splendidus, ac per hoc laudatur. Nam lautitia est hominis splendidi & diuitis. Eos enim lautos dicimus, qui nitido, magnificoque epularum apparatu viuunt: quasi qui velint omnia delicata & lauta: vt sit vocabulum a lauando. ¶ Si Rutilus demens: Rutilum sui temporis hominem mediocrium opum notat, qui sumptuosas, vberesque cœnas parabat, nulla habita facultatum suarum ratione ita: vt omnes sentirent, & dicerent eum ad summam miseriam peruenturum: & absumptis omnibus bonis ad armorum tractandorum meditationem descensurum ex quo quæstu viueret. ¶ Quam pauper Apicius: quam pauper gulosus. per Apicium autem omnem gulosum intelligit. de quo multa diximus in quarta Satyra illic: Quæ miser, & frugi non fecit Apicius. ¶ Conuictus: conuiuium: ac per hoc omnes conuiuæ. ¶ Thermæ: loca calida, vbi desudabant qui se loturi erant in balneis. qui enim in balneis lauabantur loco prius calido, aut ad ignem, aut ad solem desudabant, postea lauabantur, postremo perungebantur oleo. Apuleius libro quarto de asino aureo: Nudatique, & flammæ largissimæ vapore recreati, aqua calidaque perfusi, & oleo perúncti mensas dapibus largiter instructas accumbunt. θέρμος enim calidum significat. ¶ Stationes: Vocabulum dictum est a stando & multiplici capitur significatione: nam dicitur secundum Vulpianum titulo de flumine nequid fiat: is locus vbicunque naues tutæ stare possunt, vnde illud Virgilii: Et statio tutissima nautis. Statio item dicitur quicunque locus in vrbe: vbi frequenter consistunt otiosi, confabulantur, & docent. vnde Au. Gellius libro duodecimo: Quæsitum est memini in plerisque Romæ stationibus suis publice docentium, aut respondentium. Plinius in epistolis: Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendo fabulas conterunt. Statio item locum significat destinatum ad standum. vt illud apud Valerium: Collocatas a se in quadam statione quinque cohortes: atque ex ea viribus hostium depulsas repetere eandem stationem euestigio iussit. In qua significatione est illud in sexta Satyra: Lachrymisque paratis. In statione sua. Liuius in septimo ab vrbe condita: Nec Galli se statione tenuerunt: Statio item accipitur pro ipsis custodibus. Tranquillus in Tiberio: Disposita statione per ripas Tyberis, quæ obuiam prodeuntes summoueret. Statio item ponitur pro ipso officio standi. vt illud apud Valerium: Senatus assiduam stationem eo loci peragebat. ¶ De Rutilo: subaudi loquuntur, quæ sequuntur. ¶ Nam dum valida, ac: verba sunt vulgi prærridentis miseriam Rutili gulosi. vt sit sensus: Profecto, inquit, breui futurum est: vt ad summam inopiam redigatur. Et recte quidem ad eam festinat. Nam dum est iuuenis, facilius poterit arma tractare, sicque est ironice dictum. Ordo est: Nam scripturus est leges, & regia verba lanistæ: idest ipse ad meditationem tractandorum armorum descendet: & ab lanista discet, fietque gladiator. Nam (vt recitauimus in secunda Satyra illic: Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi ex sententia Tranquilli in Tiberio) ex iuuentute vtriusque ordinis profligatissimus quisque in opera scenæ, arenæque edendi senatus consulto tenebatur: multi etiam famosam iudicii notam sponte subibant. Quod vt turpissimum hoc loco sicut & in dicta Satyra insectatur poeta: Itaque non expenas ipsum futurum lanistam: qui alios doceat: sed futurum gladiatorem, descensurumque in arenam ad digladiandum: quemadmodum multi nobiles sponte sua fecerunt temporibus Domitiani, de quibus in Satyra octaua: Quanti sua funera vendant, Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone. vnde & Tranquillus in Cæsare scribit munere gladiatorio Furium Leptinum stirpe prætoria, & A. Calpenum senatorem quondam, actoremque causarum in foro depugnasse: Horatius quoque in epistola ad Lollium ostendit nonnullos ob inopiã factos gladiatores, cum ait: Nummos alienos pascet ad imũ Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. Gladiatores enim quidam speciali vocabulo dicti sunt. Thraces ab armatura Thracum in certamine gladiatorio, Mirmilloni opponebãt: Thrax: quod docet Ausonius in monosyllabis sic: Quis mirmilloni contenditur? æquimanus Thrax. Cicero. in sexta Antonianas: Thracem iugulauit familiarem suum. Vnde & de Thrace gladiatore intellexit Plinius libro vndecimo cũ ait: Thracio studioso in C. Cæsaris ludo notum est dexteram fuisse procerioretm. Significat enim Plinius gladiatorem fuisse ex iis qui Thraces dicuntur, qui solitus sit in ludo gladiatorio Caligulæ gladiaturam exercere. ¶ Non cogente quidem: faciet, inquit, hæc sponte, vt discat rationem tractandorum armorum: non autem cogente tribuno. Nam tribuni plebis cum consules habebant delectum populi ad militiam, aut cogebant Quirites dare nomina, aut prohibebant ob seditionem & odium in patres, auctor Liuius. vnde dies Lucio Manlio dicta fuit a M. Pompeio tribuno plebi propter delectum acerbe factum. lege Liuium in septimo libro ab vrbe condita. Et in tertio vbi sic scribit: At ex parte altera consules in conspectu eorum positis sellis delectum habebant, eo deuenerunt tribuni, concionemque secum trahunt. Et paulo post: Quemadmodum tribuni gessissent in prohibendo delectu: sic patres in lege impedienda gerebant. poeta ergo ostendere vult tale genus hominum, cum a fortunis suis per luxum deciderint, quasi sibi præclusa omni honestatis semita ad armorum tractandorum meditationem descendere solere: vt ex eo (vt diximus) quæstu tanquam gladiatores viuant. ¶ Scripturus leges: tractandorum armorum scilicet quas dabit ei lanista. rationes enim inferendi & vitãdi ictus docebant lanistæ, non modo gladiatores, sed etiam tyrones ipsos, quod docet Tranquillus in Cæsare his verbis: Tyrones neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per senatores armorum peritos erudiebat. Videturque alludere ad illum P. Rutilum: a quo (vt scribit Valerius libro secundo) armorum tractandorum meditatio tradita est militibus. Is ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis, vitãdi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingenerauit. ¶ Verba regia lanistæ: idest dictata ipsius lanistæ, qui inter gladiatores est tanquam regulus & magister. ¶ Lanistæ erant qui familias habebant gladiatorias: quas mercede locabant editoribus munera. dicti a laniando: quod præessent gladiatoribus, qui inuicẽ dimicando se dilaniarent. vnde & lanii dicuntur, qui laniant pecora, & carnes vendicant.

Lautitia

Thermæ

Statio

Lanistæ

Atticus eximie. In hac vndecima Satyra taxat poeta superfluos sumptus cœnarum docens statim a principio sumptum pro rebus faciendum esse: quia nõ eadem omnes decent. Multa enim quæ in diuite lautam & liberalem vitã probant in paupere prodigalitatis notam merentur. Ordo est: Si Atticus vir diues cœnat eximie: idest cum egregio sumptu. ipse habetur: idest existimatur, & censetur. lautus: idest homo nõ sordidus: sed lautitias & munditias cœnarum amans. si Rutilus: idest vir pauper. cœnat supple eximie: ipse habetur demens. Quid enim excipitur maiore cachinno: idest profusa irrisione vulgi, q̃ Apicius vir perditæ gulæ. pauper: idest, qui per gulam pauper effectus est? quasi dicat nihil. omnis conuictus: idest omne conuiuium. omnes supple Thermæ: idest omnes in Thermis sedentes. stationes: idest omnes alicubi, vt naues ad tempus stant, simul stantes. omne theatrum: idest omnes existentes in theatro. de Rutilo supple loquuntur. nam dum: idest quandiu vel quo tempore membra eius valida, & iuuenilia sufficiunt galeæ supple portãdæ: idest militiæ exercendæ. quæ pro &. dum ipse ardens sanguine: idest habens calidum sanguinem, qui agilitatis causa est. fertur: idest agitatur, & impellitur. scripturus est supple gladiatoribus leges. & regia: idest regalia & magnifica verba. lanistæ: idest magistri gladiatorum. hoc est operas suas locabit lanistæ: idest vilissimo homini: cuius artificio corpora hominum dilaniantur: & hoc tribuno non cogente: & ita non excusabilis Rutilus: sed nec prohibente: in quo accusandus est tribunus: qui dedecus nobilium cum posset, non arcet. per transitum ergo vtrunque taxat.

¶ Multos

Multos porro vides,quo sæpe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli,
Et quibus in solo viuendi causa palato est.
Egregius cœnat,meliusq; miserrimus horum,
Et cito casurus iam perlucente ruina.
Interea gustus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obstantibus,interius si
Attendas,magis illa iuuant quæ pluris emuntur.
Ergo haud difficile est perituram arcessere summam
Lancibus oppositis,vel matris imagine fracta,
Et quadringentis nummis condire gulosum
Fictile,sic veniunt ad miscellanea ludi.
Refert ergo quis hęc eadem paret,in Rutilo nam
Luxuria est,in Ventidio laudabile nomen
Sumit,& a censu famam trahit.illum ego iure
Despiciam,qui scit quantum sublimior Atlas
Omnibus in Libya sit montibus,hic tamen idem
Ignoret quantum ferrata distet ab arca
Saceulus,e cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν.
Figendum,& memori tractandum pectore,siue
Coniugium quæras,vel sacri in parte senatus
Esse velis,nec enim loricam poscit Achillis,
Thersites,in qua se traducebat Vlysses
Ancipitem,ceu tu magno discrimine causam
Protegere affectas,te consule,dic tibi qui sis
Orator vehemens,an Curtius,an Matho,buccę
Noscenda est mensura tuę,spectandaq; rebus
In summis,minimisq;,etiam cum piscis emetur,
Nec mulum cupias,cum sit tibi gobio tantum
In oculis.quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula manet exitus,ęre paterno,
Ac rebus mersis in ventrem,fœnoris,atq;
Argenti grauis,& pecorum,agrorumq; capacem?
Talibus a dominis post cuncta nouissimus exit
Annulus,& digito mendicat Pollio nudo.
Non prematuri cineres,nec funus acerbum
Luxurię,sed morte magis metuenda senectus.
Hi plerunq; gradus,conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis consumitur,inde vbi paulum
Nescio quid superest,& pallet fœnoris auctor,
Qui vertere solum,Baias,& ad hostia currunt.
Cedere nanq; foro iam non deterius,q̄
Aesquilias a feruenti migrare Suburra.
Ille dolor solus patriam fugientibus,illa
Mœstitia est,caruisse anno Circensibus vno.
Sanguinis in facie non hæret gutta,morantur
Pauci ridiculum,& fugientem ex vrbe pudorem.

SAN. RIT. ¶ Multos porro vides:multi,inquit,in super existunt ex gulosis:qui pecuniam fœnore acceptam gulæ obsequentes atterunt,decipiuntq; ipsos creditores,quos sæpe eluserunt,qui cum promiserint se solutoros tergiuersantur,& gulæ tantum memores debiti obliuiscuntur. ¶ Et quibus:i & vides multos quibus causa viuendi est in solo palato:ideſt qui nullam aliam ob causam videntur viuere,q̄ vt comedāt. Tale genus hominū taxauit. Socrates,vt recitat Macrobius libro secūdo Saturnalium dicens:multos homines propterea velle viuere,vt essent & biberent,se bibere atq; esse,vt viuerēt. ¶ Creditor:creditoris dicitur,qui aliquid aliud credit cum solutionis expectatione. ¶ Macelli:macellū (Macelli) locus fuit in vrbe,vbi obsonia vendebantur.dictum(vt scribit Plutarchus in Problematis)a quo iam Macello,qui in vrbe latrocinium exercebat,quo damnato censores Aemilius & Fuluius statuerunt,vt domus eius publicaretur,venderēturq; ibi obsonia. ¶ Solo palato:bene autem palato. Nam intellectus saporum cum cæteris sit in prima lingua,hominis etiam in palato. ¶ Egregius:aduerbium comparatiuum est hoc loco:i.idest magis egregie. ¶ Et cito casurus:i in paupertatem lapsurus. ¶ Ruina perlucente:perstat in metaphora:quia prę cessit casurus:ideſt egestate iam apparente. ¶ Interea dū a/ibue sunt diuites. ¶ Omnia elementa:ut ad illam cōsuetudinem respexit,quam Antonius Geta(vt scrib. Spartianus)habebat:vt prandia per singulas litteras iuberet exhiberi seruis:velut in quo erat Anser,Apruna,Anas. Item pullus,perdix,pauus,porcellus,piscis,pna,& quæ in eam litterā genera edulium caderent,& ite fasianus,farta,ficus,& talia.vt sit sensus:Quærunt gustus per singula elementa,i.per singulas litteras.Nā literæ dicuntur elementa:i q; quemadmodū illa elementa omne corpus perficiunt:sic etiam litteræ coniunctæ litteralem vocem,quasi corpus aliquod componunt:aut(quod omnino placet)hyperbolicos dictum est:neq; enim per omnia elementa quę quatuor sunt:sed per tria duntaxat aerem,aquā,& terram:vt dicat volatilia,aquatilia,& terrestria animantia quæri ad epulādum. Elementa (Elementa) autē dicta sunt(vt scribit Diuus Hieronymus in cōmentario epistolæ,quæ Pauli ad Hebræos inscribitur)quasi eleuamenta,eo q; ex ipsis cæteræ originē sumant initia:videlicet & fundamēta creaturaȝ.

¶ Nunq̄ aio pretiis obstātibus:nunq̄,inqt,magnitudine pretii terrentur,quo minus lautas cœnas sibi parent. ¶ Interius si attendas:ratio quare sumptibus nō parcāt. illa enim,inqt,suauiora videntur,quę maiore comparantur pretio. ¶ Attendas interius:hoc est si rem diligentius consideres,& intrinsecus inspicias:aut si gustum interiorem obserues. ¶ Ergo cum pretiosis epulis delectentur vt suauioribus. ¶ Haud difficile est.i.facile est iis gulosis. ¶ Arcessere summam.i.euocare & cōtrahere grādem æris alieni summā daris pignoribus. Apuleius lux. Veste ipsa mea quāmis paruula distracta sufficientem corrasi summulā.i.collegi & cōtraxi. ¶ Perituram:quæq; gulę gratia interierat. ¶ Lācibus oppositis.i.pignori intellige aureis vel argenteis. ¶ Vel matris imagine fracta,tanta,inqt,gula est vt nō solū lances opponant pignori,sed et mediam statuam matris:qd maxime ignominiosum erat. ¶ Et quadringētis facile,inqt,existunt,qui condiunt & parēt,largasq; vbere sq; cœnas vel quadringentis nūmis.i.integro cēsu quirītū et i fictilibus.i.in medio cri et facultate. ¶ Condire (Cōdire):proprié est cibarii,quos adhibito multo pingui dicimus bene cōditos,inde & condimētū,ergo condire,magno sumptu & delicato parare. ¶ Fictile gulosum,i.epulas lautas & opiparas,et in paupertate quæ fictilibus vrītur. ¶ Sic veniunt ad miscellanea (miscellanea) Indit hoc modo,inquit,veniūt ludii ad miscellanea:hoc est ludii fiunt absumptis p gulam opibus. & sic ad miscellanea veniūt:hoc est ad ludos,& artes ludicras.Nā miscellanea,si ue miscellos ludos appellauere.de quibus sic Suetonius in Caligula:Edidit peregre spectacula in Sicilia,Syracusis hasticos ludos,& in Gallia Lugduni miscellos.Videturq; dici a miscēdo:quod multitudo hoium ludentium cōmisceretur,aut varia ludicra pagerētur.Vnde & Apule.libr.iii.de asino aureo:turbam miscellaneam appellauit:quę cōfusanea est,atq; commixta ex variarum aggregatione gētiū. Sic & Gellius in noctibus atticis in fine operis miscellam doctrinam appellauit:quæ variam,multiplicēq; reȝ cognitionē cōtineat.verba sūt Gell.Quia variā & miscellā,& q̄si confusaneā doctrinā cōquisiuerant. ¶ Ludi:pro ludii:sicut peculi pro peculii:palati pro palatii. (Ludii & Ludiones) ludii autem & ludiones dicti sunt pari modo histriones. Liuius lib.vii.ab vrbe condita:Ludiones ex Hetruria acciti ad tibicinis modos saltantes:haud indecoros motus more thu

ſco dabāt. Ouid. Ludius æquatā ter pede pulſat humū. Vn
Ludiæ de Ludiæ ēt fœminę ſunt appellatæ, quę artes ludricas exer
cerent. Martianus Capela: Ludiam quandā Gaditanam ſal/
tantem vidimus ſemicinctā. Iuuena. appellat Satyr. vi. Hip
piam quæ relicto marito gladiatorē in Aegyptū ſecuta eſt
Ludiā: Qua capta iuuenta eſt Hippia: q̄ vidit, pp̄ter qđ Lu
dia dici Suſtinuit. ¶ Refert ergo cū ergo ïnqt omnes pari lu
xu viuāt: multum intereſt diues ne ſit, an paup, q ita viunt.
Nā virtuti datur diuiti luxus, pauperi vero vitio. ¶ In Ru/
tilo: nā luxuria eſt. i. viuere ſplēdide & magno apparatu ap/
pellatur luxuria i Rutilo. i. in paupe. In Ventidio aūt. i. diui
te & potēti viro nō cenſetur luxuria, ſed honeſtius accipitur
nomen: q̄i qui nihil ſupfluum faciat cū diues ſit. Ventidium
aūt diuitem fuiſſe docet & Perſius illic: Noſtin Ventidi præ/
dia, cuius Diues arat Curibus q̄tum nō miluus oberet. Fuit
autem tpibus Clod'i & Neronis, quē Cor. Tacitus in Clau
dio ſcribit nationi Galileorū, & felicem fratrē Pallātis Sama
ritis præfuiſſe. ¶ Trahit famam a cenſu: vt dicatur quædam
conueniens magnificentia. ¶ Illum ego iure: ſenſus eſt: Ille om
nino extreme dementiæ eſt cenſendus: qui facile cognoſcat
quanto Atlas ſit ſublimior altis montibus: & non quantum
exiguum patrimonium diſtet a magno. vt innuat vnicuiq;
ſecundum modum diuitiarum eſſe viuendum. ¶ Atlas in
Libia: Atlas mons eſt Muritaniæ iuxta fines Oceani ad oc/
Atlas cidentem, citro arbore nobilitatus miræ altitudinis: vt
(auctore Herodoto) eius cacumen nequeat cerni, q̄ a
nubibus nunquam relinquatur, neq; hyeme, neq; æſtate.
Columnam cæli illum eſſe indigenæ aiunt. ¶ Sacculus: par
ua crumena, ac per hoc modicæ opes. ¶ Diſtet: differat ab ar/
ca ferrata, ac amplis diuitiis. ſolent enim arcæ potentiorem
aduerſus rapinas ſure armari ferro. ¶ E cælo deſcendit γνῶθι
σεαυτόν. i. cognoſce te ipm̄. Hoc de cælo nō deſcēdit: ſed a
Chilone Lacedemonio inuētū oſtēdit. Pli. lib. vii. cuius (vt
inqt) reſponſa pro oraculis habebātur. ea fuere tria. Cogno/
ſce te ipſum. Nihil nimis. Comes æris alieni, atq; litis eſt miſe
ria. Hæc cum in templo delphici Apollinis eſſent cōſecrata:
& literis aureis inſcripta a cælo deſcendiſſe creditum eſt per
quod monet vnicuiq; non iam corporis ſui membra, aut ſta
turam figuratiue (vt ſcribit Cicero in primo Tuſculanarū
queſtionum) eſſe noſcendam: ſed quid cunctis in rebus va/
leamus conſiderandum: ne quid in tota vita agamus: quod
ſupra noſtras ſit aut ingenii, aut corporis, aut fortunæ vi/
res: quod per ſequentia docet, Laertius tamen Diogenes
ait: Noſce teipſum: fuiſſe Thaletis Mileſii: quod Antiſthenes
in ſucceſſiōibus tradit fuiſſe Phœmonoes: idq; ſibi vſurpaſ/
ſe Chilonem. Quod quidem præceptum: quia (vt ſcribit Ci/
ce. in. v. Academicorū) maius erat q̄ vt ab hoīe videretur: id/
circo aſſignatū eſt Deo. Iubet igitur nos Pythius Apollo no/
ſcere noſmetipſos. Cognitio aūt hęc eſt vna, vt vi noſtri cor
poris, atq; animi nouimus, ſequamurq; eam vitā, quę rebus
ipſis pfruatur. Apolonius tyaneus ſolebat dicere: nihil eſſe
difficilius, q̄ ſeipſum noſcere. & ideo interrogauit Brachma
nos an ſeipſos noſcerēt, putās (ſicut apud Græcos habetur)
difficillimum eſſe ſeipſum noſcere. ¶ In parte ſacri ſenatus: ſi/
ue ſtudeas eſſe ſenator. debes enim teipſum noſcere, an tali
muneri ſis idoneus, cū nihil ſit reipub. pniciosius impiio mo
deratore. ¶ Nec eni loricā: exemplo docet homini nihil eſſe
quærendum qđ viribus, aut ingenii, aut corporis ſui ſit ma/
Therſi/ ſius. Eſt enim ſenſus: Therſites qui viliſſimus fuit in caſtris
tes Grecorū, cū ſeipſum noſceret, nunq̄ arma Achillis popoſciſſ
quaſi qui præclaris rebus minime eſſet idoneus: cum de iis in
mediū platis a Thetide poſt mortem filii certarēt Vlyſſes &
Aiax Thelamonius. De Therſite multa diximus i fine Saty/
ræ: Stēmata qđ faciunt. ¶ Se traducebat: præbebat ſe riden/
Tradu/ dum. Nam traducere (vt diximus illic: Traducit Gallia talo)
co eſt, præbere ſe ridendū, & ignominia afficere. nā non minori
erat dedecori Vlyſſi geſtare arma Achillis, q̄ coruo pēnas pa
uonis. Aut reuera traducebat. i. oſtēdebat ſe armatum tanq̄
Achillē. quo ſignificatu videtur & Martia. illic accepiſſe: vna
eſt i noſtris tua Fidentine libellis pagina: ſed certa domini ſi

gnata figura: Quę tua traducit māifeſto carmina furto. Sic
& Camilla apud Virgilium cupiuit oſtentare ſe in armis ca/
ptiuis: Captiuo ſiue vi ſe ferret in auro. ¶ Ancipitem: dubi/
um intuentibus num Achilles eſſet vtpote qui reuixiſſet,
præberetq; ſe videndum, vt facile poſſet hoſtes decipere, ne
alter eſſet Achilles, cum arma eius conſpicerent. Nam an/
ceps dicitur quod in ambas partes capi poſſe videtur: ac per Anceps
hoc poeta notat ipſum Vlyſſem: qui viribus longe impar A/
chilli, eius tamen arma ſibi indueret. Quæ arma eum mani/
feſtabant, cum ei non cōuenirent. Vnde eſt illud Aiacis ad/
uerſus Vlyſſem apud Ouidium in decimotertio Metamor
pho. Ipſe enim galeæ claro radiantis ab auro Inſidias pro/
det, manifeſtabitq; latētem. Et paulo poſt: Hæc clypeus va/
ſti cælatus imagine mundi Cōueniet timidæ, natęq; ad fur
ta ſiniſtræ. ſeu tu magnam, ſiue grauem, inquit, amici cauſam
es defenſurus, teipſum debes metiri, & diligenter cōſidera/
re, an rei tractandæ ſis aptus. Vnde eſt illud Martialis: Que
ſua metitur pondera ferre poteſt. ¶ Qui ſis: quid poſſis effici
re. ¶ Orator vehemens: ideſt conſule & teipſum interrogaan
ſis orator vehemens, an quales fuere Curtius Montanus, &
Matho viles cauſidici. De Curtio illic pleraq; diximus: Mō
tani quoq; venter adeſt. De Mathone in prima Satyra illic:
Cauſidici noua cū veniat lectica Mathonis. & in ſeptima:
Sic Pedo conturbat, Matho deficit. ſicq; vtrunq; vilem cau
ſidicum flagellat. ¶ Buccæ: melius ſi cum inferioribus coniun
gatur. vt ſit ſenſus: Vnuſquiſq; cōſiderare debet eloquentiæ
ſuæ vires, tam in ſummis, q̄ in minimis rebus: & ei vt oran/
dum: vt perſtet in actione cauſarum. ¶ Etiam cum piſcis eme
tur, Nec multum: cum pauper ſis, diuiti homini noli te æqui
perare, ſed diuitiarum tuarum modum facie metiaris. ¶ Go Gobio
bio: ideſt pretium gobionis piſcis: qui exiguo paratur pre/
tio, de quo Plinius libro. ix. & Mart. In Veneris ſint lauta li
cet conuiuia terris. Principium cœnæ gobius eſſe ſolet. Du
plici autem inflexione dicimus & gobionem & gobium: ſicut
ſcorpionem & ſcorpium. ¶ Manet exitus: quaſi dicat: magna
te expectat miſeria, cum per luxum epularum bona tua atteri
ueris. ¶ Talibus a dominis: ſenſus eſt: Ex quo per ingluuiem
bona ſua abſumpſerunt: coguntur annulos deponere: ideſt
inſigne equeſtre: & plerunq; mendicare. Nam annulus aure/
us inſigne erat equeſtris dignitatis, nec eum geſtare poterat,
niſi cui erat quadringentorum ſeſtertium ſumma: qua immi/
nuta eum deponere cogebatur. Apuleius in ſecunda Apolo/
gia: Negat poſſe diſſoluere annulos aureos, & oīa inſignia
dignitatis abiicit, cum creditoribus depaciſcitur. Martialis:
Dum donas Macer annulos puellis: Deſiiſti Macer annulos
habere: ideſt habere cenſum equeſtrem. ¶ Talibus a dominis:
ironicos a luxurioſis. ¶ Exit: deponitur, quia eum amplius
geſtari non licet imminuto cenſu equeſtri. Plinius de annu/
lis hæc lib. xxxiii. Annuli medii ordinem, tertiumq; plebi
& patribus inſeruere. ¶ Pollio: qui eques fuerat & diues. pu
to Iuuenalem intellexiſſe de Caio Arulio Pollione, qui (vt C. Arulius Pollio
ſcribit Plinius) prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta
ingenii. primus tpibus Neronis docuit ſecare putamina te/
ſtudinum in lammas: & lectos diſcubitoris opiri: q forte
per nimiam rerum luxuriā bona ſua abſumpſit. ¶ Nō præma/
turi cineres: ſenſus eſt: Non eſt hoī luxurioſo timēdum, ne cū
ante tempus occupet mors: ſed nec diu viuat, & in miſeram
ſenectutem perueniat. ¶ Præmaturi cineres: mors præmatura.
¶ Luxuriæ. i. homini luxurioſo. eſt enim datiuus caſus. ¶ Hi
plerunq; gradus: talem, inquit, viuendi ordinem Romæ vi
debis: vt multi pecuniam ſibi creditam cōſumant: deinde ſi/
ne aliquo pudore fugiāt ex vrbe. ¶ Et corā dominis: empha
ſim habet hæc particula, & adiuuādū geſtu. ¶ Dominis: i. hoc
eſt fœneratoribus ipſis videntibus. ¶ Inde vbi paulum: ſenſus
eſt: Vbi paulū ſibi ex bonis ſuis ſupeſſe vident: & iam fœne/
rator maxime timet ne perdat pecuniam creditam, patriam
deſerunt fugientes. ¶ Qui vertere ſolum: vertere ſolum Vertere ſolum
& mutare dicitur: qui patriam ſuam deſerit, & alibi na
exulat. Liuius libro tertio ab vrbe condita: Collegæ eo/
rum exilii cauſa ſolum verterunt. Cicero in oratione pro
domo

domo sua ad pontifices: Quæ erant rerum capitalium cōdemnati: non prius hanc ciuitatem amittebant, q̃ erant in eam recepti: quo vertendi: hoc est mutandi soli causa venerant. Idem in Paradoxis: Omnes scelerati atq; impii, quos leges exilio affici volunt, exules sunt et si solū non mutarunt. ¶ Baias, & ad hostia currūt: Baias diximus in .iii. Saty. vrbē esse Cāpaniæ nō longe a Neapoli. ¶ Ad hostia .s. Tyberina, vt inde nauigent. Hostia enim dicūtur fluminū exitus in mare: vnd dicimus Nili septem esse hostia. ¶ Cedere nāq; foro:

Forum

non pluris inqt faciunt deserēdo ciuitatē, q̃ si a celebri loco ad minus celebrem migrēt. forū aūt pro vrbe sæpe ab auctoribus ponitur: vt sit pars p toto. & hoc qa locus est ciuitatis frequētior. Alibi ante. Et Valerius in secūdo: Iam hæc censura ex foro in castra trāscēdit: hoc est ex correctione mor vrbis cōtulit se ēt ad notandos mores militantium. Vnde etiā (vt diximus in .iiii. Satyra) noiamus for Iulii for Liuii, for Voconii ea significatione: q̃ dicimus ciuitatē Iulii, Liuii, Voconii. ¶ Aesquilias: vnum ex septem collibus vrbis ostendimus in .iii. Satyra. ¶ Suburra feruenti: hoc est celebri. Nā Suburra vicus fuit celebratissimus in vrbe. de quo in .iii. Saty. ¶ Ille dolor: hinc notat populi Ro. desidiā, cui nihil magis curæ esset, q̃ spectare ludos Circēses. vnde & supra: Si potes auelli Circēsibus. & alibi ante: Atq; duas tm̃ res anxius optat, Pānē, & Circenses. De Circensibus satis dictum in .iii. Satyra. ¶ Sanguinis in facie .i. nullo prorsus afficiuntur pudore, cum fugiunt ex vrbe. ¶ Gutta sanguinis .i. ruboris. Nā pfundi rubore pbitatis est inditium. vnde illud Terētianum: Erubuit salua res est. Diogenes (auctore Laertio) cum videret adolescentulum erubuisse: Conside ait fili, huiusmodi est virtutis color. ¶ Pauci morantur: pauci retinēt pudorem fugientem ex vrbe .i. qui ppemodum nullius iam in vrbe inuenitur, nec habitare potest, cum omnes eū abiiciant. Vnde Apuleius in secunda Apologia: Pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecuniam, q̃ pudorem. ¶ Pudorem ridiculum, iocularium, de quo ridendum sit, cum attritis per gulam bonis patriam deserant.

ASCE.

¶ Multos porro vides &c. Ostendit multos per immoderatū sumptū cœnar in pauptatem, & pfidiā icidisse. Ordo est: Tu vides .i. videre potes, porro .i. valde multos. quos creditor .i. is cui pecunia pp empta: & non psoluta obsonia debet. elusus .i. deceptus sępe solet expectare ad ipsum introitū macelli .i. domus in qua obsonia varia vēduntur: & qbus causa uiuēdi est. in solo palato .i. q nollēt viuere nisi pp voluptatē gustus: q or Deus vēter est. & qui viuūt vt edant: nō edunt vt viuant. Miserrimus .i. pauperrimus hor pditissimor hominū. & casurus .i. q casurus est cito, & hoc ruina .i. causa ruinæ: hoc est manifesto vltra diuitias debito. iam plucescēte .i. incipiēte manifestari. cœnat egregius .i. excellētius. & melius .i. abundantius q̃ sup. alii. vel q̃ vbi adhuc aliqd spei haberet soluēdi debiti. interea aūt dum sic pperant ad ruinā: nec tñ adhuc cedūt. quærūt gustus .i. appetitū. per oīa elementa .i. in reptilibus, natalibus, & volatilibus: quæ modo aqua: modo igni decoquunt. & hoc pretiis nunq̃ obstātibus aio eorū. si tu attendas iterius .i. si videas ad secretū cordis: illa q̃ emuntur pluris .i. maiori pretio, aut carius. iuuāt .i. delectant magis. Ergo haud .i. nō difficile: imo facillimum est sic viuendo. accersere .i. aduocare: hoc est accumulare, & acqrere summā pituram .i. mox ꝯsumendā. & hoc lācibus .i. patinis & vtensilibus oppositis .i. oppigneratis. vel imagie matris fracta .i. fusa, aut ꝯfracta: & sic vendita. qa turpe esset effigiem matris, quā in eius memoriam seruare solent: alienare ab sese. sic qdā exponūt. Māci. sic: Vel imagine mris .s. Deū: hoc est Cybeles: vel imagine quā mater dereliquerit. fracta .i. nō nisi ad dimidiū corporis fracta, opposita sup. & cōdire iam habitis nūmis. fictile .i. vas terreum: in quo, q coquit, cœnare qdem sperat, securus tñ non est. Vnde magna est pdigalitas eor, qbus facile est cōdir fictile gulosum .i. obsoniū coquendū in fictili capaci. qdringentis nūmis .i. censu eqstri secundū Māci. quæ tñ quadringentis sestertium ꝯtinebāt. Sic ludi .i. ipsi ludi, veniūt ad miscellania .i. ꝯfusa & cōmixta certamina, & exercitia ad qd .s. quisq; potest. Refert .i. differentia est. ergo qs paret .i. præpararet, aut coquat hæc eadē videlicet obsonia. nā ea coqre luxuria .i. nimis abundās sumptus. est in Rutilo iam paupe. & sumit laudabile nomen, .s. liberalis & lauti hois. in Ventidio .i. pdiuite viro. & huiusmodi obsonatio trahit famam .i. laudem, aut vituperiū. a censu .i. mensura census. Ego despiciā: idest vilipendam iure: q scit qnātum Atlas mons ille altissimus: q vt cælū sustertare. est sublimior: idest altior oibus montibus in Libya. tñ hic idem ignoret q̃tum sacculus: idest parua crumena (galli bursam vocant, alemani sacculum) distet ab arca ferrata. plena: scilicet auri & argenti idest q̃tum differenter debeat expendere: q sacculum solum habet ab eo, q arcam ferratā. gnoti: idest nosce. se: idest te autō: idest ipsum: (pfert autem q̃si astō dicas) descendit de cælo: idest q̃si diuinum oraculum Apollinis aureis literis ꝯsecratum est: cum tñ Chilonis sit pceptum. descendit in quā dictū de cælo. existens figendum & tractādum memori pectore: siue q̃ras cōiugium: vel siue velis esse in sacra parte senatus: idest neq; coniugem: neq; gradum dignitatis supra statū nostrum debemus q̃rere. nec enim Thersites villissimus miles poscit apud Homer loricā Achillis: in qua poscenda Vlysses traducebat: idest versabat se ancipitem: idest dubium. an debeat petere. vel q cum periculo etiā petebat: eo q nobiliorem haberet: & fortiorē cōpetitorem videlicet Aiacem. seu .i. siue. affectas ptegere causam in magno discrimine .i. periculo videlicet capitali. cōsule te .i. vires ingenii & faeundiæ. atq; eruditionis tuæ. dic tibi .i. examinata cōscientia tua ꝯsitere in temetipso qs sis. an orator vehemēs: vt Cato & Cic. an Curtius .i. mediocris vt Curtius. an Matho .i. infimus vt Matho. mēsura tuæ buccæ .i. facūdię tuæ: & viniū lateris tui est noscēda .i. debet a te nosci: & mēsura sup. cuiuslibet rei est spectanda in summis & minimis rebus. etiā cum .i. qñ. piscis emetur: a te. s. nec tu cupias mullū .i. piscem carissimū. de quo dictum est: Mullū sex millibus emit. cum .i. qñ. gobio qui minimus est pisciculus .i. pretium minimi pisciculi. est tibi tātū in loculis .i. crumena aut marsupio. quis enim exitus manet .i. expectat te. crumena .i. pecunia crumenæ deficiente: & gula crescente. & hoc ære paterno ac rebus paternis mersis in vētrem .i. aluū tuā. capacē .i. qui capere pōt. fœnoris .i. qcqd lucri ex vsura habere posses. & grauis argēti .i. grandem sortem, & pecor & agror tuor .i. qcqd habes venter vnus capit cōmutatis pretiis in obsonia. Annulus aureus .s. quem ad pōpā ne agnoscant paupes effecti, gerunt. exit: idest emittit & alienat. nouissimus .i. vltimus a talibus dominis. post cuncta .i. postq̃ cætera oia vendita sunt. & Pollio, vir perditæ olim gulæ. mendicat digito nudo .i. nudato p ablationē annuli. Cineres præmatur .i. incinerato ante tempus legitimū: hoc est mors præcox. & funus .i. genus mortis. acerbū sup. reliquis nō sunt sup. metuēdi. nec est metuēdū luxuriæ, idest luxuriose viuētibus. sed senectus est metuenda magis morte .i. q̃ mors. hi .i. huiusmodi gradus, qbus pueniī ad paupertatem. sunt sup. pletūq; .i. vt plurimū. pecunia ꝯducta: idest ad vsuram accepta, ꝯsumit. & idest etiā. corā dominis. inde paulum .i. modicū nescio qd superest .i. reliquū est. & auctor fœnoris .i. qui ad fœnus dedit: pallet .s. timore amittendi fœnoris cum sorte. illi, qui vertere solum .i. qui vorsuram fecerunt .i. qui possessiones suas alienauerunt. natiuum solū .i. patriā relicturi. currūt .i. celeriter ne cōprehendantur aufugiūt Baias: vbi locus amœnissimus est, & hostia .i. loca vbi flumina recipiuntur a mari: vt inde quoq; si necesse sit abnauigēt. Nā pro quia. cedere foro: idest non audere cōparere iam in foro pptet æs alienum. non est: idest nō reputatur deterius, q̃ migrare Aesquilias .i. ad collem minus æstuosum Romæ a Suburra .i. vico illo Romæ feruenti ex abundantia populi scilicet æstuāti. Ille solus dolor: & illa mœstitia est modo fugētibus patriam: scilicet caruisse Circensibus supple ludis. vno anno .i. spatio vnius anni. Gutta sanguinis .i. minima pars ruboris non hæret in facie. pauci morātur .i. retinent pudorem ridiculum fugientem ex vrbe .i. pauci curant seruare pudorem, & modestiam: cum nihil eos pudeat,

¶ Experiere hodie hodie, inqt, Persice itelligesnum ego tm verbis frugalitatem soleam ex tollere: & non re ipsa am/plecti. q.d. inuenies me & vita & moribus id etiam præsta/re qd verbis ꝓfiteor. ¶ Non præstem: non exhibeam. ¶ Pul/herrima dictu. i. frugalitatem & modestiam, quæ inter alias virtutes sunt pulcherrimæ memoratu. ¶ Vita, vel moribus, & re pōt enim aliqs frugalitatem verbis mirabiliter ex/tollere: vita autem, aut moribus nequaq̄. multi enim vir/tutem laudant: & tñ vitia se quuntur. ¶ Sed laudem sili/quas. i. victum tenuem. Nam p silicam legumen intelligitur capitur enim siliqua pro fol/liculo leguminis. Virg. Sili/qua quassante legumen. Per/sius: Inuigilat siliqs, & gran/dí pasta polēta. Siliqua item est (auctore plin. lib. xiii.) ar/bor quā Iones ceraunian vo cāt, trunco & ipsa fertilis, in Syria, Ioniaq; nascitur circa nidō, atq; in Rhodo semper cōmantibus foliis, flore cādi/do, cum vehementia odoris. ¶ Occultus: q gulæ meæ lu/xum dissimulē. ¶ Ganeo: gu/losus & ganearum sectator. Nam Ganeæ loca erāt pota/tionibus & libidinib⁹ deser/uiētia. Tranquil. in Tiberio: popinas, Ganeasq; vsq; eo inhibuit: vt ne opa qdē pisto ria proponi vænalia sineret. pli. lib. viii. cap. xv. mentionē faciēs de porco: Neq; ex alio animali numerosior materia ganeæ, quinquaginta prope sapores, cum cæteris singuli. In genere etiam neutro dicit natur: auctore Festo: qui scri bit Ganeum locū esse subter/raneum: & abdictū. vnde no minati ganeones, q illic ver/sarent cum scortis. vñ illud apud Terē. in Adelphis: Cre do abductū in ganeū aliquo. vbi Donatus ait veteres Ga

Experiere hodie nunquid pulcherrima dictu
Persice non præstem vita, nec moribus, & re,
Sed laudem siliquas occultus ganeo, pultes
Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.
Nam cum sit conuiua mihi promissus, habebis,
Euandrum, venies Tirynthius, aut minor illo
Hospes, & ipse tamen contingens sanguine cælum
Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tyburtino veniet pinguissimus agro
Hædulus, & toto grege mollior, inscius herbæ,
Nec dum ausus virgas humilis mordere salicti,
Qui plus lactis habet, q̄ sanguinis, & montani
Asparagi, posito quos legit villica fuso.
Grandia præterea tortoq; calentia fœno
Oua adsunt ipsis cum matribus, & seruatæ
Parte anni, quales fuerant in vitibus vuæ,
Signinum, syriumq; pirum de corbibus iisdem'
Aemula picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
Autumnum, & crudi posuere pericula succi.
Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus
Cœna fuit, Curius paruo quæ legerat horto
Ipse focis breuibus ponebat olusculа, quę nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor;
Qui meminit calide sapiat quid vulua popinę.
Sicci terga suis rata pendentia crate
Moris erat quondam festis seruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, si quam dabat hostia, carne,
Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atq;
Castrorum imperiis, & dictatoris honore
Functus, ad has epulas solito maturius ibat
Erectum domito referens a monte ligonem.

tare, melle ac placenta frui est. nomen formatum est ab accu/satiuo græco placunta: videtur esse ex genere eaq; quas nos tortas appellamus, siue tartares. ¶ Habebis Euandrum: deli/tiarū expertem cœnā polliceť Persico. vt sic sensus: Ego te lautiore cōuiuio nō sum excepturus, q̄ Euāder excepit Her culē & Aeneā Troianū: quos frugalibus epulis constat exce ptos. Virg. de æneа: Viscera tosta ferūt taurorū, oneratq; canistris Dona laboratæ Ce reris, Bacchū q; ministrāt. Ve scitur Aeneas, simul & Tro iana iuuentus Perpetui ter/gobouis, & lustralibus extis. ¶ Euandrum: Euander filius fuit Carmētæ, qui pfugus ex Peloponesso auctoritate ma gis, q̄ impio ea loca regebat: vbi nunc est Roma. Is Hercu lem ex Hispania interempto Gerione redeuntē cū bobus mira specieruit filiū Iouis hu/manissime excepit. dicata est ara, quæ maxima est appella/ta, auctores Liui⁹, Ouid. So/li. Diony. Iustinus. ¶ Tyrin/thius. i. Hercules a Tirynthe oppido: q in eo gesta ei⁹ma/xime clarueruñt. Tirynsaũt oppidum clarissimū fuit Græ ciæ. Home. Qui tenuere Ar/gos, Tirynthaq; mœnib⁹ al/tam. Sensus est autē: Venies, inqt, Hercules aut Aeneas. i. tā frugali exciperis a me cœ na, q̄ Hercules & Aeneas ex/cepti fuerunt ab Euandro. ¶ Hospes, Aeneas. ¶ Minor il lo. s. Hercule: cui rerum gesta/rum magnitudine haud qua/quam fuit par. ¶ Et ipse ta/men. s. Aeneas. ¶ Sanguine: nam ex Venere natus est: vt Hercules ex Ioue. ¶ Alter a/quis. i. Aeneas, qui (vt scri/bit Dionysius) cum regnas/set tres annos post obitū La/tini, quarto & ipse anno bel lo extinctus est: cum in eum Mezentius Hetruscorū rex

neum meretricum tabernam dixisset q; ipsa sit in terra, non vt cœnaculū supius. ¶ Pultes: cibos viles & vulgares. Nā ex farina in ollas coquinarias infusa fiunt. Pli. lib. xviii. Milio Cā pania gaudet præcipue, pultē q; cādidā ex eo facit: fit & pa nis prædulcis. Marti. Imbue plebeias clusinis pultibus ollas, Vt satur i vacuis dulcia musta bibas. Pulte Romani vice pa nis longo tpe (vt scribit pli.) vixere anteq; cōficiēdi panis ra tionē inuenissent: inde pulmētaria sunt appellata & pulmen ta. ¶ Dictem: mandē, præcipiam. ¶ Placentas: lautæ enim gu/læ sunt placētæ: quaꝝ Cato in re rustica cōfecturam docet. ex farina enim siliginea, & alica conficiebantur addito caseo ouillo. Cato enim sic inqt: Focum vbi coquas calefacito bene & textū, ide facito solū tenue casei ouili. p. xiiii. ne acidū & bene recēs in aquā ter idito, postea indito mellis boni. p. iiii. Id bene vna cōmiscero cum caseo: sic placentam foco impo nito, texto calido operito, videto vt bene & otiose pcoquas, apito dū īspicias bis, aut ter: vbi cocta erit eximito, & melle vngito, liqdā fuisse & dulcē ostēdit Hora. in vltia Saty. Ri diculus totas simul ac sorbere placentas. Idē alibi: pane egeo iā mellitis potiore placētis. Et Mart. i. vii. Dulci placēta sor didam linit mappā, Seneca ad Lucil. Amicos incolumes cog

cum Rutulis oībus impetū fecissent. Initio igitur prælio nō procula Lauino, cum multi vtrinq; forent cæsi, eius corpus nusq̄ apparuit: vnde ne nulli, q; fuit opinio eum statim rela tum fuisse in Deos. Alii vero tradiderunt. Numico submer/sum esse, cum aduersus Turnum pugnaret, Iouē q; indigetē esse appellatum: vbi tēplum ei ædificatum est hac inscriptio ne: patri Indigeti, q fluuii Numici vndas gubernat. vnde & Tibullus: illic sanctus eris, cū te venerāda Numici Vnda De um cælo miserit Indigetem. ¶ Alter flāmis. i. Hercules qui in monte Oeta post traditam tunicā ab Deianira sangrie. Nes seo infectam, igni absumptus est, & in cælū trāslatus. ¶ Nul lis ornata macellis: pulæ, inqt, meæ quas tibi sum appositu/rus, ex publico macello non sunt comparatæ, sed vernaculæ sunt. ¶ Tyburtino: Tybur non longe ab vrbe situm in colle, vbi hercules colebať. Mart. Tybur in herculeum migrauit nigra Lycoris. Catillus Amphyarai filius post interitum pa/tris, iussu Oiclei aui in Italiā venit cū trib⁹ filiis, Corace vel (vt alii scribūt) Cora, Catillo, tyburte: q; condidit q; oppidū. Si lius: Hic Tybur Catille tuum. pli. Tyburtē conditorē fuisse scribit, quem tradit cepisse auguria iuxta tres ilices quæ sua ætate adhuc virebant. ¶ Mollior: tenerior. ¶ Salicti: salicta loca sunt

Marginal notes: Siliqua; Ganeæ; Ganeũ; Puls; Placēta; Euāder; Tiryn/thius; Tiryns; Tybur

loca sunt multis salicibus cõsita: sicut ficeta multis ficis: qr/ceta multis q̃rcubus: spineta multis spinis. ⸿ Asparagi: sub/audi veniẽt a supeeiore. Asparagi a caulis asperitate sunt de noiati. vt docet Varro. Alii vero dicũt dictionẽ esse grçcã ασπαραγον. alii vero a Chaldæa voce deduci, q̃ caulẽ signi ficat, qa hæc herba semp ceescat in caulẽ, & virgultũ. ⸿ Mõ/tani: ad differentiã asparagorum altilium: q sapidiores sunt: & ideo lautæ gulæ. Plin. Siluestres fecerat natura corrudas, vt quisq demeteret passi. Ecce altiles spectanť asparagi. Et Rauenna, ternis libris repẽdit. Martia. Mollis in æquorea q̃ creuit spina Rauẽna: Non erit incultis gratior asparagis. Sil uestrem igitur & montanũ asparagum intelligit: quem aliq corrudam, aliqui libycũ vocãt: Attici horminiũ. Auctor est Plin. libro. xx. cap. x. ⸿ Villica: villici vxor. Villicus autẽ iter mancipia is erat, qui totius villç curam habebat. ⸿ Calentia: idest recentia. ⸿ Torto fœno: in quo gestãtur. Mart. Sed tu ta fœno cursor oua portabat. aut (qd magis placet) calẽtia ex fœno torto. i. ex nido adsunt recẽtia oua cum gallinis ip sis. ⸿ Seruatç vuæ: duplici modo veteres toto anno seruaue re vuas, quas & ollares & pensiles nominauere. In ollis eni (auctore Collumella) sine noxa seruabãt. vnde Horati⁹: ve nucula cõueniť ollis. aut in sublimi suspendebanť. vnde Ho ratius: Cum pensilis vua secundas Ornabat mẽsas. ⸿ Signi/nũ pirum: subaudi adest a supiore: a Signia patria dictũ: vt scri. Plin. Cornelius Celsus inter pira, quæ reponunť in pri mis cõmendat tarentina, atq signia. ⸿ Syriũq: Columella lib. vi. capite. viii. ostendit pirũ syrium id esse, qd tarentium. sic enim scribit: Curandum est aũt, vt q̃ generosissimis piris, pomaria cõsecramus. Ea sunt crustumina, regia, signina, ta/rentina, quæ syria dicunť, purpurea, superba, hordeacea, ani tianea, neuiana, fauoniana, latentiana, & alia multa, quorum enumeratio longa est. ⸿ De corbibus iisdem: ordo est: Mala æmula picenis pomis & odoris recẽtis adsunt de iisdem cor bibus, ex quibus & pira. ⸿ Aemula picenis: videnť designati poma tyburtina: de qbus sic Horatius: Picenis cedũt pomis tyburtina succo: Nã facie præstãt. ⸿ Nec metuẽda tibi: q mu/sto suo tibi officiant. nã id quidẽ per frigus, ventosq hymea les exhaustũ est. ⸿ Autumnum: succũ illum autũnalem, quem per hyemẽ amittunt. Nec placet intelligas poma siccata vt aliqui aloquin docti senserunt. ⸿ Hæc olim: talis, inqt. cœna qualẽ tibi appono apud nobiliores priscis tpibus luxuriosa fuisse. ⸿ Curius: Curius, inqt, Dentatus non dedignabať ve sci oleribus: ac p hoc vilibus dapibus: hocq ẽ ex historia. Nã inuẽtus est a legatis Samnitũ aurũ ei afferentibus, cũ rapa in igne versaret, i fictilibusq, vel (vt alii tradũt) catino ligneo comederet. Sic ostẽdit tanta priscos frugalitate, & parsimo nia vixisse, vt nobilissimi vel oleribus cõtẽti essent. ⸿ Fossor squalidus in cõpede: hoc est seruus in ergastulis: ac p hoc ostẽ dit gulæ luxum tñ inualuisse suis temporibus: vt ne vilissi/mus quisq delitiis abstineret. Nã serui in compedibus tene/bãtur vel ad metalla fodienda, vel agros colendos, vel exci/dendos lapides. vnde est illud Plin. lib. viii. loquẽtis de agri cultura: At nũc eadẽ illa vincti pedes, dãnatæ manus, inscri pti vultus exercent. Ouid. in Ponto ad Græcinũ loquens d spe sic iquit: Hçc facit vt viuat fossor quoq cõpede vinct⁹: Liberaq a ferro crura futura putet. Plau. in Captiuis: Iube te huc crassas cõpedes impingier: inde extra portã ad meum libertũ Cordalũ in lapicidinas facite deductus fiet. De erga stulis in sexta Satyra diximus copiosius illic: Ergastula tota.

Vulua

⸿ Vulua: de vulua Plin. (vt diximus ante in secunda satyra) multa scribit sic in. x. capi. xxxvii. Quod alio nomine locos appellant: hoc in reliqs animalibus vuluam. Hæc viperæ, & intra se parietibus duplex. Oua generãtiũ annexa pcordiis. & in muliere geminos sinus sub vtraq parte lateꝝ habet: fu/nebris quoties versa spiritum inclusit. Vulua electo partu melior, q̃ edito. Eiecticia vocať illa, hæc porcaria: primiparç suis optima. Nec nouellaꝝ suum pterq̃ primiparaꝝ pbať, po ti⁹ q veteꝝ, nec dũ effoetaꝝ, & biduo añ partũ aut post par tũ, aut quo eiecerit die. Grata ergo erat vulua i cibis. Mart. in Distichis: Te fortasse magis capiet de virgine porca: Me materna magis de sue vulua capit. ⸿ Popinç: diuersoria erãt

Popina Popinæ

gulosoꝝ vbi obsonia cocta parabanť. Nero (vt Trangl. scri bit) interdixit nequid i popinis cocti pter legumina, aut ole ra venirent: cũ ante a nullum non obsonii genus proponeret. Horatius: Quin oia malit Quæ cunq immũdis feruent al/lata popinis: a popina popinones sunt denominati: qui his versantur. Popinarii vero ipsi dñi popinæ. Quid sapiat: q̃ boni sit saporis. ⸿ Rara crate: ostendit priscos illos Roma/nos nullo non modo cibi, sed ne ædificii qdem luxu vixisse, qui coquinas cratibus intextas habuerunt, vñ carnes sali/tç penderent. ⸿ Natalitium. i. die natali, q delicatiori appara tu celebrari solebat. ⸿ Lardũ: carnem suillam salitã. vnde ita

Lardũ

scribit Macro. lib. vii. Saturnaliũ: Sæpe apposita salita car/ne, quã laridum vocamus (vt opinor) quasi large aridũ. Eã appellat Cice. i lib. de senectute succidiã his verbis, Iam qre tum ipsi agricolæ succidiam alterã appellant. Sicẽt Varro i secundo reꝝ rusticarum: Et qui non audierit patres nostros dicere ignauũ & sumptuosum esse, qui succidam in carnario

Succidia

suspenderit. Mart. in. v. ad Toranium: Et pallens faba cũ ru bente lardo. quibus verbis plane ostendit appellatione lardi carnẽ suillam salitã itelligi: succidiũ item in genere neutro iu uenit. ⸿ Accedente noua carne: hoc cũ superiobus coniungi tur. vt sit sensus: Erat moris ponere lardum nataliciũ. cogna ris accedente noua carne. i. recenti. ⸿ Si quã dabat hostia: si forte acciderat, vt hostiã Diis mactarẽt. nã carnes victima

Caro victimæ

rum vẽdebantur, & plerũq duplo sicut i feriis latinis. vnde Valerius in sedo de institutis antiqs: Immolataꝝ a magistra tibus hostiaꝝ exta ad quæstores ærarii delata veniebãt. Sa/crificiisq populi Ro, tum Deoꝝ immortalium cultus, tum ẽt hominũ cõtinentia inerat, imperatoribus nostris, q sacras manus habere deberent, apud illa altaria discentibus. ⸿ Co/gnatoꝝ aliquis: ordo est: Aliquis cognatoꝝ functus ter titu lo consulis, i. ter adeptus consulatum. ⸿ Castrorũ imperiis: q imperator fuisset & dux exercitus. ⸿ Solito maturius ibat: tanq̃ ad lautius conuiuium. ⸿ Ligonem: sarculum. ⸿ A monte domito: p multum laborẽ culto. Gloriosum enim apud pri/scos Romanos fuit agricolationi vacare, vñ scibit Pli. mul/tas familias a studio rerũ rusticarum cognomina adinuenis/se. Nã Cicerones sunt cognominati, q bonũ cicer sererẽ. Fa bii q bonã fabam. Lentii q bonã lentem. Seranus q agrum sereret. Virg. te te sulco Serane serentẽ. Denique (vt scri. Ca to in re rustica, & pli. meminit) cũ bonum agricolã, bonumq colonũ dixissẽt, se amplissime laudasse existimabãt. Scribit p terea plin. lib. xvi. in Literno agro durare suis temporibus oleas Africani prioris manibus satas. Item myrtum eodem loco conspicuæ magnitudinis.

ASCẽ.

⸿ Experiere &c. Frugalitatem suç cœnç ad quã persicũ iui tarat poeta longo sermone recitat. Ordo est: O persice tu ex periere. i. facies periculum: & sumes experimentũ hodie: nũ quid ego non pstem. i. exhibeam vita vel moribus & re, pul cherrima dictu. i. quæ pulcherrima sunt dum a me dicitur. sed existẽs ganeo. i. lurco & homo vorax ganeaꝝ frequenta tor occultus. laudem. i. cõmendem & laude psequar. siliq. i. durũ victum antiquorũ. & dictũ. i. prçcipiam facere puero meo corã aliis pultes. sed dictem i aure pueri placentas. i. vt coqt mihi placentas. Nã tu cũ sis cõuiua promissus mihi. ha bebis Euandrũ. i. me modicũ & pauperem te hospitio rec ipi entem sicut Euãder herculem se apud Vir. recepisse dicit. & venies hospes Tirynthius. i. vt hercules: aut hospes minor illo. s. hercule. & tñ ipse cõtingens cçlum sanguine. i. origine sua. i. Aeneas filius Veneris: Alter sup: eorũ hospitũ Euan/dri. s. Aeneas. missus est ad sidera aqs: quia submersus est in Numico lacu. & alter. s. hercules. flammis quia cõbustus inte/riit. Audi nunc fercula non ornata vllis macellis. hædul⁹. i. paruus hedus. i. pullus capræ. veniet de agro tyburtino exi stens pinguissimus. & mollior. i. tenerior toto grege. inscius herbæ. i. qui nondũ gustauit herbã: sed vberibus matris nu/tritus est, & nõ ausus adhuc mordere virgas humilis salicti. i. salicum in imo nascentiũ: qui habet plus lactis, q̃ sãguinis & asparagi: ab asperitate dicti, montani. i. montibus nati.

Cum tremerent autem Fabios, durumq; Catonem,
Et Scauros, & Fabricios, rigidiq; seueros
Censoris mores etiam collega timeret,
Nemo inter curas, & seria duxit habendum,
Qualis in Oceani fluctu testudo nataret.
Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum,
Sed nudo latere, & paruis frons ærea lectis
Vile coronati caput ostendebat aselli,
Ad quod lasciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis domus, atq; supellex.
Tunc rudis & graias mirari nescius artes,
Vrbibus euersis prædarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet æquus, cælataq; cassis
Romulæ simulachra feræ mansuescere iussæ
Imperii fato, & geminos sub rupe Quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis, & hasta,
Pendentisq; Dei perituro ostenderet hosti,
Argenti quod erat solis fulgebat in armis.
Ponebant igitur thusco farrata catino
Omnia tunc, quibus inuideas, si liuidulus sis.
Templorum quoq; maiestas presentior, & vox
Nocte fere media, mediamq; audita per vrbem
Littore ob Oceani Gallis venientibus, & Diis
Officium vatis peragentibus, his monuit nos,
Hanc rebus latiis curam præstare solebat
Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro,
Illa domi natas, nostraq; ex arbore mensas
Tempora viderunt, hos lignum stabat in vsus,
Annosam si forte nucem deiecerat Eurus,

quos villica .i. habitatrix villæ: hoc est possessionis meæ in agro legit, .i. collegit modo .i. pau. ante. & hoc fuso posito .i. deposito cum colo sup. venient. Præterea grādi oua calentia fœno torto .i. circumuoluto, assunt .s. nobis cū ipsis matribus .i. gallinis. vuæ seruatæ sup. tales quales fuerant in vitibus parte .i. propter anniqua .s. erāt maturæ sup. adsunt nobis. Pirs signinum, & syrium sic dictum. & mala .i. poma recentis odoris. æmula picenis .i. certātia in fragrātia & bonitate cū picenis nec pro & noni & poma non metuenda tibi postq̄ posuere .i. exuerūt autumnū siccatum frigore .i. p frigus. & pericula succi crudi .i. idigesti. & adhuc uiridioris adsunt nobis sup. de iisdē cordibus .i. canistris, quibus allata sunt. hæc .i. huiusmodi cœna. fuit oli iā .i. priscis tpibus cœna luxuriosa nīs .i. Romani senatus. Ipse curius dētatus optimus dictator ponebat .i. coquebat breuibus focis clusculis, quæ sup. legerat in sup. paruo horto. quæ .i. qualia olusculs. fossor .i. seruus ad glebā destinat⁹. squalidus .i. immundus. in magna compede .i. cathena: quæ ab vna parte agri fodiēda ad aliam vsq; extendebat. fastidit .i. fastu aspernat. qui .s. fossor meminit .i. adhuc memor est. qd vulua sup. Porcina. calidę popinæ .i. quā in calida popina prius q̄ seruus esset, comederat. sapiat .i. qualem saporem habeat respectu olerum. moris .i. instituti & consuetudinis erat quondam seruare diebus festis .i. vsq; ad dies festos. terga suis .i. porci. sicci .i. exsiccati in fumo & salsi. pendentia in crate rara vt fumum & ventum capiant. Ac pro & moris sup. erat ponere cognatis lardum natalitium .i. ad diem natalem quo maxime Genio indulgebant seruatum, & hoc noua idest recenti carne accidente id est adiecta ad lardum, si hostia id est sacrificium pro hostibus deuictis facta, dabat quam id est aliquam. Aliquis cognatorū functus titulo ter cōsulis, atq; imperii castrorū, & functus honore dictatoris .i. summi magistratus. ibat maturius .i. prius. solito .i. q̄ solitus erat. ad has .i. hmōi epulas referēs .i. reportans. a monte .i. agro montano domito .i. culto, & a siluestreitate, ac nociuis verbis purgato. ligonē .i. instrumentum illud, quo rustici terram purgant. erepti .i. vi extractū e terra dura & saxosa: vbi difficilior est domatio. ❡ Cum tremerent Fabios: hic sensus est: Prisci Romani tā longe abfuerūt ab oībus delitiis, cum maxime seuerā censorum disciplinā timerent, qui ciuitatis mores corrigebant: vt lectos suos triclinares nulla testitudine ornauerint, sicq; nostræ luxū sui tēporis in lectis discubitoriis. Caruilius eni Pollio prodigi & sagacis (vt scri. Pli.) ad luxuriæ instrumēta ingenii pānis tēporibus Neronis docuit secare putamina testudinum in laminas: & ita lectos triclinares operiri. Idem etiā (auctore eodē lib. xxxii. cap. xi.) operiri docuit argēto mox auro. Ordo aūt ē: Nemo duxit habēdū inter curas, & seria qualis testudo nataret. Cum tremerēt Fabios &c. Fabios, Catonem, Scauros, & Fabritios, vbiq; poeta hi oēs nominantur vt graues & seueri ciues. sic & Apuleius priscorū austeritatē cōmendat in prima Apologia: Verū longe austerior

JOAN. BRIT.

vt putat Seranis, & Curiis, & Fabriciis. Censoris: censorem scribit Varro de sermone latiali denominatū a cēsendo, q ad eius censionē .i. arbitrium censeret populus. De censoribus plura [illegible] Etiā collega timeret: allusit poeta ad censurā Claudii Neronis, & Liuii Salinatoris, qui se inuicem seueriter notauerūt. Nā cum forte vtriq; equitū cēturias recognoscerēt, in quarum numero & ipsi essent propter robur ætatis, ventūq; esset ad tribum Salinatoris, p̄coq; lecto nomine Salinatoris hæsitaret, citandū nec ne sibi esset, Claudius collegā citari, & equum vendi iussit, q populi iudicio dānatus fuisset. Salinatorq; cēsor cum eodem collega oēs tribus, excepta Metia, ærarias fecit, stipēdio priuauit eo crimie, q aut prius se iniuste condēnassent (nā eum ex inuidia peculatus reum cōdemnauerāt) aut postea tantos honores nō recte tribuissent. Qualis testudo .i. quāta inueniretur. Nam testudines in mari Indico tantæ magnitudinis inueniunt vt singularū superficie habitabiles casæ integantur: atq; inter insulas Rubri pcipue maris, earum testis veluti cymbis nauigetur auctores Plini. & Diodorus. Fulcrū a fulciendo .i. sustinendo dictū. ligna enim ipsa quæ lectum sustineant, fulcra dicuntur. Vir. Lucēt genialibus altis Aurea fulcra toris. Clarū: conspicuū. nā (vt diximus) lecti non modo discubitorii, sed & cubiculares testitudinum putaminibus operiebant. Apuleius lib. x. Meta. Lectus indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus veste serica floridus. Mart. lib. xii. ad Amœnum: Gemmantes primā fulgent testitudine lecti. magnis pretiis comparabantur. vnde est illa Senecæ indignatio in lib. de beneficiis: Video elaboratā scrupulosa distinctione testitudinem, & fœdissimorum, pigerrimorūq; aialium testas ingentibus pretiis emptas. Nā testitudinum putamina secabātur in laminas, iisq; lectos & repositoria vestiebāt, atq; ēt lacunaria. lege Pli. lib. ix. & .xvi. c. lxiii. Troiugenis nobilibus Romanis. satyrice dictū: quasi qui gloriarent se originē ducere a Troianis. Sed nudo latere: ostendit poeta in reprehensionem morum sui tpis Priscos illos adeo seueros extitisse, aut, cōtēpto oī luxu sæpe ēt in limitibus agrorum collocatis lectis discubitoriis cænarēt vnde facile videre poterāt, caput aselli nudatū cute suspēsum in agro. qd̄ ideo fieri cōsueuit q putabatur hetrusca disciplina incōmoda agrorū arceri posse. vnde Columella de cultu hortorū: Nunc caput arcadici nudū cute fertur aselli. Tyrrhenus finxisse Tages in limite ruris. Nudo latere .i. nuda sponda sine vllo ornatu aut testitudinū, aut auri, aut argēti. Sic enim lecti ornabantur sumpto exēplo ab Asia. vñ sic Liuius lib. ix. de bello macedonico: Luxuriæ eni peregrinæ origo ab exercitu asiatico inuecta in vrbē est, ide primū lectos æratos, vestē stragulā ptiosam, plagulas, & alia textilia Romam adduxerunt. Frons ærea .i. pars anterior fulcri ære tm̄ ornata. Nam (vt scribit Plin. li. xxxiiii.) triclinior ū pedes fulcra item ære ornabāt frontē aūt pont pro parte anteriore lecti sic docet Vale. loquens de matellate: Si qs cognoscat

Testudo

Fulcrū

lecti

lecti illius frontem macedonicis triumphis fuisse adornatā.
¶ Ostendebat hoc est qui in lecto discumbebāt, spectare & si
bi inuicem ostendere poterant caput aselli. ¶ Coronati orna
ti sertis. ¶ Alumni: dicuntur qui aluntur, & qui alunt. sed
illud frequens, hoc rarissimum. ¶ Tunc rudis: ordo est: Miles
esse rudis & nesciua mirari gratas artes, frāgebat pocula ma
gnorum artificum reperta in parte prędarum euersis vrbi-
bus. & est sensus: Milite a illis temporibus contempto omni
domus ornatu: id tantum quærebāt, vt equi, & arma essent
ornamentis insignia. ¶ Artes gratas: in poculis & statuis fa-
Phalerę
berrime sculptis, mira enim græcorum ad omnes artes fue-
re ingenia. ¶ Phaleris: ornamenta enim equorum sunt pha-
leræ, de quibus sic Apuleius in prima Apologia: perā & bacu
lum tu philosophis exprobares: igitur & equitibus phaleras
& peditibus clypeos, & signiferis vexilla. Valerius libro. ix.
cap. de ira & odio: Offensi annullos aureos sibimet ipsos &
phaleras equis suis detractas abiicierunt. Dictæ autem pha
leræ a φαλέρω quod est manifesto & illustro: quod equus iis or
namētis illustretur, græci φάλαρα dicūt: sicut τάλαντον p
talentum. ¶ Cælataque cassis: ordo est: Miles frangebat pocu
la, aut equus gauderet phaleris, & cassis cælata ostēderet ho
sti perituro simulachra feræ romuleæ iusse mansuescere fato
imperii, & geminos Quirinos subrupe, & nudam effigiem
Dei fulgentis clypeo & hasta, pendentique. ¶ Simulachra ferę
Ficus ruminalis
romuleæ idest imaginem lupæ, quæ Romulo & Remo mā
mas prębuit sub arbore fico, quæ postea ficus ruminalis est
appellata, rumam enim veteres mammam nominauerunt.
¶ Iussæ mansuescere: quæ ita iubentibus Diis māsuefacta est:
vt non modo infantes non læserit: sed lacte suo vice nutricis
etiam aluerit. ¶ Imperii fato: ad fatum & fortunam imperii.
¶ Geminos Quirinos: Romulum & Remum, licet Romu-
lus tantum Quirinus sit cognominatus. de quo pleraque di-
ximus in secunda Satyra illic: In valle Quirini. ¶ Nudam effi
giem Dei fulgentis: idest Martis, qui pater & auctor fuit no
minis Romani. genuit enim Romulum & Remum ex Rhea
Pensilia
Ilia: urbis Romæ conditores. ¶ Fulgentis clypeo & hasta.
idest resplendentis cælatura clypei, & hastæ. ¶ Pendentis: in
aere, cū sit in vertice cassidis: vnde & pēsilia appellamus ædi
ficia in ærem extructa. vt hortos pensiles in ære non in terra
positos. vnde Papinius in Siluis de aqua ducta per ædificia
sublimia sic ait: Et in numero pendens transmittitur arcu.
¶ Farrata: cibaria ex farre. ¶ Catinos a capiendo dicitur secū
dum Varronem. ¶ Thusco: fictili nam in Hetruria aretina
vasa celebrata sunt. Martia. Aretina nimis ne spernas vasa
monemus, lautus erat thuscis porsena fictilibus. ¶ Præsentior:
magis propicior. Virgilius: Nec tam præsentes alibi cogno
scere Diuos. Dii, inquit, quamuis fictiles colerentur, Roma
nis tamen erāt magis propicii, quam nunc. vnde Seneca ad Luci
lium: Cogita Deos cum propicii essent, fictiles fuisse. ¶ Et
uox orabat per exempla benigniores fuisse Deos priscis il-
lis temporibus in Romanos. Nam cum Galli in Italiam uen-
turi essent, eodem anno (vt tradit Liuius in quinto) M. Ce
ditius de plebe nunciauit tribunis se in noua via, vbi nunc sa
cellum est, supra ædem Vestæ noctis silentio audisse uocem
clariorem humana, quæ magistratibus dici iuberet Gallos
Aius
aduentare. Cicero in secundo de diuinatiōe appellat Aium
Deum loquentem, cui in noua uia consecrata fuit ara, ex eo
quod monuerat, ut prouiderent ne a Gallis Roma caperetur.
De eo sic & Liuius in. v. Iussūque tēplum in noua uia Aio lo-
cuto fieri. ¶ Vox audita: ordo e. & sensus: Et uox audita no
cte fere media monuit nos his. i. de his hoc est aduentu Gal-
lorum. Dicimus. n. moneo te de his rebus, & harū rerū. & has
res. ¶ Gallis uenientibus. i. cū Galli aduētarent. Nā Galli Se
nones, duce Brenno, in Italiā uenerunt. Clusiūque obsederunt
ad quos cū tres legati a senatu missi fuissent, qui Gallos mone
rent, vt ab oppugnatione desisterent. ex iis vnus contra ius
gentiū processit, & ducē Senonū interfecit. quo facto indigna
ti Galli urbē petierūt, & fuso exercitu Romano apud Aliā
fluuiū vrbem intrauerūt: ubi nobilissimos senum in vestibus
ædiū cū insignibus honorum sedētes, primo vt Deos venera-

ti, deinde ut homines despicati, interficere, Capitoliumque
quo reliqua iuuentus confugerat, obsederūt. quod mox Ca-
millus creatus dictator liberauit. ¶ Et Diis peragentibus of-
ficium uatis: idest omnia prædicentibus more uatum, qui mor
talibus uentura prædicunt. ¶ Iupiter violatus nullo auro: nō
dum auro effigiatus, ea enim uiolari dicuntur, quibus aliquid
contra uoluntatem fit: quasi Iupiter auro illo non delecta-
retur. unde in tertia Satyra: Nec ingenuum uiolarent mar-
mora tophum. ¶ Illa tempora: scilicet prisca. ¶ Mensas natas
domi: idest ex arboribus uernaculis: non autem ex lōginquo
petitas, quales erant mensæ citreæ. Ex mauritania enim ci-
trus arbor (ut diximus) mittebatur ex Atlante monte tanti
pretii, vt mensæ pari repēderentur auro. vnde Mart. Accu-
pe felices atlantica munera siluas: Aurea qui dederit dona,
minora dabit. ¶ In hos vsus: scilicet mensarum.
ASCE.
¶ Cum tremerent &c. Frugalitatem antiquorum latius pro-
sequitur. Ordo est. Autem: idest sed cum: idest quando. sup-
ple Romani tremerent: idest usque ad tremorem formidarēt.
Fabios: & durum Catonem: & Scauros: & Fabricios uiros
illos seueros: & censorios. & cum etiam collega: idest concen-
sor. vel cum alio censor factus, timeret seueros mores rigidi:
idest inflexibilis censoris, tunc supple nemo duxit: idest existi
mauit habendum inter curas & seria sua. qualis testudo. i. cō
cha magnas testas habens. nataret in fluctu Oceano: idest ma
ris Oceani Indici potissimū factura: idest talis quæ faceret.
Troiugenis: idest nobilibus Romanis se de Troianis ortos
glorantibus. nobile fulcrum: idest sustentamentum pendens
vel tabula lecti ex putaminibus confectum. sed frons: idest
altior pars lecticæ. ærea: idest ære munita. & nudo latere. i.
nullo fulcro aut putamine tecto. ostendebat lectis paruis vi
le caput aselli coronati quibusdam: scilicet sertis. Ad quod ca
put aselli affixum fronti lecticæ. alumni lasciui ruris: idest fi
lii familiæ nutriti ruri ludebant. Cibi ergo fuerunt supple
tales: qualis supple fuit domus. & qualis suppellex: hoc est vi
les. Miles Romanus existens tunc rudis & nescius imitari
gratas artes: idest græcorum in fingendis signis artificia, frā
gebat vrbibus euersis: idest funditus destructis. pocula ma-
gnorum artificum reperta in parte prædę (quia enim non
erat bibax cōtempsit pocula artificiosissime composita) fran
gebat dico miles pocula: vt equus gauderet phaleris: idest or
namentis bullatis. & vt cassis: idest galea, cælata: idest habere
cælata simulachra: idest effigiem. Romuleæ feræ: scilicet lupæ
iussæ mansuescere: idest mansueta fieri. vt ostenderet hosti
perituro: idest quem interficere uellet simulachra Romuleæ
feræ iussæ a Deo: scilicet generis romani auctore mansuesce
re: idest mansueta fieri. & geminos Quirinos: scilicet Romu
lum & Remum. fatto imperii: idest propter imperium Ro
manum aliquando futurum fato: ac vt ostenderet hosti peri-
turo nudam effigiem Dei: scilicet Martis pendentis & ful-
gentis, clypeo, & hasta: idest armis militaribus. Illud argen-
ti quod tunc ipsis erat. fulgebat in armis. Igitur quia sola ar-
ma exornabant: ipsi ponebant omnia farrata: idest genus
pultis ex farre: quibus omnibus tu inuideas: si sis liuidulus:
idest modicum inuidiosus. Maiestas quoque templorū erat
tunc supple quoque: idest etiam præsentior: idest paratior ad
consulendum rebus Romanis. & vox Deorum scilicet audi-
ta est a M. Ceditio videlicet nocte fere media per mediam vr
bem. Gallis uenientibus: idest dum Galli venirent. ab littore
Oceano: idest Oceani Britannici scilicet & hoc Diis peragē
tibus officium vatis. i. prophetæ. Iupiter fictilis. i. habens sta
tuam fictilem. s. terream. & nō inuiolatus: idest corruptus &
adulteratus vllo auro: hoc est monuit nos his. i. de his & so-
lebat præstare rebus latiis. i. latinis, hoc est italicis: & potissi
mum Romanis. hanc curam. i. custodiam solicitam: illa tem-
pora uiderunt mensas natas domi. & pro idest. nostra. i. ita-
lica arbore. & lignum stabat in siluis. s. in: idest ad hos. i. huius
modi usus mensarum. s. si Eurus. i. violētus & impetuosus uē
tus deiecerat forte nucem. i. arborem nucū. annosam. i. multo
rum annorum. Ex nuce autem mensæ & simulachra fieri so-
lent: quia tarde cariem, aut teredines patitur.

At nunc diuitibus cœnandi nulla uoluptas,
Nil Rhombus,nil dama sapit putere uidentur
Vnguenta,atq; rosæ,latos nisi sustinet orbes
Grande ebur,& magno sublimis Pardus hiatu
Dentibus ex illis,quos mittit porta,Syenes,
Et Mauri celeres,& Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu,
Iam nimios,capitiq; graues,hinc surgit orexis,
Hinc stomacho bilis,nam pes argenteus illis,
Annullus in digito quod ferreus.ergo superbum
Conuiuam caueo,qui me sibi comparat,& res
Despicit exiguas,adeo nulla uncia nobis
Est eboris,nec tessellæ,nec calculus ex hac
Materia,quin ipsa manubria cultellorum
Ossea,non tamen his vlla unquam obsonia fiunt
Rancidula,haud ideo peior gallina secatur.
Sed nec structor erit,cui cædere debeat omnis
Pergula,discipulus Tripheri doctoris,apud quem
Sumine cum magno lepus,atq; aper,& pygargus,
Et scythicæ uolucres,& Phœnicopterus ingens,
Et Getulus orix,hebeti lautissima ferro
Cæditur & tota sonat vlmea cœna Suburra.
Nec frustum capreæ subducere,nec latus afræ
Nouit auis noster tyrunculus,ac rudis omni
Tempore & exiguæ frustis imbutus ofellæ,

IOAN. BRIT. ¶ At nunc diuitibus:sensus est:Nostris aũt tpibus Romani eo delitiarũ puenerunt,vt nulla pulmẽtaria iucunda,suauiue esse putent:nisi adsint mensæ citreæ,q̃ pede eburneo fulciantur.ex ebore enim pedes mẽsis adhibebãtur.Luca.Dentibus hic niueis sectos atlantide silua imposuere orbes,qles ad Cæsaris ora Non capto vertere Iuba.sicq; notat luxu mensarũ cithrearũ.¶ Rhombus:piscis ex genere planorum.de quo in.iiii.Satyra satis dcm.¶ Vnguenta:qbus ungebant,cũ exibãt e balneis.¶ Atq; rosæ:coronæ ex rosis,quibus in solenni conuiuiorũ celebratiõe vtebantur.¶ Latos orbes:mẽsas citreas.de quibus plura in pri.Saty.illic:Pectoria,mensas de quibus sæpe Mar. Tu libycos Indis suspendis dentibus orbes.Et alibi:Et mauritiacis sustentem dentibus orbes.¶ Grande ebur:pes eburneus.¶ Pard⁹ sublimis.i.pardus ex ebore effigiat⁹.est aũt pd⁹ animal parum differẽs a pãthera.quidam eum solo cãdore ab ea discernũt.In Africa,Syriaq; nascitur. Solin. & pli.lib.viii.¶ Ex illis dentibus.s.elephantorum.¶ Porta Syenes:Syene(auct.Strabone)insula ẽ in finibus Aethiopiæ.C.milibus passuũ ambitu.pli. Ditionis Aegypti.eẽ,incipit a fine Aethiopæ Syene,ita uocat̃ isula,supra Syenem.xv.millia passuum. Elephantis insula habitat̃,nauigationis Aegyptiæ finis.dicta ab elephãtorũ multitudine Stra.& Hero.Elephantinã appellant. Pli,uero Elephantidem hinc autem mittebantur elephanti,portã aũt appellauit Elephantidem insulam:quia ex ea per Syenẽ tanq̃ portã in Aegyptũ sit transitus.ita dictũ vt illud in.iiii. Saty.ianua Baiarũ,est q̃a necesse sit euntibus Baias transire per urbẽ Cumas.¶ Et Mauri celeres:designat poeta,qbus in locis elephãtes inueniantur.Nam eos fert Africa vltra syrticas solitudines,& in Mauritania ferunt Aethiopes Traglodytę,sed maximos india.Hæc pli.per Mauros ergo celeres intelligit Aethiopes Traglodytas,qui mira p dum celeritate sunt.de quibus ita Hero.lib.iiii.Traglodytæ Aethiopes:oium quos fando cognouimus,pnicissimis pepibus sunt, serpentibus,lacertisq; & aliis id genus reptilibus uescentes. Solinus Traglodytæ tanta pnicitate pollent,vt feras quas agitant,cursu pedũ assequant̃.Mauri aũt p Aethiopibus,& æthiopes p mauris a poetis indifferenter nominant̃.nec mirum,cum Aethiopes ad occidentẽ uersi Mauritianã attingant.de Aethiopib⁹ diximus etiã in secũda Saty.¶ Indus:indi populi sunt ad orientẽ siti prope Oceani refluxus,& Solis exortus,de iis lege & Apule:in pri.Floridorũ.¶ Obscurior:nigrior q̃ Mauri sint.Apuleius in eodẽ:Indis ad nascentẽ diem sitis,tamen in corpore color noctis est.¶ Deposuit:nam elephanti aut casu,aut senecta deciduos dentes deponunt,q ꝑgrãdes sunt:aut eos obsessi a uenatoribus arbori illisos frãgunt.hi autẽ sunt minores.¶ Capitiq; graues.i.ponderosos. Terẽ.Hui tã graues rastros.¶ Nabathæo:arabico.Nabathęi enim populi sunt Arabiæ cõtermini Syriæ,quorũ regio populosa & fertilis habet̃:oppidũ incolunt nomine petram.Dicti(vt sacræ testantur literæ)a Nabath primogenito Hismaelis.In Arabia aũt (ut diximus)apud Troglodytas nascunt̃ elephãtes.¶ Hinc surgit orexis:hic ingt,maxime indignor q̃ Romani iam tãti cœperunt facere ebur,ut iam pes argẽteus in mẽsis sustinẽdis non pluris æstimet̃,q̃ annullus ferreus in digito:vt ostendat uile censeri argetũ præ ebore.Lectos aũt mulierũ totos operiri argẽto,& triclina q̃dam docet pli.lib.xxxiii.cap.xi.qbus argentum addidisse primus traditur Caruilius Pollio eques Romanus.idem aureos fecit.¶ Hinc:ex tãto eboris studio,& æstimatione.¶ Orexis nausea,& idignatio.Nã(vt diximus in Satyra Credo pudicitiã illic:Rabidã facturus orexim)orexis appetitũ proprie significat:ὀρέγομαι enim appeto significat.tñ est ẽt inueniri pro uomitu.vt pli.ad priscũ de Fannia ęgrotante:Hoc discrim ne implicita est insidens febris,tussis, orexis,summa macies, summa defectio. ¶ Bilis:latinũ est,colera græcum. ¶ Nam pes argẽte⁹ irõ est indignatiõis.Ordo est Nam pes argẽteus est idem illis.s.mensis,qd est annulus ferreus in digito.i.non pluris faciunt nunc pedes argenteos in mensis,q̃ annullos ferreos in digitis vt iã Romanis vilius sit argentũ,q̃ ebur.illud aũt sciendum pedem polysemũ esse,nã & pedem nostrum dicim⁹,& lecti,& veli,& carminis,& mensæ. ¶ Annullus ferreus:nam apud Romanos varius fuit annullorũ usus.triumphantibus enim annullus in digito ferreus erat.Ii quoq;,qui ob legationem acceperant aureos,in publico tantũ utebãtur,intra domos nero ferreis.quo argumento etiam tpibus plinii,ipse est auctor) sponsæ annullus ferreus mittebatur,isq; sine gẽma.promiscuus autem vsus cœpit secundo bello punico:neq; enim aliter potuissent trimodia illa annullorum Carthaginem ab Hãnibale mitti.Diuo Augusto decurias ordiante maior pars iudicũ in ferreo annullo fuit.lege Pli.li.xxxiii.cap.pri.¶ Hinc surgit orexis.Hinc stomacho bilis:alius põt esse sensus vt sit;ex diuerso,inquit,ornatu mensæ diuersi etiam affectus surgunt.nam si mẽsa pedes habet eburneos,hinc orexis:hoc est appetentia cibi surgit:quasi ad maxime appetitum excitet. Si autem pes argenteus sit,aut ex alia materia:hinc stomacho bilis surgit:hoc est nausea quedam:quia nõ pluris faciũt pedes argenteos in mẽsis,q̃ annullos ferreos in digitis.¶ Ergo:cũ tanto luxu uiuatur.¶ Qui me sibi cõparat:q me putat non minorem cœnam paraturum q̃ ipse solet.¶ Res exiguas:modicũ conuiuii apparatum.¶ Nulla uncia eboris:qd tanti faciunt ipsi.¶ Nec tessellæ:tali & tesseræ erant eburneæ. a tessera fit per diminutionem tessela.¶ Nec calculus:calculum intelligit,quem nunc dicimus scachum.antiqui latronem, & per diminutionem latrunculum dixere,Mart.de tabula lusoria: Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto.Calculus hic gemino discolor hoste perit,Idem alibi:insidiosorum si ludis bella latronum,Ille tibi geminus miles,& hostis erit.De quo etiam sic leges apud Gellium confutantem Caldæos: Cur tandem non de alea quoq;,ac de calculis,& alueolo audent dicere,quisnã ibi ludẽtium uincat:Plin.ad Geminiũ de calculo sit meminit:Audiui ipsam solere sicut fœminam in illo otio sexus laxare animũ lusu calculorũ.Lusum autẽ calculorũ inuenit Palamides.unde Sidonius:Tanq̃ Naupliades repertor artis Gaudebas hilarem ciere rixã,Calculus item paruũ lapillũ significat.Mart.Calculus in nitida sic numerat̃ aqua.eũ etiã calculũ appellamus qui nascitur in vesica.Plin.in.xi. Sunt iis ẽt calculo humano remedia ꝓcipua,vñ calculosi dicuntur,

pardus, Syene Troglodytæ Indi Nabathæi, Orexis Annulorũ vsus Calcul⁹

Calculo fi / Lithaci — cunt, qui calculo laborant: quos Græci lythiacos appellant. a calculo fit calculator & calculatrix. Et qm̄ in computatione calculi adhiberi solēt, inde ortū est, vt dicamus: tecū calculū uolo ponere. i. rōnem cōputare. Plin. in Panægyricis: Assue/

ponere calculi — scat imperator cū imperio calculū ponere, sic exeat, sic redeat, tanq̄ rōnem redditurus. ¶ Non eni: licet. īngt manubria cul/tellorū sint offea, & non eburnea. nō tñ ob id insipidiora sunt obsonia, q̄ cōciduntur per illos. ¶ Structor: pprie sic appellat,

Stru/ctor — q perite obsonia incidit. fercula q̄ cōponit, ná & id ad gulā ptinere arbitrabant. qd taxat Sene. de breuitate vitæ: Cū ui deam q̄ suspensi sint, qūo aper a coquo cæsus exeat, quanta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrāt, quāta ar te scindantur aues in frusta non enormia. plīte lib. x. postea culinarū artes vt dunes spectenē, vt diuidant i tergora, ut a pede uno dilatatæ repositoria occupēt, adeo ut doctores ei sent, q ludum structoriū aperirēt: vt Triphertus ptibus poe/te, q ludū iuxta Suburrā hēbat: ubi tradens discentibus pce/pta scindēdi obsonia, q ex ligno hēbat formata, hebeti cultel lo, docebat quo gestu hæc, uel illa secarent: vñ cœnā ulmeam noīat: q̄m ex ligno obsonia essent formata. Ordo aūt est: Sed nec erit nobis structor discipulus Tripheri, i. q fuerit erudi/tus a Triphero. Cuius artis ita meminit idē Sen. in lib. de ui ta beatæ: Cur aliqs est scindēdi obsonii magister? ¶ Cui cede

pergula — re debeat ois Pergula. i. oēs q in pgulis sunt instituti. Nā pgu/la, nō mō dr in unuis: ut docet Columella: In pergula autē, īngt, singulæ denas amphoras peræquent. plini. lib. xiiii. In pergulis vero ferūtur escariæ appellatæ, edurae acinis, albæ, nigræq; sed ēt capi vt p breuiambulacro & fornicē: toq; qua/si a pergēdo. ubi doctores discipulos suos erudirēt: & opifi ces opera sua quasi a trāseuntibus cōspiciēda collocarēt. Vo piscus in uita Saturnini: Nā & in Africa rhetoryæ operā d derat, Romæ frequentauerat pgulas magistrales. Suetoni⁹ de claris grāmaticis loquens de Crassitio Tarātino grāma/tico sic scri. Deinde in pgula docuit. Pli. de Appelle pictore: Idē pfecta opa pponebat in pgula. plaut. in pseudulo: Cras faciā d portare in pgulā. ¶ Discipulus Triphertemphasim

Sumen. — hēc q̄si qui inter alios fit melius institutus. ¶ Sumine cum magno: sumen (ut diximus apud persiū in prima Saty. illic: Calidū sis ponere sumē) lautæ est gulæ: ex papillis lactantis porcæ fit, idq; optimū (ut scri. Pli. l. xi.) si mō foetus lac nō auferat. Mart. esse putes nondū sumē, sic ubere largo Effluit

pygar/gus — & uiuo lacte papilla tumet. ¶ Pygargus ex genere est capreæ/rum. Nam (vt scri. Pli. lib. viii.) capreæ in plurimas figuras trāsfigurant. Sunt. n. capre, sunt ibices pnicitatis mirāde, sūt & origes cōtrario pilo uestiti, & ad caput uerso. sunt & da/mæ, & pygargi. pygargus itē est (ut docet Aristotiles li. vi. de natura aīaliū) ex genere aglag. pli. in. xi. Secundi generis pygargus in oppidis. & in cāpis albicāte cauda. ¶ Scythic; u

phasia/ni — lucres. i. phasiani a phaside fluuio Colchorum denominatæ, Mar. Argoa primū sū trāsportata carina: Ante mihi notum nil nisi fasis erat. Inter delicias. n. ganeæ & luxuriosas dapes cōnumerant: ūt Diuus Hieronymus ad Saluinā sic scri. Pro cul sint a conuiuiis tuis phasides aues, crassæ turtures, atta/gen ionicus. ¶ Phoenicopterus auis est, cuius linguam Apiti⁹

phoeni/copter⁹ — nepotum oium altissimus gurges (auctore Pli.) pcipui sapo/ris esse docuit. vñ Mart. Dat mihi pēna rubens nomē, sed lin gua gulosis Nostra sapit. Auem esse palustrē docet Aristopha nes in comœdia q̄ inscribit' ορνιθες & rubētibus pennis, vñ facta est nōis cōpositio. φοινιξ. n. ruber dr, & πτερον pēn/

Orix — na. ¶ Orix: ex genere caprearū diximus esse origem: q contra rio pilo uestiat ad caput uerso. Aristo, uero in aiii. lib de pti bus aīalium Origē scri. esse unicornē, & bifidæ ungulæ. Cui Pli. astipulans ait in. xi. Vnicornē bisulcū orix. ¶ Getulus nā est Africa (vt scri. Pli.) generat ppetuo sitientē. ¶ Lautissima ordo est: Getulus orix expositue cœna lautissima. & Vlmea cædit ferro hebeti, & sonat tota suburra. ¶ Suburra: dictū est Suburrā regionē fuisse vrbis celebratissimā. ¶ Alibi Ego uel Prochitam ppono Suburræ. ¶ Capreæ: siluestris capræ,

Hora/tius — Mart. pēdentē summa caprā de rupe uidebis: Casurā spe/res, decipit illa canes. ¶ Auis afræ. i. gallinæ numidicæ. Hora.

Mel a/grides / Tyro/nes. — Nō afra auis, non attagen ionicus. Varro de re rustica. lib. iii. sic Gallinæ africanæ sunt grandes, uariæ gilberiæ: quas me leagrides appellant Græci. ¶ Tyrūculus: minister n cus: Nā Tyrones pprie appellāt rudes & nouimilites. ¶ Imbutus si u stis ofellis: nō assuetus delicatis cibis: sed pastus o fellis tm̄q oīno uulgarium sunt: differunt q ab offulis, illæ. n. ex carne ouoq; pipere, & croco: lis q; hmōi rebus inclusis mēbrana siliginea oblōgæ cōficiunt. offulæ uero p diminutione ab of/fa sunt frusta cuiuslibet rei osculentæ. dicimus. n. offulā casei, offulā carnis, offulā panis. ūt Varro in secundo de re rusti ca scribit: L. Volumnio senatori missam esse offulam cū dua bus costis. Columella mētione faciēs de salsura carnis sui llæ

ASCE. — ait: Dein offulæ carnis spissæ cōponūt, & alterius sal igerit. ¶ At nūc &c. Carpit luxū mensarum, Ordo est: At nulla uo luptas cœnādi est nūc diuitibus. & rhombus. i. delicatissim⁹ piscis. & dama. i. caro ferina nil sapit diuitibus & unguenta, atq; rosæ uidenē ipsis putere. i. fetere, nisi ebur grande. i. pes mensæ citreæ ex ebore magno cōpactus, sustinet latos or/bes. i. tabulas, seu mensas rotundas. & nisi pardus. i. simula/chrum pardi, sublimis. i. altus magno hiatu. i. habēs magnam aperturā oris: quæ despiciat sit pondere mensarum cōfectus sup. ex illis dentibus. s. elephantor. quos porta Syenes. i. illi us insulæ in finibus Aethiopiæ & quos Mauri celeres mit/tunt. & quos Indus obscurior. i. nigrior Mauro sup. mittit. & quos belluæ. s. elephas deposuit in saltu nabathæo. i. arabi co exsistētes sup. iam nimios. i. nimis magnos. & graues. i. mo lestos ex grauitate capitis. s. ipsius belluæ. hīnc. i. ex hmōi lu xu. & nimio apparatu mensaq; surgit, inquit, poeta. orexis. i. nausea quædā. hinc bilis. i. amara i dignatio surgit stomacho sup. meo. q. d. ego ex tam pdito luxu nō minus offēdior, nau/seo, q̄ ex immūdicia aliorū. & ego caueo. i. fugio. contuuiū sup bū. i. tali luxu iti solitū. qui cōparat sibi. i. apparatui suo su/pbo. me. i. modicitatē meā. & despicit res exiguas. i. medices. Adeo. i. oīno, nulla vnc a eboris est nobis, nec tesselæ. i. paruæ tesseræ sunt mihi. ex hac materia. i. ex ebore, nec calculus. qui nūc scachus dicit, est mihi ex hac materia. quin. i. quinetiā ip/sa manubria cultellorū sunt ossea. i. ex osse uulgari non ex dē te elephātis. tñ ulla obsonia nō fiunt ut quā rancidula. i. ran/core corrupta his. i. ppter huiusmodi manubria. Nec gallina secatur. i. dum demembratur sit peior ideo, quia. s. cessa sunt. Signanter dicitur peior non peius: q̄ parui curat poeta bñ an male secet gallinā: dūmodo ipsa male secta non fiat peior. Vnde infert. Sed nec structor. i. peritus incisor: & dispōsi tor obsoniorū erit mihi supple exsistens discipulus Triphe/ri. i. illi⁹ uiri doctoris. i. docētis obsonia mēbratim diuidere. cui discipulo debeat cedere tanq̄ minus perita. ois pergu la. i. tota schola uersantium in pergula. i. loco ad quē plures p gunt: aut ut discant: aut ut uideant res nouas doctoris dico Tripheri. apud quē lepus est cum magno sumine, atque aper & pygargus. i. talis caprea. & uolucres scythicæ. i. phasiani. & ingens phœnicopterus. i. auis a rubris pennis appellata. orix qui unicornis & bisulcis pedibus est. getulus: idest in Getu lia plurimum repertus. eç dditur: idest meditur lautissima. i. lautissime. ferro hebeti. qa omnia iamdicta obsonia non sunt veræ: sed simulachra eoq; ex ligno cōfecta & tenuiter cōglu/tinata, ut cultro obtuso diuidi mēbratim, sed nō destrui aut dissecari possint. potest etiā ordo esse: Et apd quē cœna lau tissima ex his cibus. s. cōfecta cæditur. i. diuidit: quasi incida tur, ferro. i. cultro. hebeti. i. obtuso. & cœna ulmea: idest ul/mo quadā arbore ad hoc aptata: unde. s. rotæ ut plurimū fiunt cōfecta, sonat. i. fragorē & crepitū facit eo q̄ lignum sicci sit est. tota Suburra. i. per totū uicū illū Romæ. Nec noster ty/runculus. i. paruus & nouus miles in hoc genere militiæ ad huc imperitus. nouit subducere. i. honeste decidere. capreæ. i. a caprea. frustū. i. bolū decēs eos qbus porrigat, ne latus auis afræ. i. gallinæ, quæ in latere candidā carnē habet. tyruncu/lus dico ac rudis omni tēpore: qui in ea re semper tyruncu/lus erit: & nunquam peritus miles. & imbutus. i. primū erudi tus. frustis: idest per fragmenta, & nō integras feras aut aues exiguæ ofellæ: idest carni iussulentæ.

Plebeios calices, & paucis assibus emptos
Porriget incultus puer, atque a frigore tutus,
Non Phryx, aut Lycius, non a mangone petitus
Quisque, erit & magno, cum posces, posce latine.
Idem habitus cunctis tonsi, rectique capilli,
Atque hodie tantum propter conuiuia pexi.
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci.
Suspirat longo non uisam tempore matrem,
Et casulam, & notos tristis desiderat hædos,
Ingenui uultus puer, ingenuique pudoris,
Quales esse decet, quos ardens purpura uestit,
Nec pugilares defert in balnea raucus
Testiculos, nec uellendas iam præbuit alas,
Crassa nec opposito pauidus tegit inguina gutto,
Hic tibi uina dabit diffusa in montibus illis,
A quibus ipse uenit, quorum sub uertice lusit.
Namque una, atque eadem est uini patria, atque ministri.

JOAN. BRIT. ¶ Plebeios calices: Mart. hos appellat audaces: quia falsa specie imitebantur crystallina, cum essent uitrei: Non sumus audaces plebeia toreumata uitri: Nostra neque ardenti gemma feritur aqua. ergo plebeios, quibus uulgus, & plebs utitur. ¶ Porriget: ministrabit & pocillator noster erit. ¶ A frigore tutus: uilibus inuolutus uestibus. ¶ Nõ phryx, aut Lycius, non dabo tibi, inquit, structorem elegantem, quales uendi tunt mangones phrygios, & Lycios. Nam ex oriente uenusti habebantur serui: sed dabo tibi rusticanum & incultũ. ¶ Phryx: idest Troianus. Nam phry-

Phrygia unde gia Asiæ minoris regio est a phrygia Asopi & Europæ filia denoiata. ¶ Lycius: Ly-

Lycia Vnde cia regio item Asiæ minoris phrygie cõtermina, a Lyaeo ne pandionis filio dicta.

Mangones ¶ Mangone mangones proprie Venditores dicuntur hominum. Martia. Millia pro puero centum me mango poposcit. Suetonius in Domitiano Castrati inquit, mares uetuit spadonum, qui residui apud mãgones erãt ptia moderatus est. Et cum mercis appellatione homines (ut sensit Mela iurisconsultus) non contineantur, propterea mangones non mercatores, sed uænalitiarii appellãdi sunt. Dicti autem sunt a mann & ago, quod mancipia manibus agant & poliant. Inde uerbũ est mãgoni-

Mangonizare. zare: idest polire & ornare: ut emptores facilius alliciãt ad emendũ. Vnde Seneca ad Lucilium: Mangones quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Nam ii (ut testat Quintil. in sedo lib.) in seruis uænalitiis colorem fuco, & uerum robur inani sagina mentiuntur: ut. s. mãcipia maiore prettio uendant. preterea ut pueri teneriore uiderentur ętate, eorum pubertatem medicamentis coercebant, Vnde pli. lib. xxi. ca. xxvi. Radix hiacynthi bulbacea est mangonicis uænalitiis pulchre nota. quæ in uino dulci illita pubertatem coercet, & non patitur erumpere. Metaphoricos appellamus etiã mercatores aliorum rerũ mangones. unde plin. in fine operis sui mangones gemmarum appellat eos, qui gemmas expoliunt, & interpollant, vt carius uendant: agros etiam mangonizatos dicimus, qui diligentiore cultu poliuntur: vt sint uendibiliores. pli. lib. ix. cap. liiii. Sergius orata primus pensiles inuenit balneas, ita mangonizatas uillas subinde Vendendo. A mangone fit mangonium: quod accipit pro artificio man-

Mangonium gonis. pli. in. x. cap. Nec tamẽ in hoc mangonio quicquam totum placet. Et quoniam mentionem fecimus de uænalitiis, illud sciendum est: uænalitium capi pro loco ubi nouitii uenderentur.

Vænalitium vnde Apuleius in prima Apologia loquens de gagate lapide sic scribit: Cuius odore etiam in uænalitiis uulgo, sanitatẽ, aut morbũ uænaliũ experiantur. paulus iurisconsultus: Nã quicunque ex uænalicio nouitiorũ emptus alicui ministerio p positus sit: statim eum e numero ueteratorum esse. Familias etiam uænalicias dicimus seruorum, qui Vænales proponũ-

Venalicarii tur. Venalictarii uero dicũtur (ut diximus) qui uenalicia habet mancipia, & q mangones dicuntur. ¶ Petitus: emptus. ¶ Et magno: subaudi non petitus erit. s. pretio. ita dictum ut alibi. Magno hospitiũ miserabile magno Seruorum uentres. Aut reuera ita legi põt. Non a mãgone petitus Quisquis erit magno, ut sit sensus: Non petitus a magno mangone quisque erit. i. quicunque puer erit: non erit petitus. i. acceptus & emptus a magno mangone. i. diuite, & magnum numerũ seruorum habente, Seruos autẽ uænales habebant in Cathastis.

Cathastæ. Erant quae Cathastæ loca in quibus cotinebantur serui Venalitii ... quod est cõstitutio quia illud constituti tenerent. Tibullus: Barbara gypsatos ferre Cathasta pedes. Illic aut magnus erat seruorum garritu strepitus. Mart. Heu quæ lingua silet, non illã mille Cathastæ Vincebãt. ¶ Cũ poscis: Latini inquit, sunt serui mei nõ exotici: ita, ut cũ aliquid ab eis uelis poscere, poscas latine, nõ aũt græce ut barbare. ¶ Idem habitus cũctis. pari sunt, inquit, corporis habitu, & ornatu: non quales cęteri Romani habebant uario corporũ cultu. unde illud est a Seneca dictum cum summa indignatione ad Luciliũ: Trãseo, inquit, agmina exoletorum per nationes, coloresque descripta: ut eadem omnibus lenitas, sic eadem primæ mensura lanuginis: eadẽ species capillorũ: ne quis, cui rectior est coma crispulis misceatur. unde pulchre sequitur Tonsi, rectique capilli. sed ne contraria uideatur, quod sit tonsi, rectique capilli: ita intelligimus: ut capilli illi tonsi sint, sursum erecti, & nõ pectine complanati. ¶ Purpura Vestit, .i. prętexta. nam pueri usque ad quartumdecimũ annum ætatis suæ prętextam gestabant. inde egressi togam uirilem sumebant. lege Macrob. ¶ Ardens. quæ colere ardere uidetur, ita dictũ: vt illud antea Setinũ ardebit in auro. ¶ Nec pugillares: manifeste ostẽdit puerũ esse simplicẽ & purum. Nec habet, inquit, genitalia grãdiora. quę assiduo libidinis usu excreuerint: testiculis in magnitudinem pugni pregrãdibus. ¶ Pugilares: crassitudine pugni. ¶ In balnea. nam illic potissimum a cinædis spectabãtur. Mart. Oculis detuorãtibus draucos. ¶ Raucus: propter coitum. vox enim in adolescentibus post vsum Veneris mutatur, fiuntque rauci. Aristo. in lib. problematum: Homo cum incipit coire pubescit, ac in grauem uocem permutat. Aliqui etiã legunt Draucus. i. bene mentulatus. ¶ Alas uellẽdas. i. pilosas: idest adhuc ea non ætate ut pili sub alis fruticarent, qui sæpe in balneis a uulsoribus euellebãtur.

Guttus ¶ Gutto: uasculo oleario: quo vtebantur in balneis: vbi post lauacrum oleo perungebantur. de quo dictum est in tertia Satyra: Apuleius in primo limine secundi libri Floridorum ampullam olearíam appellat. ¶ Hic tibi uina dabit: talis inquit, puer pocula tibi ministrabit. ¶ Diffusa: expressa, & in ferias suas recondita.

ASCE. ¶ Plebeios calices. Eandem rem prosequitur. Ordo est: Puer incultus. i. non eleganter ornatus, atque tutus tamẽ a frigore. i. satis decenter uestitus porriget calices plebeios. i. quibus plebs utitur: hoc ẽt pocula uitrea, emptos paucis assibus: idest uili pretio. Quisquam supple puerorum meorum non erit phryx. i. Troianus. aut lycius. i. ex Lycia. & quisquam non erit petitus. i. requisitus, & cõparatus a Mangone: idest uenditore ex creatore puerorum, equorum, & eiusmodi rerum. magno supple pretio, cum. i. quãdo. tu poscis aliquid ab eo. posce latine. i. Verbis italicis, quæ illi uernacula sunt, Idem habitus est supple cunctis: scilicet pueris meis. & capilli sunt cunctis tonsi. i. non nimis longi. & recti, non crispantes. sed demissi atque pexi tantum hodie propter cõuiuia. hic est filius duri pastoris: ille bubulci. suspirat. i. suspirando desiderat matrem, & casulam. i. domunculam in qua natus est: non uisam longo tempore. & ipse tristis desiderat supple uidere hædos notos: ut quorum aliquando custos fuerit existens puer uultus ingenui. & pudoris ingenui. i. non seruilis: quales decet esse filios supple nobilium. quos purpura. i. prętexta purpurea, ardens. i. multum resplendens uestit. Nec ipse raucus propter coitum. s. peractum: hoc est adhuc castus aliqui legunt Draucus. i. vt officium Draucorum præstet. d. fert. i. secum fert. testiculos pugillares. i. ad instar pugillariũ, unde dictum est in. vi. Quæ Psalteria penem maiorẽ quam sint duo

Cæsaris anticatones &c. uel in morem pug illarium cōplicatorum, totondos. nec præbuit alas uellendas: hoc est qui nōdum pilosas habet alas. nec ipse pauidus. i. timens ne uideantur. tegit inguina. i. membra uirilia. crassa. i. pinguia. gutto. i. cornu aut uasculo ligneo unde guttatim oleum distillet: opposito. Hinc huiusmodi puer dabit tibi uina diffusa. i. exp̄ssa ex uuis in illis montibus, a quibus ipse uenit, sub quorum uertice lusit. Namque una & eadem patria est uini, atq; ministri.

Forsitan expectes, ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plausuq; probatæ
Ad terram tremulo descendant clune puellæ
Irritamentum Veneris languentis, & acres
Diuitis urticæ. maior tamen ista uoluptas
Alterius sexus, magis ille extenditur, & mox
Auribus, atq; oculis concepta urina mouetur.
Non capit has nugas humilis domus, audiat ille
Testarum crepitus cum uerbis, nudum olido stans
Fornice mancipium quibus abstinet, ille fruatur
Vocibus obscænis, omniq; libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem,
Namq; ibi Fortunæ ueniam damus: alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus. hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares, nitidiq; uocantur.
Nostra dabunt alios hodie conuiuia ludos,
Conditor Iliados cantabitur, atq; Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina laudem
Quid refert tales uersus, qua uoce legantur?

IOAN. BRIT. ¶ Forsitan expectes: neque illud tibi est expectādum: ut exhibeam puellas gaditanas, quæ te in cœna lasciuia saltatione oblectent. Maiores enim domus his nugis tantū delectetur, quæ omnia sunt quædam Veneris irritamēta: itaq; poeta lasciuos sui temporis mores damnat, qbus tota ciuitas corrupta erat. Vñ Quintil. sic ait: Omne cōuiuiū obscænis canticis strepit pudēda dictu spectant. T. Liuius lib. ix. de bello macedōico loquēs de luxuria urbis ab exercitu asiatico inuecta sic scribit: Tunc psaltriæ, sambucistriæq;. & cōuiualia ludionū oblectamenta addita epulis, epulæ quoq; ipse & cura & sumptu maiore apparari cœpere. ¶ Gaditana: nā cantiones gaditanæ, ægyptiæq; ex omnibus mollissimę habebātur ad saltationes & motus impudicos puellarū. Mart. lib. iii. Cātica qui Nili, qui gaditana susurrat: alibi: Nec de Gadibus improbis puellę Vibrabunt sine fine prurientes. Papinius in siluis illic: Cymbala, timuleq; Gades. i. puellæ gaditanę peritę saltationis ad tinnitū æris. Gades (Gades) aūt (ut diximus ante) insula est Hispanię extra colūnas herculeas ad hostium Bætis irrumpentis in Oceanū Britannicū. Mart. Edere lasciuos ad Bætica crusmata gestus. ¶ Prurire: lasciuo: corporis gestu moueri. ¶ Choro: cœtu. ¶ Probatæ plausu: fauore discumbentiū. nam super cœnā hęc fiebāt. ¶ Clune tremolo: impudico corporis motu. Mart. de puella gaditana: Tam tremulū crissat, tam blandum prurit, ut ipsum. Masturbatorem redderet Hippolitum. Illud aūt obseruandum (Noīa in nis) (ut docet Seruius) omnia nomina latina inanima simplicia. a uerbo non uenientia, in nis syllaba terminata, ẽ masculina, inanima propter canis, simplicia ꝑpter bibennis, a uerbo non uenientia, propter finis. ergo poeta clunis, bene dixit. Horatius male: Quod pulchræ clunes. ¶ Irritamentū: oppositio est. ¶ Verticę: stimuli, qui maxime pugnant, & irritent ad Venerem. Maior tñ licet, inquit uiri hisce lasciuis gestibus maxime moueantur ad obscœna mulieres tñ eæ sunt, quæ maiorem sentiant uoluptatem: ac per hoc ostendit libidine magis mulierem flagrare, q̄ uirum. ¶ Alterius. s. sexus muliebris. ¶ Extenditur: erigitur, & mouetur ad turpitudinem. ¶ Vrina cōcepta. i. semen genitale collectū. ¶ Auribus, atq; oculis: per auditum & aspectum rerum turpium: ut alterū referatur ad cātica lasciua: alterū ad indecoros, impudicosq; corporis motus. ¶ Mouetur: irritatur. ¶ Has nugas: in contemptum diuitū dictū. i. tales uoluptates, talemq; lasciuiam. ¶ Audiat ille: cū indignatione in hominē diuitem. Ordo est: Audiat ille crepitus testarū cum uerbis: quibus obstinet mācipium nudum stans in olido fornice: ille inquā fruatur uocibus obscænis, qui lubricat orbem lacædemonium pedemate. Hoc loco describit saltationem illam quam Lucianus cōmemorat in tractatu de saltatiōe. Ait. n. Laconis in choreis, & tripudiis pcipuos oium græcorū extitisse: ut pote q a Castore & polluce didicissent: eos aūt in orbē saltasse ita docet: καὶ αὐλητὴς μὲν ἐν τῷ μέσῳ κάθηται ἐπαυλῶν καὶ κτυπῶν τῷ ποδί· οἱ δὲ κατὰ στοῖχον ἀλλήλοις ἑπόμενοι σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται πρὸς ῥυθμὸν ἀρτίως μὲν πολεμικὰ μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικὰ ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα: q̄ latine sic. Et tibicen quidem in medio sedet tibia canens, & perde pulsans terram. i. illi autem per ordinem se inuicem sequentes figuras uarias representāt modo quidem bellicas, & paulo post saltatorias, quæ Dionysio & Veneri amica sunt. pollux quoq; qui enumerat saltationū genera scribit πήδημα lacedemonium: hoc est saltationem laconicam. Nam lacedemon ciuitas est Laconiæ. de quo genere saltationis itellexit Statius in Achilleide: Multiplicantq; gradū modo quo currentes in actu Quoq; pii Samatraces erāt, nunc obuia turba Pectine amazonio modo quo citat orbe Lacenas Delia plaudentesq; suis intorquet amicis. Erit ergo sensus. Diuites & potentiores, qui saltationem laconicam exercent. & iis nugis delectantur, fruantur uocibus obscænis, & omni arte libidinis. Lasciuis enim multis saltatio celebrabatur: & ideo (ut dictum est) grata erat Dionysio & Veneri. ¶ Testarum crepitus: apparet apud antiquos instrumenta quędam fuisse, quas: testas uocarent, quæ pulsata amœnum redderēt sonum. Vnde est illud apud Trāquillum in Nerone: Qui, diuisi in factiones plausuum genera condiscerent: bombos, & imbrices, & testas uocabant, nisi forte placeat intelligere crepitus testarum: hoc est tinnitus cymbalorum. ¶ Quibus abstinet mācipium nudum. i. quibus uocibus obscænis ipsa meretrix non utitur: quasi maiore afficiatur uerecundia. ¶ Nudum: utrum per inopiam, an per impudicitiam & lasciuiam. ¶ Mancipium. i. meretrix, quę lenoni seruit. ¶ Quid lubricat: qui pedum celeri mobilitate exercet. ¶ Orbem lacædemoniū: idest gyros & ambages lacædemonias circum tibicinem in medio sedentem & canentem. Nam circum Auletem saltantes agebantur. ¶ Pedemate. i. saltu: Nam πήδημα saltū significat. Non ignoro a cōmentatoribus hunc locum diuersis modis expositum: ut alii dixerint per orbem lacedæmonium de (Pedemate) signari annulum, cuius usus manauerit a Lacedæmoniis, ac per hoc annullatos senatores, & eqtes Romanos intelligi, q annullum pytismate: hoc est leui irroratione sputi lubricum faciant. Alii vero legendum contenderint pytilismate non pytismate: idq; esse genus exercitationis: cum quispiam summis pedibus ingrediens manus protēditiocyssimeq; mouet: alteram retrorsum, s. alteram prorsum &c. Alii item trochū itelligi de arbore pinu fabricatum: q pytis dicatur pinus: unde fit pytisma. Ergo autem ex sentētia Luciani cōtēdo intelligi (ut dixi) saltationem Lacędemoniam. Legēdumq; esse pedemate. i. saltu, & nō pytismate, neq; pitylismate. De omnibus tñ his opinetur, ut cuiq; libitum erit. Namq; ibi Fortunæ: ostendit poeta non sine risu satyrico iniq; paupibus esse comparatum: ut multa non liceat iis facere: quæ si faciant, uideantur inhonesta, sin a diuite fiant laudabilia iuxta illud: Nam quod turpe bonis Tityo, Seioq; decebant Crispinū. ¶ Fortunæ homini diuiti & fortunato. ¶ Veniam damus: ignoscimus & multa in diuite toleramus: quasi illi turpe non sit, cum turpia facit. Sicq; poeta stultitiam hominum ridet, q ex censu mores hominum ponderēt: ostendēs non leuiore censura taxanda esse diuitis uitia, q̄ pauperis. ¶ Illi diuites. ¶ Alios ludos: alias uoluptates. Teren. Nescis quos ludos ho

dit præbueris intus. Conditor Iliados.i. Homerus,q bellum Ilienſe carmine ſuo cecinit. Sicq; docet ſummam ſemp dicti & facti uerecundiam ſuper cœnam cuſtodiẽdam reſq; ſerias tibi tractandas. qđ & perſius ſenſit cũ dixit: Atq; uerecunda laxamus ſeria menſa. Dubiam laudem: hoc dicit, quia quæſitum eſt & ſępe dubitatum utrius carmen eſſet elegãtius, Virgilii an Homeri. Vñ Propertius: Cedite Romani ſcriptores, cedite Graii Neſcio qđ maius naſcit̃ Iliade. Tales uerſus: Homeri & Virgilii. Qua Voce: quaſi dicat quoquomodo legeris, grauia & ſonora uidebuntur.

ASCẽ. ¶ Forſitan expectes. Ordo eſt. Tu perſice expectes forſitan ut Gaditana ſup; le puella incipiat prurire.i. pruritũ facere & libidinem excitare. choro canoro: idest ſimul canentium. & ut puellæ probata: idest laudatę. plauſu.i. dũ applaudũt. deſcẽdant ex ſaltu.ſ. ad terram. dune tremulo: qđ lubricitatis ſignum eſt. Vnde addit per appoſitionẽ exiſtentes ſupple irritamẽtũ idest excitatio & prouocatio Veneris: idest libidinis languẽtis: idest imbecillis. & exiſtentes acres urticę.i. prurignis excitatrices diuitis ſup. uiri, tamen iſta.i. iſtiuſmodi cõtemptibilis uoluptas ſaltãdi & tripudiãdi. alterius.ſ. muliebris ſexus: eſt maior.ſ. q̃ uirilis. ille ſexus. ſcilicet mulie bris extenditur ſupple ad libidinẽ magis. & urinæ: idest tulantia urinæ, concepta auribus per impudica uerba: atq; oculis per obſcęna membra. mouetur.i. excitatur. Domus humilis non capit has nugas: idest illecebras uanas. Ille.ſ. diues au . iat crepitus teſtarum: idest tympanorum: cum uerbis, q bus abſtinet. mancipium: idest ſcortum. ſtans nudum: idest p ſtans. in fornice: idest proſtibulo ſub arcu teſtudineo Theatri: aut alterius ædificii conſtituto. olido.i. ſetente propter lucernas & ſordes alias. Ille.ſ. diues, q lubricat.i. lubricũ facit & irrotat i ut poſſit deponere & oſtentare. pytiſmate.i. ſputo frequenti. orbem.i. annulum ponderoſum lacędemonium .i. inſtar annulli Lacedæmoniorum, qui magnus, ſed ferreus erat. Nam pro quia: ſi diues ſupple talia facit, nos damus fortunæ.i. ppter fortunas & diuitias eius ueniã. Alea eſt turpis mediocribus. & adulteriũ eſt turpe mediocribus,i. mediocriter diuitibus. & illi uidelicet diuites cũ faciant, uel cũ faciunt hæc eadem, quæ turpia ſunt mediocribus. ipſi uocantur hilares & nitidi: idest lauti & liberales, & non ſordidi, nec triſtes nimium. Noſtra cõuiuia dabunt hodie alios ludos: idest alias recreatiões, quia honeſtas. Conditor illiados: idest Homerus cantabitur: idest pronunciabitur, atq; carmina Maronis idest Virgilii. altiſoni.i. altiloqui. & cothurnati, facientia laudem dubia utrum.ſ. maiorem an minorem habeant, q̃ carmina Homeri.i. quę poſſunt certare laudibus Homeri cantabuntur ſup. hodie. Si quis autem dicat puerum imperitum eſſe, qui ea proferret, addit poeta. Quid refert qua uoce.i. pronunciatione. tales.i. tam bñ conditi uerſus legãt̃. q.d. nihil.

IOAN. BRIT. ¶ Sed nunc dilatis: uolo, inquit nũc animo ſis omniũ curarum uacuo & tranquillo: dum cœnamus: docens illam demũ uitam eſſe iucundam, quæ animi trãquillitati ſeruit. Prima luce: adulteria ſui temporis notat. ordo aũt eſt: Vxor non cõtrahat tibi bilem, ſi egreſſa prima luce ſolet reuerti nocte,

Sed nunc dilatis auerte negocia curis,
Et gratem requiem dona tibi, quando licebit
Pertotam ceſſare diem, non fœnoris ulla
Mentio, nec prima ſi luce egreſſa, reuerti
Nocte ſolet, tacito bilem tibi contrahat uxor
Humida ſuſpectis referens multitia rugis,
Vexataſq; comas, & uultum, auremq; calentem,
Protinus ante meum, quicquid dolet, exue limen,
Pone domum, & ſeruos, & quicquid frangitur illis,
Aut perit ingratos ante omnia pone ſodales.
Interea megaleſiacæ ſpectacula mappæ
Idæum ſolenne colunt, ſimiliſq; triumpho
Præda caballorum prætor ſederac mihi pace
Immenſæ, nimiæq; liceat ſi dicere plebis,
Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit, euentum uiridis quo colligo panni.
Nam ſi deficeret mœſtam, attonitamq; uideres
Hanc urbem, ueluti Cannarum in puluere uictis
Conſulibus. ſpectent iuuenes, quos clamor, & audax
Sponſio, quos cultę decet aſſediſſe puellæ.
Noſtra bibat uernum contracta cuticula Solem,
Effugiatq; togam, iam nunc in balnea ſalua
Fronte licet uadas, quãquam ſolida hora ſupeꝛſit
Ad ſextam, facere hoc non poſſis quinq; diebus
Continuis, quia ſunt talis quoq; tædia uitæ
Magna, uoluptates commendat rarior uſus.

Cõtrahat bilem: coleram moueat, & indignationem, q ad mœchos iuerit. Multitia: ueſtes de quibus in ſecũda Satyra. Humida propter coitum. unde fit ſuſpitio adulterii. Auremq; calentem: aures enim calentes indices ſunt adulterii recenter admiſſi: qđ Antonius notauit in Octauia fœmina.ſ. cõſulare triclinio uiri corã in cubiculũ abducta: rurſus in cõuiuium rubentibus auriculis, incomptiore capillo reducta. Interea: dum cœnam. Megaleſiacæ: iterũ populi Romani deſidiã nota, q impenſo ſtudio ludos Circenſes ſpectaret, unde ſupra: Si potes auelli Circenſibus. & alibi. Atq; duas tñ res anxius optat pannũ, & Circenſes. Nã in Circo maximo ludi celebrebantur in honorem Cybeles magnę Deorũ mřis, qui Megalẽſes dicebãt, ἀπὸ τοῦ μεγάλης μητρὸς hoc eſt a magna mře. Mappæ: Mappa erat ſignum: qđ a p̃tore, q ludis pręerat oſtendi ſolebat non ſine magno aurigarum gaudio ludoꝝ celebrationem eſſe futurã. de quo ſigno ſenſiſſe ut, Varro in ſermone latino, cum ait: In circo primo unde mittunt̃ equi, nunc dicuntur carceres a coercendo, ne inde exeãt anteqũ magiſtratũ ſignũ miſit. Trangl. in Nerone: Vniuerſorũ ſe oculis in Circo maximo præbuit aliquo liberto mittente mappã. Mart. Cretatã p̃tor cũ uellet mittere mappã: Pręrori mappam ſurripit Hermogenes.

Megalesia

Idæum ſolenne,i. qđ ſolenne celebrabant in honorem Cybeles Idæ.i. Phrygię. nã Ida mõs eſt Phrygiæ: eiuſdem ẽt nominis eſt in Creta. Ex phrygia. n, quo tpe Hãnibal Italiã uaſtabat adducta eſt, libris Sibyllinis docentibus hoſtem alienigenã, q terrę Italiæ bellum intuliſſet, pelli Italia, uinciq; poſſe ſi matris Ideæ Peſſinũte numen Romã aduectum foret. Legati igitur pergamũ miſſi ad Attalum regẽ lapidem, quẽ matrem Deũ incolæ eſſe dicebãt, ab eo acceperunt, Romãq; deportarũt, excepit eam P. Scipio Naſica. Cn. filius eius, qui in Hiſpania petierat, uir optimus a ſenatu iudicatus. adoleſcens nondũ quæſtorius: qm ita riſum habebatur, ut numen id ab optimo uiro reciperet̃, cõſecraretur q;. Vnde Ouid. i Faſtis: Mater abeſt, matri ẽ iubeo Romane requiras, Cũ ueniet, caſta eſt recipienda manu. Colunt: celebrant. Prætor ſedet: p̃tores: (ut ante diximus) oibus ludis præerant. Alibi Iuue. Quid ſi uidiſſet p̃torem in curribus altis Extãtem & medio ſublimem in puluere Circi in tunica Iouis.i. in habitu triumphãtis. uñ nunc ait: Similiſq; triũpho.i. triumphãti. Prædo caballoꝝ: uel iniuſtus, & iniquus occupator caballorum.i. ornamentorũ & inſigniũ triũphalium: uel (qđ magis placet) p̃do caballoꝝ.i. fraudator & ſpoliator ipſorũ equorum merentiũ p̃mia, nam plerunq; ludoꝝ p̃fecti palma. & p̃mio defraudent equos uictores, brauiiq; aliis non recte iudicãtes tradunt, qđ & plau. innuit in Amphytrione his verſibus: Siue q ambiſſent palmã hiſtrionibus, ſiue adeo & ædiles perfidioſe qui diunt. Trangl. in Nerone: Ex Antonia maiore patrem Neronis prętauit, p̃fidiæ, vero tantę, ut nõ mõ argentarios p̃tiis reꝝ coemptaꝝ, ſed & in p̃tura mercede palmaꝝ aurigarios fraudauerit. Sedet: i curru.ſ. ut cũ illo cõueniat: Quid ſi uidiſſet p̃tort i curribus altis Extãtẽ. Ac mihi pace: uenuſte plebẽ flagellat, oñdens totũ eius ſtudiũ eſſe in ſpectaculis ludorumq;

Simulachrum magnæ matris

ludorũq; celebratione. ¶ Pace: bona venia ut nõ irascat̃, q̃a
Fragor in eius cõtumeliã uid. ar hæc dicere. ¶ Fragor. i. strepitus &
clamor fauẽtiũ in Circo, fragor ꝓprie est reꝝ fractaꝝ. ¶ Per/
cutit aurẽ: nam in Theatris, & Circis magni tollebantur cla
mores ob studiũ diuersę fauentiũ. Hora. in epist. Nã quæ p
uincere uoces Eualuere sonũ referunt quẽ nostra Theathra?
Garganũ mugire putes nemus, aut mare Thuscũ: Tãto cum
strepitu ludi spectãtur & arte. Sic & Seneca i prima epi. xi.
lib. Ecce Circẽsium obstrepit clamor subita aliq̃, & immensa
uoce feriũtur aures meæ. ¶ Colligo: cõprehendo & cõiicio.
¶ Euentũ: intelligo, inq̃t, futuꝝ ut auriga pãni uiridis. i. q in/
dutus est pano uiridi, & cui factio panni uiridis. i. prasina fa/
uet, sic uictor. De quattuor aũt factionibus ludoꝝ Circensiũ
diximus sufficienter in. ui. Satyra illic: Si potes auelli Circẽ
sibus. ¶ Nã si deficeret. i. si is auriga uinceret. cui factio prasi/
na fauet, uideres totã ciuitatem nõ minus attonitam q̃ olim
fuit accepta clade Canensi: hincq; ostendit (q̃d diximꝰ i præ
cedenti Satyra) magnũ, multorũq; extitisse fauorem pãni ui
ridis Caligula eni & Nero ita prasinę factioni addicti fuere
vt Caligula cœnaret in stabulo assidue, & maneret, agitato
ri cythico uicies sestertiũ contulerit. Neroni uero pluribꝰ ser
mo, q̃q̃ uetaretur, de Circẽsibus esset. Ex quondam tractum
prasinũ agitatorẽ inter cõdiscipulos quęrens obiurgãte eũ
magistro de Hectore tracto se loqui ementitus sit. ¶ Mœstã:
Cassiodorus scribit urbẽ non minus fuisse solicitam de uicto/
ria agitantiũ equos, nec aliter inter se cõtendere cõsueuisse, q̃
si reipu. discrimen adesset. ¶ Victis consulibus: sicuti fuit cũ
Paulus Aemilius & Terentius Varro consules superati sunt
apud Cãnas. quoꝝ paulus Aemilius etiã occisus fuit. lege Li
uiũ lib. xxii. ab urbe condita. ¶ Spectent iuuenes: iuuenes, in/
q̃, quos decet sedere iuxta puellas, & certare sponsionibus,
spectent tales ludos. ¶ Quos clamor decet: q̃bus in Circo tur
pe non est clamare, cũ applaudunt & fauent. ¶ Sponsio: dici/
tur cõtentio & altercatio, quæ fit depositis pignoribus. Spe
ctatores igitur inuicem cõtendentes spõsione. i. deposito pi/
gnore. alii alium fore uictorem asserebant, pli. lib. xxxiii. Ad
sponsiones etiãnum annullo exiliente: solent enim annulli in
sponsionibus sæpe deponi. Idem in. vii. loquens de Asclepia
de: Sed maxime sponsione facta cũ fortuna, ne medicus cre/
Spõsio. deret, si vnq̃ inualidus ullo modo fuisset. Idem in. viii. loquẽs
de cœna Cleopatrę: Ergo spõsionibus factis postero die ma
gnificã cœnã apposuit Antonio. Idem in eodẽ: Ne triũpha/
tu suo nimis superbasset Anto. pene histrioni comparatus, &
q̃dem nulla sponsione ad hoc ꝓductus singulos uniones cõ/
uiuis ab sorbendum dedit. ¶ Audax: q̃a in discrimine res uer
satur, cũ rei euentus sit incertus. ¶ Assedisse: iuxta sedisse. sic
enim uiri & mulieres in Theatris ꝓmiscue sedebant. Ouid.
Proximus ad dominã nullo ꝓhibente sedeto. ¶ Nostra bibat
uernũ: cõsueuerũt antiqui (auct. Celso, ut recitauimus apud
persiũ illic: Et assiduo curata cuticula Sole) ante cibũ exerce
ri, eam exercitationem sequebatur modo unctio, uel in Sole
uel ad ignem, modo balneum. Descendebat enim in solium,
ubi laudabantur, tum multo oleo ungebantur, leuiterq; per/
fricabantur. Persius alibi: At si unctus cesses, & figas in cute
Solem. secundum ergo hanc cõsuetudinem ait nostra cuticu
la bibat Solem vernũ. ¶ Cõtracta: per ætatem rugosa. ¶ Effu
giatq; togam. i. exuat & deponat togam mensura ad Solem
hoc magis placet, q̃ ut intelligas p togam labores comitum
togatoꝝ. nam uiliores togam sumebant: cũ diuites sequeban
tur: qui potẽtiores salutabãt matutino, eoꝝ ergo comites er
rabãt per urbẽ, dictiq; sunt togati & ante ambulones. Mar/
tia. Si matutinoa facile est tibi rũpere somnos. Attrita ueniet
sportula sæpe toga. Nisi forte uellimus itelligere Iuuenalẽ in
ter togatos ambulasse sequentẽ diuites salutãtes: in quo offi
cio ostendit se fuisse, Martia. Cur absim quæret, breuiter tu
multa fatere: Non poterat vanæ tædia ferre togæ, sed prior
sensus magis placet. Nam cum toga antea cõis oium Roma/
noꝝ habitus fuisset: iuxta q̃d Vir. appellauit Romanos: Gẽ/
tem togatã: ad uiliores postea tm̃ transiuit. ¶ Salua fronte:
sine aliquo pudore: hoc aũt dicit: quia hora quinta negocijs

maxime districti erãt, Martia. In quintã uarios extendit Ro
ma labores. Sexta quies lassis: septima finis erit. Salua autem
frõte dicit: quia ibi omnis posita est maiestas hominis. vnde
dicimus: Iste frontẽ ꝑfricuit. i. oẽm pudorẽ deposuit. Quin/
tilianus in. ix. Perfrica frõtem: & dic te digniorem, qui præ/
tor fieres. ¶ Hoc. s. frequentare conuiuia, & otio indulgere.
¶ Talis uitæ: otiosę. s. & uoluptariæ. ¶ Voluptates cõmendat
rarior usus. sententia est generalis: per quam (licet poeta eã
ad mediocrem usum epularum tenendum accõmodet) mo/
net omnes nimium ex sententia Chilonis cunctis in rebus esse
fugiendum: nullamq; uoluptatem esse tantum, quæ non assi
duitate sui fastidium pariat.

ASCẽ, ¶ Sed nũc dilatis &c. Monet persicũ ut lętum cõuiuiũ agat
eiectis curis domesticis: & et ludoꝝ Circẽsium: q̃bus reliq ni
miũ intẽti sunt. Ordo est: Sed o Persice auerte negocia. i. do
mesticaꝝ reꝝ administrationes. & hoc curis dilatis. i. extensis
in aliud tps & dona tibi nũc gratẽ requiẽ q̃n lectibi cessare p
totã diẽ. ulla mentio fœnoris nõ fiat sup. apud me. nec vxor
cõtrahat. i. cõmoueat. tibi tacito. i. tacẽti. bilẽ. i. iracũdiã & in
dignatiõe amarã, si ipsa egressa prima luce solet reuerti no
cte referẽs multitia. i. mollia sua indumẽta humida ꝑ coitũ
& hoc rugis. i. plicis suspectis, q sit inclinata ab adultero. &
referẽs comas uexatas a petulãte. adultero. & vultũ & aurem
calẽtẽ ex libidinosa cõtractione: & lasciuia moribus: hoc est
exue zelotypiã. & exue ꝓtinus. i. statim uel cito. ante limen
meũ. i. q̃n intrabis domũ meã, q̃cq̃d dolet sup. tibi. i. memo/
riã oium reꝝ quę tristitiã afferre possint. Ponit. i. dpone e me
moria: aut solicitudine tua: domo: seruos: & q̃cq̃d frangit il/
lis. i. ab illis uidelicet seruis. aut perit. i. depditur. & aii oia po/
ne. i. depone. obliuiscere sodales. i. cõuictores ingratos: ne in
ter edẽdũ illoꝝ fiat memoria. interea dũ nos cœnabimꝰ: Ro
mani sup. colũt spectacula mappę megalesiacæ. i. q̃ ostẽsa cer/
tũ erat Megalesia. i. ludos magnę m̃ris Deũ celebrãda esse in
ꝓximo. In ea enim pictura & forma erat ludoꝝ: aut ea præ/
miũ erat uictori. colũt ergo spectacula megalesiacæ mappę
appositoris solẽne Idæũ. i. Troianũ: hoc est exiliẽtia solẽne
quoddã a Troianis itroductũ. Hoc aũt uidet̃ poeta dicere
ut demat persico solicitudinẽ negociorũ. quę cũ populo hẽt
q. d. ciuitas tota erit occupata in Circẽsibus ideo & tu mecũ
securã uitã agere poteris. simul tñ taxat affectionem populi
Romani ad eiusmodi ludos. & præter exiliens prædo caballo
loꝝ. i. equorũ illic uincentiũ: quos nõ iussis pretiis sibi cõpa/
rat i uitis dñis aut quos fraudat pręmio debito: traducto eo
ad alios p fauorẽ: sedet similis triũphãti: in curru. s. & uestibꝰ
triũphalibus. ac. i. atq;. si licet mihi dicere pace. i. cũ pace & bo
naꝰ gratia. plebis imẽsę & nimię. Circus. i. locus ubi fiũt ludi
Circenses, capit. i. irretit. & illaq̃at q̃si captiuã totã Romã. &
fragor, i. cõcrepitus curruũ, equoꝝ. & populorũ, ꝑcutit aurã
. i. aerẽ mediũ. quo fragore ego colligo. i. cõiecto, euẽtũ pãni
uiridis. i. q̃d euenerit uiridi pãno decoratis: si enim uictores
sunt ab oibus acclamat̃, uiridis pãnus: uiridis pannus sup. ui
cit. & ita de reliq̃s. nã si euẽtus sup. uiridis pãni: deficeret a ui
ctoria. s. q̃a illi maxime fauebãt: tu uideres hãc vrbẽ mœstã,
atq; attonitã: ueluti sup. erat cõsulibus. s. Paulo Aemilio. ac
Terentio Varro. uictis ab Hãnibale. in puluere Cãnaꝝ. i. il/
liꝰ uici Cãpanię. Iuuenes quos clamor. i. applausus uel ꝯcerta
tio ubi dubia est uictoria decet. & quos sponsio. i. depositio
de futura uictoria huius uel illius decet. & quos decet asse/
disse puellę cultę. i. iuxta puellã cultã. spectẽt huiõi ludos. no
stra aũt cuticula q̃ iã uetula est. cõtracta. i. corrugata senio, bi
bat. i. excipiat apricãdo Solẽ uernũ. i. calorẽ Solis tẽpatũ. &
effugiat togã. i. togatoꝝ: q̃ ludis itersint: solicitudinẽ: licet ut
uadas iã nũc i balnea: & hoc frõte salua a rubore. s. & isamia:
q̃a oẽs pdiiæ uitæ hoies intersunt Circensibus. q̃q̃ hora soli
da. i. integra & plena supsit. i. abũdet usq; ad sextam q̃ balnea
calebãt. ut nõ possis facere hoc. i. quãtũuis libere frequentare
balnea quinque diebus cõtinuis: q̃a magna tędia sunt quoq;
idest etiam talis uitæ. rarior usus commendat: idest gratas &
iucundas facit uoluptates. i. id unde si raro fiat, uoluptates
caperentur. sin frequenter tædium,

Satyra duodecima. Natali Coruine die.

IOAN. BRIT.



Atali Coruine die Ad Coruinum hanc Satyrā
scribit: qua ostēdit se pro salute amici sui Catul
li, qui graui maris agitatus tempestate pericu
lum omnino euaserat, uota Diis esse persolutu
rū. Verū Satyræ nō imemor
eos flagellat, q cupiditate ad/
ducti, nō pro amico, qui hēat
filios, ut Catull⁹ habebat, sed
pro orbis tantū, quorū hære/
ditatē captēt, uota suscipiūt.
nominatim autē insectaṫ Næ
uium. & Histrū pacuuiū, qui
tēporibus suis testamentorū
captatione locupletati erant.
Est autem ordo & sensus: O
Coruine hæc lux, qua cespes
festus. i. ara expectat animalia
pmissa Diis, est mihi dulcior
natali die: subauditur eni ex
trinsecus est. ꝑ Natali die: sum
ma enim hilaritate antiq diē,
Natalis dies quo nati erant, quotānis cele
brabant, gratias Diis agētes
pro hac luce ad quam uene
rant, Amici uero, & cliētes na
talē celebrātibus munera mit
tebāt. unde multi auaritia ad
ducti (ut diximus alibi ante)
non solum diem natalem se/
mel, sed sæpius in anno quo
plura ab amicis munera acci/
perēt, celebrabāt: q̄re a Mart.
sic taxatur Clytus: Vt poscas
Clyte munus, exigasq; Vno
nasceris octies in anno. Nata/
lis autē apud ueteres plenum
fuit. vt illi. apud Vir. Meus
est natalis Iola. Et mox adie/
ctionē recipit. ut hoc loco Na
tali die. Et apud Terē. porro
aūt alio mūere ferieti ubi erit
puero natalis dies. ꝑ Cespes
Cespes festus. i. ara ex cespitib⁹ extru
cta. est eni cespes herba cū ter
ra sit effossa. ꝑ Reginę: Iunoni
q̄ ob excellētiā regina a poetis appellaṫ. uñ Virg. Ast ego q̄ di
uū icedo regina. ꝑ Par uell⁹: par agna. nā uell⁹ sępe ꝑ oue po
niṫ a poetis. Oui. li. vii. Met. Cultrosq; i guttura uelleris atri
Cōiicit. ꝑ Pugnāti: periphrasis est Mineruę, quā scim⁹ eandē
esse & palladē, q̄ in scuto caput Medusæ dicit hēre collocatū
ergo pugnāti Gorgone. i. Mineruę, q̄ pugnat Aegide, in qua
est caput Medusę collocatū. Virg. Aegidaq; horriferā turba
tæ. palladis arma. Higinis tñ tradit caput Medusę fuisse col
locatū in pectore eius. uñ & Claudian⁹ in Gigātomachia
Tritonia virgo ꝓsilit ostēdēs rutila cū Gargōe pect⁹. ꝑ Gor
gone Maura: capite Meduseo in pectore, siue scuto collocato
Gorgones Gorgones tres fuisse tradunt fabulæ filias phorci, ex Cetho
cōiuge: quarū prima Stēno, secūda Euryale, tertia Medusa.
eas scribit Mela habitasse insulas Gorgades i Oceano Atlā
tico, unde & Gorgones dictas existimantur. fingunt poetæ
unum tñ oculum iis fuisse. quem sibi inuicem cōmodarent.
addūt. Medusam per littora uagantem a Neptuno amatam,
fugiētēq; cōpressam fuisse in tēplo Palladis. Ob eāq; rē Deā
indignatā capillos eius p quos Neptuno placuerat in ẜpētes
cōuertisse, fecisseq; vt q eā aspicerēt, i lapides vererteṫ. Hāc
dormiētē perseus Iouis & Danaes filius, acceptis Mercurii
talarib⁹, eiusq; falcato ēse, & scuto Palladis crystallino: p qd̄
illa ipune aspicere posset, interemit, abstulit eius caput: quod
ipsi scuto opposuisse dicitur. ex seruice igiṫ recisa equus Pe/
gasus alatus fertur esse procreatus, q inde usq; ad Heliconē
collē puolās, & pede humū fodiens, fontē excitauit Hippo
crenē musis cōsecratū. Higinus tradit nō a perseo, sed a Mi
nerua Medusam interēptā fuisse. Omitto aūt ea, quæ a Dio
doro lib. iiii. referuntur de gorgonibus mulieribus ualidis
& pugnacib⁹, aduersus q̄s di/
cit perseū haud puo certami/
ne bellū gessisse. ꝑ Maura. nā
in isulis (ut dixim⁹) q̄ Gorga
des dictę sunt i mari Atlātico
habitauere. est aūt Atlas mōs
Mauritanię. ꝑ Sed ꝓcul extē/
sum: sed Ioui, ingt, uitulū pa/
uimus, quē mactem⁹. ꝑ Funē
extēsum, ferociā ostēdit uitu/
li, q ducētes etiā anteiret. Nā
vitulus funibus ducebaṫ: hō e/
ris aūt hois ad aras allatus nō
fere litabat: sicut nec claudi/
cās, nec aliena hostia Deus pla
cat: nec fugiens ab aris. ꝑ Ho/
Hostia victima stia victima. & hostia dicitur
ois bestia ad sacrificiū tm̄ pa/
Capitolium ta. ꝑ Tarpeio Ioui. i. Capito/
lino, cuius tēplū erat in Capi
tolio. nā cū fundamēta ædis
Iouis fundarētur, caput hūa/
num dicitur inuētū. Vñ mōs
Capitolinus dictus est, q an/
tea Tarpeius a Tarpeia uirgi
Tarpei⁹ mons ne uestal', q ibi Sabinorū scu
tis ē obruta, dicebaṫ. hūc pri⁹
Saturniū appellatū scribunt
Cato, & Fabius pictur de ori
ginibus. ꝑ Frontēq; coruscat:
posuit ꝓ crispat: qd̄ signū est
ferocitatis. ꝑ Tēplis maturus:
nā maturi tūc dicebanṫ, ad sa
crificiū cū cauda articulū suf/
fraginis cō tingebat, breuiore
autem nō litabāt. auctor Pli.
ꝑ Spergendusq; mero: nā i sa
crificiis inter cornua uictima
rum merum fundebatur. Vir.
in. iiii. Ipsa tenens dextra pa/
ram pulcherrima Dido Can
dentis uaccę media inter cornua fundit. ꝑ Ducere sugere.



Iunii Iuuenalis Aquinatis satyra duodecima.



Atali Coruine die mihi
dulcior hæc lux,
Qua festus ꝓmissa Deis
animalia cespes
Expectat, niueam regi-
næ cædimus agnam.
Par uellus dabiṫ pugnan
ti Gorgone Maura,
Sed procul extensum pe-
tulās quatit hostia funē
Tarpeio seruata Ioui, fron
temq; coruscat
Quippe ferox uitulus templis maturus, & aræ,
Spargendusq; mero quam iam pudet ubera matris
Ducere, qui uexat nascenti robora cornu.

Atali Coruine &c. In hac Satyra se uere amicū bñe ASCē.
sum i Catullū signat poeta: reprehēsurus captato
res hęreditatū: quos hęredipetas uocāt: q se amicos
ut hędes inscribātur, simulār. Ordo est: O Coruine,
hęc. i. hodierna lux ē mihi dulcior natali die: quo tñ maxime
Genio & uoluptati indulgere solebāt, q̄ sup. luce. cespes. i. ara
ex cespitibus. i. terra cū herba: cōfectus. festus. i. quē ego festū
facio, expectat aialia ꝓmissa Deis saluatorib⁹. s. amici Catul
li. nos cędim⁹. i. mactam⁹ reginę sup. Deor. s. Iunoni. agnā ni
ueā. i. cādidā. & par. i. cōsimilis coloris: hoc est ēt albū vell⁹ da
biṫ sup. Deæ palladi, seu Mineruę. pugnāti Gorgōe. i. Medu
sa. Maura. i. Aegide habēte caput Gorgōis impositū. sed ho
stia seruata Ioui tarpeio. i. q coliṫ i arce Tarpeia: hoc est i Ca
pitolio: hoc est bos cādidus: existēs petulās. i. q a piguis lasci/
uus, & cornupetēs. q̄tit. i. cōcutit. ꝓcul. i. de lōge funē extēsū
i. laxū. nō. n. poterat arcte ligari: ne iuit⁹ uideaṫ offerri: qd̄ si
gnū mali ois credebaṫ & coruscat. i. micādo uibrat: frōtē. qp
pe. i. vtpote. uitulus. i. bos intactus: q nōdū iugū traxerit: fe/
rox: & maturus tēplis, & ęre. i. sacrificior & spgēd⁹ mero. i. vi
no puro, qd̄ iter cornua aurata fūdebaṫ: quē pudet ducere, i.
ductu quodā oris exugere ubera mřis. & q uexat. i. frequ ter
petit robora. i. trūcos arbor: ꝯornu nascēti, & nōdū solido.

Stres

Si res ampla domi, similisque affectibus esset,
Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret, & a grandi ceruix ferienda ministro,
Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaque passi
Nuper, & incolumem sese mirantis amici.
Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum
Euasi, densæ cælum abscondere tenebræ
Nube vna, subitusque antemnas impulit ignis,
Cum se quisque illo percussum crederet, & mox
Attonitus nullum conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus. omnia fiunt
Talia, tam grauiter, si quando poetica surgit
Tempestas. genus ecce aliud discriminis, audi,
Et miserere iterum, quanquam sint cætera sortis
Eiusdem, pars dira quidem, sed cognita multis,
Et quam votiua testantur fana tabella
Plurima (pictores quis nescit ab Iside pasci?)
Accidit & nostro similis fortuna Catullo,
Cum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum ventis imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno
Testiculi, atque adeo medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
Purpuream teneris quoque Mecœnatibus aptam,
Atque alias, quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus, sed & egregius fons
Viribus occultis, & bæticus adiuuat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere lances
Parthenio factas, vrnæ cratera capacem,
Et dignum sitiente Pholo, vel coniuge Fusci,
Adde & bascaudas, & mille escaria, multum
Cælati, biberat quo callidus emptor Olynthi.
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argento præferre caput, rebusque salutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.
Iactatur rerum vtilium pars maxima, sed nec
Damna leuant, tunc aduersis vrgentibus, illuc
Decidit, vt malum ferro summitteret, ac se
Explicat angustum, discriminis vltima quando
Præsidia afferimus, nauem factura minorem.

IOAN. BRIT. ¶ Si res ampla domi: sensus est: Si mihi diuitiæ essent, quas opto: mactarem sane victimam pinguiorem Hispulla. sic q se amico commendat ab ingenua volũtate. ¶ Affectibus: idest desideriis meis. ¶ Hispullam satyrice mulierem sui temporis pinguem notat. ¶ Ipsa mole: ipsa crassitudine. ¶ Sanguis: idest taurus sanguinis & succi plenus. ¶ Clitumni: in agro Falisco Clitũni amnis aqua pota candidos boues facit. Plinius libro secũdo capite cẽtesimo sexto. ¶ Iret: ad sacrificium scilicet. ¶ Grandi ministro: idest victimario, qui ante aras victimam cædebat. ¶ Mirantis se incolumem: qui tantam tempestatem euadere potuisset. ¶ Nam præter pelagi casus: præter, inquit, æstum maris & ictum fulminis euasi: tenebræ velut nocturnæ obortæ sunt: sic q atrocem tempestatem designat: qualis est illa virgiliana: His vnda dehiscens Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis. ¶ Fulguris euasi: qd forte euaserat. fulgur autem posuit pro fulmine. Est enim fulgur ignis late explicitur. fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit. ¶ Subitus ignis: periphrasis est fulminis. est enim ignis coactus ventorum impetu iactus, lege Senecam in naturalibus. ¶ Impulit antemnas: idest percussit. ¶ Conferri: cõparari suo naufragio. ¶ Velis ardentibus: fulminis incẽdio conflagrantibus. ¶ Omnia fiunt Talia, tales, inquit, solent esse tempestates, quæ a poetis describuntur: qualis fuit tempestas Catulli. Nam poetæ si quando describunt tempestates, eas exaggerando fingũt grauissimas. & sic ostendit tempestatem Catulli non cedere periculi atrocitate poetis tempestatibus, quãtumuis grauissimis. ¶ Si quando poetica surgit: idest a poetis describitur. bene autem dixit surgit: nã proprie tempestas in mari surgere dicitur. ¶ Genus ecce aliud: attentum facit auditorem. est enim dicturus quomodo in mari omnia pretiosa proiecerit vrgente tẽpestate. ¶ Quãquam cætera: subaudi quæ dicturus sum. ¶ Miserere iterum: quia iam miseratus est propter tenebras & fulminis ictum, quo vela sunt percussa. ¶ Eiusdem sortis: eiusdem tempestatis. nam potuisset aliud discrimen narrare extra tempestatem maris. ¶ Pictores quis nescit ab Iside pasci: Tibullus loquens de Iside: Picta docet templis multa tabella tuis. ¶ Tabella votiua: qui ex valetudine seruati fuissent in templo Aesculapii in tabella genus morbi pictum suspendebant, Sicque qui naufragiũ euaserant, tabella casum pictum in templo Neptuni figebant. verum postea recepta & superstitione Aegyptia in templo quoque Isidis, cuius sacrificia præcipua veneratione in Vrbe colebantur, tabellas ponebant, tanquam quæ mari periclitantibus opitularetur. Cuius rei rationem Lucianus commemorans in tertio Deorum dialogo scribit: quemadmodum Iupiter mandauit Mercurio, vt Argum pastorem interimeret, Ioque puellam in Aegyptum per mare transferret, Isidemque nominaret: quæ in posterum esset Aegyptiis Dea, & Nilum in alueum reduceret, ventis imperaret, ac nauigantes seruaret. Qui igitur naufragium faciebant id in tabella votiua pictum in templo Isidis ponebãt: sicque pictores pasci dicebantur ab Iside. Quare non immerito Aegyptus nauigium Isidis colit: quia Europa in Tauro rapta fertur: idest in naui tauri picturam habente. auctor Fulgentius. ¶ Pars dira quidem: arduum enim est ex naui pretiosam supellectilem abiicere in mare. ¶ Cognita multis: quam calamitatem multi nauigantium sunt experti. ¶ Accidit fortuna: ordo est: Accidit & Catullo nostro similis fortuna: idest vt in mare res pretiosas abiiceret. quod & multi alii facere, vt templa docẽt Deorum per tabellas votiuas. ¶ Votiuas: votiuæ dicuntur ea, quæ Diis per votum destinata sunt. vnde votiuam dicimus victimam, quæ per votum sacrificio est destinata. vnde Horatius: Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca. Et Vitruuius libro octauo: Hiero rebus bene gestis, cum auream coronam votiuam Diis immortalibus quodam in fano constituisset. ¶ Cum plenus fluctu: sensus est: Cum forte nauis esset semiplena fluctu, vndisque incertis agitaretur, neque gubernator sua posset arte subuenire, Catullus partem rerum suarum, quibus nauis onerabatur, in pelagus proiecit: quo nauis facta leuior tempestatem superaret. Sicque prudentia commendat Catullum. Subuenire enim tempestati quãuis ratione sapientis est. eoque magis: si plus adspicare re explicata boni, quam addubitata mali. ¶ Decidere iactu Cœpit: idest Catullus cœpit decidere & pacisci cũ ventis iactu: idest rerum suarum eiectione: quasi ita eiectis rebus suis ventis satisfaceret. nam sequitur: Imitatus Castora: effundite quæ mea sunt. illud enim absurdum est exponere decidere pro concidere nauim, Decidere enim Votiuæ tabellæ

dicuntur debitores, cum aliquibus rebus datis cum creditore paciscuntur. ſ Arboris incerttæ: ordo eſt: Cum iam prudentia cani rectoris nullam ferret opem arboris incertæ .i. quæ naui incertæ debebatur, & conueniebat. Tale ẽt genus orationis eſt apud Propertium: Quęrite nõ ſani pectoris auxilia .i. quærite auxilia pectori meo nõ ſano .i. quæ cõueniant pectori meo. poteſt ẽt talis eſſe ordo: Prudẽtia cani rectoris arboris incertæ: hoc eſt gubernatoris nauis incertæ. ſ Arboris incertæ .i. nauis. Nam poetæ nauẽ pleruq;, & arborem, & trabem appellãt. Perſius: Trabe rupta Brutia ſaxa prehendit amicus inops. Oui. Nõdum cęſa ſuis pegrinum vt viſeret orbem: Mõtibus in liqdas pinus deſcenderat vndas. ſ Imitatus Caſtora: Caſtor aĩal eſt pont cũ terreſtre, & aquaticum, cauda piſcẽ, cætera ſpecie lutræ, q morſu teſticulos ſibi amputat piculo vrgente ob hoc ſe peti gnarus. Caſtoreũ id medici vocãt. Vir. Viroſaq; põtus Caſtorea. d quo plura apud Perſiũ illic: Sapdã en aduehe põto Caſtoreũ ſtuppas. de eo multa pli. & Solinus. poeta exẽplo Catulli monet ſalutẽ oĩbus rebus anteponendã. ſ Medicatum: ad multa medicamẽta aptum. ſ Teneris Mecœnatibus .i. mollibus & delicatis, qualis fuit Mecœnas. Nam eũ conſtat (vt diximus in pri. Saty. illic: De Mecœnate ſupio) delicatũ fuiſſe. ſ Atq; alius: ſub audi veſtes. Hoc loco poeta deſcribit, itelligitq; veſtes coloris natiui ex lana bætica. Nam in pecudibus bæticis: hoc eſt Hiſpanis, vellera ſunt rutila, ex qbus nullo alio adhibito colore veſtes texebãtur. eas oſtendit poeta talem colorẽ habere ex paſcuis, potuq; aquæ, & temperie aeris. Inde lacerna bætica apud Mart. ſic loqtur: Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aheno: ſic placeã tyriæ, me mea tinxit ouis. Idẽ libro ix. In tarteſiacis domus eſt notiſſima terris: Qua diues placidum Corduba Bæti amat. Vellera natiuo pallent vbi flaui metallo: Et linit Heſperiũ bractea viua pecus. Idẽ in fine. xii. libri: Bætis oliuifera crinẽ redimite corona: Aurea qui nitidis vellera tingis aqs. ſ Generoſi graminis: ordo eſt: Quarũ veſtiũ ipſum pecus natura generoſi graminis infecit .i. tinxit: vnde infector, tinctor appellatur. Cice. dibaphum rogitat, ſed infector rem oratur. ſ Generoſi graminis .i. herbæ generoſæ, & nobilis. ſ Sed & egregius fons: nõ ſolum, inqt, lanę illę in ouibus ſunt rutilæ ex paſcuis: ſed ẽtiã ex potu Bætis amnis, & ex aeris temperie. neq; enim ad illud eſt referẽdum qd aliq ex auctoritate Pli. ſenſerunt: qui ſic lib. ſecũdo. capi. cvi. ſcribit: In Bœotia amnis Meles nigras oues reddit. Cephiſus ex eodẽ lacu pfluens albas, rurſus nigras penitus, ruſſaſq; iuxta Iliũ Xanthus. vnde & nomẽ amni. nam ξανθὸν flauum ſignificat. ſed ad aquas tm̃ bæticas, cũ ſequatur: Et Bæticus adiuuat aer. ſ Viribus occultis .i. non intellectis. ſ Aer bæticus: aer hiſpanus. nã Bætis fluuius ẽ Hiſpanię vlterioris, a quo & Hiſpania Bętica noiatur. ea eſt quæ nũc Granata appellatur. Greci enim κόκκον vocant granum: cuius illic magna eſt copia & bonitas. Pli. ſ Parthenio factas: cõmẽdatio eſt ab artifice. Sic Virgi. Diuini opus Alchimedõtis. ſ Et dignum ſitiente Pholo .i. qui optime poſſet Pholo ſatisfacere ſitienti, & ei ſitim explere. Nam Pholus Centaurus fuit: a quo ppinquus mõs Pholus eſt appellatus: qui cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet: doliũ vini antea defoſſum extulit. hoc tradũt cuidam Cẽtauro olim a Dionyſio datum, imparatũq; vt tunc vinum pferret: cum adeſſet Hercules. eo igitur facto ferũt reliquos Cẽtauros vini odore, & virtute factos ebrios: cũq; impetum vna oẽs in pholum facerent: ab hercule partim cæſi ſunt, partim in fugam conuerſi, lege Diodorũ lib. v. ſ Vel cõiuge Fuſci: mulierem bibacem ſui tpis flagellat. ſ Baſcaudas: vaſa erant Britannica. Mart: Barbara depictis venit baſcauda Britãnis: Sed me iam mauult dicere Roma ſuam. ſ Eſcaria .ſ. vaſa ab eſca denoiata. ſ Multum cælati .ſ. auri. ſ Quo biberat: deſignat poculũ aureum: qd (vt ſcribit Pli. lib. xxxiii. ca. iii.) puluio philippus rex Macedonũ ſubiciebat, cũ vellet dormire. ſ Emptor Olynthi: Olynthus ciuitas eſt Thraciæ edito in loco ſita: vt lib. pri. hiſtoriarũ ſcribit Thucydides: quam (vt teſtatur Demoſthenes cõtra Aeſchinem) philippus Amynthæ filius Alexãdri pater, emit ab Laſchene amico ſuo, quẽ pecunia corruperat, de quo intellexiſſe Virgiliũ in. vi. Vẽdidit hic auro patriã: tradit Seruius. ſ Callidus: nam (ut ſcribit Iuſtinus) blãdus pariter fuit & inſidioſus: ut qui plura pmitteret, q̃ præſtaret. Callidos appellat Cicer. in lib. de natura Deorũ quorũ tanq̃ manus, ſic aius vſu concaluit. ſ Sed qs nunc alius: hæc ad laudem dicuntur Catulli, qui (qd alii nõ facerent) pluris fecit ſalutem, q̃ opes ſuas. ſicq; ſui tpis auaritiam notat. ſ Non pter vitã: docet poeta philoſophice ita homini parandas eſſe opẽs, vt eas habeat tanq̃ ancillas nõ dominas. Sed (niſi forte nimis arrogãs videre:) negarem hæc duo carmina eſſe Iuue. nullam enim poetæ ſapiunt grauitatẽ. ſ Cæci vitio .ſ. immenſæ cupiditatis & auaritiæ. ſ Iactatur .ſ. in mare. ſ Aduerſis .ſ. ventis & fluctibus. ſ Illuc decidit: eo neceſſitatis deuenit, vt etiam arborem nauis ſuccideret. ſ Explicat anguſtũ: ſucciſo arbore nauem reddidit ſpatioſam, quæ antea anguſta erat, atq; implicita. ſ Quando: qñquidem ſolemus in periculis afferre vltima, & extrema præſidia vt truncemus .ſ. arborem, quo nauis fiat leuior: legendumq; cum ſuſpirio.

Baſcaudæ — Olynthus — Caſtor — Infector — Bætis — Pholus — Callidus

ASCE. ℂ Si res ampla &c. Si res ampla eſſet mihi domi: & ſi res eſſet mihi ſimilis affectibus in Catullum .ſ. meis. taurus pinguior Hiſpulla .i. muliere illa obæſa & præpingui: quam per tranſitum notat. & piger ipſa mole .i. magnitudine corporis ſui. traheretur .i. lente nõ inuitus: ſed tardus mole ſua duceretur ad victimã. nec .i. & non. & ſanguis eius non nutritus in herba finitima .i. in confinio noſtro: ſed oſtendens in colore candido pilorũ. paſcua læta .i. opima Clitumni. ſanguis iret .i. efflueret. & ceruix ſupple eſſet ferienda grandi miniſtro .i. ſummo pontifice. ob .i. propter. reditum amici .ſ. Catulli. trepidans adhuc ex periculi, in quo fuit. memoria. & paſſi nuper horrenda .i. res horrẽdas. & mirantis ſeſe eſſe. ſup. incolumem .i. ſaluum & ſanum. Iam tenebræ denſæ & continuæ abſcondere vna .i. continua nube cælum. & ignis ſubitus .i. ſubito inuadens. impulit .i. percuſſit. antennas .i. minora vela. præter .i. vltra. caſus: ideſt dubios euẽtus pelagi. & præter ictum fulguris euaſi .i. quod euaſit. cum .i. quando. quiſq; crederet ſe percuſſum eſſe illo .i. ab illo. & cum quiſq; attonitus .i. tonitru ſtupefactus. putaret nullum naufragium poſſe conferri: ideſt comparari: velis ardentibus: quaſi terribilis .ſ. vela comburi q̃ nauim rumpi. omnia talia fiunt: qualia ſupple fieri dicuntur. ſi tempeſtas poetica: ideſt a poetis deſcribi ſolita. ſurgit quando: ideſt aliquando. tam grauiter. ecce aliud genus diſcriminis .i. periculi. audi ſupple illud, & miſerere iterum, quanquam cætera ſint pars quidem dira eiuſdem ſortis: ideſt periculi quod ſortiebatur: ſed cognita multis, & ſupple talia quam .i. qualem, plurima fana .i. templa, & ſacella teſtantur. tabella votiua .i. ex voto oblata. quis neſcit pictores paſci ab Iſide .i. in tabellis votiuis pingendis Iſidi: quaſi dicat nemo. Similis fortuna: quia aduerſa. vt .ſ. faceret vota & iacturam: accidit. & .i. etiam. Catullo noſtro ſupple amico. cum .i. quãdo. medius alueus .i. carina nauis foret .i. eſſet. plenus fluctu .i. aqua marina. & iam vndis. euertẽtibus .i. obruentibus & euertere volentibus. alternum .i. modo dextrum: modo ſiniſtrum latus. puppis .i. nauis. & hoc incerto .i. propter incertitudinem arboris .ſ. mali: quam ſemper timebat rumpendam eſſe. & prudentia cani: ideſt annoſi & experti rectoris: ideſt directoris nauis. nullã opem: ideſt nullum auxilium conferret contra violẽtiam cæli, & maris. ipſe Catullus cœpit decidere: ideſt diſſipare res ſuas: vel potius decidere .ſ. cauſam litis cum ventis quaſi vero venti ob diuitias eũ perſequerentur. iactu .i. per iacturum. imitatus .i. imitans in hoc Caſtora .i. animal, cuius teſticuli medicinales ſunt: q ipſe facit ſe eunuchum .i. caſtrat ſe ab mordẽdo teſticulos. cupiens euadere dãno .i. per dãnum & amiſſionem teſticuli. atq; ideo, quia hoc facit. intelligit inguẽ .i. teſticulum ſuum. medicatum .i. medicamentis quæ caſtorea dicuntur aptum. Alii legunt cupiens euadere dãna teſticulis adeo &c. Et eſt ordo. Cupiens euadere damna .ſ. mortis. teſticulis .i. per teſticulos: adeo .i. intãtum &c. Catullus dicebat fũdite .i. deiicite in mare cuncta quæ mea ſunt, volẽs .i. paratus præcipitare ẽt pulcherrima:

cherrima:ut pote uestem purpuream aptam. quoq;.f. etiam. Mecoenatibus teneris.i.mollibus:atq; alias uestes.i. bæticas purpureas:quas natura generosi graminis infecit ipsum pecus.i.lanam pecoris intinxit.sed & fons egregius.i.aqua fontis ad hoc cõuenientissimi.adiuuat naturam.f.uiribus occultis.i.nos latentibus:quare aqua vnius fontis uiuacius colorat,q̃ alterius. atq; aer bæticus.i.iuxta Bætim fluuiũ Hispaniæ:vim illam aqs & herbis tribuens:ut sponte lanam colorent. Ille.f. Catullus. nec dubitabat mittere in mare.f. argentum.i.vasa argentea:videlicet lances factas sup.a parthenio.& cratera.i.ingẽs poculum.capacem urnæ.i.q̃ eum vrna.& dignum pholo.i. centauro illo bibace.Vel cõiunge Fusci:quam per transitum bibacitatis arguit. Adde & bascaudas.i.vasa britãnica, siue anglica.,& mille.i. innumera escaria sup.vasa. Adde ẽt multũ cælati sup.auri. quo.i. cuiusmodi cælato poculo ex auro.biberat callidus ẽptor Olynthi scilicet philippus rex Macedoniæ: qui Olynthum ciuitatẽ Thraciç fraude mercatus est:q̃ ut notaret poeta,voluit periphrasi vti. Sed qs altus a Catullo:& in qua parte mundi audet quis præferre nunc argẽto.i. diuitiis. caput.i.vitam.& rebus salutem:hoc est vbi esset nunc reperibilis quæ non potius vitam periculo exponeret,q̃ tã pretiosas merces proiiceret in mare.q.d.nusquam. Nam quidam nõ faciunt patrimonia idest accumulant diuitias pp uitam.i.vt inde cõuenienter uiuant. sed ipsi cæci vitio.s. auaritiæ. viuunt propter patrimonia:idest non cupiũt patrimonia vt bene viuant:sed cupiunt viuere vt faciant patrimonia. Maxima pars rerum vtilium iactatur a Catullo sed nec damna:idest iacture illæ. leuant supple nauem aut pericula. aduersis scilicet ventis vrgentibus tunc. Decidit(Georgius legit recidit: & probat primam produci:sed bene legitur decidit(idest deuenit ex misero casu illuc:idest ad illud extremum remedium, vt summitteret:idest deiiceret & sterneret malum:idest arborem veliferẽ ferro scilicet securi: ac explicat:idest expedit & extra plicas,& impedimẽta mali & velorum ponit.se angustum:idest angustatum prius. Vltima:idest vltimæ partes. discriminis:idest periculi supple sunt quando noa afferimus præsidia:idest auxilia ad protegendos. nos factura nauem minorem:idest quando etiam nauem incidimus. Hæc potissima visa est expositio.

¶ I nunc:honesta inhibitio est per permissionem: Sic Ouidius: I nunc: & cupidi nomen amantis habe. ¶ Digitis a morte remotus Quattuor: hoc videtur poeta sumpsisse ex dicto Anacharsis:qui cum didicisset, quattuor digitorum nauis esse crassitudinem:tãtum,inquit,morti propinqui sunt, qui nauigant.monet enim quantum nauigantibus immineat periculum, Teda:tabula nauis, Tedam autem posuit

IOAN. BRIT.

I nunc & uentis animam committe,dolato
Confisus ligno digitis a morte remotus
Quattuor,aut septem,si sit latissima teda.
Mox cum reticulis,& pane,& uentre lagœnæ,
Aspice sumendas in tempestate secures.
Sed postquam iacuit planum mare,tempora postq̃
Prospera uectoris,fatumq; ualentius Euro,
Et pelago, postquam Parcæ meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares,& staminis albi
Lanificæ,modica non multa fortior aura
Ventus adest,inopi miserabilis arte cucurrit
Vestibus extensis,& quod superauerat unum,
Velo prora suo,iam deficientibus Austris.
Spes uitæ cum Sole redit,tum gratus Iulo,
Atq; nouercali sedes prælata Lauino,
Conspicitur sublimis apex,cui candida nomen
Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile sumen,
Et nunquam uisis triginta clara mamillis.
Tandam intrat positas inclusa per æquora moles.
Tyrrhenamq; Pharon,porrectaq; bracchia rursus,
Quæ pelago occurrunt medio,longeq; relinquunt
Italiam non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit,sed tronca puppe magister
Interiora petit baianæ peruia cymbæ.
Tunc stagnante sinu gaudent ibi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.
Ite igitur pueri linguis,animisq; fauentes,
Sertaq; delubris,& farra imponite cultris,
Ac molles ornate focos,glebamq; uirentem,
Iam sequar,& sacro quod præstat,rite peracto
Inde domum repetam,graciles ubi parua coronas
Accipiunt fragili simulachra nitentia cera.
Hic nostrum placabo Iouem,laribusq; paternis
Thura dabo,atq; omnes uiolæ iactabo colores.
Cuncta nitent,longos erexit ianua ramos;
Et matutinis operatur festa lucernis.

pro omni arbore,ex qua naues fieri solent. de teda dixit ns in prima Satyra illic: Teda lucebis in illa. ¶ Mox cum reticulis:qui nauigãt panem,& alia ad victum necessaria secum ferunt. Persius: Iam pueris pellem succinctus & Oenophorum aptas.ait ergo poeta: Tu qui nauigas arus ex merento vna cum pane,& vino sumendas esse tecum secures ad nauis arborem incidendam:si tempestas vrgeat:quasi dicat scito mortis piculum semper nauigãtibus imminere. legendũq; est Accipe:non aspice. Reticulum enim est genus sacci aptũ ad panem ferendum , a rete denominatum. Horatius: Vt si reticulum panis vænales inter onusto Ferre vehas humero reticulum item (vt diximus in secunda Satyra illic: Reticulumq; comis auratum ingentibus implet (tegmen est capitis muliebris. ¶ Ventre lagoenæ: hoc est capaci & ampla. lagoena uas est terreum tam aquarium q̃ vinarium. Iuuenalis:pugna saguntina feruet commissa lagoena. Nam ex Sagunto Hispaniæ ciuitate pretiosa fictilia mittebantur. Martialis in Apophoretis. Sume Saguntine pecula ficta luto. idem alibi: Ficta Saguntino cymbia malo luto. ¶ Sed postq̃ iacuit sensus est:& ordo: Postquam mare factum est tranquillum & omnis tempestas sedata est & cetera. Prora miserabilis cucurrit inopi arte:est vestibus extensis & uelo suo, quod vnum superauerat. nam vela , quæ maiora erant in medio maris fulmine fuerunt absumpta. ¶ Tempora victoris:scilicet fuerit. ¶ Fatum:ipsa Deorum benignitas. ¶ Valentius potentius. ¶ Euro & pelago: ipsa tempestate. ¶ Parcæ hilares: idest ipsa fata. ¶ Meliora pensa:feliciorem fortunam. pensa numero tantum plurali dicuntur quæq; pendent e colo:hoc est quæ in filum duci possunt. Ouidius: Nos humiles:famulæq; tue data pensa trahemus. ¶ Lanificæ: hoc est operatrices. ¶ Albi staminis: idest felicitatem portendentis nam parcæ dicuntur fila nigra ducere: cum mortem, infelicitatemq; minatur. contra vero fila alba:cum felicitatem portendunt. Martialis: Si mihi lanificæ ducunt non puella sorores Stamina:nec surdos vox habet ista dies. ¶ Fortior: nam ventus est:qui vehemẽtiori venit impetu, vnde & nomen: aura uero leuior est. ¶ Inopi arte: inopi præsidio expositiue vestibus extensis. ¶ Superauerat:superfuerat. Vergilius: Amissa solus palma superabat Acestes:idest supererat. plinius de elephantis: Namq; vnum qui superauerat. ¶ Iam deficientibus Austris Spes uitæ cum Sole redit: deficientibus, inquit, ventis: ac iam Sole: hoc est serenitate reuersa. Catullus: Cœpit iam de salute sperare. ¶ Sublimis apex: idest mons Albanus , vbi Ascanius condidit Albam . Nam post trigesimum annum: ex quo Aeneas Lauinium tenuerat, Ascanius amisso patre abundante Lauinii multitudine, florentem

Reticulum

Vasa saguntina

pensa

Alba longa

Iam (vt tum res erant) vrbem Lauinæ macri, siue nouercæ (nam id quoque ambigit Liuius) reliquit: nouam ipse aliam sub Albano monte condidit: quæ a situ porrecto longa Alba appellata est de hoc plura diximus in quarta Satyra. ¶ Candida scrofa: nam a nomine porcæ albæ, quæ triginta (vt scribit Varro libro secundo de re rustica) porcellos peperit in portentum albos denominata est Alba.

Scrofa — Scrofa autem appellatur sus non castrata: sed quæ ad fœturam habetur. ¶ Mirabile sumen: expositio est: id est ex qua optimum haberi potuisset sumen. De sumine diximus in secunda Satyra, & apud Persium illic. Calidum scis ponere sumen. ¶ Lætis Phrygibus: vtrum quia ea duce sedem inuenissent, an quia mirandum sumen essent habituri ex porca, quæ triginta esset mamillarum. ¶ Et clara: ordo est: Scrofa clara triginta mamillis nunquam visis: scilicet in alia porca. ¶ Intrat moles positas: id est portum Hostiensem magnis molibus a Claudio extructum.

Portus Hostiæ — De quo ita Tranquillus meminit: Item perfecit emissarium Fucini lacus, portumque Hostiensem, a Diuo Iulio sæpius destinatum, ac propter difficultatem omissum. & paulo infra Continuis, xxx. hominum millibus sine intermissione operantibus portum Hostiæ extruxit. de eo meminit & Eusebius cronographus. ¶ Tyrrhenamque Pharaon. i. turrim, quæ in portu Hostiensi erecta erat a Claudio in æmulationem Phari Alexandrinæ: vt ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent.

Pharus — Nam id sciendum Pharum insulam esse: quæ obiecta Alexandriæ portum efficit: Vbi turris est eiusdem nominis: quam ptolomeus erexit: cuius vsus erat nocturno nautarum cursui ignes ostendere ad prænunciandą vada, portusque introitum, a cuius nomine omnes reliquæ turres, quæ compluribus locis flagrant noctu Phari sunt appellatæ. ¶ Tyrrhenam: Thuscam, mare enim id Tyrrhenum dicitur: hoc est Hetruscum: in cuius littore sita est Hostia. ¶ Non sic mirabere: cum videas portus structiles ea esse operis magnitudine. ¶ Brachia porrecta: id est moles protẽtas in mare. ¶ Relinquunt Italiam: magnitudinem portus ostendit, qui ita in mare extendebatur. vt videretur longe ab Italia recederet & lõge eam relinquere, Tale est illud Virg. in, x. Ille velut rupes vastum, quæ prodit in æquor. Obuia ventorum furiis: expostaque ponto. ¶ Interiora: partem interiorem ipsius portus. ¶ Peruia nauigabilia tñ paruæ cymbæ: qual bua in lacu Lucrino vtuntur: qui in Campania est iuxta Baias: sicque ostendit nauem Catulli ita mutilatam & tempestate confractam: ut per breuia etiam ferretur. ¶ Tunc stagnante sinu: portu tranquillos habente fluctus tempestate iam sedata. ¶ Tunc. s. vbi in portum venere. ¶ Vertice raso: serui qui manumittebantur in templo (vt diximus diffusius in cõmentariis persii) ex sentẽtia plutarchi in pblematis: Feroniæ quæ libertorum Dea dicebatur, raso capite pileum accipiebant. quod & plautus in Amphitryone meminit: Quod vtinam ille facit Iupiter, vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Nautæ igitur quasi in libertatem vendicati quam per tempestatem amiserant, ad eius rei imitationem caput sibi raserant. ¶ Gaudent narrare pericula, hoc autem est ex consuetudine hoium: qui superato graui periculo gaudẽt multis id narrare. Secura enim præteritorum malorũ recordatio solet eẽ iucunda. Vnde Seneca in Tragœdiis. Quod fuit durum pati, meminisse dulce est. ¶ Garrula pericula: hyppallage est pro ipsi garruli. ¶ Ite igitur pueri: verba sunt Iuue. imperantis seruis: Vt parent quæ ad sacrificia & uota exoluẽda pro Catullo ptineant. Nam Romani prisco instituto rebus diuinis operam dabãt cũ aliqd cõmendandum esset precatione: cum soluẽdũ gratulatione, cũ exposcendum uoto. Valerius auctor in primo limine. ¶ Linguis, animisque fauentes: nam in rebus diuinis (vt scribit Cice. de diuinatione) quæ publicæ fierent: vt fauerẽt linguis impabatur, qd significabat vt taciturnitatem præstarent.

Fauere linguis — Nam in ludis fauor, in sacris taciturnitas est necessaria, vt sacra rite pagi possint nulla mala voce obstrepẽte: Tibullus: Quisquis ades lingua vir, mulierque faue. & alibi: Ore fauete omnes. ¶ Sertaque delubris. templa enim Deorum frondibus & sertis ornababatur, Virgi. Et festa velamus fronde per vrbem. ¶ Farra imponite cultris. i. cultros mola, quæ ex tosto farre, & sale constabat inipgite eam mola tria inspargebantur, culter. s. ignis & caput victimæ. ¶ Molles focos: molles appellauit aut quia is odores & thura crementur: quæ Arabes molles mittunt. Tibullus: Vrantur pia thura focis, vrantur odores: Quos tenere terra diuite mittit Arabs. Virgi. Molles sua thura Sabei, aut (qd magis placet) molles focos: recẽtes & nouos. vt illud apud Statiũ in Siluis: Sertis mollibus expleatur vmbra. i. nouis & recentibus. vnde Pli. ad Apollinarem. prata florida & gemea trifoliũ, aliasque herbas teneras, semperque molles, & quasi nouas alũt. Sic & Vir. Castaneæ molles. i. nouæ & recentes. nam nuperrime parati erant foci. sequitur enim Glebãque virentẽ. ¶ Glebamque virentem. i. aram ex glebis erectam: sup quam foci parabant. ¶ Quod præstat: qd melius est & excellẽtius, tanquam publicæ factum. ¶ Inde. i. ex publico sacrificio iam pacto. Est autem ordo: Inde domũ repetam peracto rite sacro qd præstat. ¶ Domum repetã: vt priuatim. s. sacrificet Laribus: qui & priuatim in domibus, & publice in cõpitis colebãtur. Nã lares (vt recitauimus apud Persium) antiquitas præsides vocauit: quibus canis assistit: & ipsi pellibus caninis vestiũtur. ut inquit Macrobius eius. rei duplicem plutar. causam affert in Problematibus. Nam cum præsides. inquit, sint qui præsunt: hos domus custodes esse oportet & alienis formidolosos: ut canes videmus. Mites uero ac lenes, mansuetosque domesticis, vel quia Dæmonia quædam mala circũerrãt: quibus Dii: quasi carnificibus & scelerum vltoribus aduersus iniustos, & impios vtãtur. Sic Lares furiales existimati sunt, & pœnarum & uitæ exactores & opationum speculatores. Quare fit vt caninis pellibus induantur: quibus & canis ideo assistit: qd ad inuestiganda scelera & vlscẽdos iprobos sagaces sint. De Laribus itẽ meminit Apuleius in lib. de Deo Socratis. A Laribus fit larariũ: qd capitur pro loco vbi lares colebantur. De quo sic lampridius in Alexandro Seuero: Virgilii imaginem cũ Cice. Simulachro in secũdo larario habuit, vbi & Achillis & magnorum virorum. Alexãdrum uero magnum inter optimos & diuos in larario maiore cõsecrauit. ¶ Graciles coronas: hoc dicit quia Romani (vt scri. pli. li. xxi.) cũ terra flores negaret: coronas ex ramẽto e cornibus tincto sibi conficiebãt: quas hybernas appellabãt: paulatimque sub repsit appellatio ec rollis inter initia pp gracilitatem noiatis. hinc ergo poeta graciles coronas appellauit. Lares autem coronari solitos docet Pli. sic: Etiam tunc coronæ Deorum honos erant & Larium publicorum, priuatorumque & sepulchrorũ & manium. vnde Plautus in Aulularia introducit Larem dicentem: Thure, vino, coronis, sibi quotidie sacrificatum fuisse. ¶ Hic: hoc est domi. ¶ Laribus paternis: hoc est domesticis & maiorum nostrorũ. ¶ Nostrum Iouem: aut quem peculiari cultu domi veneramur: aut nostrũ. i. Romanũ. ¶ Iactabo: spargã. ¶ Omnes colores violæ. i. uiolas ois generis. nã tria sunt (vt diximus apud persium illic: Et iãthina læna) genera uiolarum, purpureæ, lutæ, albæ. ¶ Cuncta nitent: ita a poeta inferũtur: quasi illico oia a seruis & ministris essent parata ad sacrificiũ. vt sit sensus: Oia polita, munda, ornataque sunt, qualia fieri idem in eiusmodi rerum celebratione. ¶ Longe erexit ianua ramos. i. ornata est ramis lauri. nam in festorum solẽnitate domus lauro ornabantur. alibi Ornentur postes, & grãdi ianua lauro. ¶ Festa: cõiũge cũ ianua. vt sit: Ianua festa, & domus festa. ¶ Operatur: rẽ sacrã facit. Virg. lętus opatus in herbis. Propertius: Cynthia iam noctes est operata decem.

Lares · Larariũ · Coronę · Operari

¶ I nunc &c. Ordo est: I nunc & comitte aiam. i. vitam tuã ventis. confisus. i. munitus ligno dolato. remotus a morte. i. submersione. quatuor digitis aut septem. si teda. i. asser: vel tabula ex teda. sit latissima. i. densissima: quia pro latitudine densas tabulas faciunt: quanto enim latiora sunt tanto plus põderis sustinent: & debiliores sunt: Aspice mox. i. paulo post securẽs: quibus malum incidas. esse sumendas in tempestate: cũ reticulis in quibus panis portetur. & pane & ventre lagœnæ: hoc est fac vt etiã secures inferas in nauim: nõ solum panẽ & vinum. sed postquam mare iacuit planum. i. sedatum est. tempora sup. effecta sunt prospera. & fatum. i. præordinata a Deis

Mollis · ASCE.

euasio

Nec suspecta tibi sint hæc Coruine, Catullus,
Pro cuius reditu tot pono altaria, parcos
Treis habet hæredes, libet expectare quis ægram,
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
Tam sterili. verum hæc nimia est impensa coturnix
Nulla vnquam pro patre cadet. sentire calorem
Si cœpit locuples Gallita, & Pactius orbi,
Legitime fixis vestitur tota tabellis
Porticus, existunt qui promittunt hecatomben.
Quatinus hic non sunt nec vænales elephanti,
Nec latio haud vsquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur, sed furua gente petita
Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum, nulli seruire paratum
Priuato, siquidem tyrio parere solebant
Hannibali, & nostris ducibus, regiq; Molosso,
Horum maiores, & dorso ferre et hostes
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turmam.
Nulla igitur mora p Nouium, mora nulla per Histrũ
Pacuuium, quin illud ebur ducatur ad aras.
Et cadat ante lares Gallitæ victima sacra
Tantis digna Deis, & captatoribus horum.
Alter enim, si concedas mactare, vouebit
De grege seruorum magna, & pulcherrima quæq;
Corpora, vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vittas, & si qua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, & si
Non speret tragicæ furtiua piacula ceruæ.
Laudo meum ciuem, nec comparo testamento
Milles rates, nam si Libitinam euaserit æger,
Delebit tabulas inclusus carcere nassæ,
Post meritum sane mirandum, atq; omnia soli
Forsan Pacuuio breuiter dabit, ille superbus
Incedet victis riualibus. ergo vides, q̃
Grande operæpretium faciat iugulata Mycenis.
Viuat Pacuuius quæso, vel Nestora totum,
Possideat, quantum rapuit Nero, montibus aurum
Exquet, nec amet quenquam, nec ametur ab vllo.

euasio vectoris scilicet Catulli: qui vectus est: aut victoris: idest voti compotis. est valentius: idest potentius: Euro: idest vento illo impetuoso & pelago. & postquam Parcæ: idest Deæ fatales: hilares: idest lætæ & fauentes, & lanificæ: idest filatrices. albi: idest prosperi. staminis: idest cursus uitæ Catulli, ducunt manu benigna pensa meliora: idest significatiua longioris vitæ. ventus: idest inopi: scilicet Catullo. non multo fortior aura: idest aere nullo impetu moto: sed leniter spirante. proras: idest nauis prima pars, vel tota nauis: miserabilis: quia lacera. cucurrit arte: idest per artem, & vestibus scilicet nauigantium extensis loco velorum & suo scilicet proræ uelo: quod unum uelum superauerat: idest superfuerat adhuc. spes vitæ redit cum Sole. & hoc Austris: idest impetuosis ventis deficientibus, tunc apex: idest sublimis locus. gratus Iulo: idest Ascanio Aeneę ex Creusa filio & sepes prælata Lauino nouercali: idest quod nouerca eius Lauina habitabat cui candida: idest alba. scrofa: idest sus. dedit nomē: qua Alba vocabatur. scrofa nunquam existens sumen: idest accipiendo a parte totum. genus suis. miserabile Phrygibus lætis propter uaticinium de ea sue datum. & existens clara: idest insignis triginta mamillis nũquam visis in alia porca. de hac tertio Aeneid. dicitur si: Cum tibi solicito secreti ad fluminis undam: Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus Triginta capitum fœtus enixa iacebit Alba solo recubans albi circum ubera nati: Is locus urbis erit &c. Tandem: idest post longam expectationem. intrat scilicet Catullus moles positas per æquora inclusa a Claudio scilicet: hoc est Hostiēsem portũ & pharaon: idest turrim Hostiensem nautis in indicium extructam. Tyrrhenam: idest in mari Tyrrheno, & brachia a maris porrecta: idest extensa que cōcurrūt rursus medio pelago: idest in mediũ pelagus vel quorũ cōcursus est in medio pelago: & quę relinquũt lōge Italiā. Tu nō ergo ego mirabere: idest mirari poteris sic idest intātum. portus quos natura facit: idest naturales. Sed magister: idest gubernator. petit trūca: idest trũcata & mutilata pupe. interiora: idest interiores partes maris. præuia i. transibiles cymbæ. i. nauiculæ Baianæ. idest quali apd' Baias vtuntur. Tūc postquam intrauerūt nautę raso capite: idest qui fere rasum caput habere solent: securi iā de periculo gaudent ibi: idest in transitu maris stagnante: idest stagnum faciente narrare pericula maris garrula: idest quæ eum garrulitate narrari solent. Igitur quādoquidem saluus est amicus. O pueri: idest familiares mei, ac domestici serui. ite fauentes linguis: idest verbis & animis. idest uotis. & imponite delubris: idest templis aut foribus eorum. serta. idest coronas ex floribus, & herbis sertas. & imponite cultris, quibus hostia mactetur. farra: idest molam salsam. ac ornate molles focos: idest ex molli & recenti terra instructas aras .q pro idest. glebam uirentem. idest cespitem: hoc est terram cum graminibus. Ego iam sequar uos scilicet cum bestia, & ego perfecto sacro: idest sacrificio rite. quod restat: idest reliquum est. Aliqui textus habent quod præstat, idest quod præstantius est. repetam iam de domũ. vbi: idest in qua domo parua simulachra Deorum: idest familiarium. nitentia fragili cera. i. nitide facta ex fragili cera. accipiunt graciles, idest modicas coronas: corollas videlicet. Ego placabo hic: idest domi meæ. nostrum Iouem. i. familiarem. erat enim vnicuiq; suus Iupiter, & sua Iuno. & dabo Laribus paternis thura. atq; iactabo in honorem videlicet eorum omnes colores violæ. Cuncta nitent: idest iam purgata sunt, ianua domus meæ erexit longos ramos in signum festiuitatis. & ipsa festa: idest festiuitatem celebrans. operatur: idest rem diuinam facit. lucernis matutinis, idest a principio diei, etiam ante lucem incipiens.

IOAN. BRIT. ¶ Nec suspecta tibi: noli, inquit, suspicari Coruine me ideo hæc vota tam solemniter exsoluere, quia velim captare Catullum. nō enim est orbus, sed tres habet liberos, quibus bona sua relinquat. Sicq; venuste captatores sui temporis sigillat. ſ Libet expectare: voluptarium est, inquit, expectare an aliquis appareat, qui pro amico tam sterili vel gallinam moribundā mactet. q. d. nemo erit qui sacrificet. Nam gallinæ (vt scribit pli. lib. x.) ad rē diuinā luteo rostro, pedibusq; puræ non videbantur, ad operta nea sacra nigrę. ſ Tam sterili. qualis est Catullus: qui cum filios habeat, nihil daturus est captatori. sed omnia filiis relicturus. nam sterilis amicus captatoris dicitur, vnde nullus exit fructus, cum omnia liberis relinquat. sic & agrum sterilem dicimus, qui fructum non facit: & mulierem sterilem, quæ fœtus non parit. ſ Verum hæc nimia est impensa: ironicos. q. d. non esse mirandum si quis non inueniatur, qui pro amico gallinam sacrificet: quia nimia sit impensa. ſ Coturnix: auis quam vulgus vocat qualeam graece ortyx dicitur. vnde ortygometram ipsarum coturnicum regem vocamus. Coturnicem autem posuit pro vilissima aue. nam apud mensas Romanorum dānabatur, quod morbo comitiali laborare dicitur. pli. auctor. ſ Pro patre: pro eo, qui pater sit, idest qui filios habeat ga inde nihil sit captaturus. ſ Sentire calorē Si cœpit auaritiam sui tēporis notat: mouent, inquit, spe cōsequēdæ hæreditatis ad faciēda uota & sacrificia pro orbo si forte uel minima ualetudine corripiatur. hinc exit illa pli. lib. xiiii. conquestio. Postq̃ cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidē

Cotur nix Ortygo metra

do pessum iere vitae pretia. Gallita, & Pactius: nomina sunt diuitum orborum, quos pro omnibus diuitibus orbis ponit. De pactio meminit Martia. sic. Muneta quae cuperet pactius. sse sua. Legitime: ironicos: quasi iure, quodam & lege. Tota porticus: nam in porticibus templorum suspende bantur tabellae suscipientium vota. Calor: em: ardorem febris. Hecatomben: sacrificium centum bouum, a numero victimarum ... enim centum. ... bouem significat. ad qd sacrificii genus respexit Persius illic: Centum paria ob res egregie gestas induco. i. duplicem hecatomben. Quod genus sacrificii primum institutum fuisse a Laconibus videtur ostendere Strabo in. viii. Laconia, inquit, cum priscis annis ceteris praeesset urbibus Hecatompolim uocitatam memoriae pditum est. inde quotannis per eos boues centenos immolari consuetum fuerat atque sacrum hecatombas appellabant ve toti dem numero mactarentur boues: quot essent ciuitates. Cum ergo tale sacrificium pageretur, centum arae extruebantur: ut totidem essent, quot & victimae. vnde illud dictum est a Statio in genethliaco Lucani: Centum thespiacis odora lucis Stent altaria, victimaeque centum. Et licet aliae etiam victimae quam boues imolarentur, sacrificium tamen veteri uocabulo appellatum est hecatombe. vnde ita scribit Iulius Capitolinus Hecatombe autem tale sacrificium est, centum arae vno in loco cespiticiae extruuntur, & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Nam si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilae &c. huiusmodi animalia cetera fuerint, qd quondam Graeci fecisse dicuntur, cum pestilentia laborarent & c. Quatinus hic non sunt. sensus est: Quandoquidem hic non sunt vaenales elephantes, nec talis in latio bellua pgeneratur, sed tantummodo ex locis longinquis petitur vt imperatoribus seruiat, qui eam tantum in voluptate alunt: nulla igitur mora erit, quin per Pacuuium & Nouium captatores elephanti inueniatur: quos pro orborum salute sacrificent. Sicque notat attentam captatorum diligentiam: qui nulli parcetes, nec impensae, nec labori elephantes peregrinam etiã bel luam inueniunt. Differt autem inter se Quatinus & Quatenus: vt Quatinus pro quandoquidem, & quin ponitur. Tranquillus in Claudio: Confirmauitque pro cõcione apud praetoria nos, quatinus sibi matrimonia male cederent, se mansurum in celibatu. Quatenus vero pro quousque & quoad: vt sit cõpositum a qua & tenus. vt Hora. Iubeas miserum esse libenter Quatenus id faciat. Cice. in Laelio: Videamus quatenus amor in amicitia pgredi debeat. Quatinus. i. quin uel quandoquidem. Hic. s. Romae. Bellua concipitur: scribit tamen Columella in iiii. de re rustica in urbe Roma elephantes pgeneratos fuisse. Furua gente: aut ab Indis, quorum in corpore (ut scribit Apuleius in floridis) color noctis est: vt ab Aethiopibus, qui sunt in extrema parte Africae ad mõtem Atlantem, nã utrinque elephanti mittuntur: aut ab Troglodytis Aethiopibus, qui Arabiae sunt conterminiomnesque colore fusco. apud quos et elephantes pgenerantur. Furua: nigra. vnde illud Martia. Nigro bellua nil negat magistro. Caesaris: Domitiani. Armentum: expositio est, ut sit Bellua armentum Caesaris. videtur quod hoc dici a poeta in segnitiem suorum tpm. ut sit sensus. Elephanti, quorum vsus erat in bellis olim, nunc ab imperatoribus saeculi nostri ad voluptatem & spectacula exhibentur, pugnauere Romae in Circo Claudii publio aedilitate, & Caesari dictatori tertio eius consulatu, xx. cõtra pedites quingẽtos, itidemque totidẽ turriti cum sexagenis ppugnatoribus Germanici Caesaris munere gladiatorio quosdam incõditos motus edidere saltantium modo. Rutulis: populi sunt Latii quibus imperauit Turnus. Hannibali Tyrio. i. Afro & Carthaginensi. Tyrium autem appellat quod ex Tyro venerit Dido, quae Carthaginem cõdidit in Africa. Nã Hannibal secũdo bello punico, cũ in Italiam per alpes descẽdisset, elephãtes secum duxit. ut Liuius, Plutarchus, & Silius scribũt. Regique Molosso. i. Pyrrho Epirotarum regi. Molossi enim gens Epirotarũ sub Pyrrho Neoptolomeo fuere, quẽ Achilles pcreat, & sub eius successoribus Thessalici sanguinis: dicti autem Molossi a Molosso rege, nã Pyrrhus eo bello suo Tarentinos iuuit aduersus Romanos, primus in Italia vsus est elephantis, quos boues Lucas appellatos constat: que in Lucanis primũ visi sint. vnde Ausonius: vt Lucas boues olim resumpto, Praeferoces iuuit iuuentus Romula. Horum maiores: ordo est: Siquidẽ maiores horum elephantorũ solebãt parere Hãnibali tyrio & nostris ducibus. & ferre cohortes dorso: expositiue partẽ alicuius belli. q. d. in reprehensionẽ segnitiae suorum tẽporum eos nunc tantum ali ad spectacula: quos antea ad bella dũtaxat parabantur. Eũtem in praelia: inuadio se dixit in praelia. q. d. nõ pgredientẽ (vt nũc fit) in theatra. Nostris ducibus. i. Romanis. Nã & Scipio socer Põpeii in exercitu suo aduersus Caesarem habuit elephãtes in Africa, de quo ita Appianus lib. secũdo de bello ciuili sic scribit. Cũ Scipio octo peditũ legiõibus instructus equum viginti millibus: quorũ maior pars libycorũ fuit: ad haec scutatis plurimis, & elephantis circa triginta aduẽtare diceretur. Nulla igitur mora ... igitur inquit, Gallita, & Pactius orbis vexẽtur vel minima ualetudine: nulla mora est per Nouiũ, aut Histrum captatores: quin elephas, qui in Italia non pgeneratur: & sicque deferuit imperatoribus: quoque inueniatur, ducaturque ad aras mactãdus. sicque ostẽdit (ut diximus) attẽtã captatorũ diligẽtiã quod nulli parcẽtes, nec impẽsae, nec labori elephantes peregrina beluã inueniãt: tãtus est amor habendi. Per Nouium: Nouius, & Hister Pacuuius captatores tpibus poetae. Illud ebur: ebur posuit p elephãto, contra Virgi. in. vi. elephantũ p ebore: Altera candenti pfecta nitẽs elephanto. Dentes elephanti pptie ebur sunt, penuria tamen factũ est, ut & ossa secarentur, ac p ebore haberentur. Victima sacris expositio est. Tãtis digna Deis, & captatoribus horũ: ironicos legendũ est. q. d. nec elephantem licet oium aialiũ maximum victimam satis dignam esse: quae Diis sacrificetur, nec dignã quam captatores mactẽt: quoniam alia victima nobilior extitat: ait enim alter erit, qui filiam & nubilem nouebit mactare p salute diuitis. Tãtis Deis: laribus, qui rogãtur pro salute diuitis. Captatoribus horũ. s. diuitium. Alter. s. Pacuuius non deerit: qui & seruos & filiam nubilem si habuerit, non dubitabit mactare: vt solus haereditatem oẽm cõsequatur, vt sequentia docent. Si cõcedas. i. si ei pleges concedantur: vt mactet seruũ: vel si tu concedas o orbe. i. si tolerea. Imponet vittas: nam victimae caput vitta vinciebatur. Valerius Flaccus lib. pri. sic multa palles ferrugine taurus Stabat ad huc, cui cerulea p cornua vittae. Idẽ alibi: Tibi cerulcis in litore vittis: Et Zephyris, Glaucoque bouẽ Tethydique iuuẽcũ. Deicit Ancaeus. Et si qua est Iphigenia domi: & si quam filiã nubilẽ habebit: ea exemplo Agamẽnonis mactabit pro salute amici orbi: quis ei nulla sit spes filiae conseruandae: quo Agamẽnoni seruata est filia per Dianã: quae ei parẽti puellã immolare ceruã ablata puella supposuit. Furtiua piacula: furtiuas expiationes: quales subiectae sunt Agamẽnoni ab ipsa Diana: quae o exercitum grecorũ pestilẽtia vexabat ob ceruam ei consecratam in venatione ab Agamemnone occisam: ceerua enim, quae fuit piaculũ & expiatio supposita fuit. Cetuae tragicae: de qua tragici scripserunt: vt Sophocles & Eurypides. Laudo meum ciuem: ironicos. q. d. Sapiens nimirũ est ciuis meus pacuuius, qui filiã pro salute amici mactare est paratus, nam pluris facit testamentum qd captat, quã salutem mille nauiũ, pro qua Agamẽnon Iphigeniam filiã sua immolauit. nam si diues cõualuerit testamentum mutabit: & oia quae vtrique relinquebat, soli relinquet pacuuio. ergo laudandũ est eius consiliũ: ac per hoc ostendit ipsum improbius facere quam fecit Agamẽnon. Is eni immolatiõe Iphigeniae, mille naues seruauit. Pacuuius vero caede filiae vnũ tantum hoiem, sed testamentũ inquit ironice pluris faciendũ est, quam mille naues sicque improbã, & caeca hois cupiditatem dãnatque spe icerta testamenti paratus sit filiã mactare. nã si tũc moreretur orbus haereditatis pari mõ ad vtrũque captatorẽ rediret. Testamẽto: ad qd inhiat. Libitinã euaserit. i. morte & funestã ualetudinem nã Libitina Dea fuit, in cuius aede, quae ad sepulturam pertinebant vendere consueuerunt, qui Libitinarii sunt appellati, auctor est plutarchus in problematis. Tabulas

¶ Tabulas testamentum. ¶ Inclusus carcere nassae: idest munere captatoris ligatus & captus. sumpta est metaphora a piscibus, qui nassa inclusi nequeunt exire. Est enim nassa uas uimineum ad capiendos pisces: quo cum ingressi fuerint, exire nequeunt. Silius: Haud secus ad uitreas solers piscator ad undas Ore leuem patulo texens de uimine nassam. ¶ Post meritum mirandum: ironicos: quasi dicat: mirum non esse si omnia bona relinquat Pacuuio: quando ipse pro salute eius filiam etiā suam sacrificare paratus fuerit. ¶ Forsitan: haec est maxima pars indignationis. ¶ Breuiter dabit: idest illum haeredem relinquet ex asse: idest ex toto. nam qui omnia uni relinquit, breuibus, & paucis uerbis cōdit testamentum. dicit enim Pacuuium relinquo haeredem ex asse: idest ex toto patrimonio. sicque breuiter testamentum condit. Martialis in septimo Haeredem Fabius Labienum ex asse reliquit. ¶ Victis riualibus: idest aliis captatoribus. Riuales ꝓprie (auctore Vulpiano) dicuntur ii, qui per eundem riuum aquam ducunt: per translationem autem appellantur, qui eadem cupiditate laborāt: & ad eandem rem habendam intentum habent animum, quasi eodem affectus riuo concurrentes. unde riuales, qui eandem etiam mulierem amant appellantur. ¶ Ergo uide. insultatio est poetae per risum in captatores. ¶ Quam grande operaepretium, q̄ grandem & magnam utilitatem, afferat immolatio filiae. est autem translatio sumpta a mercenariis: quibus suaue est post laborem mercedem accipere. ¶ Mycenis iugulata: idest filia qualis fuit iphigenia Mycenea Agamemnonis filia. nam Mycenis: idest forma patronymica. Mycenae enim sit Agamemnonis patria. ¶ Viuat pacuuius: haec omnia cum summa indignatione dicunt a poeta in reprehensionem auaritiae sui temporis. ¶ Nestora totum: qui tercentos annos uixisse fertur. de Nestore diximus in Satyra: Omnibus in terris. ¶ Quantum rapuit Nero: nam ad omnes rapinas conuersus fuit: ut templis etiam pluribus dona detraxerit. nulli que delegauerit officium ut non adiiceret: scis quid mihi opus sit: & hoc agamus ne quis quicquam habeat. Nec ametq; ipse q̄ tam, nec ametur ab ullo dira: sane imprecatio est, nihil enim potest homini infelicius accidere, q̄ ut neminem habeat amicum.

ASCĒ. ¶ Nec suspecta &c. In hac parte poeta satyrico officio functus captatores persequitur, se primum purgans. Ordo est: Neco perfice quamuis pro Catullo haec offeram: haec sacrificia: scilicet mea sint tibi suspecta de captatione, aut in captatione: uidelicet: quasi faciam ut ab eo haeres inscribi sperem. Id enim non potest fieri. Nam Catullus pro cuius reditu ego pono tot altaria: habet tres paruos heredes: scilicet liberos suos. Libet autem expectare quis aliorum: scilicet modo uiuentiū. impendat amico tam sterili: idest saluti amici unde nihil speretur haereditatis gallinam subaudi etiam aegram & claudentem oculos. uerum haec impensa: scilicet gallinae est nimia. Nulla coturnix (quae auis est, & minoris in Italia uenit. est enim quae uulgo qualea dicitur, gallicae caille) cadet unquam pro patre: idest pro salute patris: hoc est habentis liberos. Si locuples: idest aliquis diues utpote Gallita mulier illa: & Pactius uir ille. orbi: idest sine liberis uiuentes, coepit sentire calores: uidelicet febrium, tota porticus eius: scilicet diuitis. uestitur: idest cooperitur, tabellis: scilicet uotiuis, fixis: idest affixis illic legitime: idest rite. existunt supple captatores: qui promittunt si amicus. scilicet conualescat. hecatōben: idest sacrificium centum boum. quatinus: idest quando quidem, elephanti nec sunt hic. i. Romae uenales. nec talis bellua concipitur: idest generatur usquam sub nostro sidere: idest climate aut polo. sed petita a gente furua: idest nigra: ut a Mauris, Indis, & Aethiopibus. & ipsa existens armentum Cęsaris: idest imperatoris. pascitur arboribus rutulis: idest apud Rutulos populos italiae. & in agro Turni Rutulorum quondam ducis nulli: idest non ulli. non paratum seruire illi priuato: siquidem quia uidelicet maiores: idest progenitores. horum: idest elephantorum. solebant parere tyrio Hannibali Carthaginensium: scilicet duci & nostris: idest Romanis ducibus. & regi Molosso: idest epirotico uidelicet Pyrrho, & solebant ferre dorso suo cohortes aliquem partem belli. & turmam: idest multitudinem certam militum euntem in praelia: idest praeliari uolentium: quasi dicat propter generositatem eo q; olim elephantis bella gesta sunt. uetitum est ne priuatis: idest cui reipu. gubernatores nō sunt: non emant eos ad usus suos: quod si uetitum non esset: etiam elephantos pro salute diuitum orborum mactarent. Igitur quia nunc uetitum est: nulla mora supple fit per Nouium: idest quantum est in Nouio: si lex non obstaret. & nulla mora est per Histrum pacuuium captatorem illum auidissimum. quin: idest quominus: idest ut non. illud ebur: scilicet elephantorum ducat ad aras, & cadat ante lares: idest Deos domesticos. Gallitae: idest illius diuitis orbi. existens uictima sacra & digna tantis Deis: scilicet tantis thesauri custodibus & captatoribus horum: scilicet orborū. enim pro quia alter captatorum: scilicet pacuuius. si concedas: idest lex concedat mactare seruos se licet mouebit: idest amouebit a domo ad aras magna & pulcherrima quaeque: idest omnia ualde pulchra corpora seruorum. & imponet pueris: idest domesticis suis. & frontibus ancillarum suarum uittas: idest quaedam ornamenta capitum, quae sacrificandis imponebantur. unde dicit de se Sinon secundo Aeneidos: Mihi sacra parari: Et salsae fruges: & circum tempora uittae. Et si qua: idest aliqua iphigenia: idest filia, qualis erat iphigenia Agamemnonis: qui eam pro interfecto ceruo Vt Dianam placaret: propter graecorum salutem, & prosperam nauigationem habendam sacrificare uoluit: & secundum Horatium sacrificauit: quod etiam Virgilius dicit in secundo Aeneidos: Sanguine placaris uentos & uirgine caesa. Seruius tamen exponit non q; caesa sit: sed cędi iussa. Si ergo ulla filia sit illi domi: ipse dabit permittat. hāc altaribus. i. sacrificiis. etsi: idest quamuis non sperat placula furtiua: idest piationem & placationem per furtiuam oblationem filiae: & suppositionem ceruae sicut iphigeniae contigit secundū tragoediam Sophoclis. unde addit ceruae tragicae: idest quae in tragoedia Sophoclis dicitur pro iphigenia supposita & mactata. Laudo meum ciuē &c. Videntur quibusdam haec esse uerba captatoris respondentis Iuuenali. & ita ordo erit: Ego laudo meū ciuem: scilicet Gallitam, aut pactium. nec comparo testamento illius mille rates graecorum: tot enim fuisse dicuntur, unde Virgilius in secūdo Aeneidos: Nō anni domuere decem non mille carinae &c. Sed sequentia indicant: q; sunt uerba poetae ironice loquentis: quia de captatore in tertia persona loquitur. Ordo igitur est. Ego laudo meum ciuem: scilicet Pactium. nec comparo: idest aequiparo. testamento diuitis orbi mille rates: idest ego puto plus esse impetrare tam amplum testamentum per mortem filiae, q̄ saluasse mille rates. nam si aeger euaserit Libitinam: idest mortem, cui Libitina praeest. ipse inclusus carcere nassae: idest uasis ex uiminibus confecti: in quod ingressus piscis, egredi nescit (idest ipse captus tanquam piscis. unde piscem uocant diuitem captandum: sicut Martialis: Et piscatorem, quomodo piscis amat) delebit. post meritum sane: idest ualde mirandum: uidelicet q; sanguinem humanum aut hecatomben pro salute amici obtulerit tabulas prioris testamenti. atq; ipse dabit forsan breuiter: idest ꝓpe diem omnia supple bona sua soli pacuuio. ille scilicet Pacuuius incedet superbus: idest elatus. & hoc riualibus: idest competitoribus, uictis: idest superatis. Ergo inquit per ironiam poeta: Tu uides q̄ grande operaepretium: idest commodum & utilitatem faciat Mycenis: idest iphigenia Mycenarum regis filia: quae a patria Mycenis dicta est (& declinatur haec Mycenis huius Mycenidos &c.) iugulata: idest pro sacrificio mactata. Ego inquit poeta: semper ironice loquens: ego quaeso ut pacuuius uiuat. uel: idest etiam totum Nestora: idest totam uitam Nestoris: qui tres aetates hominum uixisse dicitur, & ut possideat tantum supple quantum rapuit: idest uiolenter suis abstulit: & ut exaequet: idest aequum, & aeque magnum faciat aurum suum montibus, & tamen quia captator est: nec amet quenquam, sed diuitias eius: nec ametur ab ullo: idest nullum habeat uere amicū: quasi dicat indignus est uero amico: qui res non hominem amat.

Ponamus nimios gemitus, flagrantior aequo
Non debet dolor esse uiri, nec uulnere maior.
Tu quis leuium minimam, exiguamque malorum
Particulam uix ferre potes spumantibus ardens
Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
Depositum, stupet haec, qui iam post terga reliquit
Sexaginta annos Fonteio consule natus.
At nihil in melius tot rerum proficis usu?
Magna quidem, sacris quae dat praecepta libellis
Victrix Fortunae sapientia, dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda uitae,
Nec iactare iugum uita didicere magistra.
Quae tam festa dies, ut cesset prodere furem?
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quaesitum, & partos gladio, uel pyxide nummos?
Rari quippe boni, numero uix sunt totidem, quot
Thebarum portae, uel diuitis hostia Nili.
Nona aetas agitur, peioraque saecula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & a nullo posuit natura metallo.
Nos hominum, Diuumque fidem clamore ciemus,
Quanto Fessidium laudat uocalis agentem
Sportula. dic senior bulla dignissime, nescis
Quas habeat Veneres aliena pecunia, nescis
Quem tua simplicitas risum uulgo moueat, cum
Exigis a quoquam ne peieret, & putet ullis
Esse aliquod numen templis, araeque rubenti.
Quondam hoc indigenae uiuebant more prius, quam
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc cum uirguncula Iuno
Et priuatus adhuc Idaeis Iuppiter antris,
Nulla super nubes conuiuia caelicolarum,
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos, & iam siccato nectare tergens
Brachia Vulcanus liparaea nigra taberna.
Prandebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum
Talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis
Numinibus miserum urgebant Atlanta minori
Pondere, nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium, aut sicula toruus cum coniuge Pluton,
Nec rota, nec furiae, nec saxum, aut uulturis atri
Poena, sed infernis hilares sine regibus umbrae.

JOAN. BRIT. ¶ Ponamus: pro deponamus aphaeresis est. ¶ Flagrantior aequo: uehementior quam res poscat. Seneca de tranquillitate uitae: In tuis quoque malis id agere te oportet ut dolori tantum des, quantum poscit. ¶ Spumantibus uisceribus: feruentibus ira. ¶ Depositum: idest quod (auctore Vulpiano de significatione uerborum) custodiendum alicui datum est ex eo quod po- (Depositum) nitur. nam de praepositio auget depositum ut ostendit totum fidei eius commissum quod ad custodiendam rei pertinet. ¶ Sacrum: quod debet esse tam quam res sacra, ac per hoc minime uiolandum. ¶ Stupet haec: familiaris reprehensio in Caluinum quasi non conueniat eum, qui iam grandi sit aetate: & quod saepe id multis accidere cognouerit admirari. nam (ut ait Cicer.) sapientis est nihil cum acciderit, admirari ut inopinatum ac nouum accidisse uideatur. ¶ Stupet (Stupere) haec, potest haec admiratiua interrogatione qua solemus rem aliquam improbare, stupere aute est id quo sensus ali non uigent, quod aut metu, aut fulmine putauit accidere Cornelius Celsus. unde Persius: Sed stupet hic uitio. Terentius: Animus lassus cura confectus stupet. Dicimus etiam membra nimio oppressa fri- (Fontei?) gore stupere. ¶ Fonteio consule natus. Fonteii meminit sic plinius libro septimo capite uigesimoprimo: Nuperque Fonteio & Vipsanio consulibus annos nouem genitum puerum a meridie ad uesperum lxxv. millia pas. cucurrisse. de hoc meminit & Soli. capi. iii. Caeterum Caligula natus est patre suo & C. Fonteio consulibus: auctor Tranquillus. ¶ Nil proficis: non discis longo rerum usu haec multis accidere? ¶ Magna quidem, sacris: sapiens, inquit, uir omnibus fortunae telis & casibus resistit, inuictumque se praebet. animi magnitudine omnia uitae incommoda superat, omnia se inferiora putat, sicque (Sapientia) idem Caluino faciendum latenter ostendit. ¶ Sapientia: ipsa philosophia moralis quae est antea sapientia nominatur: a pythagora philosophia est appellata: cum se apud Leontem phliasiorum principem, non sapientem, sed philosophum nominasset: idest sapientiae studiosum. ¶ Sapientia: subaudi extrinsecus est, ut sit: Sapientia est uictrix Fortunae. idest ii qui ex sapientiae praeceptis, & philosophiae uiuunt: casibus Fortunae aduersis non infringuntur, Fortunae ludibria contemnunt. ¶ Magna praecepta: salubria & ad bene, beateque uiuendum pertinentia. ¶ Sacris libellis: quasi qui re sacram continent, est enim philosophia (ut ait Cicero) uitae dux, uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum. ¶ Incommoda uitae: res aduersas si acciderint. ¶ Nec iactare iugum: non abiici urgente Fortuna sumpta translatione a bobus, qui urgente labore, iugum renuunt & excutiunt quasi succumbentes: ut ostendat hominem in aduersis animo debere esse forti & erecto, talem que uirum fortem appellamus, cuius proprium est dolorem, mortemque contemnere. Vnde illud est Ciceronis: Fortis uero animi, & constantis est non perturbari in rebus asperis. ¶ Vita magistra: longa enim uita est nobis magistra, & quasi monitrix multa homini incommoda omnino ferenda. ¶ Quae tam festa dies: hoc dicit, quia in die festo non licebat de scelere agi: hocque totum est consolationem Caluini ex frequentibus sceleribus. ¶ Prodere: accusare, & manifestare. ¶ Gladio: caede hominum. ¶ Pyxide: ueneno quae in pyxide seruantur. ¶ Rari quippe boni: adeo, inquit, pauci boni existunt ut uix septem reperias, sicque alludit ad septem illos sapientes Graeciae, qui uiri uidentur dici potuisse boni, fuerunt autem ii, Thales, Solon, Periander, Cleobolus, Chilo, Bias & pithacus. ¶ Thebarum portae: Thebae Boeotiae septem habent portas. Ouidius secundo Tristium: Contacta Thebas, & mutua uulnera fratrum: Et septem portas cum duce quamque suo. ¶ Hostia Nili: septem Nilus hostiis in mare funditur. de quibus Diodorus, Strabo, plinius & Mela Virgilius in Georgicis: Et diuersa ruens septem discurrit in ora. Ouidius Nilum ab septem hostiis septemfluum appellat libro primo Metamorphoseos. ¶ Diuitis: totam Aegyptum diuitem & fertilem reddentis. inundatione enim Nili tota Aegyptus (ut auctor est Diodorus) fit fertilis. ¶ Nona aetas agitur: ostendit tam multiplicata esse humani generis scelera: ut iam tempora duplo peiora sint, quam fuerint ferrea & ita peiora aut eorum sceleribus nomen non inueniatur a metallis, & sic est rei exaggeratio, hoc magis placet quam ut numeres aetates octo a metallis, non enim nominatur aetas electri, aut stagni, aut plumbi: sicut aetas auri, argenti, aeris, & ferri. Sed melius est legamus quemadmodum in uetere codice scriptum inuenitur: Non ne aetas agitur, peiora que secula ferri: id quod cum interrogatione. ¶ Quorum scilicet seculorum. ¶ Metallo: (Metallū) metallum dicitur uena auri, argenti, ferri, aeris, plumbi, marmoris, μεταλλάω enim dicunt idest quod scrutor & inquiro, talia enim per uenas terrae quaeruntur. Aut metalla (ut sensit plinius libro trigesimotertio) dicta putauerunt graeci quasi μετὰ ἄλλα, quod ubicunque una inuenta uena est, non procul inuenitur alia: & hoc quidem in omni fere materia. μετὰ enim post significat ἄλλα alia: quasi alia uena post aliam. ¶ Non inuenit: ordo est ipsa natura non inuenit. ¶ Nos hominum

Plutoni infernæ tenebræ, Ioui cœlum cum laxo æthere & nubibus. Terra autem & Olympus non certi Dei, sed communes omnium sunt. ¶ Sicula cum coniunge Plutonis idest nondum erat Pluto dominus inferorum constitutus cum Proserpina Cereris filia, quam postea in Sicilia flores colligentem rapuit secum ad inferos deductus raptu eleganter cum Claudianus, cum Ouidius quinto Fastorum. ¶ Nec rota nondum erat apud inferos statuta supplicio, per rotam autē intelligit cruciatum Ixionis qui intextus rotæ torquetur. id

Xions fabula

enim supplicii pati dicitur, quod cum Iouis & Iunonis esset secretarius, ausus est Iunonem de stupro interpellare, quæ ei suadente Ioue nubem in sui formam obiecit, cum qua concubuit, grauidamque fecit: ex qua Centauri nati sunt qui a poetis nubigenæ uocantur. Cum postea gloriaretur se rem cum Iunone habuisse, eum Iupiter rota serpentibus circumfusa intexuit. Tibullus: Illic Iunonē tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota. ¶ Nec furiæ scilicet infernales, Alecto, Tisiphone, & Megæra quæ filiæ dicuntur fuisse

Furiæ Noctis, & Acherontis. De quibus sic. Virgilius: Dicuntur geminæ pestes cognomine diræ, Quas & tartaream nox intempesta Megæram Vno eodemque tullit partu. ¶ Nec saxum: quo Syfiphus punitur. Is enim cum isthmum latrociniis infestaret, cogebat transeuntes pedes sibi lauare, quos of

Syfiphi fabulas ficio occupatos calcibus in mare prouiciebat, a Theseo interemptus est: & hac apud inferos iugi afficitur pœna: ut grande saxum aduersum montem ferat: quod cum ad montis verticem truserit lapsum ad ima redit. Ouidius: Aut petis, aut urges rediturum Syfiphe saxum. ¶ Aut vulturis atri pœna qua Tityus afficitur: qui cum Latonæ vim inferre uellet, ab Apollinæ sagittis confossus fuit: ad inferos trusus: ubi vultur eius cor renascēs assidue depascitur. unde Tibullus

Tityi fabula Porrectusque nouem Tityus per iugera terræ Assiduas atro viscera pascit aues. is enim filius fuit Iouis ex Thiara filia Orchomeni, quam cum Iupiter grauidam fecisset, Iunonisque iram timeret, in spelunca sub terra abdidit, unde natus Tityus filius Terræ est existimatus. ea corporis magnitudine fuit, ut nouem terræ iugera occuparet.

ASCĒ. ¶ Ponamus Ordo est: O Caluine ponamus: idest deponamus nimios gemitus. dolor uiri non debet esse flagrantior: idest feruentior æquo: idest quā æquum est. nec maior vulnere. idest læsione aut amissione. potes tu uix ferre minimam, & exiguam particulam malorum. quamuis: idest quantumuis leuium ardens uisceribus spumantibus ex feruentia iræ quia: idest quia amicus: idest quem confidebas esse amicum. non reddat tibi depositum sacrū: idest sub sacramento fidei: quasi dicat id stulte facis. quia is, qui natus Fonteio consule reliquit post terga sua sexaginta annos: idest homo sexagenarius. stupet: idest stupere potest hæc: idest perfidiam & periuria quia (ut dicet) improbitas illo fuit admirabilis quo: nunc autem casus hic multis cognitus: & ideo minime mirandus At: idest sed. tu nihil proficis in melius usu: idest experientia tot rerum. Sapientia: idest studiū philosophiæ, uictrix Fortunæ (quia quo sapientior quis, tāto minus Fortunę illi obueniunt, tantoque minus amat Fortunam, quinimo sapiens dominabitur astris) quæ dat præcepta sacris libellis. est supple quidem: idest certe. magna: idest res excellens. dicimus autem quoque: idest etiam hos felices: qui didicere non ex libris philosophorum sed uita magistra: idest magistrante & docente. ferre: idest tolerare incommoda uitæ. nec: idest & non. iactare: idest repellere & recusare more boum rebellium & recalcitrantium. iugum: idest onus aduersitatis. Quæ dies est tam festa, quæ cesset prodere furem: quasi dicat nulla: ut nunc ita tunc quoque festis diebus plura crimina fiebant. quā profestis: sed aduerte quod etiam tunc peius putarent festis peccare. Et quæ cesset prodere perfidiam, fraudes, & lucrum quęsitum ex omni crimine, & nummos partos: idest acquisitos gladio. & pyxide: idest ueneno clauso in pyxide: quasi dicat nulla. Quippe: idest quia certe. boni. i. iusti sunt rari: uix sunt tot numero: quot portæ Thebarū in Bœotia quarum septem fuerunt portæ: uel quot sunt hostia: idest receptacula in mare. Nili: idest illius fluminis diuitis. idest facientis per inundationem acolas diuites: quæ etiam septem sunt. Aetas noua agitur: idest pessimorum hominum. Prima enim fuit Deorum sine vllo crimine. Secunda Deorum regnante adulterio: ut in sexta dictum est. Tertia semideorum. sed magis ad diuinitatem accedentium. Quarta semideorum, sed magis ad uitas hominum inclinātiū. Quinta heroū mortalium quidem, sed uirtutem totam amplexantium. Sexta heroum non omnino perfectorum. Septima hominum plus ad uirtutem, quā ad uitia properantium. Octaua hominum plus ad uitia quā ad uirtutem accedentium. Nona est sola vitia sectantium, quæ ætas, inquit poeta, nunc agitur. & sæcula peiora temporibus ferri: quibus plurima, sed non sola vitia regnabant supple aguntur. quorum sæculorum sceleri ipsa natura non inuenit ullum nomen conforme: scilicet metallis: sed posuit ipsum a nullo metallo. Sicut cætera sæcula denominari possunt aureum: argenteum: electreum: cereum: cupreum: stanneum: plumbeum: & ferreum. Nos quamuis in perditissimo sæcula simus, ciemus: idest implorāmus tanquam desperantes fidem hominum, que pro &. Diuum idest Diuorum. clamore supple tanto, quanto sportula uocalis: idest quæ uocem multorum excitat: laudet Fessidium causidicum agentem supple causas. & ita per transitum tangit Fessidium, qui ut laudetur, sportulam dabat. sensus aūt est: Nos bene fatui sumus: qui nunc contra uitia tanto clamore utimur: quanto clientes recipientes sportulam a Fessidio in ipso laudando. unde addit. Dic Caluine senior dignissime bulla: idest insigni puerorum, qui scilicet adhuc sentis ut puer. nescis quas Veneres: idest Venustates habeat pecunia aliena? nescis quem risum: idest qualem irrisionem moueat: idest excitet tua, simplicitas vulgo. cum exigis: idest requiris a quoquā. ne peieret: idest periuriū faciat inepte dixeris periuret. & supple ut putet aliquod numen: idest diuinitatem esse ullis templis & aræ rubenti sanguine: scilicet aut igni sacrificiorum. Indigenæ: idest antiquissimi populi Italiæ: qui inde geniti ex nulla patria aduenerunt. Viuebant quōdam hoc more: idest cum Deorum timore priusquam Saturnus fugiens Iouem filium suum, unde exclusus est. sumeret falcem agrestem: idest cultrum incuruum quo uites incideret more agrestium. & hoc diademate: idest insigni regali capiti ad imponendam coronam seruienti. tūc dico cum Iuno supple esset adhuc virguncula: idest parua uirgo & Iuppiter esset adhuc priuatus antris Idæis, in quibus absconsus dicitur. & cum adhuc nulla essent conuiuia cælicolarum super nubes: idest in cælis. Nec puer Iliacus: scilicet Ganymedes supple raptus erat adhuc ad cyathos: idest pocula Deorum: nec formosa Vxor Herculis: idest Hebe Iunonis filia: erat supple adhuc adhibita ad cyathos. & Vulcanus faber fulminum Iouis, tergens: idest denudans. iam siccato: idest ebibito. nectare: idest Deorum potu. bracchia nigra: idest fuliginosa. in taberna: idest officina & operatorio. Liparæa: idest Liparæ insule materie fulminum plenæ. & cum supple quisque Deus prandebat sibi: idest solus. nec turba Deorum supple erat talis: idest tam multiplex. ut: idest qualis est nunc. & cum sidera contenta paucis numinibus: idest Deis: Vrgebant Atlanta: idest regem Mauritaniæ in montem, qui Axem humero torquet stellis ardentibus aptum, conuersum. miserum: idest miseratione dignum minore pondere, idest onere. Et supple cum nondum quisquam: scilicet Deorum esset supple sortitus triste imperium profundi: idest inferni. nec Pluto nunc Deus inferni existens toruus: idest immitis. cum coniuge sicula: idest proserpina filia Cereris, quam in Aetna monte Siciliæ rapuit: supple sortitus erat imperium inferni. nec rota, qua nunc Ixion torquetur: nec furiæ infernales: nec saxum quod Syfiphus nunc uoluit: aut pœna atri vulturis: qui secur Tityi nunc excedit supple esset adhuc. sed Vmbræ: idest manes, siue spiritus inferni, supple erant hilares sine infernis regibus. tunc (ut dictum est) indigenæ viuebant hoc more.

IOAN. BRIT. ℭ Glandis acerruos:homines enim ætate aurea arbor foeti bus vescebantur. Tibullus: Rura cano, rurisq; Deos his uita magistris Desueuit querna pellere glande famē. Claudianus primo de raptu sic: Vn̄ datę fruges populis, & glāde relicta Cesserit inuentis dadonia quercus aristis. ſ Plura farra: id est esset ditior. Farra aūt noiauit, quia antiq (ut Verri⁹ tradit) trecētis annis farre uixerūt.

re futuros. Nā cum araret, impresso altiore sulco, puer repē te natus est sensu prudentia, q dictus est Tages, quo uiso bu bulcus obstupefactus clamorem maximū extulit, ad quē, to ta Hetruria concurrit. Tum puer plura oibus audientibus locutus est: quæ ad d sciplinā ptinerent aruspicinæ: quarū ex cepta literis mādata fuerūt. Myrsilus quoq; Lesbius scribit,

ſ Primaq; par adeo: legēdū ē pari nō aūt pars. vt sit sēsus: Prima lanugo & primū bar bitiū erat par sacrę senectę. i. pueri barbatū iuuenem, qui ætate fuisset maior uenera banť, vt senem. ſ Nō inficie tur: non deneget. ſ Veterem follē: quasi rē utilissimā. i. mar supiū ipsum uetus & attritū Follis Nā follis pro repositorio nū mor̄ ponitur, vn̄ Apule. lib. .iiii. Metamo. Nummularius pānosus alioqn & sordidus, aureos folles icubabat. Iuue. in sequentibus: Vetēso folle reuerti inde domū possis, tu midaq; supbū aluto. Follem item accipimus pro instrumē to. quo uētus attrahiť & e mittiť. vn̄ & follē appellam⁹ genus pilæ, qd uento inflať. de quo ita meminit plautus: Ego te follem pugillatoriū faciam: & pendentē cursabo pugnis. Mar. Folle decet pue Folliculus ros ludere, folle, senes. Tran gl. in Augusto: post bella ciui lia ad pilā primo, folliculum q transit, folliculū item acci pimus pro tegumento legu minū, & id genus cęt. ſ Cū tota ærugine: cum tota mo Aerugo Aeruca neta ex ære rubiginosa: q̄ ex longo in arca situ rubiginē cōtraxerit, Aerugo enim idē est, qd rubigo. Plin. lib. vx. lo quens de amurca: Aꝛes deco ctā ungi, atq; æramēta con

Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunq; puer, licet ipse videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
Tam uenerabile erat præcedere quattuor annis,
Primaq; par adeo sacræ lanugo senectæ.
Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem
Prodigiosa fides, & thuscis digna libellis,
Quæ q coronata lustrari debeat agna.
Egregium, sanctumq; uirum si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & foetæ comparo mulæ,
Solicitus, tanq̄ lapides effuderit imber,
Examenq; apium longa consederit vua
Culmine delubri, tanq̄ in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega, quid si bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo? maiorem tertius illo
Summam, quam patulæ vix ceperat angulus arcæ?
Tam facile, & pronum est superos cōtemnere testes,
si mortalis idem nemo sciat. aspice quanta
Voce neget, quæ sit ficti constantia vultus.
Per solis radios, tarpeiaq; fulmina iurat,
Et Martis frameam, & cyrrhæi spicula vatis,
Per calamos venatricis, pharetramq; puellæ,
Perq; tuum pater Aegæi Neptune tridentem,
Addit & Herculeos arcus, hastamq; Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.
Si vero pater est, comedam inquit, flebile nati
Sinciput elixi, pharioq; madentis aceto.

Hetruscos diuinatiōes repe risse. ſ Lustrari: expiari. ſ A gna coronata: aut uittis: aut corona ornata. nā ita ad sa crificiū ducebātur victimæ. ſ Egregiū, sanctumq; uirū: iniquitatem tēpor̄ suorū no tat, qbus mira bonor̄ uiror̄ paucitas erat. est enim sensus Si virū bonum cōspexero, il lū cōparauero puero bimem bri: ve innuat ꝓdigiosū tē esse, si vir bonus inueniatur. ſ Et mirāti sub aratro: ordo est & sensus: Et cōparo pisci bus inuētis sub aratro mirā ti, vt rei inanimatæ dederit sensum: quasi aratrum mireť nouitate monstri. ſ Et foetę mulæ: quæ peperit: nā mulę non pariunt. licet Plin. testeť annales tradidisse mulā pepe risse. sed in portētum. scribit Apianus lib. primo: Mulā an te Syllæ aduētū i vrbem pe perisse. ſ Imber effuderit la pides: portentosum enim est lapidibus pluisse: qd tn̄ acci disse scribit Liuius & Valer. maximus lib. primo. In pice no lapides pluisse. Tibullus: Multus ut in terras depluerit q; lapis. Cæter̄ Apianus lib. iii. bellorū ciuiliū sic scri bit: Circa Solē porro insolita apparuere signa, &, imbres la pidei e cælo missi, continua q; fulmina in teplis, statuisq; Deorū deciderūt &c. ſ Exa menq; apiū ꝓdigiū (ut scri.

tra æruginem. Aeruginem etiam docet Victruuius lib. vii. genus esse coloris, quā uocant ærucam: eamq; dicit effici cū doliis sarmenta collocantes aceto suffuso, supra sarmenta col locant lamellas æreas, deinde ea operculis obturant, ne spira mentum obturata emittant post certū tempus aperientes, in ueniunt ex lamellis æris ęruginem quam (vt dixi) appellāt ærucam. De ærugine æris multa scribit Pli. libr. xxxiii. capi. xi. & xii. ubi ait copluribus modis fieri: medicamentis autem miscetur. Vnde ait: Aerugo cruda Vulnerariis emplastris mi scetur. De ærugine itē crebra fit mentio apud Cor. Cel. lib. v. ſ Prodigiosa fides: loco prodigii habet si tantā fidē inue Prodigium Ostentū Portentum Mōstrū nias vt depositū non negeť. Prodigiū est enim dictū (aucto re Cice. in lib. de Diuinatione) qd porro dicat: ostentum ab ostēdendo: portentū a portendēdo. i. significando: mōstrū a monstrādo. ſ Thuscis digna libellis. i. quæ ex instituto hetru scæ disciplinæ procuretur. nā aurispicina inuenta fuit ab he truscis. in agro enim Tarquiensi puer dr̄ diuinitus exortus Tages Aruspicinæ repertor noie Tages, q disciplinā cecinerit extipiscii: quā Lucumōes Hetruriæ potētes exscripserunt. auctor Censorinus. de quo sic & Oui. lib. viii. Met. Haud aliter stupuit q̄ cū Tyrrhenus arator, Fatalem glebā motis aspexit in aruis. Spōtę sua pri mū, nulloq; agitāte moueri, Sumere mox hois, terręq; amit tere formā: Oraq; uenturis aperire recētia fatis. Indigenę di xere Tagem, q primus Hetruscā Edocuit gentē casus aperi

Pli.) faciunt apes, sit aut domi bus, aut templis consederint, in speciemq; vuæ dependerint. Columella: Deinde cum exa men glomeratū in ꝓximo frondentis arbusculæ ramo conse derit, animaduertito an totum examen in speciē vnius vuæ dependeat. ſ Miris gurgitibus: inusitatis uadis. ſ Vorticeli quore. nam Vortex proprie appellatur aqua in gyrum se a gens a vertendo. vnde Virgilius. Et rapidus vorat æquo re Vortex. ſ Quid si bis centum: consolatio ab aliena calami tate & grauiore, q. d. ęquo aio tibi ferēda est fortuna tua qn̄ aliis longe grauiora acciderūt, & tn̄ omnia patienter tulere. ſ Quid: subaudi dicas q̄ miserabile cēseas. ſ Arcana. i. deposi ta sine ullis testibus. ſ Hoc mō: quo tu perdidisti p fraudem. ſ Tā facile: tam impii sunt hoies: vt Deos ipsos, q oium hu manar̄ opationū sunt cognitores, facile cōtemnāt. nec metu an ne puniant. ſ Ficti uultus: hois est scelerati vultū fingere. vnde Teren. Vultus quoq; hoium fingit scelus. nā differētiā faciunt inter vultū, & faciē: ut facies sit ipsa oris spēs: licet ēt capiať pro tota forma: & quasi statura totius corporis: vt est illud apud Plau. Sed earū nutrix, qua sit facie mihi expedit, statura nō magna corpore aqlo. Ipsa est, spec e venustiore, at q; oculis pernigeis. refertur q; nō solū ad corpus hois, sed ēt ad alia multa. vt si dicamus: Faciē cognoscas faciē loci, & fa ciē vrbis: hoc est spēm & formā loci & vrbis, vultus vero a volendo dictos uoluntatē ipsam significat hois q̄ pro motu

animi

animi in facie ostendit. Et licet uultus proprie ad animũ, fa
cies vero ad corpus referatur, vt mœsto vultu, irato vultu,
longa facie, breui facie. est tamẽ q̃n vtroq; vti liceat: fœdata
facie, fœdato vultu. scissa facie, scisso vultu, cõuersa facie, cõ
uerso vultu. ¶ Per radios Solis: Persæ (vt scribit Iusti. libro
pri.) Solem vnum Deũ esse credunt, & equos eidẽ sacratos
ferunt. Herodotus aũt scribit lib. pri. persas Soli, Lunęq; sa
crificare, & Telluri, & Igni, & Aquę, & Vẽtis: quos solis gu
bernant &c. ¶ Tarpeia. i. quę Ioui assignãtur: cuius templũ
in colle Tarpeio situ erat: qd postea (vt diximus supiore Sa
tyra) Capitoliũ fuit appelatum a capite hois ibi iuẽto, cum
fundamenta iacerent. Tarpeius aũt est dictus a Tarpeia vir
Framea gine ibi a Sabinis necata & sepulta. ¶ Frameã Martis. i. gla
dium Martis. licet framea etiã pro hasta accipiat. Tacitus
lib. de Germaniæ situ sic inqt. Rari gladiis, aut maioribus
lanceis vtunt hastas vel ipsorũ vocabulo frameas gerunt an
gusto & breui ferro. Idẽ paulo inferius: Scutũ cum framea,
gladioq;. De framea ẽt meminit Gelli⁹ lib. x. Hic aũt a Iuue
nale pro gladio poni videt. nã Martis est insigne. vñ poeta
in carmine obscœno sic ait: Nec Mauros illum p quem valet
occulit ensem: Nec latet in tepido palladis hasta sinu. hasta
enim est insigne palladis. Ergo sicut pila sunt tela peculiaria
Romanorũ, gessa Gallorũ, sarissę Macedonũ, ita frameę sunt
Germanorum. ¶ Spicula: sagittas. Virg. Non pudet auratas
Spiculũ phœbũ portare sagittas. Spiculuʒ ꝓprie appellat cuspis illa,
quę sagittis ꝓfigitur. Spiculum tñ legimus capi pro telo grã
diore & hastato. vñ valerius libro. iii. capite de fortitudine:
M. Aemilius Scaurus arma sibi afferri iussit: qbus allatis vlti
ma senectute cõfectum, & pene dilapsum corpus induit: spi
culoq; innixus ante fores curiæ cõstit t. ¶ Vatis cyrrhęi: Apol
linis, q Delphis oracula dabat ex spelunca: apud quos uicina
est Cyrrha. nã ab ea ad Delphos incipit ascensio stadia fere
Cyrrhe- lxxx. hic ergo dicebat Appollo cyrrhę⁹. Delphi aũt & Cyr
us Apol- rha oppida sunt phocidis regionis. ¶ Per calamos: sagittas,
lo quæ ex calamis fiebãt. Virg. Cũ Daphnidis arcum Fregisti,
Delphi & calamos. calamis orientis populi bella conficiunt, calamis
Cyrrha spicula addunt irreuocabili hamo noxia. plin. ¶ Puellæ ve
natricis: Dianæ. ¶ Neptune pater Aegæi: ferunt enim fabulę
Aegęum regẽ Athenarũ filium fuisse Neptuni, patrẽ Thesei.
¶ Tuum tridentẽ: fuscinam tuã. Poeta in carmine obscœno:
Fulmen habet mundi dñs, tenet illud aperte: Nec dat æquo
reo fuscina tecta Deo. ¶ Herculeos arcus: legendũ est arcus
nõ artus. de telis enim intelligit. sequitur nãq;: Quicqd habẽt
telorũ armamentaria cæli. ¶ Armamẽtaria: loca vbi reponũ
tur arma. ¶ Si vero pater ẽ. i. si filios habet. ¶ Comedam: hoc
sic obtestat: vt sibi habeatur fides. ¶ Sinciput: bene aũt sinci
Sinci- put hoc est partem illã capitis, cui cerebrũ subditũ est. Qui
put enim de capitis natura scripserunt, inter quos est Theodo
rus Gaza apud Aristotelẽ, ita illud diuiserunt: vt capitis par
tem, q̃ capillis integit, caluam appellẽt, ceruicisq; priorẽ par
tem sinciput nouissime cõsistere solitã oium enim ossiũ cor
poris vltimũ id cõcrescit & indurat. posteriorẽ occiput, me
diã inter sinciput & occiput verticem, cerebrũ sincipiti sub
ditũ volunt: videturq; sinciput appellatũ, quasi sincerũ caput
non semicaput: q ibi cerebrum, & cõis oium sensus resideat.
qd facile ex his uersibus Sidonii agnoscas: Partemq; cerebri
Hic galeæ cũ parte rapit, fortiq; lacerto Discicit ãcipiti mise
rabiles sinciput ense. vñ & plau. in Menechmis: Nõ est tibi sa
num sinciput adolescens. p qd oino videt intelligere priorẽ
capitis partẽ, cui cerebrũ subiectũ est. Greci βρεγμα appella
runt. occiput aũt pars est capitis posterior vacua. videturq;
dictũ occiput quasi occiduũ caput: q ibi nullus sit sensus, si
cut in priore parte. Illud ẽt addẽdum: sinciput aliqñ apud
poetas põi pro capite, vt illud apud persiũ: Mihi festa luce
coquat Vrtica, & fixa fumosum sinciput aure. vt sit pars p
toto Flauius Vopiscus in Tacito sic inqt. Conuiuium vero
vnius gallinacei: ita ut sinciput adderet, & oua p oibus ole
ribus affatim ministrãtibus, lactucis impatiẽter illusit. ¶ Fle
bile: deflendũ mihi. ¶ Elixi: aqua cocti, a liquore secũdũ Var
ronẽ. ¶ phario: Aegyptiaco, pharus, n. est insula cũ turri eius

dem nominis Alexandriæ opposita. De qua non pauca Cæ
sar in cõmentariis, Plin. Strabo, Solinus, & Lucanus. Prop
tius: & ptolomęæ littora capta Phari. Acetum autem Aegy
ptiacũ optimũ fuisse ostẽdit Martialis: Amphora niliaci nõ
sit tibi uilis aceti: Esset si vini uilior illa foret. ASCẽ.
¶ Improbitas illo fuit admirabilis æuo. Ordo est: In probi
tas. i. improbãda fuit admirabilis propter raritatẽ illo æuo:
quo indigenę soli uiuebãt in Italia quasi uitia ex aduenis or
ta sint. Ipsi ueteres credebãt hoc quod sequtur nefas grãde, &
piandũ. i. purgandũ more cõmittentis. i. si iuuenis non assur
rexerat barbato cuicũq;. i. etiã pauperrimo: licet ipse puer ui
deret domi suæ plura farra: & maiores aceruos glãdis pulte
enim ex farre & glande uescebantur: & ita in illis erant eorũ
diuitiæ tam. i. intãtũ. erat uenerabile precedere in ætate qua
tuor anni. & lanugo. i. tenuis adhuc barba sacræ senectæ. i.
quæ erat indiciũ aduentãtis sacræ senectæ. erat sup. adeo. i.
intantũ prima pars. i. prima portio dignitatis: ut . s. capitale
esset illi non assurrexisse. legunt qdem par. ut sit prima lanu
go. i. modica barba erat adeo sacræ senectæ. i. tam inceperãt
uenerari etiam lanuginam primã habẽtes ob futurã senectã.
Nunc si amicus non inficietur. i. abneget depositũ. i. rem fidei
suæ seruandã datã. si amicus reddat ueterẽ follẽ. i. sacculum
pecuniarum ex corio. cũ tota ærugine. i. pecunia æruginosa
. i. si eandẽ crumenã nõ apertã: sed usq; ad æruginẽ pecuniæ
seruatã reddat cum pecunia tota. fides eius. i. fidelitas est pro
digiosa. i. monstri & prodigii plena: quia vt monstrũ raro ui
sa: & digna propter nouitatem casus tabellis, aut potius li
bellis. i. scriptis thusc. s. i. aruspicũ thuscorum. & quæ debe
at lustrari. i. cæsido p circuitũ purgari agna coronata. Si ego
cerno uirũ egregiũ & sanctũ. ego cõparo hoc. i. tale mõstrũ
puero bimẽbri. i. habẽti membra sua dupplicia. & cõparo pi
scibus inuẽtis sub aratro alicui supple homini mirãti (& ita
non regitur datiuus mirãti a cõparo: sed ab inuentis: nõ eni
cõparat mirãti, qui monstrosus non est: sed piscibus: hoc di
co propter ordinem a Valla positũ) & comparo mulę fœtę
quæ naturaliter sterilis est. existens solicitus tanquã imber ef
fuderit lapides. & tanquã examen. i. cõgregatio simul euolã
tium apium (sic declinat enim & apium) cõsiderit. i. locum ce
perit: a cõsido longa uua. i. in formã botri collecta. in culmi
ne. i. summitate. delubri. i. prioris partis tẽpli. Alludit ad exa
mẽ ẽm Virgi. in. viii. a Latino uisum. & tanq̃ amnis fluxerit
in mare miris. i. mirandis: quia sanguineis: aut (ut dicit) la
cteis gurgitibus. & pro. i. torrens. i. fluens. uertice. i. impetu se
veriẽte: lactis loco aquarũ. s. Tu quereris. i. cõquereris. decem
sestertia esse tibi intercepta. i. ablata. fraude sacrilega: idest cõ
tra sacramentum fidei & iuramẽti cõmittente furtum. quid
sup. diceres si alter pdidit bis centũ supple sestertia arcana. i.
secrete data. hoc modo. i. fraude sacrilega. & si tertius perdit
maiorem summam illo. i. q̃ ille alter. quam summã. s. maiorem
vix ceperat. i. cõtinere poterat. angulus vrnæ patulæ. i. am
plæ & capacis ad receptionẽ parẽtis. q. d. deberes putare il
lis magis esse dolendũ. & tñ id uulgo fit. Tam facile est & tã
pronũ. i. decliue & per cõsequens minimi conatus cõtemne
re, superos. i. Deũ & sanctos testes, si nemo mortalis sciat idẽ
quia Dei non prebẽt corã iudice testimoniũ. Aspice quanta
uoce neget homo. s. perfidus. & quæ sit constantia uultus fi
cti. i. simulantis fiduciã bonæ cõsciẽtię. ipse iurat per radios
Solis. & per fulmina tarpeia. i. iouis. qui in arce Tarpeia co
litur. & per frameã. i. gladiũ ancipitem. Martis, & per spicu
la. i. iacula. uatis Cyrrhæi. i. Apollinis & p calamos. i. leues sa
gittas. & per pharetrã puellæ uenatricis i. Dianæ. & o Nep
tune pater Aegæi iurat per tuum tridentẽ. i. fuscinã tuã. Ad
dit. & . i. ẽt arcus Herculeos. & hastã Mineruæ. i. Palladis. qc
quid telorũ. i. quæcunq; tela: hoc est arma inuasiua & de lon
ge missibilia, armẽtaria. i. repositoria armorũ. cæli. i. cælestiũ
habet. si uero qui iurat est pater. i. habet liberos inquit: si sup.
mentior comedam. i. comedere cogar. flebile. i. fletibus pro se
quendum. sinciput. i. capitis priorẽ partẽ: idest filii mei elixi.
. i. bulliti. atq; madentis aceto phario. i. acri & laudato: quale
est Phariũ. i. Aegyptiacũ: hoc est ut comederẽ caput ueruecis

Sunt qui in Fortunæ iam casibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri
Natura uoluente uices & lucis,& anni,
Atq; ideo intrepidi quecunq; altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur,
Hic putat esse Deos,& peierat,atq; ita secum,
Decernat quodcunq; uolet de corpore nostro
Isis,& irato feriat mea lumina sistro,
Dummodo uel cæcus teneam,quos abnego,nummos
Et phthisis,& uomicæ putres,& dimidium crus
Sunt tanti:pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet Ladas,si non eget Anticyra,nec
Archigene.quid enim uelocis gloria plantæ
Præstat,& esuriens pisææ ramus oliuæ?
Vt sit magna,tamen certe lenta ira Deorum est,
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me uenient?sed & exorabile numen
Fortasse experiar,solet his ignoscere.multi
Committunt eadem diuerso crimina fato.
Ille crucem pretium sceleris tulit,hic diadema.
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmat.tunc te sacra ad delubra uocantem
Præcedit,trahere immo ultro,ac uexare paratus.
Nam cum magna malæ superest audacia causæ,
Creditur a multis fiducia,mimum agit ille,
Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.
Tu miser exclamas,ut Stentora uincere possis,
Vel potius quantum Gradiuus Homericus,audis
Iuppiter hæc,nec labra moues,cum mittere uocem
Debueras uel marmoreus,uel aheneus?aut cur
In carbone tuo charta pia thura soluta
Ponimus,& sectum uituli iecur,albaq; porci
Omenta?ut uideo nullum discrimen habendum est
Effigies inter uestras,statuamq; Batilli.

IOAN. BRIT. ¶ Sunt qui in Fortunæ:inter philosophos triplex fuit de Diis opinio. Alii.n.(inter quos fuit Diagoras,qui Atheos,dictus est & Theodorus cyreneus, Eumerus egiata, Callimachus & Eurypides tragicus)negauerunt Deos esse:alii Deos esse eẽ fuerunt,sed res humanas nõ curare:itq; fuere Epicurei,qui Deos dixerunt nõ aliter posse immortales esse,nisi quieti & ab omni cura separati eẽnt alii esse & curare. Ait igit Iuuena multos existere,qui Diagore,Milesii opinionẽ sequuti existiment Deum nõ esse, qui res humanas curet,sed tãtummodo omnia nutu Naturæ Fortunęque agi,atq; ideo sine aliquo metu scelera perpetrent. Alios uero esse,qui Deos esse putent,timeantq; eos,& tamen peierent i pluris pecuniam facientes,q̃ irã eorum. ¶ **Natura, quid** Natura uoluente uices:opinionem eorum sequitur,qui Naturã falso a Deo separantes quæ fuerit,quid prius fuerit,Natura,an Deus Si Natura prior ẽ,ergo Deus natus est,atqui Deus nasci non potuit. Rursus si Deus prior est nata est Natura,q̃ si nasci potuit Natura incipit non esse Natura. Hinc illud pendet Ouidii in primo Metamorpho. Hãc Deus,& melior litem Natura diremit,ubi ostendit Naturã esse Deo potentiorem:quasi quæ ante Deum fuerit:& a quo omnia sint orta,quam sententiã tetigit & Claudianus in lau de quarti consulatus Honorii:Talis ab Idæis primæ uus Iuppiter antris Possessi stetit arce poli,famulosq; recepit Natura tradente Deos Et idẽ alibi:Iuppiter(ut perhibent)spatiũ cũ discere uellet Naturæ regni nescius ipse sui. Armigeros vtrinq; duos æqualibus alis Misi ab eois, occiduisq; plagis. vnde falluntur illi qui apud Ouidium exponunt:& pro.i.vt stet expositiue. cum sequutus sit poeta eos philosophos.qui Naturam separarũt(ut diximus)a Deo **Locus Ouidii** uolueruntq; eã esse potiorẽ Deo.quod & Cicero sequut' est in Catone Maiore:cuiq; homini siue Natura,siue quis De' nihil mẽte prestabilius dedisset Itẽ in Paradoxis his uerbis: Tu cum tibi,siue Deus,siue mater(ut ita dicã)rerum omniũ Natura dederit animũ &c.ubi docet Deũ & Naturam non esse idem.sic & Horatius in fine.V. Satyræ.ubi ait Namq; Deos didici securum agere æuũ:Nec si quid miri faciat Natura.Deos id Tristes ex alto cæli demittere tector.Sene. in Hippolyto:O magna parens Natura Deum.Seneca in quarto de beneficiis:Quid.n.aliud est Natura q̃ Deus,& diuina ratio toti mundo,& partibus eius incerta. Rerum autẽ Naturæ patronos fuisse docet Apule.in prima Apologia,Anaxagorã,Leucippuum,Democritũ,& Epicuru. Nã Deos abnuere existimabãtur,solã aũt Naturã dicebant esse,a qua(ut diximus)oĩa nascerentur.Sed(ut tradit Lactã.Firmianus) melius Seneca oium stoicorũ acutissimus,qui uidit nil aliud esse Naturã,q̃ Deum.Ergo,inq̃t,Deum non laudabimus,cui naturalis est uirtus,nec enim illã didicit ex nullo,imo laudabimus,quamuis.n.naturalis illa est sibi illã dedit,qui Deus ipsa Natura est,Cur igitur,inq̃t,ortum rerũ tribuis Naturæ ac detrahis deo? Cice.ait in Rhetorica uetere:Ipsam Naturam,diffiniri difficile est. Plato appellat Naturam uoluntatem Dei. ¶ Voluẽte uices & lucis,& anni:idest cursus & uertigines diei & anni:ac per hoc omnem tẽporum curriculum. Claudianus:Anniq; meatus,Et lucis noctisq; uices. ¶ Atque ideo intrepidi:ob eã rẽ intrepidi iurant,quia non putãt eẽ Deos,quos offendãt. ¶ Altaria tãgũt:idest aras omniũ Deorũ tãgẽdo iurant. ¶ Est alius metuens:alii inquit,sũt qui omnino Deos esse credũt, & Deorum iram metuũt,ne puniantur omnino,cum male fecerint,tamẽ peierant alii **Peierare** ditate pecuniæ obcæcati. ¶ Peieratis peierare dicitur,qui datam fidem non præstat. ¶ Secum tacitus in animo suo. ¶ Decernat:statuat & quodcunq; uolet supplicium sumat. ¶ Sistro irato. hypallage est pro ipsa irata. ¶ Isis:Ae **Isis** gyptiorum Dea:cuius sacrificia Romæ translata præcipua Veneratione colebantur putabãturq; Deam ferire periuros quoties per eam iurantes fidem nõ seruassent.unde Ouidius in Põto:Vidi ergo linigeræ numen uiolasse fatẽtem Isidis,isiacos ante sedere focos. Alter ob huic similẽ priuatus lumine culpã, Clamabat medio se meruisse uia Vbi locus corrigendus est:nã pro linigeræ scriptum est lini genæ,de qua plura alibi ¶ Sistro instrumentum erat tinnulum,quo Isidis sacerdotes in sacris utebantur. Apuleius libro undecimo Metamorpho. Aeris & argenteis, immo Vero & aureis sistris argutum tinnitum constrepentes,& paulo post:Sacerdos appropinquabat dextra proferens sistrum,Ouidius in Põto:Et quis ita est audax:ut limine cogat abire lactãtẽ pharia tinnula sistra manu? ¶ Vel cæcus:idest etiam cæcus. ¶ Phthisis:dictio est græca,quæ corruptionẽ,tabem,maciẽ significat,est enim morbus,qui hominem paulatim consumit.a φθίνω:quod est corrumpo. **Phthisis** ¶ Vomicæ putres:uomicæ ulcus est malignum latens & tumens **Vomica** cum sanie intrinsecus,a Vomenda sanie dicta,unamquamq; partẽ corporis infestat. Plinius libro secundo capite.xiii.docet Ocimum siluestræ uomicis uuluæ mederi. Celsus ait in tertio:Vomicæ finem esse ut rumpatur. ¶ Sunt tanti:ordo est:Et phthisis & uomicę putres sunt tanti? Sensus est:Sunt ne adeo mihi timenda & æstimanda hæc mala,ut non negẽ nummos? quasi dicat minimi mihi sunt facienda præ pecunia. Dicimus enim tanti ne facis periculum:idest times ne tãtopere periculum ut tantam lucri ansam amittas. legendum q; est cum interrogatione. ¶ Pauper locupletam optare podagram Ne dubitet. Ladas superiorem sensum declarat per hæc sequentia sunt.autem Verba periuri,Estq; sensus,& ordo:Ladas,qui miræ fuit pernicitatis pauper,non dubitet optare sibi podagram diuitem:idest non dubitet illam Velocitatis gloriam cõtemnere,& optare sibi podagrã,quã una maxime uelocitas impeditur,modo in diuitias trãseat, Itaq; locus est

locus est corrigēdus,ut nō laudas:sed Ladas legat̄.Is.n.(ut
scribit Solin⁹)primā palmā pnicitatis est adeptus:qui ita su
Ladas
per canū puluerē curlitauit:Vt in arenis pendentibus nulla i
dicia relinqueret vestigiorū.eius meminit & Mar.in secūdo:
Quid si p graciles uias pētauri inuitū iubeas subire Ladam.
per Ladā aūt'oēn intellig.t pauperem expediti corporis.De
Lada meminit & Catullus:Nō Ladas ego,pēnaferue Perseus.
Eiusdem meminit & Cicero sic in rhetoricis ad Herennium
li.IIII.Quasi si quis ad olympia cū uenerit cursum & steterit
Vt mittatur,impudentesq; illos dicat esse:qui currere coepe'
rūt:ipse intra carceres stet,& narret aliis quomodo Ladas,
aut Bonius cū Syenius cursitarunt.⸿Locuplete:non'expo/
nas qualem patiātur maxime locupletes:sed locupletē poda/
gram,i.morbum ipsum in summa opulentia.quid.n.prosit
Lædere pauperi,si in paupertate manendum sit,optare sibi
podagrā,qua uexant̄ locupletes.Si ergo exponendū est:La/
das pauper modo diuitias æmuletur,nō dubitet optare vel
dagrā velocitatis suæ aduersatricē:modo habeat vñ largiter,
& delicate viuat,sicq; cū superioribus optime cōiungit.⸿Si
nō eget Antycira:verba periuri:Ladas,inquit,cursor ne de/
Anticy'
ra
bitet:i nō eget.Anticyra.i.si san⁹ nō est,nā Anticyra isula ē,
quæ olim Cyparissus noiata est.vt scribit Pausanias:sed mu
tato noie Anticyra est appellata ab Anticyro Herculis socio
Vt vero scribit Strabo ciuitas est ad sinū iacens maliacum,&
Oetā montem.Ibi heleborus,siue ueratrū nascebat̄: quo (vt
scribit Plinius)hois insania & mali mores emendat̄:& ad i/
genium acuēdū plurimum ualet.vnde Carneades responsu
rus libris Zenoni stoici:helebor̄ cādidū sumpsit,de quo,mul
ta diximus apud Persiū illic:Ebrea ueratro:ergo si non eget
Anticyra.i.si nō eget helleboro,quo hois insania emēdat̄, ac
p hoc si i sanus nō est.⸿Archigene:medico q veluti in delirio
fertat uenā in media frōte.sicuti ante dictū est: O medici me
diam pertundite uenā.De Archigene facta est mentio in se/
xta Satyra illic:Ast uocat Archigenē.Licētia poetica ultimā
syllabā naturaliter produxit.nec mirū,cū pductā contra om
nē rōnē corripuerit illic:Sed longe Calpe relicta.qd & pri/
scianus mirat̄ i sexto.⸿Quid eni velocis:qd,inquit,prodest
Ladæ pauperi firma corporis ualetudo & q pedū sit sum/
ma pernicitate,ita etiā vt in olympicis ludis sæpe palmā re/
portet,si in paupertate sit uiuendū.q.d.longe utilius est hoi
morbis uel grauissimis uexari dūmodo sit in summa rerum
opulētia,q̄ sanitatē corporis habere,& in paupertate uiuere.
⸿Præstat:qd præbet utilitatis.⸿Plantæ uelocis: q sit mira
pedū pernicitate.⸿Ramus oliuæ:ut sit uictor in ludis olym
picis:ubi victores oleastro coronabant̄.auctor Pli.lib.XV.In
terq; alia certamina cursu potissimū contēdit̄:vnde velocis
gloria plātæ.⸿Pisææ:pisa & Elis ciuitates sunt peloponnes/
si iter quas iacet cāpus uastissimus:q Olympia noiatur:ubi
ludi celebrabant̄.qui a locor̄ ppinquitate dicūt̄ & pisæi,&
Elei,& Olympici,que Olympii:nō aūt(ut falso quidā puta
uerunt)ab Olympo monte.⸿Esuriens:q sit uictor.&esuri/
at.i.ut sit pauper.⸿Vt sit magna:sensus est:Concedo, inqt,
Deos esse & grauiter delinquētib⁹ irasci:tamē ad puniendū
lenti sunt præterea si oēs puniendi sunt,longum erit,ut me
puniāt.Ordo est:ira Deor̄ certe lēta est:ut sit magna.i.q̄uis
sit magna ut sit concessio esse,Deos,sed lentos ad uindictā.
⸿Lenta:nō festinata.Valerius:Lento.n.gradu ad uindictā
sui diuina procedit ira,tarditatēq; supplicii grauitate cōpē
sat.⸿Sed & exorabile numen:talia solent sibi cōminisci, qui
turpiter uixerunt.⸿Ad me:puniendū i His: talibus delictis.
⸿Multi:Verba sunt peccātis:qbus occurrit bia, q possent di/
cere sibi cauendū eē a suppliciis legū humanar̄.Ait ergo:Nō
ignoro hoc qdē,sed tñ multos constat eadē cōmittere crimi
na sed diuerso fato.alii puniunt̄,alii nō modo non puniunt̄
sed honoribus etiā decorant̄:q̄si colligat sibi e iam accidere
posse,ut pro malefactis beneficia accipiat.⸿Diuerso fato:di
uerso euentu.⸿Diadema.i.euect⁹ est ad regiā dignitatē.nā
diadema fascia erat(ut supra diximus)q̄ caput regis uincie/
bat̄ a διαδέω: qd est circūligo.⸿Confirmat animum.i.animum
cōmaiorat.⸿Trepidū formidine diræ culpæ.i.q formidat
& tremit cōscientia diri sceleris.⸿Præcedit.s.ipse periurus,
tanq̄ q innocentiæ suæ cōfidat.⸿Te uocante:hoc est te,qui
eū Vocas ad iusiurandū.⸿Nā creditur fiducia:cōfirmatio ra
tionis quare tātæ audaciæ sit:q̄a multi,inqt,malitia hoium
decepti putant eū esse innocentē:qui magna cū audatia cau
sam suā tuetur.id circo audax est putant eni ex recta cōscien
tia,& fiducia tantā audaciā proficisci.⸿Malę causæ:hoc est
homini tuenti causam iniquā.⸿Superest.i.abundat.⸿Mi/
mū:q tr ille:non minore,inquit,strepitu mœuri & damore,
q̄ si mimū agat.i.fabulam.nā mimus(ut diximus alibi)ptēr
Mimus
honitnē ictæcū genus est fabulæ:vnde poetæ mimographi:
qualē egit scurra fugitiuus Catulli vrbani.nā in fabula Ca/
tulli introductus est seruus,q miro in modo clamaret.⸿Ex
clamas:subaudi Iupiter audis hæc.⸿Tu.s.ex altera parte.
⸿Stentora:Stentor in exercitu fuit Græcorū vir magnanimi
Stētor
mus,cuius tantus(vt scribit Homerus i quinto Iliados)erat
vocis sonus,quantus alior̄ quinquaginta.vnde.Homericū
illud:Stētoris in specie validi cui ferrea vox,Qui qnquagin
ta alios æquans clamore,sonoq;.⸿Gradiuus homericus.i.
Mars:quē Hom.lib.v.Iliados ait vulneratū a Diomede,tā
Mars vulnera/ tus,
ingentiq; vociferatione p dolore exclamasse,quanta nouē,de/
cemue millia virorū solēt,cum pugnā ineunt ita.vt Græci si
mul,ac Troiani territi cōtremiscerent.⸿Audis hæc:q̄ fiunt
a periuris & sceleratis.⸿Nec labra moue:nec irasceris.nam
ferunt Iouem cū hoibus irascitur prumpere i maximos cla
mores:& buccas inflando mittere fulmina.Horatius:Quin
Iuppiter ambas Iratus buccas inflet.Persius: At sese nō clāet
Iuppiter ipse.⸿Vel marmoreus ēt ex marmore.⸿Thura po
nimus.cur te vt Deum & omniū scelerū vindicē colimus:q̄
si dicat ob eā rem te colimus:vt humana negocia seuere mo/
dereris,scelera vlciscaris.⸿Iecur:exta vituli.nā iecur in extis
principatū obtinet.)Omenta:apud Persiū cū exposuimus:
Tot tibi cū in flāmas Iunicū omenta liquescat:diximus(au/
Omēta
ctore Celso)omentū esse intestinū ex interiore parte lene.&
strictū eē ex supiore'mollius:cui adeps quoq; innascit̄,q̄ sen/
su'sicut cerebrū quoq; & medulla caret,Plini.Omentū mem
branā poti⁹ eē docet,cū ait:Ventriculi,atq; itestina pingui,
ac tenui omēto integunt̄,pterq̄ oua gignētib⁹,Aristo.de na
tura alalium scribit:Omentū membranā eē aut senosam, aut
adipolam.nā vtro mō aialia pinguescere solēt:idq; pingue
est de medio ventre oritur,reliquāq; vētris partē, cunctaq;
intestina cōplectit̄.⸿Vt vide isenl⁹ est:Tā negligēter,inqt,
Dii res humanas curatis:vt nullū putē eē habēdū discrimen
iter statuas vestras,& Batilli.⸿Batilli:itelligit de statua Batilli
Batillus
Sami.de quo Apule.i scdo floridor̄ multa cōmemorat.ait
eni:In Samo,q̄ modica est isula in mari Icario tēplū Iunonis
antiqtus famigeratū cōspici,cuius ante arā statua erat Batil
li a Polycrate tyrāno dicata:q nihil vnq̄ effectius fuit.hic nō
mō dilectus fuit a Polycrate,sed ēt ab Anacreonte Teio.vñ
Apuleius sic ait:Qui Polycrati tyrāno dilectus Anacreonta
Teiū amicitiæ gratia cantilat.Horati⁹:Nō aliter Samio dicūt
arsisse Batillo Anacreōta Teiū.Batillus itē fuit(vt dixim⁹
apud persiū)pantomimus:Triatrū ad numeros Satiri mo/
ueare Batilli.Iuuenalis alibi:Molli saltāte Batillo:Batilli itē
Batilli
ppli sunt septētrionales.Ptolęmęus auctor Batill⁹ itē istru
mentū est ferreū ad vsū ignis.Horatius:Prętexta & latū cla
uū,prūęq; Batillū.de hac igit̄ Batilli statua ē itelligēdū,quā
erexit polycrates citharœdico statu i memoriā ei⁹ Sūt q py
thagorę eā falso existimāt,sed philosophus neq̄q̄ a tyrano
dilectus est:qppe eo iā dñari orso pfugit ex elāculū.
⸿Sunt qui & c.Ostendit'cur tā temere perierent multiq;
videlicet omnia casu euenire:Nec curare Deū credunt mor/
ASCē.
talia quemq̄ vnde Epicurum dicūt se iactare q humanū ge
nus duobus summis malis liberasset.solicita.s.religione in vi
ta:cū doceret Deū non curare mortalia.& timore post vitā:
cū diceret animos hoium ut belluarū interire.Ordo est:Sūt
q ponunt oia in casibus Fortunæ:& nō credunt.mundum
mouere vllo rectore.& hoc Natura volente.i.per reuolutio
nē causāte.vices.i.vicissitudines.& lucis.i.vniuscuiusq; diei
& anni,atq; ideo tangunt intrepidi sine ullo timore quæ/

ctuoq; altaria. Est alius metuens quidem ne pœna.i.punitio sequatur crimen.hic.i.huiusmodi putat Deos esse,& sup.ta mé peierat atq; sup.ita loquitur secū.decernat.i.futurū iudicet Isis ea Aegyptiaca:a Romanis quoq; anxie culta:de nřo corpore quodcunq; uolet.& feriat.i.percutiat.mea lumina .i.oculos meos.sistro.i.instrumēto illo sonoro.irato.i.ipsa irata.dūmodo ego teneā.uel.s. etiā,aut saltē eiec̄? nummos quos abnego.Nunqd phthisis.i.corruptio & tabes lenta & uomicæ putres.i.ulcera putria sic dicta,& crus dimidium.i.dimidiatum ex aliq̄ parte desecta.sunt tanti sup. momenti.i.tantum metuanda?quasi dicat nō,tu laudas ne.i.ut nō.ut pauper nō dubitet optare podagrā:idest ægritudinē pedum.locupletē.i.locupleti familiarē morbū dummō nō egeat.i.dummodo talis ægritudo nō sit tam uehemens:q; egeat Anticyra.i.purgatione p ellebo rū. nec Archigene.i. medico .i.dummodo tolerabilis sit. Quid enim præstat gloria ue locis plātæ.i.celeris pedis:q̄ si dicat nihil.& quid præstat .i.affert auxilii aut cōmodi. ramus esuriens.i.esurienti si tingem oliuæ pisææ.i.coronæ ex oliua,quæ cursoribus uictoriosis dabatur:quasi dicat nihil prætere ainquit talis periurus. demus ut ira Deorum sit magna.tamen illa est certe lēta:idest lente:hoc est tarde ulciscens.igitur si Dii cu'ant punire cunctos nocētes:quādo ira supple.eorum ueniet ad me.sed ego experiar fortasse numen Deorum &.i.etiā exorabile:idest oratione placabile non solum lentum.Numen Deorum solet ignoscere his,multi committunt eadem crimina:diuerso fato:idest alii cum impunitione:alii cum summa uindicta,Ille tulit crucem pretiū idest i pretium & mercedem sceleris sui.hic tulit diadema:id est obtinuit regnū per scelera sua.sic:idest tali iniqua persuasione confirmant:idest stabiliunt animum naturaliter trepidum formidine diræ culpæ:quā uindicta sequitur. Tunc:idest postquam iniquus animum suum sic cōfirmauit:ipse præcedit te uocantem ipsum ad delubra sacra.i.ad tēpla & aras ut iuret paratus. immo.i.insuper trahere te ad delubra.s.& uexare.i.molestare si ire recuses.Nā cū.i.quādo.magna audacia superest:idest super quā satis est malæ causæ.ipsa audacia & confidentia:creditur a multis fiducia.i.in bona cōscientia & æquitata confusio:ille.s.qui uocatur iuraturus, agit.i.gestis representat.minimū.i.gesticulatorem scænicum:qualem scurra fugitiuus Catulli urbani.i.qualē Catullus urbanus inducit scurrā fugitiuū agere.tu miser,qui trahis ipsum exclamas sup.tam alte:ut possis uincere Stentora.i.uirū illum,q secundum Homerum tantum uocis emittere solebat:quātū quinquaginta uiri:Vel potius tantum sup.clamas, quantum Gradiu?.i.Mars uulneratus a Diomede.homericus.i.ut describit Homerus:qui clamauit quātū nouē aut decē millia hominū clamat autē dicens.O Iupiter tu audis hæc.i.huiusmodi periuria:nec moues labra in signū indignationis.tu o Iupiter debueras committere.i.simul edere uocem.existens uel .i.etiam marmore?,uel aheneus.i.ex ære factus:aut si periuria punire non uis:cur ponimus in tuo carbone:idest in thuribulo ignitos carbones habēte. pia.i.religiosa thura.solutas idest deplicata charta.& cur ponimus iecur uituli sectum ab aruspice.& alba omenta porci:idest pinguē & mundā membranam intestina eius cingentem?quasi dicat id frustra faci-

mus:quia(ut video)nullum discrimen est habendum:idest nulla differentia est habenda:inter uestras o Dii effigies:& inter statuam Batilli:idest illius musici,qui in Samo insula Iunoni a polycrate dicata est:quia plus viuacitatis:q̄ statua Iouis uidetur habere.

Accipe quæ contra valeat solatia ferre,
Et qui nec cynicos,nec stoica dogmata legit
A cynicis tunica distantia,non Epicurum
Suspicit exigui lætum plantaribus horti.
Curentur dubii medicis maioribus ægri,
Tu uenam uel discipulo committe Philippi,
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis,taceo,nec pugnis cædere pectus
Te ueto,nec plana faciem contendere palma,
Quandoquidem accepto, claudēda est ianua damno
Et maiore domus gemitu,maiore tumultu
Planguntur nummi,q̄ funera.nemo dolores
Fingit in hoc casu,uestem diducere summam
Contentus uexare oculos humore coacto,
Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.
Sed si cuncta uides simili fora plena querela
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vana superuacui dicunt chirographa ligni,
Arguit ipsorum quos littera,gemmaq; princeps
Sardonycus,loculis quæ custoditur eburnis.
Te nunc delicias extra communia censes.
Ponendum,quia tu gallinæ filius albæ,
Nos uiles pulli nati infelicibus ouis.

¶Accipe quę cōtra:audi etiam,q̄ solita tibi afferre possint, IOAN. BRIT. q nullis sunt instructi philosophiæ pceptis,nec stoicorū,nec cynicorū,nec epicureorū:q omnes.s.opes contēpserunt:quasi dicat unusquisq; uel rudis potest te in ista pecuniæ amissione optime consolari.p quod docet quo aio omnia esse ferenda.quæ amiserit,& bona fortunæ,cōtemnenda. ¶Cynicos:cynicorum sectæ (ut diximus in cōmentariis Persii illic:Si cynico barbam petulans nonaria uellat)princeps fuit (auctore Laertio) Antisthenes Atheniensis,qui cum dissereret i Gymnasio, quod Cynosargin appellabant,nō lōge a ianuis,cynicū cognomen sectæ suæ dedit. Lactātius uero a canibus cognomen accepisse scribit his uerbis:Quid loquar de cynicis,quibus in propatulo coire cum cōiungibus mos fuit, quid mirum si a canibus,quorum uitā imitantur etiā uocabulum,& nomē traxerūt. Antisthene Cynici unde enim græce canis dicitur:& cynicos caninus.Quod sane ita fuisse Apuleius in secūdo Floridorum ostendit:ubi sic loquitur de Crate cynico:Duxit cynicus puellā in porticum tbidem in loco celebri corāluce clarissima accubuit,coramq; uirginem imminuisset paratam pari cōstantia,ni Zeno procinctu palliastri circunstantis coronę obtutu magistrū in secreto defendisset, ubi mendum correximus: nam ubi legimus duxit cynicus:scriptum erat dux cynicus. Locus apulei Aliqui uero cynicos dictos esse putant,q essent mordaces ut canes. nam Diogenes(ut scribit Laertius)interrogatus quare canis diceretur respondit quia in eos,qui dant blandior in eos,qui non dant oblatro:malos autem mordeo. Ii autem (ut dixi) nobilitatem & diuitias abiiciebant dicentes solam virtutem sufficere ad beatam uitam, unde Crates cynicus omnem rem familiarem abiecit,existimans tunc demum ma missum,sola pera & baculo contenti cibos mendicabāt. De quibus ita Apuleius in prima apologia: Non sunt quidē ista platonicę sectę gestamina. sed cynicæ insignia familiæ Veruntamen hæc Diogeni & Antistheni pera & baculus,quod regibus diadema. Diogenes quidem cum Alexandro Magno de ueritate regni certabundus,baculo uice sceptri gloriabatur.plautus in Persa:Cynicum esse egentem oportet, parasitum probe. Et Martialis libro quarto:Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati:Cui dat latratos obuia turba cibos.Esse putas cynicum deceptus imagine falsa:Non est hic cynicus Cosme.quid ergo?canis. ¶Dogmata:sententias & opiniones stoicorum fit autem dogma a tqd est sentio.nam quæ græci dogmata dicunt:latini decreta appellant,unde Seneca,li.xv. epistolarum ad Lucilium:Nulla ars contemplatiua sine decretis suis est:quæ Græci vocāt dogmata,nobis vel decreta licet appellare, vel scita vel placita. Dogmata Hoc autem interest inter decreta philosophię,& pręcepta,quod inter elementa,& membra.Hæc ex illis dependent,illa & horum causæ sunt omniū præcepta enim pēdēt ex decretis Sunt igit dogmata sectę uniuscuiusq; decreta,q̄ (ut Cicerōis ē sñia)pdere scelus est nō minus q̄ pdere iam,vnde Præcepta Decreta

scribit

scribit Laertius eam minime sectam appellari, quæ dogma
nõ habet. unde dogma dicim⁹ christianũ.i.q̃ uniuersi chri
stiani sentiũt & sequunt. inde diuus Hieron. Scis.n.dogma
nostrum nu.n l t.t s tenere uestigiũ.& p ima gradientes ad
summa nos ascẽdere. idem alibi: Siquid in libris sæcularib⁹
Zeno. Vtile reperimus ad nostrũ dogma couertimus. Stoica: se/
zenonii ctæ stoicę princeps fuit Zeno, aquo primo Zenonii sunt ap
pysiana/ pellati, mox vero stoici a stoa.i.porticu. nã Athenis porticus
ctia erat, quæ pysianactia uocabat, referta varia & multe scien/
Stoici tię pictura Polignoti Thasii. in qua cũ diuersis temporib⁹
vnde iã mille quadringeti triginta ciuius interfecti fuissent uoluit
Zeno locũ illum stabilem: atq; inuolubile reddere: quare cœ
pit in illa docere: ad quẽ eo audiendũ discipuli confluentes
q antea (ut dixi) Zenonii dicebãt postea ab ipsa porticu stoi
ci sunt uocati, auctor Laertius. Hi aũt ita diuitias & reliqua
fortunæ bona abnuebãt, ut nihil præter uirtute bonũ appel
larent, dicentes diuitẽ quicũq; cælo tegeretur. Tunica di/
stantia: nam (vt scribit Augustinus de ciuitate Dei) dogma/
ta ph losophorũ solo habitu fuerũt diuersa. nã cũ omnes vir
tutẽ, siue summũ siue solũ bonũ dicerent: diuitias vniuersi cõ
cõdẽnabant. tunica igitur tantũ distabant Stoici a cynicis
q cynici duplici palio vtebant. vnde illud Horatii in epistto
li. ad Sæuã de cynico: Contra quẽ duplici pãno patiẽtia ve
lat Mirabor. eã vestẽ duplicẽ (vt scribit Porphyrio) diplo/
Diplois dẽ appellauere, eandẽ & abollã. Martialis (vt modo recita/
Abolla uimus) li.iui. Cerea quẽ nudi tegit vxor abolla grabati: Cui
dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicũ &c. de eo
sic & Laertius: Primus Antisthenes paliũ duplicauit, ipsoq;
solo vtebat, baculumq; sumpsit & perã. Zeno vero stoico/
rũ (vt dixi) princeps patiẽtissimus fuit, & victus simplicissi/
mi, crudisq; tantũ cibis vtebatur, & tenui palio ita, vt de illo
diceret: Quod eũ Neq; sæua hyems, nec gelidus imber. Non
dura uis morbi domuerit, neq; torridus Sol. Epicorũ: epi/
Epicur⁹ curus contentus fuit exiguo horto: primusq; (vt scribit pli.
lib. xix.) instituit Athenis habere hortos in vrbe: vnde hor/
torũ magister est appellatus, ad quod allusit papinius li. pri.
Siluarũ: Delitię quas ipse suis digressus Athenis, Mallet deli/
to senior Gargęcius horto. auctor est Laertius summũ bonũ
Epicuriũ ad Herodotũ scripsisse esse in voluptate.s.nõ do/
lere corpore, aĩoq; trãquillũ esse, & pturbatiõe vacare, aqua
& cibario pane se cõtẽtũ fuisse testatus est. Nõ suspicit: non
veneratur, ac p hoc non legit. Lætũ, cõtẽtũ. Plantaribus. ole
ribus. Curent dubii ægri: calamitas, inquit, tua minima est
& quæ non indiget graui consolatore, sed vnusquisq; est a/
ptus ad te cõsolãdũ. & dolorem tuũ leniendum. metaphora
sumpta est ab ægrotãtibus, quibus pro morbi q̃litate adhi/
bẽtur medici. Vel etiã. Discipulo Philippi: q iperit⁹ erat.
sicq; ostẽdit & Philippũ & discipulũ fuisse parũ peritos. Ve
nã feriendã: hoc est te ipsum trade consolandũ etiã homini
mediocris eruditionis, cũ iactura tua sit talis, vt vnusquisq;
facile possit te consolari. Si nullum in terris: sensus est: Ego
nõ prohibeo te, qn doleas si potes mihi ostẽdere nullũ tale fa
cinus perpetrari inter mortales. q.d. talia & grauiora solere
mortalibus accidere. vt sit consolatio a communi miseria.
Quãdo quidẽ accepto, non ueto inq̃ te dolore, quãdoqdẽ
ianua est claudenda.i.quãdoquidẽ nulla tibi amplius est ha/
benda spes illud domũ rediturũ, qđ amisisti: videturq; sum/
ptum ex vulgato puerbio quod solet dici in eos, q pecoris
sui diligentes non fuere custodes: qbus per derisum iperat:
vt accepto dãno stabulã claudãt: ac per hoc sciant sibi ereptã
esse spem recuperandi, qđ amiserant. Et maiore domus: a
superiore: nõ veto inquã quin doleas quãdoqdem nũmi pla
guntur maiore gemitu, & suspirio domus. In hoc casu: in
amissione pecuniæ. Contentus diducere: nõ enim satis ha
bet diducere summitatẽ vestis, q amisit pecuniã: sed totã scin
dũ. nõ exponas diducere, neq; vexare. s. in funere, sed i amis
sione pecuniæ. Humore coacto: non enim lachrymis fictis
plorat, vnde bene sequit: Ploratur lachrymis veris. Sed si
cuncta vides: ordo est: Sed censes te nũc delitias ponẽdũ ex/
tra cõmunia: si uides cuncta fora plena simili q̃rela &c. vt si
sensus: Cũ videas i iudiciis quotidie talia scelera deferri cũ
accerbis deceptoꝝ querelis: non debes putare te vt delicatũ
telis fortunæ non esse subiectũ. Cuncta forastria erãt Ro
mę ut diximus i secũda Satyra: Fora uestra mouemus. Di
Chiro/ ctũt: debitores & piuri. Chirographa: chirographũ dictũ
graphũ est ab απὸ τοῦ χειρὸς.i. manu. & grapho scribo.c.n. sceda, siue
tabella manu ppria scripta. ergo vana chirographa.i. vanos
adulterinos & mendaces pugillares ligneos: in qbus ppria
manu scripsit. Alibi iuuenalis: Debitor aut sumptos pgit nõ
reddere nũmos: Vana supuacui dicẽs chirographa ligni. Le
ctis tabellis: lectis ipsis pugillaribus. Diuersa in parte: i par
te cõtraria.i. aduersus ipsũ debitorẽ. Superuacui: nihil pro
ficietis. superuacuũ enim est in iudiciũ pferre tabellas debi/
tore oia negãte. Arguit ipsoꝝ: ordo est: illi dicũt chirogra/
pha esse vana, quos litera ipsoꝝ arguit.i. quos sua ipsorum
scriptoꝝ & signũ reuincit, & ostendit esse ueros debitores.
Sardonycus.i. signũ cælatũ in sardonyce, q est in annulo si
gnatorio. Sardonycus aũt nominatiuus est latinus formatus a
genitiuo græco sardonycos. Onyx gẽma est, cui nomẽ est cõ
iũctũ cũ sarda alio lapide. nam onyci cãdor est (auctore Pli/
nio) vnguis humanus similitudine. itẽ chrysoliti ex iaspidis
& sardæ, unũ nois societas oritur. De hoc plura supius: & il/
lic apud Persiũ: Cũ sardonyce albus. Gẽma princeps. expo
sitio est. ut sit sardonycus, q est gẽma pricepa iter alios ptio/
sos lapillos. Loculis eburneis: nã loculi eburnei repositoria Loculi
erãt, & monetę aureę & annullorũ. Mart. Hos nisi de flaua
loculos iplere moneta Nõ decet, argẽtũ uilia ligna ferãt. De
his plura i pria Satyra: Neq; eni loculis comitãtibus itur Ad
casum tabulæ. Te nunc delitiæ: ironicos & expositio est.
Extra cõmunia: extra cõmunẽ sortẽ, quasi q communibus
oium malis sis obnoxius. Gallinæ filius albæ: hoc fuit qua/
si puerbiale apud antiquos: quod etiã hodie vsurpat. vñ &
Cicero lib. vii. epistolarũ ad Curiũ sic ait: Quod quasi auem
albam videntur bene sentientem ouem videre. Albæ autem
dicit q læta atq; auspicata latini alba vocant, cõtra mala ni
gra. vnde Horatius: Hic niger est: hoc est malus: hunc tu Ro
mane caueto. Cõuenit autẽ hæc paroemia in eos, qbus diui/
na quadam felicitate omnia læta, & prospera cedunt.
Accipe &c. Affert cõtra dolorem remedia nõ philosophi
A.SCẽ. ca: sed cuiuis parabilia. Ordo est: Accipe.i. intelige quę sola
tia, vel accipe solatia.i. consolationẽ. quæ.i. eiusmodi. is sup
ple valeat ferre.i. afferre. cõtra.i. in contrariũ doloris tui. &
.i. etiã is dico: qui nec legit Cynicos supple philosophos: nec
dogmata stoica distãtia a Cynicis. tunica.i. cõcessione tũica/
rũ nam Stoici suis professoribus solũ simplex paliũ concesse
runt: Cynici etiam duplex: vtriq; autẽ erant rigi a virtutis
sectatores: & cæterarũ rerum cõtemptores: ex quorum præ
ceptis tantũ philosophica esset consolatio: Et quæ etiam fer
re valeat is, qui nõ suspicit.i. sursum tanquã exemplar vitæ
sibi propositũ non aspicit. Epicurũ lætum plantaribus.i. ole
ribus. exigui horti (fuit eni, ut Seneca in epistolis refert, vir
maxime sobrius: & hortulis qui famẽ nõ excitent: sed sedẽt
contentus.) ægri dubii.i. de quorũ sanitate recuperanda du
bitatur. curent medicis maioribus.i. peritioribus. tu cõmitte
venam.i. exquisitionem infirmitatis tuæ. uel.i. etiã discipulo
Philippi: medici ineruditi. si non ostendis in terris vllum fa
ctum tam detestabile: ut eius, qui te defraudauit, taceo, nec
vęto te cædere.i. tondere pectus tuũ pugnis. nec ueto te cõ/
tundere facie plena palma.i. manu aperta: quãdoquidẽ.i. cũ ita
sit: q homines tam ipatiẽtes sint amissis bonis: q ianua clau/
denda est, sicut in funere claudi solet. dãno aliquo.s. pecunia
rũ accepto. & cũ ita sit q nummi plangũtur maiore gemitu
& maiore tumultu domus.i. totius familiæ q̃ funera.i. obitus
carorum nemo contentus diducere.i. diuidere. vel deducere
.i. deorsum ducere summã uestem & vexare oculos humore
lachrymarum.s. coacto.i. ui expresso in funere.s. qa hæredis
luctus sub persona risus est. fingit dolores in hoc casu.i. dam
no nũmorũ: qa pecũia amissa plorat ueri lachrymis. Illud to
tum quasi p parenthesim dictũ est: sed si tu uides cuncta fora
plena simili querela, si tabellis.i. instrumentis obligatoriis: q̃

olim in tabellis ceratis scribebant. lectis decies ì diuersa par te .i. corã diuersis testibus. debitores sup. tales obligationes facientes, dicũt chirographa .i. propria manu scripta, ligni .i. tabellæ ligneæ cera repletæ. superuacui .i. nihil vtilitatis afferẽtis. vana .i. mendacia & nullius fidei. Chirographa dico ipsorum quos litera .i. character propriæ scripturæ. & gemma .i. lapillus preciosus in quo sculptũ (vt dicunt) aut signũ manuale expressum est. & sardonycus sup. lapillus. pricepts .i. præcipuus inter lapillos signatos, arguit .i. dãnat mendacii. quæ gẽma custodit loculis .i. repositoriis, eburnis .i. ex ebore factis. tu qui non uis tam leuia dãna patienter ferre. censes te existentẽ deliciis Deorum, aut hominum esse ponendum extra omnia idest communẽm hominum fortunam. quia tu filius sup. es albæ gallinæ. & nos qui ista toleramus sumus viles pulli nati infelicibus ouis. Alludit ad oua Ledes ex quorum altero mortales: ex altero immortales prodiisse dñr. illud añt totũ dicit per ironiam.

¶ Rẽ pateris modicã: cõsolatio a minimo detrimento. ¶ Cõfer: cõpara tuo damno. ¶ Conductũ latronem .i. sicarium mercede cõductũ ad cædem alicu⁹. ¶ Cum ianua primos: incendii grauitatem ostendit quo primæ domus partes sunt occupatæ: vt non facile sit subuenire flagrantibus, inferioribus. ¶ Pocula templi: q sacrilegia cõmittũt ¶ Adorandæ rubiginis: quæ habẽda sunt in maxima veneratione ꝓpter religiosam vetustatem. ¶ Et populorum Dona: nã in templis dona missa, vel a regibus, vel a populis pie & religiose seruabant. Et vbi dona reponebant, donaria sũt appellata. ¶ Coronas positas ab antiquo rege: vtpote ab Romulo, cæterisq; regibus quorũ coronæ in eorũ memoriã templis Deorum affigebantur. ¶ Hæc ibi: si in tẽplis, inquit, nõ sunt dona & pocula, quæ surripiant, non desunt q minutiora sequant furta: vt q breues, & leues auri bracteolas ex statuis Deorũ tradant. ¶ Femur: proprie coxã. licet hic poeta videat posuisse ꝓ pectine, & partibus genitalibus. sicuti & Diuus Hieronymus his verbis: Vnde hoc nudauit ebrietate femora. De femore & feminibus dictũ est alibi ante. ¶ Bracteolã: tenuẽ auri laminã. Nã aurũ & cætera metalla primo in crassiores cudẽdo extendunt laminas, mox in bracteas attenuant: qbus simulachra, & alia inaurant, fures inueniebãtur, q vnguibus bracteas deraderẽt. Martia. An magis astuti derasa est vngue ministri Bractea, de fulcro quã reor eẽ tuo? Trãquillus scribit Caligulã Romæ in publico epulo seruũ, ob detractã lectis argẽteã laminã carnifici cõfestim tradidisse. Artifices inducẽdi bracteolas, & inaurãdi insigniter dñr bractearii, & bracteatores. ¶ An dubitet: tã tenues bracteas deradere, cũ ausus sit totũ ipsum Iouẽ fundere .q.d. verebit tã friuola furta sectari & sacrilegia, q assueuerit grãdiora cõmittere? ¶ Tonanti: vnũ est ex cognominibus Iouis. vñ Statius: Magnanimũ eandẽ formida tanq̃ Tonanti. Seneca: Soror Tonantis. ¶ Artifices veneni: cõpara tuis incõmodis & eos, q veneficia exercent. ¶ Et deducendũ .i. parricidã: quẽ p

Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina, confer
Conductum latronem, incendia sulfure cœpta,
Atq; dolo, primos cum ianua colligit ignes,
Confer & hos veteris qui tollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis, & populorum
Dona, vel antiquo positas a rege coronas.
Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat,
An dubitet solitus totum conflare tonantem?
Confer & artifices, mercatoremq; Veneni,
Et deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis innoxia simia fatis.
Hæc quota pars scelerum, quæ custos gallicus vrbis
Vsq; a Lucifero, donec lux occidat, audit.
Humani generis mores tibi noscere volenti
Sufficit vna domus, paucos consume dies, &
Dicere te miserum, postq̃ illinc veneris, aude.
Quis tumidum guttur miratur in alpibus? aut quis
In Meroe crasso maiorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit Germani lumina? flauam
Cæsariem? & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura est omnibus vna.
Ad subitas Thracum volucres; nubemq; sonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis,
Mox impar hosti, raptusq; per aera curuis
Vnguibus a sæua fertur grue. si videas hoc
Gentibus in nostris risu quatiere, sed illic
Quamquam eadem assidue spectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

supplicii genus describit. q.n. parẽtibus manũ intulisset, is viuus culeo insutus vna cum gallo gallinaceo, simia, cane, & vipera, i mare, aut vicinũ aliquẽ amnẽ (vt ante diximus) ꝓiciebant: quo genere supplicii primus dãnatus fuit. M. Tullius duũuir. q librũ secreta ciuiliũ sacrorũ cõtinẽtẽ custodię suę cõmissum corruptus Petronio Sabino scribẽdum dedisset. Nam culeo insutus in mare ꝓiectus est: inde genus supplicii multo post patricidis lege irrogatũ est: vt pari vindicta parentum, ac Deorum violatio expiaretur: Nam P. Malcolus matre interempta, primus omnium insutus culeo in mare precipitatus est. auctor Liuius lib. lxviii. ab vrbe condita. De eodem supplicio ita meminit & Cicero ad Herennium: Lex est, qui parentem necasse iudicatus erit, vt is obuolutus & obligatus, corio deuehatur in fluentem. Eiusdem supplicii meminit & in oratiõe ꝓ Roscio Amerino. ¶ Corio bouis .i. culeo. nam culeus saccus erat ex corio bubulo. ¶ Aduersis fatis: infestis numinibus, quia ipsa id supplicii innoxia patitur. ¶ Hæc quota pars scelerum .i. hæc est minima pars scelerum eorum, q̃ quotidie audit Gallicus præfectus vrbis. q.d. multo plura committuntur scelera, q̃ audit quotidie gallicus, q̃ quæ tibi narraui. Fuit enĩ Rutilius Gallicus vrbis ꝓfectus tpibus Domitiani: apud quẽ secundas dignitates ptea obtinuit: ad eũ q; oĩa urbis iura ab aliis magistratibus deferebant. Vñ custos vrbis est appellatus. papinius i Siluis: Dubitataq; sidera cernit Gallicus, es cælo Diis, es Germanice cordi. Quis neget? erubuit tãto spoliare ministro Imperiũ fortũa tuũ. paulo post: Quippe manet, longũq; æuo remanẽte manebit: Quẽ penes intrepidæ mitis custodia Romæ. Custodẽ igit̃ itellige ipsũ Gallicũ, nõ anserẽ. Quare enĩ anserẽ magis noiasset, q̃ gallum: aut aliã auẽ, q̃ audiat illa scelera; & postea qñ audiat cum scelera fiũt? an cũ accusant: si qñ fiunt: possũt & nocturno fieri tpe: imo & frequẽtius: si qñ accusant nunqd adest anser i iudicio ita: vt oino absurdũ sit de ansere itelligi. ¶ Custos Gallicus: quẽ ꝓfectũ vrbis Trãq. in Tiberio appellat, Iosephus custodẽ noiat. ¶ Quota: minima. alibi: Quota portio fecis achææ. Seneca ad Lucilium: Et nos iter quos frequẽter ista nũciant quota pars oium sumus .i. minima. Marti. Sũma tuę Meleagre fuit q̃ gloria famæ, Est quota Carpophori portio fusus, aper. ¶ Humani gñis: lõga, inqt, tibi nõ erit opus idagatiõe si voles hoium mores noscere, vna enĩ domus tibi satis erit ad id cognoscendũ. Nã plerũq; vna domus tot malis agitat, vt facile possis cognoscere malũ tuũ ꝑ illis minimũ eẽ. ¶ Mores: vocabulũ mediũ: vt & bonos & malos mores dicam⁹. ¶ Aude dicere te miserum .q.d. nõ audebis te miserum dicere: cũ longe alii sint te calamitosiores. ¶ Quis tumidũ: hac interrogatiõe, & p variarũ rerum similitudinẽ oñdit minime ei eẽ mirãdũ, si id passus sit, qd & alii patiunt. In alpibus, inqt, nemo mirat guttur tumidũ: qa scit id vitiũ eẽ ꝓpemodũ oib⁹ icolis. q.d. & tu debes nõ ignorare vbiq; locorum talia scelera cõmitti: ac ꝓ hoc minime mirãdũ si & tu decept⁹ es. guttur autẽ inflari docet Pli.

Parricidæ supplicium.

Rutilius Gallicus.

Nulla ne periuri capitis, fraudisq; nefandæ
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore cathena
Protinus, & nostro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio. manet illa tamen iactura, nec vnquam
Depositum tibi sospes erit, sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At vindicta bonum vita iucundius ipsa,
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut leuibus videas flagrantia causis,
Quantulacunq; adeo est occasio, sufficit iræ.
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulciq; senex vicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ sæua inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare plurima felix
Paulatim vitia, atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum sapientia, quippe minuti
Semper, & infirmi est animi, exiguiq; voluptas
Vltio. continuo sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet, q̃ fœmina, cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos? & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo sæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamanthus
Nocte, dieq; suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia vates,
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando, quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu non moribus, & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domoq;
Et quamuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet, cedo si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat
Faucibus vt morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo, sed vina misellus
Expuit, albani veteris pretiosa senectus
Displicet, ostendas melius, densissima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta falerno.

Gutturosi in alpibus. ... plinius. libro. vndecimo. [illegible] aquarum, q̃ portantur De qua re ita scribit Vitruuius. Ægcolis autẽ in alta, & alpibus natiõe Medulloꝶ est genus aquæ, quã q bibũt, efficiunt tur gidis gutturibus. Est aũt guttur ꝓprie id p quod spiritũ aia lia trahũt, quo & reddũt respirãdo & expirãdo qd & arte ria uocat. poeta uero hoc loco posuit p parte colli anterio ris. Lege Aristotelem de na tura aialiũ. ¶ In Meroe insu la est Aegypti distans a Sye ne quinq; millibus stadioꝶ. il lic fœ minæ mamillas habẽt i fantibus pares. auctor pom ponius Mela. ¶ Lumina cęru leat Cornelius Tacitus in li. de situ Germanię scribit ger manis oculos esse truces, & cę ruleos: & comas rutilas, [illegible] etiã quotidie uidemus. Ho ratius. Nec fera cærulea do muit Germania pube. ¶ Tor quentẽ. s. Germanũ q calami stro sibi capillos cincinnos reddit, & annulatos. Marti. Crinibus in nodũ tortis ue nere Sicambri. ¶ Cirroꝶ capil lo. persius. Ten cirratoꝶ cen tũ dictata fuisse. ¶ Nempe q hæc illis. nemo, inqt, Germa noꝶ stupuit, qa a natura om nes idẽ hñt p qd colligit nõ esse mirãdũ Caluino si id si bi acciderit. qd aliis quotide accidit. ¶ Pygmæus: Pygmæi (auctore plinio li. vii.) in ex trema pte montiũ indię, sunt lõgitudine ternas spithamas nõ excedũt, a gruibus infestan tur: aduersus q̃s expeditio nẽ sumẽtes caprarũ, arietũq; dorsis insidẽt armati sagittis, tpe ueris cũ agmine ad mare descẽdũt, oua, pullosq; earũ cõsumũt, ternis mẽsib⁹ eã cõ ficiũt expeditionẽ, aliter gre gibus resistere non possent. De his non pauca item Gel lius & Solinus scripserunt.

Pygmæi

ASCE. ¶ Rẽ pateris modicã & cæ. Ordo ẽ Tu pateris rẽ modi cã & ferẽdã. i. tolerãdã. bile. i. ira & indignatiõe medio criũ flectas oculos ad maio ra crimina. cõfer. i. computa cũ scelere in te cõmisso. latro nẽ cõdu. [illegible] ad alios occiden dos: incendia domorũ. s. ice pta. i. q̃ ortũ habuerũt sulfu re. i. ex sulfure & dolo. i. p do lum cũ igni statim approximaturo i introitu dom⁹ ab insi dis posito. cũ ianua colligit primos ignes. i. pcipit pmũ icẽdiũ pcuratũ ab inimicis foris existẽtib⁹. Cõfer. et hosq tollũt. i. furãt grãdia pocula ueteris tępli: existẽtia. s. dõa pp̃roꝶ deis. s. [illegible] adorãdę rubiginis. i. dignę adorare pp uetustatẽ uel q tollũt corõas positas. i. depositas ab ãtiquo rege. hæc do na. s. si ñ sũt ibi. i. i tęplo & dõarius deoꝶ. ẽ minor sacrileg⁹. i. sa croꝶ fur, q radat. i. abradat. & unguibus i armis diuellat fe mur Herculis maurati: & ipsam faciẽ ipsius Neptũi q aureã barbã hẽt, & q ducat. i. abstrahat. bractcolã. i. tenuẽ laminam auri aut argẽti. de Castore. i. fratre illo pollucis. an dubitet deradere bracteolã de Castore, solitus cõflare. i. refũdere tõe

agnoscetur imago, aut simulachrũ eius totũ tonantẽ. i. perfe ctã & absolutã statuã iouis. Cõfer etiã eũ dãno tuo artifices. i. uenditores & cõfectores uenebi, & mercatorẽ. i. emptorẽ. & cõfer parricidã. s. deducẽdũ. i. dignũ ut deducat in mare corio. i. insutus culeo: hoc est sacco ex corio bouis. cum quo claudit. i. simul includit. simia innoxia. i. q̃ nõ nocuit. aduer sis fatis. i. p aduersa fata eius q̃ cogit submergi pp peccatũ nõ suũ: sed parricidę. Quota pars scelerũ est hęc. i. iã dicta? q. d. minima. q̃ scelera Galli cus. s. Rutilius. custos urbis sic tẽpore Domitiani dict⁹. audit. i. recognoscit. vsq. i. cõtinue a Lucifero, idest do nec lux occidat. una domus ipsius Rutili. s. Gallici. suffi cit tibi uolenti nosse mores humani generis. cõsume apd eũ paucos dies audiendo. s. scelera hominũ. & aude post q̃ ueneris illinc. i. illius domo dicere te miserum, quasi di cat non posses. Nec deberes mirari si talis casus tam fre quens i vrbe obuenerit tibi: quod pbat per simile dicens quis mira. ? tumidũ guttur in Alpibus in pña. s. Sueuoꝶ & Valesioꝶ: q. d. null⁹. aut q̃s miratur in Meroe insula illa, aut vrbe Nili i Aethiopia. mamil lã maiorẽ infante crasso. i. pi gui, aut uncto. q. d. nullus, qa hoc tibi frequenter uidetur. quis stupuit lumina. i. oculos Germani. i. alemani. cęrula. i. cęrulei coloris. & flauã cæsa riẽ torquẽtẽ. i. explicãtẽ. cor nua. i. tricas p modũ cornuũ in reticulis collectas. & hoc cirro. i. capillo crispãte. madi do. i. assidue lotoiaut (qd mi nus placet) uncto: q. d. nemo nẽpe. i. certe. q. i. qa, hęc natu ra est illis oĩbus una. Pygmę us. i. hõ minor nanos existẽs bellator currit in armis par ad. i. contra. uolucres Thra cum. i. grues, q̃ in Strymone palude Thracię, plurimę uer santur, subitas: idest subito i gruentes, & cõtra nubem ca noram. i. uolucres in morem nubis sup eruolantes, & canẽ tes. Et ipse pygmæus impar hosti. i. debilior q̃ grui. mox. i. paulopost icceptũ pliũ. & ra ptus p aera curuis unguib⁹ fert a grue sęua. si tu uideas hoc in nřis. i. Romanis gẽtib⁹, tu qterere. i. concutiere risu, sed q̃q eadẽ plia spectẽt assidue illic. i. apd pygmæos. nemo illic ri det: qa tota cohors nõ est altior vno pede. Istud qdẽ hyꝑbo lice dictũ. sed ad probãdũ quod uult satis aptum.

IOAN. BRIT. ¶ Nulla ne periuri⁹ uerba sunt Caluini: Non ne aliqñ periur⁹ punietur. ¶ Abreptũ uerba iuuenalis ostendit irrut si abreptũ iri. ¶ Grauiore cathena grauioribus uinculis. ¶ Nostro arbitrio ut uolum⁹. ¶ Quid plus uelit ira? s. nostra q̃ ut puniamur ita ut uolumus. est q hoc legẽdum per parenthesim. ¶ Manet il la tñ uerba oĩno sunt Iuuenalis: q̃si rñdẽtis Caluino quęrẽdo iacturã suã tamen manere. Manet inq̃. Sed dabit solatia

minimus sanguinis:sed hoc tibi erit solatio, q̄ placabitur. ſ Inuidia quæ tibi inuidiā, & odium contrahat. ſ At uindicta uerba Caluini. ſ Nempe hoc indocti:uerba Iuuenalis reprehendentis stultū affectum Caluini.i.uulgus imperitū:hoc dicit uindictā esse bonā, & ea gaudet plurimū:quia nulla ratione mouetur, sed solo ut bestia appetitu. At uir sapiens & magnanimus cū inimicū suū i potestate sua (ut docet Seneca) uiderit uindictā putabit uindicare potuisse. Vindictā ut malū Deus phibuit, cū ait: Mihi uindictā, & ego retribuā. ſ Flagrantia:ardentia. ſ Adeo:in tantū. ſ Quantulacunq;:hoc dicit minimā quāq; occasionem sufficere iræ:hoc est minima quaq; re hoiem indoctū moueri ad irā & uindictā. ſ Occasio opportunitas temporis dicitur casu proueniens. ſ Chrysippus nō

Chrysippus.

decet idē:hoc est vir sapiens non dicet uindictā bonā eē:nec ullo mō laudabit. Chrysippus stoicæ disciplinæ fuit philosophus, de quo supra, & apud Persiū illic Inuētor Chrysippe tui finitor acerui. Solensis fuit, uel (ut alii dicunt) Tarsensis Appollonii filius, subtilitate disputādi adeo acer, ut illud iactū sit, Deos si dialectica uti uellēt, nō alia usuros q̄ Chrysippea. ſ Mite ingeniū Thaletis:exornatio ē rhetorica, q̄ dī circuitio.i.ipse Tales mitis ingenii & naturę. Hic Milesius fuit un⁹

Thales

ex septē sapiētibus:q. ut scribit Laertius) grās triplici cā fortunę se agere dicebat:primo q̄ nō bellua, deide q̄ uir nō mulier:tertio q̄ græcus natus esset non barbarus. ſ Senex.i.Socrates Atheniēsis philosophus clarissimus filius Sophronisci marmorarii, & Phanaretæ obstetricis, primus fuit, q̄ (ut est

Socrates

auctor Cicero in tusculanis) philosophiā e cælo deuocauit, coegitq; de uita & moribus, rebusq; bonis & malis q̄rere:cū ante illū philosophi oēs in rebus physicis pscrutādis operā tātummodo ipēderent. Sed hic cū aliqn̄ Anytū Atheniēsem uirū locupletē, & factiosum iīderet ob eius ieptias, Aristophanes comicus doctus quidē, sed homo parꝝ probatus, accepta grādi pecunia ab Anyto contra Socratē comœdiā scripsit:cui⁹ inscriptio est Nephele.i.nebulæ, qua qdē inter cæteras criminationes illud confixit:ab eo nebulas coli, & Atheniēsium religionibus obtrectari, & præter hæc iuuenū mētes sic ibuere, ut parentibus manus inferre pie, & officiose possent:quęres accusantibus Anyto, Lycone, & Melito (ut Plato in Apologia pro Socrate scribit) cū uniuersum populū in Socratē concitasset, furore quodā & ira morte dānatus est q̄ paterā cicutæ publicitus datā intrepide hausit, tātiq; se absu t ve ultionē quæreret, ut cōcederet semper illū mī ... esse, q̄ fatias, q̄ cui afficit iniuria. Laertius auctor. ſ Hymeto dulci:pa

Hymetus

triam designat. mons est terræ Atticæ ubi optimum prouenit mel. unde dulcē appellauit. sic & Valerius Flaccus li. pri. Et in dulcē reges dimittit Hymetton. ſ Cicutę:ut Plinius ci

Cicuta.

cutā est uenenū publica Atheniēsiū pœna inuisam. est enī herba semen habēs noxiū, ei & foliis refrigeratoria uis est, in modo epota hominē perimit sine ullo remedio. ſ Inter modi ... carcere, nā illic (ut diximus) data est ei cicuta. ſ Accusatori pro accusatoribus suis. nā tres (ut diximus) fuerunt, Anytus, Lycon, & Melitus. ſ Plurima felix:sensus est: Nā est, inqt, mirum si tales philosophi consentiunt uindictā non esse quærendā, qa philosophia ea est, q̄ rectā uiuendi uiā docet. nā (ut scribit Cicero i Tusculanis) uitiorū omniū est expultrix, uirtutū indagatrix. ſ Sapientia.i. philosophia moralis, q̄ cū antea (ut dixim⁹ supius) sapiētia nominaret, a Pythagora (ut scribit Cice. in Tusculanis) philosophia est appellata:cū se apd Leontem Phliasiorū principē non sapientē, sed philosophū nominasset, i. sapientiæ studiosum. neq; enim quicq̄ aliud est philosophia, si (ut inquit Cicero) interpretari uelis, q̄ studiū sapientię. Sapientia aūt (ut a ueteribus philosophis difinit) est rerū diuinarꝝ & humanarū, causarūq;, quibus hæ res continentur, scientia. ſ Exuit:deponit, i. docet ut deponantur uitia & errores animi. nā docet uitia esse extermināda:rectū āt

Rectū

hoc ē uirtutē sequēdā. nā rectū dicit (auctore Cicerone) qd cū uirtute fit. Seneca, lib. xv. epla ad Luciliū sic scribit: Antiq, inquit, sapientia nihil aliud q̄ facienda, & uitanda præcepit. ſ Animi minuti:animi pusilli. Magni enim est animi iniurias ꝯtemnere, unde & Seneca: Honestū & magnū genus uindictę est ignoscere. ordo autē est: Vindicta est uoluptas animi minuti. ſ Sic collige:sic conclude. Persius: Mendose colligis.i. concludis. ſ Magis q̄ fœmina:nā sexus fœmineus quātominus habet roboris & firmitatis, tanto facilius ab affectibus superatur. ſ Hos putuos. ſ Euasisse.s. culpę supplicium. nō est, inquit q̄ putes eos nō torqueri, nam semper auctor sceleris flagello conscientię castigatur. unde supra, Prima est hæc ultio q̄ se Iudice nemo nocēs absoluit. Sen. ad Luciliū: Tuta scelera eē nō pōt. q̄ primo illa & maxima peccantiū est pœna peccasse. ſ Surdo uerbere:occulto, nec ab aliis intellecto:cū interius a conscientia flagellat. ſ Animo tortore.i. animo pstante officium tortoris. nā cum punit, conscientia. ſ Pœna aūt uehemēs grauis. ostēdit poeta longe grauiores esse animi, q̄ corporis cruciatus iuxta illud Ouidii: Mens est q̄ sentiat ictus. Ordo est aūt & sensus. Gestare suū testem die & nocte in pectore:idest conscientiā quæ testis est sceleris pperrati. est pœna uehemēs & multo sæuior illis.s. pœnis, quas Cæditus grauis

Cæditius

inuenit. Cæditius enim nomē est iudicis temporibus poetæ:de quo scribit ēt Satyra ultima Cæditio & Fusco. Cęditii meminit & Tacitus: Dū Vitellius, inqt, resignare iperiū uoluisset, postremo, inquit, fletu ĩpediente assistenti cōsilii Cæditi⁹ simplex erat, ex olētū a latere pugionē, uelit ius necis, uitęq; ciuiū reddebat. ſ Rhadamāth⁹:filius fuit Iouis ex Asia constitutus iudex a patre apud inferos. de quo plura dixim⁹ in prima Satyra illic: Quas torqueat umbras Aeacus. ſ Spar/tano cuidam:ostendit poeta fieri non posse. ut is, qui pecu/

Glaucus

niam abnegauerit, careat supplicio:cū Glaucus Lacedæmonius tota cū prole interierit non solū, quia depositū nō reddiderit:sed q̄ cogitauerit aliqn̄ de eo nō reddēdo. hāc histo/riā luculētissime scripsit Herodotus in sexto. Fuit enī Glaucus uir Lacedæmonius uitæ sanctitate satis celebratus. ad quē uir quidā Milesius fluctuante Ionia assiduis bellis, dimidia parte bonorū Venit:apud eū pecuniā deposuit existimans fore ut salua esset:& sibi redderet, cū allatis symbolis reposceret. Glaucus accepta pecunia cōsulit oraculum Apollinis an Orco.i. iureiurādo pecuniā prædereᵗ:q̄ quā apd se depositā a quodā Milesio filii eius reposcebāt. Respondit Pythia his uersibus: Glauce expedit ad breue tempus Orco.i. iureiurādo uicisse, interuertisseq; nummos: at Orci natus qui caret nomine, qui manibus, q̄ nullis est pedibus rapide ad uenit, rapide ut pdat omnē ple & domū. His auditis Glaucus uenia sibi eorū quæ dixisset Deū obsecrabat. Cui Pythia inquit:Idē pollere tentare Deū & facere. tūc Glaucus accitis Milesius pecuniā reddidit. Cui nulla soboles, nec domus superfuit, quæ illius censeret, sed & Sparta radicitus extincta est. Ita bonū est nihil aliud de deposito cogitare, q̄ ut repetētibus reddatur. ſ Pythia uates.i. Apollinis uates. nā p puellā instinctu numinis furiosam Apollo dabat respōsa. un diuus Hiero. cōtra Iouinianū: Furiosa Apollinis uatis legim⁹. Vi Censorinus lib. iii. Delphicus Apollo Socratē omniū ... sapientissimū Pythiæ responsis est professus. Statius libro tertio Thebaidos: Dū pallida uirgo tremendas Nuntiat ambages. Nā cōstat (ut docet Strabo) diuinū illud domiciliū:unde oracula dabantur, pfundā & curuā fuisse speluncā nō admodū lato ore patentē, unde spiritus sacro afflante numine resultet. Excelsum aūt in hostio imminere tripodē, quē cū Pythia uates inscenderit, hausto diuinationis spiritu Dei responsa referre & metro, & soluta oratione. Phemonoen Apollinis filiā primā diuinantē Pythiā ferunt. Pythia dicta est. quia (ut

pythia unde

græci fabulant) Apollo pythius est nominatus a serpēte Pythone, quē ipse i pria ibi inter sagittis cōfecit:cū bellua eunas in qbus ipse cū Diana sorore iacebat, inuasisset, ipse aut Pythius dictus est ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι.i. a putrefactiōe terrę. nā natus est post Deucaliōis diluuium ut scribit Ouidius. de hoc ēt

Depositum

Macrobius. ſ Depositū est quod custodiēdū alicui datū est. dictū ex eo q̄ ponit. pposito enī de auget depositū:ut ostē/

Adytū

dat totū fidei eius cōmissum:qd ad custodiā rei ptinet. Hæc Vulpianus. ſ Nō moribus:nō bonitate naturę. ſ Adyta adyta grææ locū tēpli secretiorē, & penitiorē appellat, quasi inaccessibile, ab a particula priuatiua & δύω, qd est ingredior.

ſ Et quāuis

Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto uersata toro iam membra quiescunt,
Continuo templum, & uiolati numinis aras,
Et quod præcipuis mentem sudoribus urget,
Te uidet in somnis, tua sacra, & maior imago
Humana turbat pauidum, cogitque fateri.
Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cæli,
Non quasi fortuitu, nec uentorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & uindicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur
Proxima tempestas, uelut hoc dilata sereno.
Præterea lateris uigili cum febre dolorem
Si cœpere pati, missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt a numine, saxa Deorum
Hæc, & tela putant, pecudem spondere sacello
Balantem, & laribus cristam promittere galli
Non audent quid enim sperare nocentibus ægris
Concessum? uel quæ non dignior hostia uita?
Mobilis, & uaria est ferme natura malorum,
Cum scelus admittunt, superest constantia, quid fas
Atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari nescia, nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum uideris uno
Flagitio? dabit in laqueum uestigia noster
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum
Aut maris Aegæi rupem, scopulosque frequentes,
Exulibus magnis, pœna gaudebis amara
Nominis inuisi, tandemque fatebere lætus
Nec surdum, nec Tiresiam quemquam esse Deorum.

C ex quāuis ordo est: Extinctus est cū propinquis deducta ex gente quāuis lōgā. Sola uolūtas peccandi ut ostendat non modo Deo displicere nefaria hominū opera: sed etiā turpes cogitatu. Facti crimen habet qui aliqd, inquit, turpe meditatur, nihilo secius peccat, q̄ qui turpiter aliquid perpetrat. in ea enim deliberatiōe facinus inest etiā si ad idipsum nō peruēniat. Cedo si conata peregit: subaudi quantū supplicii credis esse delinquētibus ubi turpi ope se cōmaculaunt. q. d. illū eē in assiduo animi cruciatu: unde sequit̄ ppetua anxietas. Molares: sunt appellati dentes, q̄ cibos molāt & conficiāt sunt aūt a caninis introrsum recedētes. Albani ueteris: albanum uinū inter optima uina est celebratum. Ostēdas melius. i. si etiā melius albano uino ostēdere uoliteris. Cogitur in frōtē. i. frons crispatur. ac si biberit falernum austerum.

(margin: Mollares)

C Nulla ne &c. R̄ndet Caluinus, ne p an. an nulla erit o Iuuenalis. pœna. i. punitio, capitis. i. hois (a pte totū sumendo) periuri. & fraudis. i. fraudatiōis. nefandæ. i. detestandæ. & cōtra fidē factæ? Respōdet poeta. Crede hūc hominē. s. periturū. protinus. i. libro post periurum abreptūrd. & uiolenter ab animi tranquillitate amotū. captū cathena. s. cōscientię. grauiore. i. multū graui. & necari. i. cōtinue interfici. nostro arbitrio. i. ad arbitriū nostrū. qd uelit ira: idest appetitus uindictæ sibi pius. q. d. nihil tamē. i. licet. ille sic puniatur. iactura. i. damnū & perditio rerū tuarum manet. nec depositū. i. pecunia apud eū depsita. erit vnq iā sospes. i. integra tibi restituta. sed sanguis uidelicet tuus si inuides. minimus. i. summe diminutus & quasi tabe cōsumptus, dab t forsan tibi solatia inuidiosa. i. inuidis suauia. & hoc corpore periuri scilicet. trunco. i. si esset trūcatum. quod dicit poeta mordens eū: qui uindictā appetit. Respondet Caluinus. Verū qdē est inuidia sanguine inuidi cōsumit. At. i. sed vindicta. est sup. bonū iucūdius ipsa uita. s. inuidentis potius q̄ periuri: hoc est plus delectat̄ appetēs uindictæ in uindicta, q̄ in sua vita. Respondet poeta. Nempe. i. certe hoc sup. dicūt indocti quorū pcordia. i. uicina cordi. tu uideas. i. quilibet uidere possit. flagrātia. i. ardētia. inter eā leuib' aut nullis causis. R̄ndet Caluinus. Quātulacūq3. i. quātūcūq3 paruū est occasio irascēdi: ipsa sufficit irę. R̄ndet poeta Chrysippus philosophus ille non dicet idē. nec mite. i. hūanū & clemēs ingeniū Thaletis Milesii. s. unius ex. vii. sapiētibus græcię, nec senex scilicet Socrates. uicin' Hymetto monti Atticæ regionis. dulci. i. pductiuo suauissimi mellis: q̄ ni nollet dare accusatori suo. s. partē cicutæ. i. herbæ uenenosi succi: acceptæ inter sæua uincla. i. vincula. s. carceris Sapientia ita docens prima rectum. i. quid iustū & decens. exuit paulatim uitia. s. male uoluntatis. atq3 omnes errores: idest ignorantias intellectus. Quippe. i. quia certe. ultio est: semper uoluptas animi minuti. i. infirmi, & exigui: idest pusilli. Collige: idest conclude continuo sic q̄ nemo magis gaudet uindicta q̄ fœmina. Si ergo omnes fœminæ habent pusillū animū. & omnes appetunt uindictam: sequitur probabiliter q̄ appetere uindictā est signū pusilli animi. Tamē cur o Caluine tu, o: si uir es: putes hos euasisse supple punitionē quos mens. i. conscientia. conscia diri. i. immanis facti habet semper attonitos. & cædit. i. percutit. verbere surdo. i. nō audiēte preces: & ita inexorabili. uel surdo. i. tacito: q a surdi fere muti sunt. & hoc aio tortore. i. psecutore: quatiente occultū flagellum. Autem. i. sed. portare nocte & die in pectore suū testem. i. accusatorem. est pœna uehemēs. & multo sæuior. i. immanior illis sup. pœnis, quas Cæditius iudex ille grauia. i. molestus hominibus reis inuenit. i. excogitat. & quas Rhadamanthus iudex iferorū inuenit. Vates pythia, siue sacerdos iterpres oraculorū phœbi, seu Appolinis. respōdit quidā spartano. i. lacedæmonio, Glauco noie, haud fore. i. futurū non esse. quondā impunitū. i. rem ipunitā. q̄ dubitaret. i. dubitanter constitueret retinere depositū uiri cuiusdā Milesii, & tueri. i. protegere fraudē iureiurando. enim p quia. q̄rebat. i. disq̄rebat. q̄ mens esset numinis. i. diuinitatis Apollinis. & an Apollo suaderet illi hoc facinus. ille ergo reddidit. s. depositū metu. i. ppter metū vindictæ Apollinis minantis. non moribus. i. nō ppter mores bonos: & uirtutem: quos, & quam nō habuit. & tamen probauit. ostendit uerū esse omnē uocem adyti. i. quicqd illi ex adyto. i. secretissimo loco: q̄ solī sacerdoti adire licebat, respōsū erat & esse ueram & dignā tēplo. i. quæ e templo emitteretur extinctus. i. postquā extinctua est cū tota prole, & domo, & propinquis. deductis. i. propagatis. gente. i. generatione. aut pgenie. quāuis. i. quantūuis. seu quātūcunq3 longa sola uoluntas peccandi patitur has. i. huiusmodi pœnas. uā qui cogitat intra se ullū crimē tacitum habet scelus facti. i. ac si faceret. quod & lex diuina i duobus vltimis preceptis approbat. Cedo: i. dic sup. quomodo punitus esset. si peregit conatas. i. conatus suos. Anxietas perpetua scelerat orū. nec, idest etiā non. non cessat etiā tēpore mēse. i. dum sunt in mensa. ut. i. quemadmodū. non cessat morbo crescente faucibus siccis. i. tabe desiccatis, & cibo difficili ad digluttiendū. s. crescente inter molares scilicet dentes. sed ipse æger misellus expuit vina, & pretiosa senectus ueteris supple vinū albani displicet illi supple dicenti: Ostendas melius supple vinum ruga densissima cogitur: idest compellitur uenire in frontē. uelut. s. ac si esset supple ductand ft inducta falerno acri: idest acetoso: licet biberit suauissimum.

(margin: SACE.)

C Noct: breuem sensus est: Si forte, inquit, quieti nocturnæ se tradidit: continuo per somnium se uidere existimat: & tēplū ubi peierauit, & te ipsum quē decepit. Et quod præcipuis: ordo est & sensus: Et uidet te in somnis, qd. i. q̄ res urget mētē. i. cruciat pcipuis sudoribus prouenientibus ex conscientia sceleris. Tua sacra: ordo est: Tua imago sacra & ma

(margin: JOAN. BRIT.)

ſo humana turbat pauidum. Nam exiſtimat ſe uidere imagi/nem amici circumuenti ſacra quadam, & uenerabili ſpecie & maiore humana effigie. qualia ſæpe ſolent uideri, unde Trã quillus in Claudio ſic ſcribit de Druſo eius patre: Hoſtem etiam frequenter cæſum, ac penitus in intimas ſolitudines a ctum, non prius deſtitit inſequi, q̃ ſpecies barbaræ mulieris humana amplior uictorem tēdere ultra ſermone latino p̄o hibuiſſet. ¶ Fateri: ſe peccaſſe. ¶ Exanimes: ſcilicet ſunt. ¶ Nō quaſi fortuitus: ordo eſt & ſenſus: Exanimes ſunt, quaſi ignis cadat non fortuitu, nec rabie uentorum: ſed cadat iratus uindicet. Dicendo autem fortuitu ſequitur Epicureos, qui diuinam prouidentiam tollentes: omnia caſu moueri puta/bant. ¶ Rabie uentorum: rem phyſicam per ſequitur: nam fulmen (ut auctores ſunt Plinius & Seneca) ignis eſt coa/ctus, impulſu uentorum factus. ¶ Ignis: ideſt fulmen, quæ (ut dixi) uis quædam eſt ignea. ¶ Illa nihil nocuit: ſi prima, in quit, illa tēpeſtas nihil nocuit proxima maiore angore time tur ueluti a Diis dilata in eius grauius exitium. ¶ Dolorem

Pleuri/tis lateris: morbum uidetur intelligere, quē græci pleuridia uo cant: ideſt dolorem lateris: a quo pleuriticus πλευρὰ enim latus ſignificat. ¶ Non audent promittere: quaſi qui ſciant Deos ſibi iratos ob ſcelera ſua, qui non facile placentur im/piorum ſacrificiis. ¶ Criſtam galli: ſcribit Plinius libro deci/

Lares mo de gallis: ſic: Ex iis etiam fibræ ſunt: quæ non aliter q̃ opti/mæ uictimæ Diis ſunt gratæ. ¶ Laribus: Lares Dii erāt, quos vnuſquiſq; priuatim domi ſuæ colebāt de iis multa in ſupe riore Satyra: & illic apud Perſium: Laribus donata pepēdit. ¶ Non eſt dignior uita: ſcilicet q̃ ipſi nocentes. ¶ Mobilis & uaria eſt: hoc quam potiſſimum eſt ad conſolationem Calui/ni. Ait enim malorum uariam, & mobilem eſſe naturam: ut ad peccandum conſtantes ſint: mox q; peracto ſcelere ſua co gnoſcant male facta: ſed tamen natura impellente ad priſti/na uitia rediret: ut per hoc colligat improbum hominem to/ties peccaturum: ut aliquando deprehendatur, ſoluat q; pœ nas. ¶ Malorum: nocentium. & ſceleratorum. ¶ Supereſt con ſtantia: ideſt magna adeſt conſtantia in ſcelere committen/do. ¶ Peractis criminibus: commiſſo ſcelere incipiunt cogno ſcere errorem ſuum. ¶ Natura recurrit: ideſt ipſi ſcelerati: qua ſi naturæ imperio redeunt ad mores damnatos: ideſt ad ui/tia & ſcelera. ¶ Fixa: perſeuerans. ¶ Neſcia mutari, Terentius Vbi animus mala ſe cupiditate ſemel deuixit, neceſſe eſt eadē conſilia conſequi conſimilia. ¶ Nam quis Peccandi: ideſt quis vnquam cœpit peccare: ut poſtea ſua ſponte deſiſteret? ¶ At

Perfrica re frōtē trita fronte: ideſt perfricata. nam perfricare frontem eſt pu/dorem deponere. Quintilianus: perfrica frontem: & dic te erubeſcere non poſſe. Martialis: Et ſi perfricuit frontem, po ſuitq; pudorem. Dicimus & eodem ſignificato perfricare os. Cicero in tertia Tuſculana: Eam uoluptatem, quam tu idem, cum os perfricuiſti, ſoles dicere. Hoc autem dicit poeta ut ſpem iniiciat Caluino periurum illum daturum pœnas, quia committet alia ſcelera, quibus deprehēdetur. ¶ Dabit in laqueum: ideſt ſcelera committet, & ſic capietur la queo. ſumpta eſt metaphora a feris, quæ caſſibus capiuntur. ¶ Vncum: trahetur enim unco in ſcalas Gemonias, unde ali

Aegæum mare vñ bi: Seianus ducitur unco. ¶ Aut rupem maris: aut inſula re/legabitur. unde ſupra: Aude aliquid breuibus Gyaris, & car cere dignum. ¶ Aegæi: Aegæum mare dictum eſt (ut qui/dam uolunt) ab Aegæo Neptuni filio, qui ſe in mare præ/cipitauit: ut ſcribit Ouidius. Plinius uero tradit a ſcopulo præ ſe ferente ſpeciem capræ: quæ ita a græcis appellatur re pente in medio mari exiliens. αἶγα enim capram nomi/nant. ¶ Magnis exulibus: magnis ciuibus exulantibus, no/tat tempora ſua quibus multi ob multa ſcelera relegabātur. ¶ Nominis inuiſi: amici tui periuri. ¶ Surdum: ut nō audiat periuria. ¶ Tireſiam: ideſt cæcum qualis fuit Tireſias The banus: cui oculos eruiſſe Iunonem tradunt fabulæ: quia or ta contētione inter Iouem & Iunonem, quæ nam eſſet ma ior uoluptas uiri an mulieris in coitu, electus iudex affirma uerit mulieris eſſe maiorem: ob quam calamitatē Iupiter ei conceſſit, ut futura uaticinetur. Prouerbiali autem figura

dixit Tireſiam pro cæco: quemadmodum Horatius pro paupere Hirrum: Interemit multum diues nc loquetur, an Hirrus.

¶ Hospite venturo: tam inquit, a recta viuendi via aberras vt venturo hospite scrupulosa diligentia insistas: vt tota domus sit speciosa. illud autem non curas, vt filius illam aspiciat carentem omnibus (quod primũ esse deberet) vitiis. Illud enim est boni patris curare, vt filius non pulchram supellectilem, non ornatam domum, sed vt sanctos mores, tanq̃ speculum intueatur. unde est illud Senecę ad Lucilium: Qui domum intrauerit nos potius miretur, q̃ supellectilem nostrã. ¶ Verre: munda, a quo Verriculum & pro genere retis piscatorii, & instrumento quo domus verruntur. Est autem ordo: Vox domini instantis, & tenentis virgam fremit verre pauimentum: idest magno fremitu inclamat verre pauimentum. sic illud apud Plau. in Asinaria: iussin scelestę hæc tanta hoc stercus hinc auferri, iussin columnis deiici operas aranearum? ¶ Pauimentũ: solum ipsius domus stratum, quod alio vocabulo appellamus ostracum. Græci enim ostra contestam appellant. unde pauimentum testaceum ostracum nuncupamus. fit enim ex testis frustillatim cõtritis. dictum autem pauimentum, q̃ pauiatur: idest crebriter feriatur pauiculis. De pauimentis autẽ multa Plini. Vitruui. & Palladius. ¶ Vasa aspera: q̃ græci anaglypta, vel an. glypha vocãt: idest de super sculpta. Aspera ergo propter cælaturam. unde Persius: Quid fas optare, quid asper vtile nummus habet. i. cælatus. Pli. loquens de poculis: Ea inquit excisa erãt in asperitatem. Virgi. Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis. ¶ Tergeat: ab eo quod est tergeo. Nam secũdum rerũ etiam & secundam coniugationem declinatur. Vir. Pars leues clypeos, & spicula lucida tergent. ¶ Virgamq; tenẽtis: qua & minetur & uerberet. ¶ Ergo miser: tota est indignatio poetæ. ¶ Perfusa: perlita & polluto. ¶ Emẽdat: hęc nitida hæc facit. ¶ Semodius est enim semodius, quasi semis modius. Mart. Hos fastus, animosq; dat Sabello Farris semodius, fabæq; fresæ, Et thuris, piperisq; tres selibræ. ¶ Scobis: scobs idest quod ab aliqua materia minutissimũ decidit, dum aut per serram secatur, aut per terebram perforatur: siue non ex attritione laterum scobs habetur. Pli. lib. xvi. capito. lxii. Arida enim latius, q̃ viridia ferris præter robur & buxum, q̃ ræ pertinacius resiliunt, ferraiaq; dentes replent æqualitate inertiq; a de casa alterna indecumatione egerunt scobem. Columella in quintos Antiq ia terebra scobem faciebat. Heliogabalus: Scobe auri, atq; argenti porticum strauit: vt auctor est Lampridius. Inuenitur etiã Scobina: sed diuersa significatione: hoc est pro genere limæ. vnde Vitru. libro quarto. Ad ipsumq; coronæ mensum incidetur lima, quę scobina dr. unde eleganter Tertullianus in Apologetico sic scribit: At in Deos vestros, per omnia mẽbra vulsatus incumbunt asciæ, & runcinæ, & scobinæ &c. ¶ Aspiciat domũ sine labe: quod in oia maxime est quærendũ. ¶ Gratũ est: placet, inquit gignas liberos patriæ, si eos cures ut bonis instituant artibus. ¶ Serpente Ciconia: exẽplis ostendit quæ a teneris annis discũtur firmiter mentibus inhærere, nec inde facile auelli. unde illud est Horatii: Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu. ¶ Pullis. n. Ciconiæ, quia a matre educati sunt, & assuefacti serpentibus, eundẽ uiuendi morẽ per totu vitæ suę cursum tenent, sicq; aperte docet tales esse liberos, quales a patribus instituunt. ¶ Ciconia: auis est serpẽtibus inimica: et ob exitiũ serpentiũ tm̃ honoris apud veteres tribuebat vt in Thessalia capitale fuerit (auctor Plinio) occidisse Ciconiã eadem pœna quæ ĩ homicidiã. ¶ Deuia: deorsum & longe a via. ¶ Vultur: etenim mortuũ deuita carmen auis. ¶ Vultur: vultures triduo ante, aut biduo uolare ubi cadauera futura sũt, auctor est pli. lib. x. Plaut. in truculento: Iam quasi Vultur in triduo prius prædiuinant, quo die esuri sient. Ex cadaueribus sibi escam quærit, iterũ est aũt nihil, nec destruit animatium, uolucribus ob aliorũ tate ẽt mortuus abstinet. lege Plutar. in uita Romuli. ¶ Ad fœtus ad pullos suos. ¶ Iumẽto: Iumẽtis: bubus: relictos: insepultis hominibus. Nã iumentum & canes reliquit, & cruces, ex quibus aliquid in uitet non totũ. Appellatione iumenti, ea cõi ter intelligimus aialia, quæ homine iuuant dorso, ut equũ, asinum, mulum. Lactantius in Firmianus ait iumenta dicta esse magnarum uiriũ animalia a iuuando, q̃ i excolẽda terra iuuarent, de iumẽtis superius dictũ. Iuuede. ¶ Magni quoq; uulturis. i. cũ factus est magnus eodem se nutrit cibo quo a parentibus est educatus pullus. ¶ Propria arbore: atq; in arboribus non nidificant vultures, sed in altissimis rupibus, ut scribit Plinius. ¶ Famulæ Iouis: idest aquilæ: Iouis aues migeræ dicuntur secundum fabulas, q̃ in bello gigãteo Ioui aduersus gigantes fulmina ministrasse feruntur. Pli. uero ait ideo Iouis appellari famulas, quia fulmine nõ tangũtur. ¶ Ponitur cubili: pullis existẽtibus ĩ cubili. i. nido: ut nc datiuus. Vt illud apud Mart. Tota mihi ponitur anas. ¶ Inde: ait cum se

Hospite venturo cessabit nemo tuorum,
Verte pauimentum, nitidas ostende columnas,
Arida cum tota descendat aranea tela,
Hic lauet argentum, uasa aspera tergeat alter,
Vox domini fremit instantis, uirgamq; tenentis.
Ergo miser trepidas, nec stercore fœda canino
Atria displiceant oculis uenientis amici,
Ne perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc emendat seruulus unus.
Illud non agitas, ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, uitioq; carentem?
Gratum est, quod patriæ ciuem, populoq; dedisti,
Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,
Vtilis & bellorum, & rebus pacis agendis.
Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus hunc tu
Moribus instituas, serpente Ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento, & canibus, crucibusq; relictis
Ad fœtus properat, partemq; cadaueris affert,
Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis, & se
Pascentis propria cum iam facit arbore nidos.
Sed leporem, aut capream famulæ Iouis, & generosæ
In saltu uenantur aues, hinc præda cubili
Ponitur, inde autem, cum se matura leuabit
Progenies, stimulante fame, festinat ad illam
Quam primum rupto prædam gustauerit ouo.
Aedificator erat Centronius, & modo curuo
Littore Caietæ, summa nunc Tyburis arce,
Nunc Prænestinis in montibus alta parabat
Culmina uillarum, græcis, longeq; petitis
Marmoribus, vincens Fortunę, atq; Herculis ædem,
Vt spado vincebat Capitolia nostra Posides.
Dum sic ergo habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parua tamen mensura relictæ
Partis erat, totam hanc turbauit filius amens,
Dum meliore nouas attollit marmore uillas.
Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem
Nil præter nubes, & cæli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt,
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruãt, ac metuunt ius
Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moses
Non monstrare uias, eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.
Sed pater in causa, cui septima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit ullam.

matura leuabit:tordo est:Progenies festinat ad illam prædã,
quã primũ gustauerit,rupto ouo,cũ leuabit se matura inde.i.
excubili. ¶ Matura:adulta & uolatilis. ¶ Gustauerit ouo ru
pto:idest cũ nata est rupto putamine oui.quod rostello a pul
lo pforatur cum excluditur. ¶ Aedificator:uariis exẽplis ostẽ
dit liberos vestigia paterna sequi solere, ¶ Cẽtronius:hic eri
gendo ædificia ingẽs patrimonium absumpsit:filius secutus
vestigia patris quodcunq; ab eo relictu fuerat,ædificãdo to
tum attriuit. ¶ Caietæ:oppidũ littorale Campaniæ. ¶ Cur
Caieta uo littore:verbi Etimologiã epitheto expressit.Nã(ut Stra
bo inquit(Caietã noiauerunt veteres,qm curua oia caietas
Lacones appellauere.Virg.tñ a nutrice Aeneæ Caietã nois
tam esse cecinit:Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternã moriens famã Caieta dedisti.Diodo.vero ait ab Ar
Tybur, gonautis ædificatã fuisse. ¶ Tyburis arce:in montibus enim si
præne tum est Tybur non lõge ab urbe Roma. ¶ Prænestinis:Præne
ste ste enim ciuitas est non lõge ab urbe Roma,quondã Stepha
ne,& polystephanos a copiis coronarum appellata. Stra. In
Romæ vero conspectu sunt Tybur, Præneste,Tusculum.
¶ Græcis marmoribus:ex Laconia petebatur marmor uiride
& ptiosum,cunctisq; hilarius,auctor plin. papini.in Siluis
de balneo Hetrusci sic:Vix locus Eurotæ uiridi.itelligit enĩ
marmor laconicũ. ¶ Longe:qñ ã & ex Aegypto, Armenia, &
Fortu Numidia marmora petebant. ¶ Aedem Fortunæ:docet Pli.li.
næ ędes xxxvi:Aedem Fortunæ Romæ ptiosissimo marmore extru
ctam fuisse:sed hoc loco poeta intelligit de tẽplo Fortunę p
nestinæ:ut ædificia,q̃ in agro prænestino,Tyburtinoq; eri
gebantur a Centronio,recte cõpararet templo Fortunæ pre
nestinæ,& tẽplo Herculis Tyburtini. Tẽplũ illic fuisse For
tunæ docet Silius:Sacrisq; dicatũ Fortunę pnestæ iugis.in
de ẽt dari certa respõsa ostẽdit papinius in Siluis:Et pnesti
ne poterant migrare sorores: ¶ De qbus & propertius lib.ii.
Nã qd pnestis dubias o Cynthia sortes:Quid petis Aeacei moe
nia Thelegoni;Strabo in quinto:Habet pręneste Fortunæ
tẽplũ illustre:vñ certa eduntur oracula.de quibus ita scribit
Trãql.in Tiberio:Vicina vero oracula discutere conatus est:
sed maiestate pnestinaꝝ sortiũ territus destitit. ¶ Herculis:æ
dẽ Herculis & musarũ exstruxit Martius philippus Augusti
uitricus.auctor est Trangl.i.Augusto.Romæ Herculi etiã
Domitianus templũ erexit magno ipendio:ubi se coli volnit
vnde Mart.Herculis in magni uultus descẽdere Cæsar.veꝝ
hoc loco(vt diximus)poeta intelligit de tẽplo Herculis:qd
Tybure fuit cum bibliotheca uaria librorũ suppellectile re
ferta.de qua Gellius lib.xviii.ca.v.unde & Tybur Hercule
um appellatũ est,q Herculi dicatũ fuit.Mart.Tybur i Her
culeum migrauit nigra Lycoris.Strabo in quito:Tybur in
quit Herculeum est. ¶ Posides:hic Claudii Cæsaris libertus
fuit de quo Trãquil.sic in Claudio:Libertorũ pcipue suspe
posides xit posidem spadonem,quã & Britãnico triumpho inter mi
litares viros hasta pura donauit.Hic in tãtas euectus ẽ opes
vel luxu insanas ædificiorũ exstructiones superaret.In littore
Baianę(ut tradit pli.)balneas extruxit,quæ possidianę vo
Capito catæ fuerunt,accepto noie ab eodem Claudii Cæsaris liber
lium to. ¶ Capitolia nostra:au' nostri tpis,quę antea incensa cum
fuissent,magnificentius fuerunt restituta a Domitiano,aut
reuera nr̃a dixit:hoc est Romana,quia & Capuæ alia fuere
Capitolia,de qbus Silius i.xi. Mõstrãt Capitolia celsa,Stel
latesq; docet cãpos. Trãql.in Tiberio:peragrata Cãpania,
cũ Capuę Capitoliũ,Nolę tẽplum Augusti dedicasset. Idẽ
in Caligula:Capitoliũ Capuæ idibus Martialis de cælo ta
ctum est.fuit & Capitoliũ Beneuenti.de quo ita Suetonius
de claris grãmaticis & rhetoribus:Statua Orbilii Beneuẽti
ostendit in Capitolio ad sinistrũ latus marmorea.habitu se
dentis ac palliati,appositis duobus scriniis. ¶ Dũ,sic habitat:
dũ ædificia tam luxuriosa sibi ędificat habitãda. ¶ Rem pa
trimonium. ¶ Partis relictæ.i.opum. ¶ Turbauit:dissipauit.
¶ Villas:domicilia in agris,de qbus in prima Satyra. ¶ Qui
dam sortiti:alio exẽplo,ostendit qd dictũ est:tales esse filios,
quales a parentib' instituuntur.Nonnulli inquit,sunt,q Ro
mæ sacra iudeorũ colunt,& illorũ seruat ritus exẽplo paren

tum,qdem ante fecerunt.unde Trangl.in Domitiano:Præ
ter cæteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est ad quẽ defe
rebant,qui velut professi iudaicã intra vrbẽ viuerent uitã:
uel dissimulata origine imposita genti tributa nõ pependis
sent:interfuisse me adulescentulũ memini,cũ a procuratore
frequentissimoq; consilio inspiceret nonagenarius senex an
circũsectus esset. Sicq; poe a peransitũ religionẽ iudeoꝝ.&
eius cultores irridet,atq; subsannat. Tria autẽ percurrit:ĩ q
bus Iudaicę religiõis sacramẽta cõsistũt,quæ oia a Mose tra
dita sunt Iudeis:sed alio sensu,q̃ ipsi accipere.hęc aũt fuerer
vt.s.Sabbatis quiescerent vacui ab oi opere,circunciderent,
& carne suilla abstinerent. ¶ Sabbata.i.Iudęorum festa.Nam
Sabbatũ lingua Iudæorũ quies dr̃.Moses enim Damascena
patria antiqua repetita montẽ Sinai occupauit,quo septem
dierũ ieiunio p deserta Arabiæ cũ populo suo fatigatus cũ
tandem venisset,septimũ diẽ more gentis Sabbatũ.i.diẽ ge
tis appellatũ in oẽ æuũ ieiunio seruauit & gete,qm illa dies
famẽ eis,erroremq; finierat.De eo ieiunio ita scribit Tran
quil.in Augusto:Ne iudæus qdem mi Tiberi tam
diligenter Sabbatis ieiunium seruat,q̃ hodie ego seruaui.de
Mose multa Iustinus lib.xxxvi.Strabo.li.xvi.Iosephus in li
bris de antiqtatibus Iudęorũ,Eusebius li.viii.de pparatiõe
euãgelica.Cor.Tacitus.lib.xxi. Lactantius Firmi.lib.iiii.ca
pi.xvii.Qui scribit a Iudęis iure,atq; inuidię plenis Christũ
accusari,q legem Dei p Mosen datã solueret.i. q Sabbatis Sabba
ñ vacaret operãs salute hoium,q circũcisionẽ vacue faceret: tarii
q abstinentiam suillæ carnis auferret.ita Sabbato igitur Sab
batarii sunt appellati.unde Mart. Ieiunia Sabbatariorum.
¶ Nil pter nubes:videt hoc dictũ in æmulationẽ Aristophanis,
q i Comœdia,quã Nephelas.i.nebulas appellauit,iducit
Socratem colere nubes:sũt tñ manifesta irrisio Iudęorũ:Non
q oino nubes colant,sed ut ostendat eos lõge errare a cętero
rum cultu diuino,q.d.adorãt Deos,quos non vident,aut re
uera(q̃d maxime placet)ad id respexit q De' apparuit Mo
se in nebula totũ mõtem Sinai tegente p sex dies,q septimo
die vocauit Mosen ex medio caliginis ingressusq; Moses me
dium nebulæ ascendit in mõtem,fuitq; ibi.xl.diebus.&.xl.
noctibus:ubi a Deo accepit tabulas lapideas,legẽ & mãdata
q̃ scripsit De',vt doceret filios Israel.vñ &. Dauid i psalte
rio:Inuocabãt dñm,& ipse exaudiebat eos,& in colũna nu
bis loquebat ad eos.Et idẽ alibi:Inclinauit cælos & descen
dit,& caligo sub pedib' eius,& posuit tenebras latibulũ suũ
in circuitu eius tenebrosa aqua in nubibus æris.Iudæi ergo
nubes adorabãt,qa Deus in nubibus semp eis apparebat,vñ
illud in Mosę in numeris:Nubes tua ptegat illos,& in colũ
na nubis pcedes eos p diem,& in colũna ignis p noctẽ. ¶ Nu
men cæli:hoc dicit qa mente sola vnum dũtaxat numen(vt
scribit Tacitus vicesimo lib.)intelligunt,pfanum,q Deũ ima
gines mortalibus materiis in spẽm hoium effingãt solũ illud
& ęternũ,neq; mutabile,neq; interituꝝ.igitur nulla simula
chra vrbibus suis nedũ tẽplis sunt,nõ regibus hæc ędulatio
non Cæsaribus honor.poeta igiẽ eos irridet,quasi nõ recte
sentientes,qui vnum tñ Deum agnoscant,cum Romani,cæ
teræq; natiões plurimos quasi altiore cõsilio colãt Deos.vñ
est illud plinii in.xiii.cap.iiii.Iudæa gens cõtumelia numinũ
insignis.Nã Iudęi vnum tñ Deum colũt.vñ est illud indiui
nis scripturis:Vnus Deus Hebreoꝝ,q creauit oia,atq; ter
rã stabiliuit,& fũdauit Maria. De quo sic ẽt Apollo quodã
oraculo meminit,vt est apud Eusebiũ de pparatione euãgeli
ca:Chaldæis q̃ vera esset sapientia tñ:Hebræisq; ipsis cocessum agnoscere pura Aeternũ,q mente colunt,regẽq; Deũq;.
¶ Nec distare putant suillam carne:carne enim suilla abstinẽt
Iudæi. ¶ De cuius rei instituto sic scribit Tacitus li.xxi.Sue
abstinent iudæi memoria cladis,qua ipsos scabies quõdã tur
pauerat,cui id animal obnoxium,verum(ut tradit Lactan
tius)cum Deus iudæos carne suilla abstinere iussit,id potis
simum uoluit itelligi:vt se a peccatis,atq; immunditiis absti
nerent.Est enim lutulentũ hoc aial,& immũdũ,nec unq̃ cęlũ
aspicit,sed in terra toto corpore proiectũ,& ore ventri semp
& pabulo seruit,nec ullũ aliũ dũ viuit pstare vsum põt,si

cut cæteræ animantes &c. Interdixit ergo ne porcina carne uterent.i. ne uitam porcorum imitarent, qui ad solam mortem nutriunt, ne uentri ac Voluptatibus feruentes ad faciendam iustitiã inutiles essent, ac morte afficerent. Itẽ ne fœdis libidinibus immergerent sicut sus, q̃ se cœno ingurgitat. uel ne terrenis seruiant simulachris, ac se luto inquinent. Pater abstinuit secutus vestigia per oia sequtur. Præputia ponunt.i. circumciduntur more Iudæorum ex Mose sacerdotis instituto. de quo sic Strabo: A successoribus Mosæ ex superstitione institutam carniũ abstinentiã, a qbus abstinent: & circuncisiones & excisiones, & si qua sunt huiusmodi alia. De quo sic ẽt Tacitus: Circũcidere genitalia instituere ut diuersitate noscãtur. Suetonius loquens de Iudæis in Domitiano: Interfuisse me adolescentulũ memini cũ a pcuratore, frequẽtissimoq; consilio inspiceret nonagenarius senex an circuncisus esset. Cæterũ (ut auctor est Lactan.) figura circũcisionis erat, ut significaret nudandũ esse pectus.i. aperto & simplici corde oportere nos uiuere: qm pars illa corporis, q̃ circuncidit, hẽt quãdam similitudinẽ cordis, & est pudẽda. Et ob hanc cãm De⁹ nudari eã iussit, ut hoc argumẽto nos admoneret, ne inuolutũ pectus haberemus.i. ne qd pudendũ facinus intra cõscientiæ secreta uelemus. Deus ergo circuncisionẽ a carne mortali ad aiam transtulit, quæ sola mansura est. Præputiũ (ut diuinus ille: Mox & præputia ducit) ea pellicula appellat, q̃ glãdem in colle tegit, & reduci põt. Arcano volumine pentateuchũ itelligit.i. q̃nq; volumina veteris testamẽti a Mose cõscripta, videlicet, Genesim, Exodũ, Leuiticũ, Numeros, deuteronomiũ. Dictũ aũt pentateuchũ a πεντε quinq; & τευχος uolumen, in quo Deus leges dedit Mosæ, q̃ seruabãtur in arca, misteas Moses tradidit Iudæis. Nõ mõstrare uias soluit, inqt. Moses Iudæos, adeo ab oi alia religiõe esse auersos, ut nec cõmercium q̃dem ullum haberẽt nisi cũ eo, q eadem sacra coleret, nec viã erranti, nec ignẽ, nec aquã quærẽti monstrarent. qd & si cõtra oĩm sit humanitatẽ, putauit tñ Moses nõ indignũ videri aduersus eos, q sacra sua nõ colerẽt. Hoc tñ est ex historia. nã cũ scabie Aegyptii, porriginesq; vexarent, Hãmonis respõso moniti Mosen cũ ægris, ne pestis ad plures serperet terminis Aegypti pellunt. Dux igit exulũ factus Moses, sacra Aegyptiorum furto abstulit, repetitaq; (ve paulo ante diximus) Damascena patria antiqua mõtem Sinai occupauit. Et qa metu cõtagionis pulsos se ab Aegypto meminerãt, ne eadẽ cã inuisi apud incolas forẽt cauerunt, ne cũ peregrinis cõicarent quod ex cã factũ paulatim i disciplinã, religionẽq; cõuertit. Et ut sibi in posterũ gẽtem firmaret, nouos ritus, cõtrariosq; cæteris mortalibus indidit ita, ut ne Iudæi cõuersarẽtur cum Samaritanis, ob eamq; rẽ mulier Samaritana (vt scribit diuus Ioãnes) denegauerit aquã Christo tanq̃ Iudæo dicens sic: Quo modo tu Iudæus cũ sis, bibere a me poscis, q sum mulier Samaritana? nõ enim cõueniunt Iudæi Samaritanis. Philostratus lib. v. in uita Apollonii Thyanei de Iudæis sic scribit: Qui enim vitã a cæteris separatã viuentes, neq; mẽsa cũ cæteris, neq; sacris: neq; cerimoniis vllis cõicant. Hic ergo est q poeta ait: Transgressos in morẽ Iudæorum seruare ius iudaicũ, moresq; cõtrarios cæteris mortalibus, vt nõ mõstrent uias erranti &c. Apud Athenienses piaculũ erat nõ mõstrare uiã erranti: carmẽ erat apud ipsos, qd in publicis cãtabatur sacris, pnunciabaturq; eos esse ipsos & execrabiles, q uiã nõ mõstrarent. vñ Cice. i tertio officiorum: Quid enim est aliud errãti viam non mõstrare, qd Athenis execrationibus publicis sancitũ est. Eadẽ sacra: eosdem Deos & cerimonias.

Verpi — Verpos hoc est Iudæos, q auersa pellicula, q̃ in circuncisione mutilat, sic denoiati. Mart. Delapsa est misero fibula, Verpus erat. vñ ẽt

Verpa — verpa capitur pro mẽbro uirili. Poeta in Priapeis: Tot verpas tibi dedicat salignas. Mart. Incipit i medios meiere Verpa pedes. uñ ẽt appellæ noiat, quasi sine pelle.

Apellæ — Horati. Credat Iudæus appella. Idem ẽt dicunt recutiti a re-

Recutiti — scissa cute post circuncisionẽ. unde illud Persii: Recutitaque Sabbata palles.i. Sabbata Iudæorum recutitorum. Mart. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. a restitutione igit nouæ cutis Mart. itẽ dixit: Nec rupta recutita colla mulæ. Sed pater in cã est vt filius hæc Iudæorum instituta seruet. Septima lux.i. Sabbatũ ipsum. quod adeo supstitiose Iudæi seruabãt, ut se uente Tito p Sabbatũ arma noluerint attigere. eũ diem Latini Saturni diẽ noiant. vñ Frõtinus in Strategematis: Diuus Augustus Vespesianus Iudæos Saturni die, quo nefas eis est quicq̃ seriæ rei agere, adortus supauit. Ignaua: feriata & otiosa sine aliquo opere. Vllam partem vitæ.i. nihil fecit quo uita humana indigeat. vnde Iudæi Christum dominum nostruum accusabant q in die festo cæcũ sanasset.

ASCE.

Hospite venturo. Reprehendit eos, qui in aliis rebus summã diligentiã adhibentes in erudiendis & bñ instituẽdis filiis negligentiã. Ordo est: Nemo tuorum.s. seruorum. aut familiarum. cessabit.i. otiosus erit. hospite venturo.i. qñ aliqs uir dignitate pditus ad te venturus. Vox enim dñi instãtis, & tenentis virgã. fremit.i. cũ fremitu dicit: hoc ẽ tu qui dñs es dicis. uerre.i. virgis purga pauimentũ.i. aream domus. ostende columnas nitidas: & aranea arida.i. ſine humore uel ex vetustate exsiccatas aut mortua descẽdat cũ tota tela. hic lauet argentũ.i. uasa argentea. & alter tergat vasa aspera.i. anaglypta: hoc est desuper sculpta: & hirtia signa extãtia: aut aliud signũ. Ergo tu miser trepidas ne atria fœtida stercore canino displiceãt oculis amici uenientia nec.i. ne. porticus sit pfusa luto. & tñ vnus seruulus emẽdat uel emũdat: hoc est emẽdare põt hæc.s. pro qbus trepidas: hoc est auferre imunditiã vasorum. uno semodio.i. dimidio modii. scobis.i. pulueris decidentis a scobina, seu lima. & tu nõ cogitas illud: ut filius aspiciat domũ tuã sãctã sine ulla labe. & carentẽ.i. uacantẽ oi uitio. gratũ.i. acceptũ & utile est q dedisti patriæ & populo ciuẽ.s. filiũ tuum. si facis ut sit idoneus patriæ. utilis agris.i. agriculturæ: & utilis rebus belli & pacis agẽdis. Intererit.i. distabit plurimũ. qbus artibus, & qbus moribus tu instituas.i. imbuas: & primũ erudias hũc.s. filiũ tuum qd pbat exẽplis naturalibus. Ciconia nutrit pullos suos serpẽte: & lacerta inuẽta p deuia rura: & illi.s. pulli q̃runt eadẽ aialia. pennis sumptis.i. ut primũ uolare cœperint. Vultur.i. illa auis rapax. pperat ad fœt⁹.i. ad pullos suos: & affert partẽ cadaueris: & hoc iumento mortuo.s. & canibus mortuis. & crucibus.i. in furcis & patibulis suspẽsis relictis. hic.i. hmõi cibus.s. cadauer. est ægro eiq; ipso nutritus ẽ. quoq;.i. ẽt. cibus magni.i. effecti magni adulti uulturis & pascentis se. cũ.i. qñ facit iã nidos in ppria arbore.i. in qua ipse suos pullos hẽt. Sed famulæ Iouis.s. aqlæ. & generosæ aues sup. aliæ: ut accipitres, uenant in saltu.i. ubi feræ saliũt. leporẽ aut capreã.i. caprã siluestrẽ. pda ponit tõc.i. anq̃ plumescãt cubili.i. nido pullorum. aũt p sed. cũ pgenies matura.i. apta ad uolandũ leuabit se inde.i. ex illo cubili, seu nido. ipsa stimulante fame ad illã pdã, quã gustauerat primũ. uel quã gustauerat ouo rupto. primũ.i. ut primũ exiuerat ex ouo rupto. Cẽtronius nimis diues erat ædificator.i. nimis sumptuosus in ædificiis cõstruendis, & parabat alta culmina uillarum.i. domorum rusticarũ. mõ.i. aliqñ in littore curuo Caietæ.i. illius portus maris sic a nutrice Aeneæ appellati: & nũc in summa arce Tyburis: & nunc in montibus Prenestinis: hoc ex marmoribus græcis utpote laconicis. petitis.i. q̃sitis lõge. uincẽs.i. excellẽs ædẽ Fortunæ & Herculis q̃ sumptuosissime tñ extructa erat, ut Posides spado.i. eunuchus. uicebat nfa.i. romana Capitolia. Ergo cũ Cẽtroni⁹ habitat sic.i. tã sumptuose: & in totis locis. ipse imminuit rẽ.i. diuitias suas. & fregit.i. cõsumpsit opes suas. nec tñ erat parua mẽsura partis.i. diuitiarũ relictæ. filius ipsius Cẽtronii amẽs.i. nullã rõnẽ hñs. turbauit.i. dissipauit. totã hãc.s. partem derelictã a pñe. dũ attollit.i. erigit nouas uillas meliore marmore q̃ pater. Quidã.s. Iudæi. sortiti.i. q̃dã sorte hñtes patrem.s. quẽuis Iudæũ, aut iudaizãtem, metuẽtem.i. religiose colẽtẽ Sabbata. nil adorãt pter nubes, & numen cœli.i. nullum simulachrũ sed solũ Deũ, q in nube apparuit nec putant suillã.i. porcinã carnẽ distare humana.i. ab humana carne i qa ab utraq; qualiter abstinẽt qua.s. carne suilla. pater.i. genitor eius abstinuit. & ipsi ponunt mox.i. statim nati. octauo.s. die. mox postq̃ fidẽ acceperunt. pputia.i. priore pelliculã uirilẽ. ipsi aũt soliti cõtẽnere leges Romanas edidiscunt & seruant & metuunt ius Iudaicũ

qđcunq; Moses tradidit volumine arcano. s. Iudæis occulta to. edifcunt inquã non mõstrare vias nisi colenti eadẽ sacra. (Sunt eni Iudæi adhuc hodie nimis amatores sui: usq; adeo vt gratis inter se cõmodent: cæteris verb ad vsurã.) Et de du cere solos verpos. i. Iudæos uertentl pelle circũcisos. ad fon tem qsitum a uiatore. s. in Iudæa ubi aquæ penuria est. Sed pater est in causa patri. s. quæ q; septima lux. i. qdlibet Sab batũ fuit ignaua. i. sine omni opatione. & nõ attigit ullam partẽ. vitæ. i. nihil eo die ope ratus est, quo se viuere signi ficare posset.

IOAN. BRIT. ¶ Sponte tñ iuuenes: iuue nes, inq̃t, p reliq̃ oia patentes sponte sua imitantur auaritiam quã cũ per ætatem oderint, co guntur et inuiti exercere. sicq; imensam patrum cupiditatẽ, & pnitiosam humano generi disciplinã notat. ¶ Cætera. s. viuendi uestigia, & instituta, & cæteros mores. ¶ Fallit. n. vitium specie virtutis: filius, inq̃t, & auaritiã inscius exer cet, qa pater, quæ auaritia ẽ, parsimoniã appellat: sicq; fili us fallitur, qa uitium nõ reco gnoscit ut uitiũ: sed auaritiã exercet, putans non esse auari tiam, sed diligẽtiã quandã & uirtutẽ acqrendi. Nã uitia cũ virtutib⁹ sunt adeo finitima, ut ipsa ppinquitate plerunq; fallant, & p uirtutibus habe ant, nam auarũ pro parco, p digũ p liberali uocamus. Er ramus, inq̃t, & dum conamur uerã uirtutem sequi, in vitia virtuti uicina incurrimus, nã auaritiã amplectimur putantes eam esse parsimoniam. Imita tio est Horatii: Decipimur specie recti. Seneca i Prouerbiis: Timidus cautũ se vocat: sordidus parcum. ¶ Vmbra. i. imagi ne. Nam cum uirtute nescio quid habere videt similitudinis: qui acqrit. ¶ Cum sit triste habitu: idest ipsum initium auari tiæ, metaphora sumpta ab habitu exteriore. Nam habitus & uultus hois seuerus decipit plerunq; te, quia putas eum talẽ esse intrinsecus, qualis apparet extrinsecus. Nam & diligen tia illa acquirẽdi extrinsecus vr laudabilis. sed si attendas in interraneam cupiditatem inuenies nihil delectabilius. ¶ Nec dubie: indubitanter quidem auarus laudat tanq̃ frugi: hoc q; cũ risu, eaq; pnunciatione, qua aliqd solemus iprobare. q. d. laudat is, qui maxime uituperandus est. ¶ Augetur: licet aua rus nefanda sit cupiditate: tñ quia ad acqrendum videtur eẽ vigilantis & solertissimæ industriæ laudatur, ut homo utilis: qa per summam uirtutem, & industriã uidetur acqrere. Nam acqrere iuxta mortaliũ concupiscentiam magnæ est uirtutis. Vñ illud est Ouidii: Nõ minor est uirtus q̃ quærere, parta tue ri. ¶ Tanq̃ parcus: nã parsimonia nomen habet virtutis. Vir gil. atq; apibus quãta experiẽtia parcis. Est. n. parsimonia sci entia uitandi sumptus supuacuos, uel ars re familiari mode rate utendi. Seneca. ¶ Certa magis: hoc a poeta dictũ cũ ge stu ridentis tam sordidã diligẽtiam. ¶ Serpẽs Hesperidũ: nã Hesperides q̃ tres fuere. s. Aegle, Heretusa, & Hesperetusa fi liæ Hesperi fratris Atlantis, hortos habuere i Oceano Atlã tico ferentes mala aurea, quæ a serpẽte peruigili custodiebã tur, illuc Hercules cum imperio Eurysthei puenisset occiso ser pente poma abstulit. ¶ Aut põticus: nã apud Colchos in Pon to ubi Aeeta rex pater Medeæ regnauit, in tẽplo Martis pel lis uelleris aurei suspensa olim fuit a Phrixo, quã tauri ignem

Parsimonia

Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, solam

Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.

Fallit enim uitium specie virtutis, & vmbra,

Cum sit triste habitu, vultuq; & ueste seuerum.

Nec dubie tanq̃ frugi laudatur auarus,

Tanq̃ parcus homo, & rerum tutela suarum

Certa magis, q̃ si fortunas seruet easdem

Hesperidum serpens, aut ponticus. adde qđ hunc, de

Quo loquor, egregiũ populus putat, atq; uerendum

Artificem, quippe his crescunt patrimonia fabris,

Sed crescunt quocunq; modo, maioraq; fiunt

Incude assidua, semperq; ardente camino.

Et pater ergo animi felicis credit auaros

Qui miratur opes, qui nulla exempla beati

Pauperis esse putant, iuuenes hortatur, ut illam

Ire uiam pergant, & eidem incumbere sectæ.

Sunt quædam uitiorum elementa, his protinus illos

Imbuit, & cogit minimas ediscere sordes.

Mox acquirendi docet insatiabile votum,

Seruorum uentres modio castigat iniquo.

Ipse quoque esuriens, neq; enim omnia sustinet unq̃

Mucida cærulei panis consumere frusta,

Hesternum solitus medio seruare minutal

Septembri, nec non differre in tempora cœnæ

Alterius conchem æstiui, cum parte lacerti,

Signatam, uel dimidio putriq; siluro,

Filaq; sectiui numerata includere porri,

Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.

spirantes una cũ dracone dicitur custodisse. Eam Iason, hec in opera Medeæ dracone sustulit. ¶ Adde q; hũc, de Quo: hic etiã summa cum indignatiõe infertur, q; malus vt bonus lau detur. ¶ Verendũ: in honore habendũ, ut hominem solertissi mum. ¶ Quippe his: nec mirum, inquit, est si in pretio sunt ta les, & laudantur, vt optimi artifices. nam hi quidẽ sunt q pa trimonia norũt ampliare, & proinde in pretio sunt, iuxta illud Ouidii: In pretio prium nunc est: dat census honores: Census amicitias: pauper vbi que iacet. ¶ Quocunq; modo: idest per fas & nefas. ¶ Incude assidua: methaphora sumpta a fabris ferrariis, qui assidue cudendo ferrum extendunt. ergo incude labore & solertia. ¶ Ardẽte camino: idest animi cupidine flagrante. ¶ Et pater ergo: sensus est: Cum ergo pa trimonia solertia, & diligen tia amplietur, pater appellat, creditq; auaros felices utpo te diuites: & qui mirentur & amplectantur opes: & qui nul lum pauperem inter felices nu merent: & proinde hortatur filios ut eandem uiam sequan tur usam, Rẽ eidem. enim est hortat numero singulari. sic exponas: Pater hortatur iu uenes: ire, imitentur uestigia a uari. ¶ Mirantur: suspiciunt. ¶ Iuuenes: filios adolescentes. ¶ Sectæ: quam tenent: quæ a sequendo dicta est secta. Et propriẽ est philosophorum. qui enim Platonis dogmata te nebant, platonicam sectam te nere dicebantur: qui Socratis Socraticam. Seneca ad Lucilium. ¶ Sunt quædam uitiorum elementa: auari inquit, non statim filios ad extremas sordes producunt. sed quædam habent principia auaritiæ, quæ paulatim teneris puerorum mentibus insinuant. ¶ Elementa: principia. Bene autem elementa principia appellamus: nã quatuor enim elementis omnia principium suum habere dicuntur. ¶ Sordes: proprie dicuntur maculæ in vestibus. sed metaphorice ad animum transfertur vocabulum, & pro auaritia ponatur: quæ non minus hominis animum polluit, quam sordes uestimenta. Horatius: Sordidus a tenui uictu distabit. ¶ Seruorum uentres modio castigat: defraudat seruos cibariis suis. Nam seruis quatuor modii dabantur singulis in mense: & id dimensum dicebatur. Vnde Teren tius: De dimenso suo, suum defraudans Genium comparsit miser. Hæc Donatus. ¶ Ipse quoque: i qui dominus est. ¶ Neque enim sustinet tanta, inquit, auaritia premitur: ut ne frusta quidẽ mucida panis sustineat comedere: ac si dicat non magis iis abstinet, q̃ rebus delicatis. ¶ Minutal: genus condi menti est quod ex rebus minutim concisis fiebat (ut docet Apicius) uariis generibus & nominibus. inter cætera fiebat uel minutal marino pisce, liquamine, oleo, uino, porris ca pitatis, coriandro. Dicebatur Tarẽtinũ, Matianũ, dulce ex citreis. Minutal item ex iecinoribus & pulmonibus leporis: a uarietate rerũ uariarum dicitur a Martiale. ¶ Septembri: tem pore autumnali, quo cibaria maxime corrumpuntur, & ho minũ corpora morbis sunt obnoxia. ¶ Cõchem: idest fabam ui ridẽ ut diximus in tertia Saty. Cuius conche tenues. De qua Martialis: Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Lautio rũ cœnis sæpe negare potes. Alii sentiunt genus esse leguminis nõ absimile lenti. ¶ Signatam: custoditam, impresso signo

Secta

Elementa,

Dimensum

Minutal

Cõchis

aduersus

aduersus fraudes seruorum. Cuius consuetudines sic meminit Cicero in epistolis: Sicut olim matrem meam facere memini, quae lagoenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exiccatae. Sic & Plautus in Persa: Nam id demum lepidum est, triparcos homines vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui salino seruo obsignant cum sale. Horatius: Et signo laeso non insanire lagoenae. ¶ La-

Hesperidum: donec eam Hercules abstulit: aut ponticus sup. serpens, qui custodiuit aureum vellus, donec Iason ipsum abstulit. seruet. i. custodiat. easdem fortunas. i. diuitias, quas auarus custodit. Adde quod pater hic de quo loquitur, immitum fenerare incedentem egregium, aut, verendum artificem, quippe quo sorte patrimonia crescunt his. i. hominibus s. auaris fabris. Sed patrimonium sup. crescit

Sed quo diuitias haec per tormenta coactas?
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,
Vt locuples moriaris egenti uiuere fato?
Interea pleno dum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat, qui non habet: ergo paratur
Altera uilla tibi, cum rus non sufficit unum,
Et proferre libet fines, maiorque uidetur,
Et melior uicina seges, mercaris & hanc, &
Arbusta, & densa montem qui canet oliua.
Quorum si pretio dominus non uincitur ullo,
Nocte boues macri lassoque famelica collo
Armenta ad uirides huius mittuntur aristas,
Nec prius inde domum, quam tota noualia saeuos
In uentres abeant, ut credas falcibus actum.
Dicere uix possis, quam multi talia plorent,
Et quot uenales iniuria fecerit agros.
Sed qui sermones? quam foedae buccina famae?
Quid nocet haec? inquit, tunicam mihi malo Lupini,
Quam si me toto laudet uicinia pago
Exigui ruris paucissima farra secantem.
Scilicet & morbis, & debilitate carebis,
Et luctum, & curam effugies, & tempora uitae
Longa tibi post haec fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus possederis agri,
Quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
Mox etiam fractis aetate, ac punica passis
Praelia, vel Pyrrhum immanem, gladiosque Molossos,
Tandem pro multis uix iugera bina dabantur
Vulneribus. merces ea sanguinis, atque laboris
Nullis uisa unquam meritis minor, aut ingratae
Curta fides patriae. saturabat glebula talis
Patrem ipsum, turbamque casae, qua foeta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quattuor, unus
Vernula, tres domini, sed magnis fratribus horum
A scrobe, uel sulco redeuntibus altera coena
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollae.
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
Inde fere scelerum causae, nec plura uenena
Miscuit, aut ferro grassatur saepius ullum
Humanae mentis uitium, quam saeua cupido
Indomiti census. nam diues qui fieri uult,
Et cito uult fieri. sed quae reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor est unquam properantis auari?

certi piscis est ex Baetica: sartetanus dicitur a patria ubi capitur: pauperibus cum conche vetustissimus cibus apponebatur. Martia. Cum saxetani ponatur cauda lacerti. Et bene si coenas conchis inuncta tibi est. ¶ Aestiui: quo tempore obsonia putrescunt. ¶ Siluroi piscis est peculiaris lacus Hilidis, quem efficit Nilus. Ibi enim reperiuntur Alabethae, Coracini, Siluri, Crocodilus quoque, auctor Pli. lib. v. ¶ Includeret custodire inclusa. ¶ Fila numerata. i. ipsum porrum numeratum ne furtim imminuetur. Filum autem appellat, quod porrum sectiuum tenue sit, & est ad differentiam capitati, quod crassius est. De quibus multa Columella libro. xii. Plinius li. xix. ¶ Inuitatus ad haec adeo, inquit, sordide viuit vt huiusmodi epulis mendicus abstineret si inuitaretur. Sicque hominis auaritiam exaggerando detestatur. ¶ De ponte. i. aliquis mendicus. Nam in pontibus pauperes solent mendicare, ut dixit alibi: Illic Drusique a ponte satelles. Ordo autem est: Aliquis de ponte inuitatus ad haec negabit subcet venire.

ASCE. ¶ SPONTE tamen iuuenes &c. Ostendit perniciem auaritiae, quae prudentiae, & frugalitatis speciem prae se fert: & ad quam iuuenes non sua natura (est enim senectutis uitium: quia in nobis vitia decrescunt omnia solam praeter auaritiam) sed a parentibus instigati accedunt: quod septem dicit poeta. Ordo est: Iuuenes tamen imitantur sponte. i. ex propria natura cetera sup. vitia narrata. & iubentur a parentibus exercere inuiti. quoque. s. et solam auaritiam. Vitium enim auaritiae s. fallit. i. decipit nos. specie. i. per speciem & apparentiam uirtutis: & umbra. i. occultante proficie sua. uel umbra. i. obscura cognitione eius, quia bonum uidetur cum sit triste. i. seuerum & graue habitu. & seuerum. i. nimis rigide sequens verum vultu, & veste. i. cum auari ostendunt semper, & prae se ferant speciem grauis, & prudentis viri, & alieni consilii. Nam ut ait Hora. i epi. Hos solos aio sapere & bene viuere quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia uillis. Nec auarus laudatur dubie. i. cum timore de opposito: sed certe & secure tanquam esset frugi. i. ad frugem: hoc est utilitatem & rem suam modeste respiciens. & tanquam homo parcus. i. modeste parcens. & tanquam tutela. i. custos suarum rerum, magis certa. i. certior & tutior, quam si serpens Hesperidum. i. qui custodiuit mala aurea

quecunque modo crescit iniusto & nefando: & fiunt maiora assidua incude: ac camino semper ardente respicit ad fabros monetarios unde metaphoram sumpsit. Et ergo pater credit filios suos auaros felices animi, qui mirantur. i. cum admiratione laudant: & assequi volunt opes. i. diuitias, & hi putant nulla esse exempla pauperis beati. i. non debile esse vilem, qui fuerit beatus & pauper. & hortantur iuuenes vt pergant. i. perseuerent ire illam uiam, quam ipsi. & incumbere. i. ex toto studere & imitare eidem sectae. i. professioni & studio. s. auaritiae. Sunt quaedam elementa. i. principia & incitamenta vitiorum. & pater sup. imbuit. i. primum erudit per primam infusionem talis doctrinae. paruos. i. statim ubi capaces sunt. illos. s. filios. his sup. elementis. & cogit eos discere minimas sordes. i. auarorum mores, qui sordidi vocantur. & docet mox. i. paulo post. insatiabile votum. i. desiderium acquirendi. Paruae autem sordes sunt haec. Castigat. i. attenuat ventres seruorum iniquo modio. i. mensura iniusta frumenti eis danda singulis mensibus. esuriens quoque. i. etiam ipse esuriens, neque enim sustinet. i. patitur vnquam sup. seruos consumere omnia frusta. i. fragmenta mucida. i. mucore & situ perfusa panis caerulei. s. ille sup. s. maior. s. solitus seruare medio Septembri, cum omnibus calidissime corrumpitur. minutal. i. genus edulii ex rebus minutis confectum, hesternum. i. pridianum: hoc est ex frustis caeteris coenae precedentis confectum. necnon. i. etiam. solitus sup. differre in tempora alterius coenae. i. de una coena usque ad aliam coenam. i. unde fabam conclusam signatam. i. signo ipsius notatam cum parte lacerti. i. piscis vilis. aestiui. i. qui tempore aestatis maxime vilescit & putrescit. uel cum dimidio & putri siluro. i. tali pisce & solitus includere fila porri sectiui. quod vilius est quam capitatum. numerata. i. cum certo numero apposita. aliquis de ponte. i. mendicus in ponte. inuitatus ad haec sup. cibaria negabit sup. uenire. ¶ Sed quo ostendit extremae illum esse dementiae qui nimia parsimonia conseruat, quae prodigi haeredes absumant. De quibus sic etiam Horatius: Absumet haeres Caecuba dignior. Seruata centum clauibus & mero Tinget pauimentum superbo pontificum Potiore coenis. ¶ Sed quo diuitias: idest ad quid diuitias coactas per tot labores uis habere, si illis vti non vis?

IOAN. BRIT.

Siq; hoīs (ut dixi) stultitiā insectant: qui duriter, ac parce uiuit ut haeredibus relinquat diuitias. ¶ Per haec tot tormenta: p tot sudores & labores. ¶ Phrenesis: morbus est, q continua dementia esse incipit: aut cū aeger q̄uis adhuc sapiat, tñ quadā uanas imagines accipit: ſit phreneticus. ¶ Viuere egenti fato: egenti sorte & paupe statu. Nihil pfecto est absurdius diuite auaro, q uult in paupertate uiuere, ut moriat̄ diues. unī est illud Ciceronis i Catone maiore: Auaritia uero senilis qd sibi velit nō intelligo: pōt eni eē qcq̄ absurdius, q̄ quo minus viae restat, eo plus uiatici quaerere. ¶ Crescit amor: imitatio est Horatiana: Crescentem sequit̄ cura pecuniam. ¶ Et minus hanc optat: ostendit mortaliter poeta pauperē ad opea parandas minus anxiū esse, q̄ diuitē: nec sine rōne. Nam q in opibus nutritus est, semp veret̄ ne ab his decidat, proindeq; semper cogitat nō solū, q part i sunt cōseruare, sed augere & multipli care: pauperi vero q diuitias nō cognouit: desiderio habēdi minus excitat̄. ¶ Et melior: uidet̄. Sic Horati. de auto. Q ꝺ q̄ aliena capella gerat distentius vber Tabescat. Ouidius: Vicinumq; pecus grandius vber habet. ¶ Seges: seges ꝑprie dicit̄ eorum seminum ex qbus cōficitur panis, accipitur q; pro ipsis frugibus, dum adhuc in agris stant. Liui. ab vrbe codita lib. secundo. Forte ibi tunc seges farris dicit̄ fuisse matura messi. Oui. Iam seges est vbi Troia. Virgi. Hic segetes, illic veniunt felicius vuae. Accipit̄ ēt seges pro oī terra parata ad frumentum accipiēdum. quo significato accipit Virgilius illic Quid faciat laetas segetes: hoc est ipsa ꝯ terrā. vñ Varro in secundo rei rusticae: Dos uomicus cā ne ut cōmodius nascatur frumētū in segete, & pabulū in nouali. ¶ Arbusta: arbustū nō solum apud auctores plerunq; capitur ꝑ loco arboribus cōsito, sed maxime ꝑ loco cōsito uitibus & arboribus. unde Columella: Arbustū inter q̄dragenos pedes dispositū esse cōuenit. Sic eni & ipsae arbores, & appositae uites melius coalescent, fructūq; meliorem dabunt. ab eo elegāter etiā deducitur arbustare uerbū: q est agrū arboribus cōserere. Plinius: Transpadana Italia populo, tilia, acere, orno, carpinō, quercu arbustat agros. ¶ Canet: albicat. ¶ Quorū si pretio: ostēdit poeta periculosum esse habētibus praedia iuxta potentē uirū, q importunitate & subdolis artibus cogunt̄ ea uēdere. unī est illud Horatii in Odis: Quid qꝺ usq; proximos Reuellis agri terminos, & ultra Limites clientiū salis auarus. ¶ Si nō uincitur: si nō pōt induci ullo pretio, ut uendat ea. ¶ Aristas huius. s. domini uicini. ¶ Lasso collo: ratio est q̄re famelica sint. iugo eni colla subiecta diu habuerūt: ut inde p laborem contracta sit fames. ¶ Domū: subaudi abeunt ab inferiore. nam abeant legendū, est sine aspiratiōe: ut noualia noīatiui sit casus. ¶ Noualia: totq; ipsae segetes. hyperbole est. Noualia aūt sunt agri. q (ut docet Pli. lib. xviii.) alternis annis serūt. ¶ Squos: fame exasperatos. Sed q sermone insultatio est poetae in auarum. ¶ Sed eū, inqt, tot diuitias p multas iniurias parauerīs, q sermones sunt de te: ac si dicat ubiq; male audis, ubiq; ut improbissimus laceraris. ¶ Quid nocet hoc: inquit: uerba auari respondentis. Nā infamiā auarus cōtēnit. unī de Auaro ita Horatius: Sordidus ac diues populi cōtēnere uoces Sic solitus, populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi, simulac nummos cōtemplor i arca. Et alibi Iuuenalis i detestationem auaritiae: Quid eni salutis i famia nūmis. ¶ Tunicā mihi malo Lupini. auarus tanti facit diuitias: ut pluris aestimet rē uel uilissimā, q̄ laudē & bonum nomē in paupertate. Contra aūt uir bonus pluris facit bonū nomen, q̄ diuitias multas. Et ergo sensus: Ergo magis mihi uolo siliquā lupini. ac si dicat rē nullius momēti pluris facio, q̄ laudari vt vir bonus in paupertate. ¶ Tunicā: folliculū. ¶ Laudet me: vt virum bonum. Ordo est. Laudet me secātem. ¶ Paucissima farra exigui ruris: paupertatē summā his verbis expressit. ¶ Pago: villa. πηγη enim fons dī: inde pagus. iuxta enim fontes villae fieri solent ob aquarum cōmoda. ¶ Scilicet & morbis: ironicos auaro respōdet poeta. Est autē sensus: Licet diuitias tibi multas parauerīs ita: vt solus tm̄ possideas, quātum vniuersus populus Romanus sub Tatio possidebat: nō tñ poteris carere aliis incōmodis, & calamitatibus. Sicq; philosophice ostēdit diuitias nō esse causā q̄ hoīem a corporis iuxta & mentis aegritudine queant vendicare: neq; longiora, feliciorāq; tempora vitę largiri: cū diuitē maiores etiā curae comitent̄. Est aūt imitatio Horatiana: q sic scribit in epistola ad Lolium: Non damus & fundus non aeris aceruus & auri: Aegrotae dñi deduxit corpore febres: Nō aio curas: valeat possessor oportet: Si cōportatis rebus bene cogitat vti. ¶ Debilitate: debiles appellamus, qbus aliqua membra sint vel diminuta, vel oblisa: vt alibi: Hic coxa debilis, ambos perdidit ille oculos. ¶ Post haec. s. post illam morborum & aliarum calamitatū carētiā. ¶ Quantū sub Tatio: ex molestia antiquorum ostendit mores & auaritiā sui tpis acriter dānandā. sub Romulo. n. & Tito Tatio duce Sabinorū, q foedere percusso in urbē cū Sabinis receptus fuit a Rumulo, tāta rerum modestia & parsimonia viuebāt, vt auctore Pli. lib. xviii. ca. ii.) bina tunc iugera populo Ro. satis essent, nulliq; maiorē modū attribuerit. Dona ēt putauerit amplissima iperatorū ac fortiū ciuiū, quātum qs vno die plurimum circumarauisset. Columella tñ scribit in primo limine opis sui de agricolatione: C. Fabriciū & Curiū Dētatum, alterū Pyrrho finibus Italię pulso, domitis alterū Sabinis, accepta q̄ viritim diuidebāt captiui agri septē iugera, nō minus industriae coluisse, q̄ fortiter armis quęsierant. Plinius vero tradit Curiū Dentatū quaterna agri iugera viritim populo diuisisse sibi. deinde totidē cōstituisse dicentē neminē esse debere cui non tm̄ sufficeret. ¶ Mox ēt fractis aetate: ostēdit quanta fuerint frugalitate veteres, q ēt aetate & bello confecti acceptis binis iugeribus in pręmiū cōtenti erāt: tanq̄ maximis donati diuitiis. Ordo est: Mox vix tandē bina iugera dabant̄ pro multis vulneribus ēt fractis aetate, & passis ꝑlia punica, vel Pyrrhū imanē. ¶ Mox: deinde. ¶ Passis ꝑlia punica: qui arma aduersus Poenos gessissent. ¶ Pyrrhū, Epirotarū regē, q cū in auxilio Tarētinorum aduersus Romanos arma tulisset. demū post varia ꝑlia a Curio & Fabricio supatus in Graeciā reuersus est. vbi dū argos oppugnaret, ictu tegulae intereptus est. ¶ Molossos: Epiroticos. Nā Molossia pars est Epiri: vt diximus superius. ¶ Tādē: haec particula desiderii significationē hēt: vt sit post multum tpis & diutinos labores, refert̄urq; ad effectum expectantis. Cice. Vix tādem legi literas dignas Appio Clodio. ¶ Bina iugera: nā (ut dictū est ex sñia Plinii) bina tūc iugera populo Ro. satis erāt. ¶ Merces sanguinis. s. in ꝑliis effusi. ¶ Nullis visa minor: tāta erāt, inqt, animi moderatiōe & paucis ꝯtenti: ut ea merces licet exigua, nunq̄ visa sit inferior meritis, q̄ in remp. cōtulisset. ¶ Aut ingratę Curta fides patriae: nunq̄ putauerūt fidem patriae curtā esse in se. Et ordo est a superioribus: Aut nunq̄ visa sibi est fides curta ꝑtriae ingratae: vt duo dicat: neq; patriā visam sibi ingratā, neq; eius fidē sibi modicā: aut (qꝺ nō minus placet) ex affectu poetae dictum. i. licet igrata esset patria, q̄ ꝑmeritis ꝑmia nō redderet, tñ tanta erāt animi moderatione: vt nunq̄ putarēt modicā esse reipu. in se fidē. ¶ Saturabat: hoc dicit i detestationē delitiarū sui tpis. ¶ Talis glebula: tā modicū solū. ¶ Qua foeta iacebat Vxor: expone qua. s. casa. vt sit in q̄ casa vxor etiā foeta iacebat: vt totum sit ad laudē priscae frugalitatis: cū tā exiguis facultatibus ēt languidi optime fouerent̄. ¶ Vnus vernula. i. seruulus vnus infans. Nā vernae dñr serui nati domi ex ancillis. ¶ Tres domini. s. infantes. ¶ Horū. s. trium dominorū. ¶ Magnis: per hoc ostēdit ꝑter tres infantes, & alios fratres grandiores extitisse. ¶ Amplior: ꝑpter exhanelatū laborem. ¶ Ex pro. i. nam expositio est amplioris coenae. ¶ Ollae grandes: cacabi grandiores. ¶ Pultibus: bene inqt pultibus: vt ostēdat lauta obsonia nō solita parari. Nā pulte trecētis annis ante usum panis vixerunt Romani. vt scribūt Verius, & Plinius. ¶ Nostro nō sufficit horto. i. ampliores nūc habemus hortos, q̄ antiq habuerunt agros: vñ est cōquestio illa Plinii: cum bina tūc iugera populo Ro. satis essent, nec vlli maior modus attribueret̄, eo seruos paulo ante principis Neronis cōtēpto, huius spatii viridia, & piscinas habuisse, gratūq; esse si nō aliqs & culinas. ¶ Inde: ex tāta rerū cupiditate. ¶ Causae scelerum: subaudi sunt. Nā hoies ad omnia scelera cupiditate habendi facile impelluntur. vnde illud Virgi. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.

¶ Nec

Debilis

Pyrrhus

Viuite contenti casulis,& collibus istis
O pueri Marsus dicebat,& Hernicus olim,
Vestinusq; senex,panem quæramus aratro,
Qui satis est mensis,laudant hoc numina ruris,
Quorum ope,& auxilio gratæ post munus aristæ
Contingunt homines ueteris fastidia quercus.
Nil uetitum fecisse uolet,quem non pudet alto
Per glaciem perone tegi,qui summouet Euros
Pellibus inuersis.peregrina,ignotaq; nobis
Ad scelus,atq; ne fas,quodcunq; est,purpura ducit.
Hæc illi ueteres præcepta minoribus,at nunc
Post finem autumni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat,accipe ceras,
Scribe puer,uigila,causas age,perlege rubras
Maiorum leges,aut uitem posce libello.
Sed caput intactum buxo,naresq; pilosas
Annotet & grandes miretur Lælius alas.

Grassari

Nec plura uenena:ordo est,& sensus: Nec ullum uitiũ humanæ mentis miscuit plura uenena,q̃ ipsa auaritia & immoderata habendi cupiditas. Grassatur:sęuit. Est eni grassari supra modũ sæuire, vnde Trãquillus in Calig. His diuerso uitiorũ genere grassantibus.i.ualde sęuientibus. Grassari etiã dicimus incedere. Sallu.in Iugurthino:Grassatur uia uirtutis. Et cito fieri vult:ostendit multa scelera illi pperranda esse,q modico tpis spatio magnas aggregat diuitias.

ASCE.

¶ Sed quo &c. Docet auarorum insaniam,qui in suam perniciem filios auaritiã docent:cum ab illis postea necentur. Ordo est: Sed quo.i.ad quẽ vsum.coactas.i.accumulas auare diuitias per hęc tormenta seruotũ scilicet.cũ sit furor haud.i.non dubius & manifesta phrenesis:idest isania. Viuere fato.i.statu & sorte fatali egenti,vt moriaris locuples. Interea cum saeculus turget.i.inflatur pleno ore:quia ligari non potest. amor nummi crescit quantũ ipsa pecunia.& minus optat hanc scilicet pecuniam:qui non habet sup.eam Ergo quia insatiabilis es.altera uilla paratur tibi.& cum rus unum nõ sufficit. libet proferre.i.extendere. fines:idest limites agri tui. & seges.i.satio uicina uidetur maior & melior. & tu mercaris &:idest etiam hanc.& cum ea arbusta.i.ligna cædua, seu cõbustibilia.& montẽ qui canet tempore florum oliua densa.i.frequenti olea quorum.i. quarum rerum. si dominus nõ uincitur.s.ad uendẽdum ullo pretio.boues macri. & armenta famelica collo lasso:idest fatigato aratro,aut iugo.mittuntur sup.a te ad uirides aristas:idest segetes huius.s.domini. vt.s.deuastatis illis,cum nullum fructum habeat,cogatur uẽdere. Nec sup.rediguntur prius domum inde.i.ab illis segetibus.quam, ipsi habeãt:idest assumant in sæuos uentres.tota noualia.i.totam nouam sationẽ segetum.ita ut credas illud actum esse falcibus:idest incuruis cultris:quibus frumẽtum maturum abscinditur. quam multi sup. putes plorent talia sup.dãna:& tales iniurias.& quot agros fecerit i iuria uęnales:quasi dicat plurimi,& plurimos. Sed qui sermones habẽtur sup.de auaro.& quæ buccina.i.tuba famæ fœdæ.i. diffamationis .habetur sup.de te o auare. Ipse aũt.auarus sup. inquit.Quid nocet hoc.i.infamem esse.ego malo mihi tunicam lupini:idest plenam & turgidam auro:sicut tunica,i.siliqua lucini plena est grano. Vel dicamus potius absolute:ego malo tunicam.i.siliquam & vilissimum integum. etum:quasi ad nihil utile.lupini.i. illius leguminis. quam si uicina laudet me in toto pago,i.uico(ut Galli dicunt villagio.)se cantem.i.metentem paucissima farra exigui ruris:hoc est p bona fama nõ darem siquilas lupinorum:si cum ea pauper sim. respondet poeta per ironiã ex indignatione dicens. Scilicet .i.scire licet:quare hoc malis:quia tu carebis morbis & debilitate.& effugies luctum,& curam.& tempora uitæ dabunt tibi meliore fato post hæc longa:si tu solus possederis tantũ agrũ quantũ populus Romanus arabat sub Tatio consocio scilicet Romuli.cũ po.Ro.adhuc pauper esset. quia mox.i. postea.uix bina iugera dabantur tandem.i.post longam militiam ipsis Romanis etiam fractis ætate.s.senecta.& passis prælia punica.i.carthaginensia,& Pyrrhũ regem Epiri. immanem.i.inmitem,& crudelẽ.& gladios Molossos.i.Molossorum, qui sub Pyrrho erant:& hoc pro multis uulneribus. ea merces scilicet possessio duorũ iugerum,quę erat merces sanguinis,atq; laboris.nullis.i.non ullis.non est uisa ullis unquam minor meritis.i.q̃ meruerint. Quidam legũt aut ingratę. Et est ordo:Aut fides illa sup.nullis est uisa fides curta patriç ingratę. Aliis haud sic Fides sup.erat fides curta.i.imminuta patriæ ingratæ.s.tanq̃ a patria ingrata.quia talis glebula:idest terra pinguis:sed modica ut pote duum iugerum. saturabat ipsam partem scilicet familiæ.& turbam:idest familiam etiã multam.casæ:idest exiguæ domus,qua.i. in qua.uxor incebat fœta:idest puerpera,& quatuor infantes ludebant.& in qua erat supple vnus vernula.i.seruus,& tres domini.nisi dicas illorum quatuor filiorum vnum, qui vltra ius triuum liberorum erat, vt vernam habitum.quod non placet. potius dicam tres patres familias in una domo fuisse. Sed altera cœna amplior:& grandes ollę fumabant pultibus:quibus tũc uescebantur. magnis fratribus horum scilicet infantulorum redeuntibus a scrobe:idest fossa in qua vitis foditur:& sulco aratro facto.hic autem modus idest hæc mensura agri videlicet duum iugerum.non sufficit nunc nostro horto.Valla diceret hortis:quia de voluptuariis loqtur. Inde:idest ex huiusmodi luxuria & sumptuositate hortorum & uillarum sunt supple fere:idest quasi.omnes causæ scelerum.nec vllum uitium humanę mentis miscuit plura uenena:idest maiora incommoda reipu. Aut grassatur:idest uiolenter sæuit fero:idest armis bellicis sæpius.,quam.sæua:idest magna & immanis.cupido:idest concupiscentia.census indomiti:idest se continere nequeuntis. Nam qui uult fieri diues:vult fieri sup.diues &:idest etiam cito.sed quę reuerentia legum:quis metus.aut pudor auari properantis:idest festinantis ad diuitias est unquam: quasi dicat nullus, & nulla:quia per fas & nefas ditari uult. & ita neque Deum,neque hominem uereri videtur.

IOAN BRIT

¶ Viuite contenti casulis:introducit verba Marsi senis,& Hernici,Vestinique ad filios:ut contenti sint modicis rebus. Sicq; ex frugalitate antiquorum vituperat sui temporis luxum,& cupiditatem. O pueri:o filii.pueros enim:græca cõsuetudine p filiis posuit. Sic Horatius:Dicam & Alciden, puerosq; Ledæ. Marsus:Marsi populi sunt Sabinis cõterminí.de quibus abunde diximus in.iii.Saty.illic:Trãslatus subito ad Marsos. Hernicus. Hernici Lauinio & Albæ uicini erant:dicti(auctore Macrob.)ab Hernico duce. Vestinus:Vestini Sabinis et Marsis uicini sunt. Laudãt hęc numina ruris:agricolæ duodecim habebant Deos, quos præcipue colebant, Iouem & Tellurem, Solem & Lunam, Cererẽ & Liberum, Robigũ & Floram, mineruã & venerem, Lymphã & bonũ Euentũ. De iis Varro. Sed nũc Liberũ & Cererẽ intelligit, quorũ beneficio mortalibus usus panis & uini datus est cũ antea glandibus vescerent. vnde est illud Virg. Liber,& alma Ceres vestro si munere tellus, Chaoniam pingui glandẽ mutauit arista. Bacchus.n.vini vsum primus docuit. Ceres uero frumenta inuenit.eadem molere & conficere i Attica,Italia,& Sicilia,& ob id Dea iudicata.hęc pli.& Diodo. Nil uetitũ fecisse volet:ostendit poeta hoiem.q̃ mediocritatẽ sequat,nulla turpi cupiditate deuinciri. Perone tegi:ac si dicat,q in vili habitu ambulat. Est eni pero genus calciamẽti ex crudo corio,quo & i bellis vtebant. Virg. Crudus tegit altera pero. persius: Nam si poscat sibi peronatus arator. Summouet Euros:arcet frigus. Pellibus inuersis.i. pellibus hñtibus pilũ i pte exteriore. Oui.i.iii.de Tristibus pellibus hirsutis arcet mala frigora braccis. peregrina purpura:sapiẽter poeta oñdit his,q ãbitiose viuãt sũpt⁹ magnos eẽ faciẽdos,& pidea ium ad varias rapinas cõuertẽdũ. purpura:vestis purpurea,quæ ex longinquo venit. purpura ãt

Hernici Vestini Numina ruris

Pero

Dirue Maurorum Attegias, castella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat, aut longos castrorum ferre labores
Si piget, & trepido soluunt tibi cornua uentrem
Cum lituis audita, pares, quod uendere possis
Pluris dimidio, nec te fastidia mercis
Vllius subeant ablegandæ Tyberim ultra.
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta, & corium. lucri bonus est odor ex re
Qualibet, illa tuo sententia semper in ore
Versetur Diis, atq; ipso Ioue digna poetæ.
Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant uetulæ pueris poscentibus assem,
Hoc discunt omnes ante alpha, & beta puellæ.

(ut tã sæpe diximus) est piscis ex cuius faucib⁹ habet̃ liquor aptus ad uestes tingendas, is aũt capiebat̃ in mari Tyrio in Meninge Africę. & Gytulo littore Oceani in Laconica Europæ. est. ergo sensus Hõ delectatus luxu uestiũ, ut magnifi cus uideri possit, non dubitat ut egregias uestes hẽat, q una ambitione correptus est, oĩa miscere scelera, & bonis alienis manũ inicere, omnesq; rapinas exercere. ¶ Hæc pcepta subaudi dabant: hoc est quæ supra sunt commemorata. ¶ Minoribus: filiis & nepotibus. ¶ Post finẽ autũni iã incipiẽte hyeme, quo tẽpore hoïes incipiũt lucubrare, & vacare studiis. ¶ Cerasi: tabellas ceratas, in quibus antiqui stilo scribebant. ¶ Causas age: tu sæpe causas defendendas i foro, ut lucrũ facias. Nã (ut ait Martialis) illic Aera sonant. ¶ Rubras leges: idest miniatas. Nã capita legũ minio solẽt notari. Persi⁹: Excepto si qd Masuri rubrica uetauit. ¶ Vitem: Centurionatũ. Nam uitis Centurionum erat gestamen: qua pcutiebant milites. de qua pleraq; diximus in Stemata q̃d faciunt illic. Frangebat uertice uitẽ. ¶ Posce. s. ab imperatore. ¶ Labello: supplici quem porrigas iperatori. ¶ Sed caput intactũ buxo: sic, inqt, ut Lælius a quo scribendus es in militiã, videat te negligentem circa cultũ corporis. nã ita te idoneũ putauit militem. Per Lęlium autẽ vnũquẽq; intelligit iperatorem. C. eni Lælius, q sapiens vsurpatur pcor fregit & cõminuit Viriatũ Lusitanũ ferocitatẽq; eius ita repressit, vt facile bellũ reliquis traderet. Socer aũt fuit & Muti Sceuolę auguris, & Fanii. ¶ Intactũ buxo. i. pectine, q ex buxo fieri solet. Mar. Multifido buxus, q̃ tibi dente dat. ¶ Alas grandes. i. grãdibus pilis hirsutas. id eni indiciũ est uirilitatis qbus aũt hirsutę sunt alę, hircosi dicunt̃ ob fetorẽ hircinum. Persius: Hic aliquis de gente hircosa Centurionum. hircō [...]

¶ Viuite contenti. Laudat parsimoniam priscorum. Ordo est. Marsus, Hernicus, & Vestinus senex. i. quiuis paterfamilias ex illis populis Italię, dicebat o pueri viuite contenti istis casulis. i. domunculis. & collibus. i. paruis & duris agris. & quæ ramus panem, qui satis est mẽsis. i. victũ nostrũ. aratro idest agricultura. numina ruris scilicet Tellus & Ceres: quorum ope & auxilio fastidia. i. aspernationes & nauseæ. ueteris quercus: idest glandis, qua ueteres vescebantur. contingunt. i. occupant homines, post munus. i. donum & inuentũ aristæ gratæ: idest frumenti. laudant hoc: scilicet aratro panem quærere. ille sup. nihil: idest nõ aliquid: nõ uolet fecisse aliquid vetitum: quem nõ pudet tegi per glaciem. alto pero: idest calciamento rustico. & qui summouet: idest depellit a se Euros: idest violentos ventos. pellibus inuersis. i. lanam, aut uillum, seu pilum interiorem habentibus. Purpura peregrina & ignota nobis. s. Romanis: quæcunq; ea est: ducit ad scelus, atq; nefas. hæc. i. huiusmodi præcepta. dabant supple illi veteres. i. seniores. minorib⁹. i. iunioribus. At: idest sed. pater clamosus. i. assidue clamãs & obiurgans. excitat nunc: idest nostris temporibus. iuuenem scilicet filiũ suum supinũ: idest negligẽtem & auersum a terrenis bonis de media nocte. post finem autũni: idest in principio hyemis quando frigus viget. & dicit supple: accipe puer ceras: idest ceratas tabulas scribe: vigila: age causas: perlege rubras leges maiorum. i. rubricas: quibus cognitis scies vbi tu us indagabis cõsultãtibus &c. aut posce libello: idest supplicatiõe: aut carminibus in laudem imperatoris scriptis. uitem: idest centurionatũ. nã Centuriones uite milites cogebant. Sed inquit filius aut poeta. Lælius: idest quiuis bonus imperator vt Lælius. annotet. i. consideret antequam uitem det. caput intactum buxo: idest pectine: hoc est impexum. & nares pilosas: & alas grandes: idest setosas quas ille non habet.

¶ Dirue Maurorũ Attegias. i. mapalia, & casas quas Mauri, qui Numidæ a Romanis appellant̃, sibi extruunt. De his Iosephus libr. vii. de bello iudaico sic scribit: Cũ ad festum, inquit, diẽ uenisset: qđ Attegias in honorem Dei cõponi ab hominibus mos est. cõtubernia. n. Iudęi singula die festo q Pascha appellatur, sibi construũt non pauciores q iã de nos homines capientia vbi epulantur cæsis hostiis Iosippo. ¶ Castella: differt castellũ ab oppido. est enim oppidũ idem quod ciuitas. Castellum uero inferius, ut neq; ciuitas sit. neq; pagus, sed mediũ inter utrũq;. unde Pomponius Mela scribit sic: Cartina & Arsinna sunt oppida: & Ampsa castellũ. Salustius i Iugur. Castella multa & oppida temere munita, aut sine præsidio capit. a castello sit Castellanus, sicut ab oppido oppidanus, non ea significatione, qua aliqui falso crediderunt: hoc est qui castello præsit, sed qui sit ex eo castello: sicut oppidanus q ex eo oppido. Vnde Sallustius: Iter castellanorũ angustũ admodũ. Qui autem ei præest arcis custos & prefectus dicit̃ non castellanus. Castellũ item munitionẽ appellamus q̃ iales hodie etiã fieri videmus ex terra. unde Cęsar scribit in secũdo commentario: Ab utroq; latere eius collis trãsuersam fossam obduxit circiter passuũ quadringentorũ. & ad extremas fossas castella constituit, ibiq; tormenta collocauit. Et infra: Postea uallo pedũ. xii. in circuitu. xv millium, crebrisq; castellis circũmuniti oppido se cõtinebant. Cic. lib. xiiii. epistolarum ad Catonem: sic ait: Vallo & fossa circundedi sex castellis, castrisq; maximis sepsi. Castella itẽ (ut legere est apud Vitruuium, Frõtinũ, & iuris cõsultos multis locis) deriuacula sunt aquæ ducentes p formas, & fistulas suas. Vulpianus: Castellũ est receptaculum quod aquam publicam suscipit. ¶ Brigãtũ: Brigantes populi sunt in Britannia, ut scribit Strabo. Cornelius Tacitus: Iam uentum haud procul mari ad Hybeniam insulam, cum ortæ apud Brigantes discordiæ retraxere ducem. ¶ Sexagesimus annus: nam tunc missio dabatur militi, quæ honesta dicebatur. Nam tres generales (ut tradit Marcellus de re militari) fuerunt missionum causę, honesta, causaria, & ignominiosa. Honesta est quæ tempore militię impleto & emeritis stipendiis datur. Causaria cũ quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. Ignominiosa causa est, cũ quis propter delictum sacramento soluitur. ¶ Aquilã locupletem. i. militiam ipsam opulentã. Aquila enĩ insigne fuit Romanorum. unde Valerius Flaccus libro. vi. Romanas ueluti sæuissima cũ legiones Tisiphone, regesq; mouet, quęq; agmina pilis, Atq; aquilis utriq; micant. De hoc multa superius illic: Da nunc & uolucrem sceptro quæ surgit eburno. ¶ Aut longos: sensus est: Aut si forte labor militaris est tibi molestus: nec potes ferre strepitum tubarum: potes negociationẽ exercere: vnde lucrũ tibi emergat. Sic q; filiũ instruit ad rem quãq; uilissimam, ut lucrũ faciat. Ordo autem est: At pares quod possis uẽdere pluris dimidio. si te piget ferre labores castrorũ &c. ¶ Soluunt uentrẽ: naturale. n. est ut ex timore soluat̃ vẽter. Cuius rei ratiõnẽ ita exponit Aristo. in pblemma. Calor, inqt, insitus nobis, quasi aiãns est: hic ergo rẽ quãcunq; timuerit, diffugit: qđ cũ extrinsecus ratio conturbat, atq; metuẽdi inuehat, atq; ima de superis defluat, & estimus ad intima se penetret, efficitur ut aluus & uesicę fundant̃ facilesq; reddant̃: uñ & Macro. lib. vii. Satur. Hinc & laxamẽtũ uentris comitat̃ timorẽ, q musculi qbus claudeba(n)t̃ retrimẽtorũ meatus fugiẽtis introrsum alę uirtute deserti laxãt uincula, qbus retrimẽta usq; ad digestionis opportunitatẽ continebantur.

Att giæ
Castellũ
Oppidũ
Brigantes
Missionũ genera
Aquila

continebantur. ¶ Cornua audita cū lituis: hoc autē dixit ex uetere consuetudine militię. Nam in castris legio habebat tubicines, cornicines, & buccinatores. Tubicines ad bellū uocabant milites, & rursum receptui canentes reuocabāt. Cornicines & Buccinatores erant ornamentum totius legionis in igressu cōflictus, & eius reditu. quoties pugnabat, cornicines, & tubicines canebant.

Tubicines

Cornicines

Buccinatores

xagesimus: idest cum fueris sexagenarius, non prius enim a militia missionē obtinebāt. afferat tibi aglā locupletā. i. locupletātē eos, qbus vt meritis dat̃. Aut si piget te ferre longos labores castroꝝ. i. in castris militaribus. & cornua audita cū lituis. i. tubis claris bellicū sonātibus: hoc est sonitus cornuū & tubaꝝ: qbus acres uiri accēdunt̃ ad bellū. soluūt tibi trepido. i. timore trepidātī vētrē ut aut mingere, aut cacare cogaris præ anxietate. pares. i. exornes quod possis vendere pluris dimidio suppleq̃ valeat. nec: idest & non. & fastidia. i. tędia, aut nauseę ullius mercis: q̃ uulgo mercātiā vocāt, ablegādę. i. trāsmittēdæ pp fœtorē vltra Tyberi: hoc est pelliū parādarū. nō subeāt. i. iuadāt te, nec credas aliqd discriminis. i. differentię esse ponēdū inter vnguēta. & corium: idest pretium vnguentorum & coriorū. odor eni lucri est bonus ex qualibet re, quod Vespasianus sensit. illa sententia poetæ. s. Ennii. existens digna Diis supple teli, quis: i qi ipso Ioue: idest summo Deorum scilicet, nemo quærit vñ habeas: sed oportet habere: versetur semper in tuo ore. quod tamen Ennius dixit non pręcipiens ut fiat: sed reprehendens, quia fit. vetulæ scilicet mulieres monstrant hoc: idest sic sentire. pueris poscētibus assem. Vt scilicet nuces aut placentā emant. & omnes puellæ discunt. hoc ante alpha & Vita. aut (vt dicunt) Beta: idest ante prima elimenta literarū. qd nostro more dices ante a, b, c. vel ante alphabetū.

Talibus instantem monitis quemcunq; parentem
Sic possum affari, dic o uanissime, quis te
Festinare iubet? meliorem præsto magistro
Discipulum, securus abi, uinceris ut Aiax
Preterit Thelamonem, ut Pelea uicit Achilles.
Parcendum est teneris, nondum impleuere medullas
Natiuæ mala nequitiæ, cum pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri
Falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramq; pedemq;.
Elatam iam crede nurum, si limina uestra
Mortifera cum dote subit, quibus illa premetur
Per somnum digitis? nam quæ terraq; mariq;
Acquirenda putes, breuior uia conferet illi.
Nullus enim magni sceleris labor. hæc ego nunq̃
Mandaui dices olim, nec talia suasi,
Mentis causa malæ tamen est & origo penes te.
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et leuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo, quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, adeo indulgent sibi latius ipsi.
Cum dicis iuueni stultum, qui donet amico,
Qui paupertatem leuet, attollatq; propinqui;
Et spoliare doces, & circumscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere, quarum amor in te est,
Quantus erat patriæ Deciorum in pectora, quantum
Dilexit Thebas, si Græcia uera Menœceus,
In quarum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis nascuntur, & horrida bella capessunt
Continuo, tanquam & tubicem surrexerit una
Ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
Flagrantem late, & rapientem cuncta uidebis.
Nec tibi parcetur misero, trepidumq; magistrum
In cauea magno fremitu Leo tollet alumnus.
Nota mathematicis genesis tua, sed graue tardas
Expectare colos, morieris stamine nondum
Abrupto, iam nunc obstas, & uota moraris,
Iam torquet iuuenem longa, & ceruina senectus.
Ocyus Archigenē quære, atq; eme, quod Mithridates
Composuit, si uis aliam decerpere ficum,
Atq; alias tractare rosas, medicamen habendum est,
Sorbere ante cibum quod debeat aut pater, aut rex.

hinc ergo poeta ait: Cornua cū lituis. i. cornicines cū tubicinibus. nā lituus genus erat tubæ ad similitudinem litui virgæ auguralis. Est eni virga breuis in parte, quę robustior est incurua, qua augures vtunt̃. cui⁹ meminit Virg. Ipse Quirinali lituo, parua qꝫ sedebat Succinctus trabea. Lituo pro tuba usus est Vir. Et lituo pugnas isignis obibat. & hasta. ¶ Nec te fastidia: nec te pudeat cōtrectare merces etiā dedecorosas. & quæ mitti solent trās Tyberim. intelligit autem negociatione coriorū. Nā animalia excoriabantur trans Tyberim. Mart. Et detracta cani transtyberina cutis. ¶ Inter Vnguenta hoc loco poeta docet, quod verum est, vnguenta ea tm̄ dici, quę uoluptatis causa parant̃ cū reliq̄, quę ad sanitatē spectāt, medicamina, siue medicamenta dicant̃. ¶ Coriū: appellamus omnem pellem non modo ꝑfectā, sed etiā recēs detractā animali. ¶ Bon⁹ est odor: hoc potest videri dictū i auaritiā Vespasiani, q (vt scribit Trāquillus) rephendēti Tito filio, q vectigal ē vrinæ cōmentus esset pecuniā ex prima pensiōe admouit ad nares, interrogans an odore offenderetur, illo negāte, atqui inqt, e lotio est. ¶ Illa sñia poetę. s. Ennii. Nā versus q sequitur Ennianus est. ¶ Hoc mōstrāt Vetulæ, tanta, inquit, est mortalium cupiditas, ut nō solū patres, sed etiam vetulę doceant puerulos has sordes: tunc præcipue cū stipem aliquā poscunt ad emenda poma. tunc. n. monēt uersus Enniani, vt sine parci. Solent. n. pueri assem a parentibus, & familiaribus poscere. ¶ Ante alpha, & uita: anteq̃ attingant prima litterarum rudimenta. legendumq; est: & uita: & non Beta: cum nomina sint litterarum græcarum.

Lituus

¶ O vanissime: o stultissime. alibi Sic libitum vano, qui nos distinxit Othoni. ¶ Quis te Festinare iubet: quis cogit te, tam cito vrgere filium ad auaritiam, cum ad id vitium sponte sua sit procliuus. Vnde sequitur: Meliorē pręsto magistro Discipulū. ¶ Securus: b. i. non est q dubites qn auaritię studiū facile sequat̃. ¶ Vinceris ut Aiax Præterit Thelamonē: ironia est. Ita qdem vinceris virtute a filio tuo ut Aiax, & Achilles parētes suos uicerūt. vt sit sensus: Vt illi uirtute & ꝑclaris operibus parentes suos vicere, ita uitio auaritię filius tuus te superabit. ¶ Parcēdū est teneris: est ueluti risio parētibus cōquerētibus puerulos nō statim eē auaros. ignoscendū, inqt, est o pater puerulis, si forte ea ætate auaritia te nō vincit, qa mala, inqe huiusce cupiditatis nondū impleuere medullas: i non dū penitus infusa est extrema cupiditas. Sed cum facti, erūt grandiores, tunc te auaritia superabunt, tunc extrema laborabunt cupiditate. falsi. n. erunt testes &c. ¶ Nondum impleuere medullas: rationē affert nō esse mirandū, statim in pueritia auaritiā non exerceant, nondum. n. sunt maturi, vt ipse

JOAN. BRIT.

¶ Dirue Maurorum. & cetera. Verba sunt adhuc patris auari ad filiū Ordo est: Dirue. i. prosterne, æqua. Attegias. i. humiles populos, aut ciuitatem Maurorum. Vel Attegias. i. mapalia: hoc est humiles casas Maurorum. & castella Brigantum: idest illorum populorum Britanniæ, quæ nunc Anglia dicitur: non lōge ab Hybernia. Tacitus in historia: Iam ventum haud procul mari, ubi ad Britanniam aspectatiū cum orte apud Brigantes discordiæ retraxere ducem, vt annus se

ASCE.

cte auaritiam possint exercere. Nam. mala natiuæ nequitiæ: idest naturalis auaritiæ, que a natura hominum insita esse videtur, nondum impleuerunt medullas, nondum perfecte puero inhęserunt. quasi dicat. sata quidem sunt a natura auaritiæ semina in puero, sed nondum ad maturitatem peruenerunt. ⸿Cum pecteret: tunc, inquit, cum barbitium produxerit extremæ dabit signa auaritiæ. falsus. enim erit te &c. ⸿Longi cultri. periphrasis est nouaculæ: idest cum cœperit radere barbã. ⸿Vẽdet periuria: peierabit. ⸿Summa exigua modica mercede & lucro. ⸿Arã Cereris: illic. enim sanctissimum habebat iusiurandum. ⸿Elatã iam crede nurum: ita iã vnusquisq; auaritia flagrat. vt in periculo neuę nupeę sint, ne a sponsis tollantur, si dotẽ grãdem tulerint. ⸿Elatam: ex

Efferri — tinctam. Nam afferri proprie dicunt mortui, cũ ad sepulcrũ feruntur. Teren. Effert, imus, ad sepulchrum venimus. ⸿Do te mortifera: dote grandi, ex qua ei mors acceleretur. ⸿Qui

Aconitum — bus illa premetur: cum quadã miseratione pronuncianda sunt: quasi dicat acõito infectis, veneficium. enim intelligit, quod per aconitum parat, de quo Plin. sic: Constat omnium venenorum ocyssimũ esse, aconitum, & tactis quoq; genitalibus fœminini sexus animaliũ, eodem die inferre mortẽ. hoc fuit uenenũ, quo iterẽptas dormiẽtes a Calphurnio Bestia uxores, M. Cecilius accusator obiecit. ⸿Nã que terraq;, mariq; irrisio est poetæ. Nõ mirũ est si adolescens sponsam aconito necat dormientẽ. nã sic facilius & breuiore itinere sibi cõparabit diuitias, quæ terra, & mari, & lõginquis locis acquirẽdæ forent. sicq; mores sui tpis poeta subsannat. ⸿Nullus laboris sententia est catholica, quã præsenti negocio apte poeta accõmodat. ut sit sensus: Ingens scelus sine ullo labore perfici solet: ut puta hoiem uenero, aut ferro toll re, aut domum incendere. ⸿Nam q̃squis: rationem affert q̃re filius per auaritiã tot scelera exerceat. vt sit sensus & ordo: Quicũq;, inq̃t, præcepit & iperauit cupiditatẽ magni cẽsus filiis, & producit pueros auaros. i. erudit, & docet leuo mõitu. i. sinistra & parua doctrina: & qui subaudi extrinsecus monet, aut aliqd tale, patrimonia cõduplicari p fraudes. ⸿Dat libertate, & totas habenas effudit Curriculo. i. dat potestatẽ adolescẽtis ut rapiat. i. in causa est, ut (sic instruẽdo) adolescẽs animũ suũ p summã libertatẽ ad auaritiã applicet. ⸿Præcepit amorẽ. i. p cipiendo infudit cupiditatẽ habendi cẽsus. Sic ante: Mitem animũ, & mores modicis erroribus æquos Præcipit. ⸿Et q p fraudes: aliqui putãt hoc carmen nõ eẽ Iuuenalis: nec oino inserendũ. neq; eni sensum elicias, nisi extrinsecus subaudias monet. ut sit sensus: Et q monet patrimonio cõduplicari per fraudes. ⸿Totas effudit habenas: Curriculo: metaphora sũpta est ab auriga, qui currentibus equis in Circo habenas relaxat. i. pater remittit habenas filio. i. oẽm potestatẽ facit, ve

Currus p equis — p oẽs auaritię cãpos currat, & vaget. ⸿Curriculo. i. adolescẽti p extremas sordes currẽti. Sic Virg. Currũ p equo posuit: Infrenãt alii currus. i. equos. Et alibi: Nec audit currus habenas. i. ipsi equi nõ audiũt habenas. & alibi: Domitãt in puluere currus. i. quos sub curribus. ⸿Quẽ: adolescẽtẽ filiũ tuũ: ⸿Si reuoces: si velis reuocare a cursu acqrendi. i. ne tẽta auaritia laboret. ⸿Subsistere nescit: nescit finẽ facere. ⸿Rapitur: fertur p̃ceps in pfondã auaritiã. prestat aũt in trãslatione ne rigæ currẽtis in Circo. ⸿Te contempto, & metis relictis: te cõtempto q reuocera. nã te contẽnit si eum dimoueas a cursu suo. ⸿Metis relictis: tanto, inq̃t, auaritiæ ipetu ferẽ ut nullũ sibi terminũ, aut finẽ faciat, sed oẽs p̃tereat more aurigæ, q in Circo metas (ut debet) nõ lustrat, sed cursu p̃terit. Nam i

Metæ duæ in Circo — Circo duæ erãt metæ. de quibus diximus illic: Spatiũ lustrabit utrũq; metarũ. circũ quas ferebant aurigæ. septẽ aũt curricula ludorũ Circẽsiũ solẽnia fuisse docet Gellius lib. iii. capi. x. de qbus sic Propert. Haud prius i fecto deposcit p̃mia cursu, Septima q̃ metam triuerit arte rota. Ordo aũt est: Et spoliare doces, & circũscribere & cætera. ⸿Cũ dicis iuueni stultũ: sensus est: Pater causa est, vt, vt filius nullũ opus liberalitatis exerceat, sed potius vt spoliet, & decipiat cũ dicat illũ stultũ esse, q donet amico suo, & qui propinquo pauperi subueniat. ⸿Circumscribere: decipere, tractum est uocabulũ ab iis, qui longo scripturæ amfractu hominem circũligant.

De Deciis — ⸿Quarum amor. i. quarum diuitiarũ studium est in te patre tm, quantum fuit Deciorum in patriam. ⸿In pectore Deciorũ: hoc est patris & filii, quorũ vterq; pro patria se deuouit. P. enim Deci⁹ pater cõsul bello Latino collega Manlio Torquato, positis apud Vescerim fluuim castris, cũ vtriq; consuli somnio obuenisset, eos victores futuros, quorum dux in p̃lio cecidisset, cum collato cum collega somnio conuenisset, vt cuius cornu i acie laboraret, iis Diis se manibus voueret, inclinante sua parte, secum hostes per Valerium pontificem Diis manibus deuouit, ipetu in hostes facto, victoriã suis reliquit. P. aũt Decius filius quarto cõsulatu cum Fabio Maximo. cum Galli, Sãnites, Vmbri, Thusci cõtra Romanos cõspirassent, vbi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante exemplum patris imitatus, aduocato. M. Liuio pontifice hastæ insistens, & solemni uerba respondens, se & hostes Diis manibus deuouit. Impetu in hostes facto uictoriam suis reliquit. corpus a collega laudatum, magnifice sepultum est: ⸿Menœceus. Menœceus Thebanus fuit Creontis filius, q cum cognouisset per Tiresiã uatem Thebas semper liberas fore, & nunquam capi posse, si se uoluntariæ morti exponeret, libens e mœnibus transfixo pectore super hostes sese iecit inscio patre. Hęc ex Papinii li. x. Thebaidos. De cuius nece sic tradit: Sanguine tũc spargit turres, & mœnia lustrat Seq; super medias acies nondum ense remisso Iecit, & in sęuos cadere est conatus Achiuos. Cice. etiam in pri. Tuscula. sic scribit: Menœceus uero non prætermittitur, qui oraculo edito largitus est patriæ suum sanguinem. ⸿Si Græcia est uera: hoc tanquam fabulosum commemorat. Nam Græci innumerabiles habent fabulas. Vnde illud est: Et quicquid Græcia mendax Audet in historia. vnde Cic. in pri. de legibus. Pli. lib. viii. ca. xxi. Mirum est q̃ procedat Græcia credulis, nullum tam impudens mendacium est, vt teste careat. ⸿In quarum sulcis: fabulosam illam Cadmi historiam tangit: ut

Menœceus — Thebas patriã Menœcei designet. Cadmus. n. Agenoris filius cũ post raptũ Europę sororis i Bœotia desedisset, ædifi

Cadmus — caturisq; Thebis quosdã ex sociis misisset, q ad rẽ diuinã aquã afferrent: nec ii redirent: ipse pfectus cõperit eos a serpente iuxta fontẽ stabulante deuoratos, quem cũ mirabundus spectaret, audiuit uocẽ fore, ut ipse quoq; serpens spectaret, qd postea accidit in extrema senectute. nã ipse una cũ uxore in serpentẽ conuersus est. occiso igiẽ eo serpente, eius dentes accepto oraculo seuit. ex quibus hoies armati orti sunt, q oẽs statim semutuis vulneribus cõfoderunt p̃ter septem, q Cadmo se iunxerunt. ⸿Tanq̃ & tubicen surrexit vna: tanto quidem cũ ipetu arma inter se destruxerunt: ut putes ad id certamen tubicine excitatos fuisse. ⸿Ergo ignem: sensus est: Filius tuus, cui principia, & semina auaritię ostendis, in tantã cupiditatis rabiem missus est, ut oẽs quoscunq; possit spoliatur⁹ sit, sed nec tu ipse tutus eris. te. n. interficiet, quasi q cupiditati suæ obstes. ⸿Ignẽ: rabiem illam, & ardorem acquirendi. i. ipsum filium tuũ feruenti cupiditate accensum. ⸿Cuius scintillas: cuius tu semina & principia dedisti. ⸿Leo alũnus. i. filius tuus, quem hoc modo aluisti, te magno fremitu occidet. ⸿Trepidũ magistrum: alludit ad historiã sui temporis. Nam Leo mansuetus temporibus Domitiani in theatro magistrum, a quo fuerat educatus, lacerauit. Mart. Læserat igrato Leo perfidus ore magistrum. ⸿In cauea: septa, quibus feræ coercentur, caueæ dicunẽ. Horatius: Ac velut vrsus Obiectos ca

Cauea — ueæ, valuit si frangere clatros. Cicero ad Herenniũ: Statim sicut e cauea Leo missus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex cathenis uoluptabit, & vagabitur. Qua similitudie cauea item appellatur ipsum amphitheatrum. Apuleius in asino aureo: Venus ecce cum magno fauore caueæ in ipso meditullio scænæ circunfuso populo, constitit. Valerius Flaccus in quarto Argonauticon de Polluce loquens sic inquit: Nam nec ad Aeetei pugnam videt ora parentis, Nec sonat Œbalius caueæ fauor. Plautus in Amphytrione: Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. ⸿Nota mathematicis: est ueluti responsio poetæ ad

patrem

Patrem dicentem nondum mortis suę tempus aduenisse:ut
math:matici affirmauerunt.ut dicat:Scio genesim tuam no
tam esse mathematicis:ac si dicat scio longam tibi a mathe/
maticis uitam promitti:sed molestum est filio expectare tan
tam mortis tuæ dilationem, te enim interficiet ante tem/
Mathe/matici pus tibi a fatis statutum.ſ Mathematicis:mathematici non
solum astrorum periti dicuntur,sed & qui arithmeticæ, mu
sicæ.& geometriæ rationem callent. Nam siderali scientia
freti multis futura pdicebãt. μαθήματα enī græce, discipli
næ dicuntur latine.ſ Genesis tua.i. genitura tua. & quid p
inde de te futurũ sit.Nam h' hominũ natiuitates & horosco
pum cõtẽplantes multa(ut diximus)futura prædicebãt.un
de Trãquillus in Tito:Dicitur etiã cognita vtriusq: genitu
ra iminere ambobus periculũ affirmasse. Idem in Caligula:
Consulenti quoq: de genitura sua. Sulla mathematicus cer
tissimã necẽ appropinquare affirmauit.ſ Tardas colos:tar/
dam mortẽ.nã nimis diu viuere ei videris, & cupit te ãte tẽ
pus mori.Vnde & Ouidius:Filius ante diẽ patrios iquirit i
annos.ſ Colos:stamina parcarũ,quibus vita hominis dispo
nit.Iam nunc obstas:ĩpedimento es filio tuo quippe, qui vi
dearis diu viuendo bona domestica atterere.& sic ostendit
adolescentem instructum auaritia in omne scelus ruere.ſ Se
nectus ceruina.i.longa,qualis ceruis attribuit.plinius:Vita
ceruis in cõfesso longa post centũ annos,aliquibus captis cũ
torquibus aureis,quos Alexãder magn' addiderat adoper
tis ia cute in magna obesitate. ſ Archigenẽ hoc est medicũ.
nã Archigenes nomẽ est medici,de quo supra: Aduocat Ar/
chigenẽ.pro quo omnẽ medicum intelligit.ſ Ocyus quære
.i.medicũ cito fac cõuenias:vt tibi aduersus filii venena tra
Antidotum dat aliquod antidotũ.ſ Mithridates composuit.i. ãtidotũ
quale sibi Mithridates rex ponti conficiebat aduersus vene
na efficacissimũ,eius cõpositionem in cõmentario ipsius ma
nu scriptã iuenit pompeius in eius sanctuariis. vt docet pli.
lib.xxiii.cap.ix.ex duabus nucibus siccis:itẽ ficis totidem:&
rutę foliis.xx.simul tritis:addito salis grano:& qui hoc ieiu
nus sumat nullũ venenũ nociturũ illo die. Sed de hoc plura
in fine sextæ Satyræ.ſ Si uis aliam decerpere ficũ:ordo est.
Medicamen est tibi habendũ quod,aut pater,aut rex debeat
sorbere ante cibum si vis decerpere & cætera. ſ Quod pro
quale tam debeat bibere pater,quã rex. nam ita patri timen
dum est aduersus insidia filiorum,quã regi aduersus ciuium
& domesticorum: vt ostendat patres non magis esse tutos
ab insidiis filiorum,q̃ qui regnum possidet ab insidiis ciuiũ.
sicq: notat scelera sui temporis.ſ Ante cibum:vt remedium
aduersus venenum.ſ Aliam ficum:idest alium autumnum,ac
per hoc alium annum uiuere.

ASCē. ℭ Talib'.Ordo est:Ego possum affari.i.alloqui, quẽcunq:
parentẽ instantem.i.instigantem filium talib' monitis:sic O
uanissime die quis iubet te festinare.i.ante tempus filiũ aua/
rum facere.ego presto.i.præbeo.discipulum.s.filiũ tuũ.meli
orem.i.peritiorem magistro.s.te.Abi secur'.i.discede ab eru
ditiõe ampliore.tu vincere a filio tuo in auaritia.i. filius tu'
te vincet:vt Aiax preteriit.i.excessit in scientia belli & forti
tudine Thelamonẽ patrem suũ.aut Achilles vicit pelea regẽ
Thessalię patrem suum.declinatur autẽ hic peleus hunc pe
lea &c.parcendum est.i.tu parcere debes.teneris sup.liberis
tuis.mala nequitiæ.i.auaritiæ,& alterius iniquitatis.nõdũ
impleuere.i.nondum impleuerunt.medullas.i. interiora se/
mina,siue affectiones naturę:quas natura senibus affert.Cũ
.i.vbi,vel postquã.coeperit pectere barbam.i.habere barbã
tam prolixam:vt pecti possit. & admittere ad guttur.s.suũ
mucronẽ.longi culteri.i.cultri rasorii,seu nouaculæ.ipse erit
falsus testis. & vẽdere exigua summa.i.modica mercede piu
ria.tãgens aram & pedẽ Cereris.crede nurũ tuam.i.vxorẽ
eius.iam elatã.i.ad s pulchrum portatã,si subit.i.subintrat
tua limina.cũ dote mortifera.i.cuius gratia morietur itoxi
cata a filio,tuo quibus digitis:qa veneno cicutę infectis:pręmetur illa a marito in mẽbris mulieribus. per somnũ.i.dum
dormiet.Nam breuior via.i.ratio, & modus acquirẽdi diui
tias.s.veneficium.cõferet illi.s.filio tuo ea quæ tu putas ac/
quirenda.i.debere acquiri. terra & mari.i. per terras & ma/
ria .Nullus eni labor est magni sceleris.i.facile est magnũ sce/
lus perpetrare:per quod diuitias acquirat.s.vxorẽ dotatam
veneno necare. Tu dices olim.i.in tpe futuro:quãdo audies
filium tuum hoc fecisse:ego nunq̃ mandaui filio.s. meo.hæc
.s.vt huiusmodi faceret:nec suasi talia. Docet poeta q: imo:
quia licet expresse nõ mandasti:tamen causa & origo malæ
mentis filii tui est penes te.i.a potestate tua olim depẽdebat.
nam quisquis.i.quicũq: pater scilicet:pręcepit filio suo amo
tem magni cẽsus.& producit.i.paulatim facit.leuo monitu
.i.peruersa admonitione pueros.s.suos auaros. & qui dat li
bertatem cõduplicare.i.conduplicandi patrimonia per frau
des effudit.&.i.etiam.curriculo.i.equo currenti cum curru
quem trahit in curuli certamine: hoc est per metaphoram fi
lio ad diuitias properanti.totas habenas.i. liberum cursum
quẽ equum:hoc est filium sic currentẽ. si reuocesti. reuocare
tentes.nescit subsistere.i. se retinere vt redeat. & rapitur.s.
ĩpetu te cõtempto. & metis.i.terminis constitutis. relictus.i.
transgressis.i.vltra quã satis est properat. nemo credit.i.ve/
tetur satis sup.filium delinquere tantũ,quantũ permittas.i.
quantũ ex modica tua permissione delinquat.adeo.i. intan/
tũ.latius.i.amplius.indulgent.s.filii sibi,q̃ tu permiseris.Cũ
.i.quãdo.tu dicis iuuenẽ stultum sup.esse,qui donet amico.
& qui leuet.i.iminuat.q: pro.i.attollat.i.leuiorem faciat(si/
cut in statera qd' leuius est,attollitur, & eleuatur)pauperta
tem ppinqui.i.cõsanguinei,aut proximi sui.tu doces & spo
liare,& circũ scribere.i.auferre, & decipere, & acquirere diui
tias supple cum omni crimine.quarũ scilicet diuitiarum.tan
tus amor est in te,quantus amor patriæ erat in pectore De
ciorum:qui se pro republ.deuouerunt.& quantum Menoe
ceus vir Thebanus dilexit Thebas patriam suam: pro qua/
rum salute gladio incubuit, & se interemit.si Græcia vera,
quæ sæpe mentita est, & quæ illi historiæ fabulamenta ad/
iungit,unde subdit.In quarum.s.Thebarum.sulcis:idest qui
apud Thebas arante Cadmo facti esse dicuntur. nascuntur
legiones.s.militum cum clypeis:dentibus:idest ex dentibus
anguis.i.draconis illic seminatis.& capessunt:idest ineunt.
continuo:idest statim,vt nati sunt, horrida bella, quibus se
interemerunt.tanquam.i.quasi vero tubicen, qui eos ad bel
la incitaret, & accenderet.surrexerit:idest natus fuerit. vna
idest pariter cum eis. Ergo quia natura nostra prona est ad
malum:tu videbis ignem,cuius ipse.i.tu. dedisti scintillam.i.
fomenta modica.flagrantem.i.ardentem late. & rapientem
cuncta:idest videbis filii auaritiam, cuius tu semina induxi
sti cuncta vastare.nec parcetur a filio scilicet:tibi misero. &
Leo alumnus abs te altius tollet: idest dilaniando in aerem
proiiciet magno fremitu.in cauea:idest in eo loco,vbi nutri
tus est:te scilicet magistrum.trepidum:idest timore trepidan
tem:hoc est filius tuus abs te alitus, & ad auaritiam eruditus
tempore futuro dilaniabit,aut veneno tollet te i domo tua:
in qua eum aluisti: sicut tempore Domitiani quidam Leo
domitorem suum dilaniauit. Genesis:idest uitæ tuæ dura/
tio.quæ ex genesi.i.natiuitatis hora,aut generationis a ma
thematicis deprehenditur.est nota mathematicis:hoc est for
te math:matici promittunt tibi longam vitam. sed graue
est supple filio expectare tardos colos:idest periodum Par/
carum colo designatam. & tu moraris:idest impedis. uota.i.
desideria filii tui.senectus tua longa & ceruina: idest uisa tã
longa,q̃ longa est ceruorum, quæ longissima est. torquet.i.
cruciat iuuenem scilicet filium tuum.quære ergo ocyus:idest
valde celeriter. Archigenem:idest medicum bonum: qualis
erat Archigenes.vel reuera ipsum Archigenem. atq: eme.s.
antidotum:idest remedium contra venenum: quod Mithri
dates rex Põti composuit, & ab eo mithridaticum dicitur.
Si uis decerpere.i.ex arbore digitis tuis colligere aliam ficũ
atq: tractare alias rosas.i.viuere vsq: ad proximum ver:aut
forte adhuc dimidiatum annum:quia tam ficus,q̃ rosæ bife
ræ repertuntur.medicamen est habendum tibi. quod pater
aut rex:idest quiuis diues debet sorbere ante cibum scilicet
mithridaticum,ne scilicet veneno inficiatur.

IOAN. BRIT.

Monstro uoluptatem egregiam;ait poeta in contemptũ auari,maiorem uoluptatem capi ex laboribus & anxietate eius,dum se multis periculis exponit,causa lucri,q̃ ex ludis theatralibus,& scænicis.Nulla theatra:nullos ludos theatrales,qui ad hominũ uoluptatẽ parantur.Nulla pulpita: nullos ludos scænicos.Nã in scęna pulpita extruebant unde alibi: Haud tamen inuideas uati,quẽ pulpita pascunt,lege Victru.Lauti prętoris: ad ornatũ triumpalem respexit.Nam ptor ludis theatralibus habitu triumphãtis prærat. Vnde superius: Quid si uidisset ptorẽ in curribus altis In tunica Iouis.Quãto discrimine:si cõsideras quãta,qbus se obiicit dum studet rẽ domesticam augere.Multus fiscus:ex posito est,i. multus sacculus.Nã(ut alibi diximus(auctore Pędiano)spor tæ,sportulæ,sportellę nõmo rũ sunt receptacula: & sacci, sacculi,sacelli,& crumenę,& uellerę,& scortę,& mantice, & marsupia:ita fisci,fiscinæ, fiscellę.Fisci autẽ proprie pe cuniæ principis esse ostendit Pli.i Panægyricis his uerbis At fortasse nõ eadem seueritate fiscũ,q̃ ęrarium cohibes imo tãto maiore,quãto plus tibi licere de tuo,q̃ de publico credis.De fisco plura diximus in.iiii. Satyra.Nummi ponẽdi ad Castora uigilem: ęgitatem auari ostendit,qui multis sudoribus & periculis uitę pecunias acquirat:qs sæpe solet amittere deposi-

Fiscus

Monstro uoluptatem egregiam,cui nulla theatra,
Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti,
Si spectas quanto capitis discrimine constant
Incrementa domus,ærata multus in arca
Fiscus,& ad uigilem ponendi Castora nummi,
Ex quo,Mars ultor galeam quoq̃ perdidit,& res
Non potuit seruare suas.ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet,& Cybeles aulæa relinquas,
Tanto maiores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora,quiq̃ solent rectum descendere funem,
Quam tu,corycia semper qui puppe,moraris,
Atq̃ habitas Coro semper tollendus,& Austro,
Perditus a siculis sacci mercator olentis,
Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ
Passum,& municipes Iouis aduexisse lagænas,
Hic tamen ancipiti fingens uestigia planta
Victum illa mercede parat,brumamq̃,famemq̃
Illa reste cauet.tu propter mille talenta.
Et centum uillas temerarius,aspice portus,
Et plenum magnis trabibus mare.plus hominũ est iã
In pelago,ueniet classis quocunq̃ uocarit
Spes lucri,nec Carpathium,getulaq̃ tantum
Æquora transilet,sed longe Calpe relicta,
Audiet herculeo stridentem gurgite Solem.
Grande operæpretium est,ut tenso folle reuersi
Inde domum possis,tumidaq̃ superbus aluta
Oceani monstrat,& iuuenes uidisse marinos.

apparatus.Floræ:Flora,cum opes immensas quæstu meretricio aquisiuisset,populũ Ro.moriens hæredem reliquit cũ magna pecunia:ex cuius annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorũ,quos appellãt Floralia.De his multa Lactantius,& nos apud persium illic:Nostra ut flora lia possint Aprici meminisse senes. Ludi autem uoluptarii erant,& iocosi,& cum omni lasciuia celebrabantur conuenienti memoriæ meretricis. nã præter licentiã uerborũ, quibus ois obscænitas effunditur, exuuntur et uestibus populo flagitãte meretrices. De quibus meminit & Valerius lib.secũdo,cap.de maiestate:Catone ludos Florales spectate,populus ut minime nudarent postulare erubuit. Martialis:Nosses iocosę dulce cum sacrum Floræ:Cur in theatrũ Cato seuere uenisti: Et Cereris:hoc est ludos Cereris,quæ Cerealia dicuntur, qui in Circo currẽtibus equis celebrabant.Cor.Tacitus:Vtq̃ Circensium,Cerealium ludicrum pluribus equi tum curibus celebraret. Oui diusin.iiii.Fastorum:Circus erit pompa celeber,numero q̃ Deorum:Prima q̃ uento sis pascua perfe equis. Hic Cereris ludi:non est opus indice causæ.De ludis Circẽsibus celebratis in honorẽ Ce reris,& Cybeles multa diximus in tertia Satyra illic:Si potes auelli Circẽsibus,Aulæa Cybeles:ludos in honorem Cybeles magnæ matris

Floralia

Cerealia

Megalesia

tas apud trapezitas irruentibus furibus.Vigilem:propter custodes,qui tẽpore noctis excubarẽt metu furũ.Ad Castora,i.apud mensarios,qui erant in foro ubi erat ædes. Castoris.Ibi enim apud nummularios deponebãt pecunias suas,quo tutiores essent:quod nostris etiam temporibus fieri uidemus Venetiis.Hocq̃ etiam apud priscos factitatum docet multis in locis,Plautus tum illic in captiuis:Ibo intro, atq̃ intus subducam ratiunculam quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Aedẽ autem Castoris & Pollucis fuisse in foro ostendit Dionysius sic:Huius autem inopinatę,ad mirabilisq̃ apparitionis,cum signa adhuc Romæ multa sũt uero est ędes pollucis & Castoris,quam super foro extruxit ciuitas,ubi uisa sunt illorum simulachra.Ex quo Mars:refert Tranquillus Augustum publica,opera plurima extruxisse,ex quibus præcipua forum cum æde Martis ultoris fori extruendi causa fuit hoium,& iudiciorum multitudo,quæ uidebat nõ sufficientibus duobus etiã tertio indigere.Aedẽ Marti bello philippensi ultione paterna suscepto,uouerat. Temporibus igitur poetæ nũmularii,qui in foro residebãt, spoliti omnẽ pecuniam apud se depositã amisserunt adeo, ut dicat poeta iam ex quo forũ Martis spoliatũ est pecunia ad alterum forũ Castoris esse deponendas.Galeã quoq̃ perdidit.nã fures,cũ nummularios diriperent,ne ipsi quidem Marti pepercerunt,nã ei insignia sua abstulerũt.Ergo omnia Floræ:cũ ergo,inquit,in uariis laborũ & periculorũ fluctibus auari uita agitetur,potes relinquere ludos Florales, Cereris,& Megalesiacos,ex quibus non tantã spectandi uoluptatẽ capies,quãtã ex negociis,& incõmodis auari.Omnia aulæa:omnes ludos theatrales,in qbus aulæa tenduntur,& alia uela,cũ ad arcendũ Solem,tunc ad decorandos ludorũ

Aedes Castor.

Aedes Martis

Deum dictos megalesiacos:α πὸ τῆς μεγάλης μητρὸς:hoc,est magna matre:quos instituit Iunius Brutus extructa æde in palatio,auctor Liuius lib.vi.de bello macedonico.Tanto maiores licet,inquit,ex huiusmodi ludis summa capiatur uoluptas,tamen eos potest relinquere,quia humana negotia maiores sunt ludi,& maior delectatio spectandi:ut sit ordo:Humana negocia sunt tanto maiores ludi,ac si dicat:multo maiores ludi,& maior uoluptas.An magis oblectant: comparatione ostendit minorem capi delectationem ex artibus ludicris,quam ex uita auari.Nam cum eius negocia contemplaris,habebis quod multum rideas,quod q̃ te plurimũ delectet.hæc autem interogatio,que affirmatiue fit,uim habet negandi:ut interemi hominem:id est non interemi. contra quæ negatiue profertur,affirmatiue non cepi hostem.i. cepi.est autem sensus: An maiorem affert uoluptatem petaurus in theatro,cũ corpus suũ iaci per circulos:uel funambulus,qui graditur per funẽ,q̃ tu o auare,qui nauigas propter opes maiore periculo uitæ,q̃ petaurus,& funambulus ludãt in theatris.Iactata.imissa per circulos,ut uidetur significare Mart.Quid si per graciles uias petauri Inuitum iubeas subire Ladam:Et alibi:Quam rota trãsmisso toties impacta petauro.Vbi clare ostendit petaurum nihil aliud significare, quam illum,qui se tranmitit per rotã:hoc est per circulũ impactum humi,nam per circulũ admodum angustum agiliter transuolat pedibus,manibus cum reliqua corporis parte ita,ut circulũ non tangat,& in pedes prosiliat,tanta est corporis agilitas,quod aliquando me uidisse memini,Nonius ait a ueteribus appellatos petauristas,qui saltibus,uel scænis letioribus mouerentur. Varro de uita patrum libro secundo:Galli & Germani petauristæ,i.a πέτομαι: quo est extendo

Petaurus Petauristæ

extēdo & pādo, uel ἀπὸ τοῦ ᾄσσω qđ est volo, & αὔρα aura, uidēt
Funambulus
enim p aerē uolare. ⁋ Descēdere funē: periphrasis est funābu-
li, qui p funes ambulat, idem funere pus noiatur ab Apuleio
Funerepus
a fune & repo, græce schœnobates dr. ⁋ Puppe corycia: i. in
Schœnobates
naue errabunda, & propemodū pdatoria: cum oi cōtempto
periculo lucra huc, & illuc nauigando sectaris, quo more er-
rant piratæ Cilices: sicq; auarū lucri studio tanq̃ piratam uult
intelligi. Cilic .s. n. piratę fuerunt sçuissimi: quos Pōpe. itra
quadragesimū diē penitus sustulit. Corycos aūt appellauit a
Coryco oppido Ciliciæ, eiusdē nois est pmontoriū, & por
tus, & antrū, illinc optimū crocū habet, ut docet Pli. Coryci
um ēt antrū nympharū fuit celeberrimū & formosissimū (au
ctore Strabone) i mōte Parnaso. ⁋ Coro: vētus est, q (ut do
cet Pli. lib. scđo. ca. xlix.) flat ab occasu solstitiali. quem græci
Argestē uocāt. ⁋ Perditus: oi rōne destitutus. ⁋ Mercator a si
culis: hoc est, q a siculis mercaris. ⁋ Olentis facci: mercibū olen
tium, q̃ saccis inferciunt. crocū aūt intelligit: nā Sicilia (ut au
ctor est Strabo) frumentū, crocū, mel, pecora, pelles, lanas in
Passum
urbē mittebat. & sicaniū crocū appellat Papi. in Siluis: Et te
nues Arabū respirāt gramine plumę, Sicaniisq; crocis. ⁋ Pas
sum pingue: ppriū est epitheton passi, ē enim genus vini, qđ
olim ex Creta mittebat ex vua, quā sticā græci, nos apiā, &
sirpulā appellamus, fit pluribus modis: sed diligētiores vuas
siccant Sole donec paulo amplius dimidiū pondus supersit:
Creta
sicq; a patiendo Sole passum denoiatur. Lege Plin. & Colu
mel. Varronē, & Palladiū. ⁋ Cretę antiquæ: aut nobilis, aut
longi tpis, cū ibi natus sit ipse Iupiter: q totius mundi mode
rator hēbr. Insula est in mari Aegæo centū urbiū (ut tradit
Pli.) clarissima fama. vñ Virg. Creta Iouis magni medio ia-
cet isula pōto: Mons Idęus ubi & gentis cunabula nrę Cētū
urbes habitāt magnas vberrima regna. Nā illic i Ida iupiter
natus est & nutritus a nymphis, & capra Amalthea, adhibi-
tis Curethibus ⁋ Municeps Iouis: ex ea patria, qua fuit & Iu
piter. Nā municeps appellant tam poetæ, q̃ oratores eiusdē
loci cultores: quasi q idem munus capiāt. vñ Vulpia. lib. pri.
digestoꝝ scribit municipes dici suos cuiusq; ciuitatis ciues:
ut puta Cāpanos, puteolanos. ⁋ Hic tñ: funābulus, inqt, q se
periculo uitæ exponit. id qdē facitur necessaria ad uictū, &
uestitū assequatur. Tu uero auare nulla te impellente neces-
sitate, sola hndi libidine, in omne periculū te demittis, ac per
hoc colligit funābulū uenia esse digniorē, q necessitate, non
aūt cupiditate studiū suum exercet. ⁋ Hic. s. funambulus. ⁋ Il
la mercede: quam cōseqtur a spectatoribus. ⁋ Cauet: vitat.
⁋ Tu ppter mille talenta, & centum uillas temerarius: sensus
est funambulus temerarius est urgente necessitate, sed tu in-
satiabili cupiditate hndi, subaudi ergo extrinsec⁹ estut sit te
Talētū
merari⁹, q nulla habita periculi rōne mari te cōmittis. ⁋ Ta-
lentū: qđ nos talentū: græci τάλαντον uocāt a pōdere & tru
tina. pōdus uero uariū fuit. Nam talentū magnū atticū octo
ginta tres habet libras: paruū vero sexaginta. auctor Priscia.
apud Romanos vero talentū (auctore Seruio) septuaginta
fuit libraꝝ. Pli. ex auctoritate Varronis scribit lib. xxxiii. ca
pite. iii. Talentū Aegiptium pōdo octoginta patere. Erat p
terea talētū Rhodiū qngētoꝝ denarioꝝ. Erat talētū Euboi
cū quatuor milium denarioꝝ Romanorū. Neapolitanū sex
denarioꝝ. Syracusanū trium denariorum. ⁋ Aspice portus:
cū indignatione dictū satyrica i pfundā mortaliū auaritiā.
⁋ Magnis trabibus: magnis nauibus compactis ex trabibus.
Persi. Quin. trabe fracta. ⁋ Plus hoium in pelago: subaudi ex
trinsecus est, q̃ in terris. Dictūq; est in detestationē auaritię,
cuius impulsu hoies in pericula se dimittunt manifestissima.
⁋ Veniet classis: unusq́sq; nō timet eo nauigare, uñ aliqua sit
sibi spes lucri. ⁋ Carpathiū: mare quod est iter Rhodū & Ae
Carpathus
gyptum a Carpatho isula denoiatum: q una est ex Sporadi
bus. ⁋ Getula: Libyca. nam Getula pars est Africę Maurita-
nię cōtermina. dicta a Getulia Vulcani filia. ⁋ Sed lōge Cal
pe relicta: sensus ē: Etiā in Oceanū exibit in Gaditano freto
Calpe
Nā Calpe mons est Hispanię, q occurrit nauigātibus i Ocea
nū alto cacumine ad radices habet oppidū Calpē: qđ Timo
sthenes scribit cōditū fuisse ab hercule: & olim appellatū He

racleā. Illud autē obseruandum: quod & Priscianus miratus
est lib. vi. Iuuenalē Calpe ablatiuū corripuisse: cum sit simile
ra. ¶ Cōsule Vinco: ut uera uideretur historia posuit nomen
cōsulis. Vinci Rufini equitis Romani mētionem facit Cor.
Tac. qui lege Cornelia de falsis damnatus est a Nerone. De Vincus Ruffinus
Vinco item Tranquil. in Nerone sic meminit: Duabus coniu
rationibus prouulgatis quarum prior, maiorque Pisoniana
Romæ posterior Vinciana Beneuēti conflata, atque detecta
est. Et ita dicimus Vinciana a Vince: quemadmodū Brutia
na a Bruto, & Lucullian a Lucullo. de hocque absurdum nō
est intelligi. ait enim: Nuper gesta. nam nuper de longo tēpo
re (ut disseruimus in pri. Satyra) dicitur. ut id etiam tēpori
bus Neronis accidere potuerit: qd modo narrat factū in Ae
gypto. legendum igitur est Vinco nō Iunco: qd in aliis codi
cibus legitur. ¶ Super mœnia .i. ultra urbē Copton nā erāt.

Copt⁹ in extrema parte Aegypti. ¶ Copti: Coptus cōis eſt ciuitas
Arabum, & Aegyptioꝝ: quo omne tributū indicum, arabi/
cum, & Aethiop. cumqꝫ arabico ſinu aduehebatur, defere/
bāt uelut in cōe emporium. auctor eſt Stra. ¶ Calidæ: ꝓpter
ſitum regionis calidum. ¶ Scelus uulgi: qḋ a uulgo & plebe
Aegyptia commiſſum eſt. ¶ Et grauiora: ſubaudi a ſuperiore
referemus. ¶ Cunctis cothurnis: q̄ ſint ea, quę in Tragœdiis
tractantur: in quibus nō cōſtat ab ullo populo hoiem fuiſſe
comeſum: quēadmodum factū eſt ab hoc, de quo narraturus
ſum. ¶ Cothurnis. calciamenta ſunt tragœdoꝝ: iis etiam ute
banť mulieres: vn̄ illud ante: Nullis adiuta cothurnis. ¶ Nam
ſcelus a Pyrrha: ſenſus eſt: Poſt humanū genus reparatum a
Deucalione & Pyrrha: nullum apud tragicos iuenies popu
lum, q ſcelus hoc cōmiſerit, ut hoiem. ſ. comederit: quēadmo
dū fecit populus Aegyptius. Nā i tragœdiis unum tm̄ legēt
aut paucos hoc ſcelus cōmiſiſſe. vt. ſ. hoiem occiderint, appo
ſuerint q; in cœnis. ordo aūt eſt: Nullus populus apud tragi
cos facit ſcelus. i. cōmittit hoc ſcelus ut comedat hoiem. ¶ A
Pyrrha. i. poſt Pyrrhā: hoc eſt poſt reparationē humani gene
ris: qḋ a Pyrrha & eius marito Deucalione eſt reſtauratum.
¶ Omnia ſyrmata voluas: oēs Tragœdias legas, & pcurras.
ſic enim codices volui dicunť, cum aſſidua lectione peractan
tur. Syrma genus ueſtis eſt tragicæ: de qua alibi ante. ¶ Pro
duxerit: protulerit quaſi imitandū. Vt ſit aperta ſceleris uitu
Simul/ peratio. ¶ Inter finitimos. hic incipit narratio facinoris. ¶ Si
tas multas: odium occultū ſubaudi eſt. ¶ Vulnus: metaphoricos
qḋ corporis eſt ad animū transfert. i. indignatio & ira q̄ nul
lo remedio pōt extingui. ¶ Ardet adhuc: ēt tpe noſtro odio
flagrat. adhuc, inqt, antiqua illa aiorū diſſenſio remanſit: nec
Cōbos adhuc extincta eſt. ¶ Combos: ciuitas Aegypti in qua Croco
dilus colitur: ut tradit Helianus. timent enim mirꝫ imodum
Cōbitę hanc feram: quā Tentiritæ maxime pueſtigant & oc
Tentiri cidunt colentes ipſi accipitrē. unde in eoꝝ odium Cōbitę ac
tę cipitrē crucifigūt. Hinc ait poeta utriqꝫ vulgo tāti furoris,
& odii cām exiſtere cultum diuerſoꝝ numinū. ¶ Tentira: ci
Tētira uitas inferioris Aegypti: ut ſcribit Stra. Plin. vero ait iſulam
eſſe Nilo circūdatam: ex qua hoies ſint q Crocodilos non ti
mentes: imo ſoli aduerſum ire audeant: & inſedentes equitū
modo i terrā agant captiuos. In Africa eandē uim aduerſus
ſerpentes hn̄t Pſylli. lege Strabo. lib. xvii. A Tentira fit Ten
tirita. Ouid. ſyllabā produxit: Saltus Tentira petenti. ¶ Sū/
Occaſio mus furor. ſ. eſt. ¶ Occaſio: opportunitas. eſt enim occaſio (au
ctōre Cicero. i pri. rhetoricoꝝ ueterum) pars tēporis habēs
in ſe alicuius rei idoneā faciendæ, aut non faciendę opportu
nitatē. ¶ Viſa: ſubaudi eſt. ordo aūt eſt: Occaſio viſa eſt rapiē
da primoribus, ac ducibus inimicoꝝ tempore feſto alterius
populi: ut ſic ſenſus: Primores & duces inimicoꝝ putauerūt
occaſionem dimicandi rapiendam tempore feſto alterius po
puli: cū ad templa paratis epulis cōuiuantur. ¶ Peruigilique
toro: ſubaudi a ſuperiore poſito. Nā antiqui in lectis epula/
bātur. Virg. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto. Hora.
Sæpe tribus uideas lectis cœnare q̄ternos. ¶ Peruigilis hoc
eſt in quo puigilant. ¶ Septimus Sol: ſeptimus dies Nā hilari
tatem illā conuiuii ſeptē diebus perpetuis celebrant. ¶ Hor/
rida ſane Aegyptus: hęc, inqt, pars Aegypti in qua Combos
eſt, & Tentira, nimiꝫ eſt incultis moribus & incōpta: ſed tn̄
Cano/ non minus in laſciuiā profuſa q̄ quę eſt ad Canopū. nam Ca
pi luxu/ nopi Serapidis eſt tēplum, quo nauigať per foſſam: quæ die
ria ac nocte plena eſt nauiculis mulieꝝ & uirorum impudenter
canentiū ac ſaltantium cum omni diſſolutione. Cuius rei me
minit & Ouid. in primo Triſtium ſic: Non ut Alexādri clarā
delatus in urbē: Delitias uideam Nile iocoſe tuas. Statius itē
in Siluis: Curue terapnei laſciuiat ora Canopi. Canop⁹ aūt
ciuitas eſt Aegypti centū ac uiginti ſtadiis diſtās ab Alexan/
dria pedeſtri itinere uadētibus dicta de noīe (vt diximus in
pri. Saty.) Canopi, qui Menelai claſſem gubernabat, & ibi
mortuus eſt. ¶ Barbara ripa: alii codices hn̄t: Barbara turba
.i. immitis & aſpera. ¶ Famoſo. infami, ꝓpter impudicas (vt
diximus) virorum & mulierum ſaltationes & cantus.
ASCĒ. ¶ O ſanctas gentes, Irridet ſuperſtitionem Aegyptioꝝ. Or
do eſt, O ſanctas gentes: qbus hæc numina. ſ. porrum, & cæ
pe naſcuntur in hortis. E quibus. i. apud quos, ois menſa ab/
ſtinet aialibus lanatis. i. ouibus. Nefas eſt ſup. illic iugulare &
occidere ad eſum fœtum capellæ. i. hędū. & licet illic ueſci hu
manis carnibus. Cum. i. qn̄. Vlyſſes narraret ſuper cœnā. i. in
ter cœnandū. Alcinoo regi attonito. i. ſtupefacto: tale facinus
.ſ. Læſtrigonas & Polyphemū ueſci humanis carnibus. ipſe
mouerat. i. excitauerat fortaſſe quibuſdā bilem. i. indignatio
nem & iram credētibus. ſ. ipſum mentiri. aut riſum credenti
bus. ſ. ipſum fabulā uelle narrare. ut. i. ſicuti. aretalogus. i. de
uirtute ſua iactabundus fabulator, mēdax. i. aſſidue mētiens
in mare nemo &c. Hęc uerba ſunt alicuius idignātis: ut teſta
tur poeta ibi: Sic aliqs merito &c. Ordo ē i Nemo. q. d. nemo
ne. uel, nunqd nemo abiicit. i. ab hoc loco rapit & iacit in ma
re hunc aretalogū. i. Vlyſſem. dignum ſæua & uera Caryb
di. i. uoracitate maris: cum ipſe fabuloſam dicat. fingentem. ſ.
mendaciter recitantē. Læſtrigonas & Cyclopas populos hu
manis carnibus ueſcentes. nā ego crediderim poſſet aliquis
dicere citius Scillam. i. periculum illud maris: quod mōſtrū
dixit. uel ſaxa Cyanes. i. ſcopulos Cyanes inſulæ. concurren/
tia. i. uiſa ex tranſuerſo prætereuntibus cōcurreret. & utres
ideſt ſaccos ex corio plenos. tēpeſtatibus. i. uentis: qui emiſſi
tempeſtatem excitauerūt: quos Vlyſſes ſe ab Aeolo dicit ac/
cepiſſe. aut Elpenora. i. unū ex ſociis eius. ſ. Vlyſſis percuſſum
tenui uerbere. i. uirga magica Circes filię Solis dictæ: & incā
tatricis ac ueneficæ, grunniſſe. i. ſonum porcoꝝ ediſſe. cum re
migibus. i. reliquis ſociis. porcis. i. mutatis cum eo in porcos.
Putauit ipſe. ſ. Vlyſſes, qui talia auſus eſt mentiri. populum
Phæaca. i. Phæacem: hoc eſt nos Phæaces. tam uacui capitis.
ideſt ut talia nobis perſuadeat? Sic inqt poeta, aliquis nondū
ebrius: & q deduxerat. i. exhauſerat bibendo. ſ. minimum te
metum. i. partem minimā optimi uini. de urna. i. lagœna ficti
li. Corcyręa. i. ex Corcyra inſula maris Ionii: merito ſupple.
dicere potuit. Etenim pro quia. ſolus Ithacus. i. Ithacenſium
rex Vlyſſes. canebat hæc. i. ſonore recitauit ſub nullo teſte.
Nos autē. inquit poeta, referemus quidē: ideſt certe mirādas.
ſed geſta nuper Vinco cōſule: ideſt cum Vincus conſul eſſet.
ſuper: ideſt ultra mœnia Copti ſitus urbis ægyptiorum, &
Arabum cōmunis. calidæ. i. feruidæ ad iram. Nos referemus
inquā ſcelus uulgi: ideſt non unius: ſed totius populi: & gra
uiora ſupple facinora. cunctis cothurnis. i. cūctis ſceleribus:
quę in tragœdiis aguntur. Nā ſi uoluas: ideſt repetas. omnia
ſyrmata. i. omnes tragœdias: quę in ſyrmate. i. longa & tra/
ctili ueſte aguntur. a Pyrrha. i. a diluuio Deucalionis & Pyr/
rhæ. nullus populus facit apud tragicos ſcelus ſup. qḋ dictu
rus ſum: ideſt ueſci carne hominis. Accipe. i. diſce uel audi: igi
tur exemplū: quod dira feritas produxerit noſtro æuo. i. no/
ſtro ſæculo. Vetus, atqꝫ antiqua ſimultas. i. factio ſimul cōſpi
rantiū. & odiū immortale: ideſt perpetuo duraturū. & vul/
nus. i. offenſio. nunquā ſanabile. i. nunquā remiſſibilis. eſt ſup
ple inter finitimos populos Aegypti. Combos. i. ciuitas illa
Aegypti: in qua Crocodilus colebatur. & Tentira. i. alia ciui
tas Aegypti: apud quā Crocodilus ſumme uituperatur. ar
det adhuc odio. ſ. Summ⁹ furor. i. ira. eſt utriqꝫ. i. ab utraqꝫ ci
uitate. uulgo: ideſt populo. inde. i. ex ea re quod colit. Sed oc
caſio viſa eſt cunctis primoribus. i. optimatibus ciuitatis, ac
ducibus inimicoꝝ rapienda ſupple eſſe tēpore feſto alterius
populi: ne ipſi ſentirent diem lætum & hilarē: & gaudia ma/
gnæ cœnæ. i. epuli dati. menſis poſitis. i. cōſtitutis. ad. i. iuxta
templa ipſius, cuius feſtum colebatur. & cōpita. i. locum quo
ludi celebrabātur. & toro exiſtente peruigili. i. perpetuis vi/
giliis celebrato: quē. ſ. torum. i. lectū tortis herbis cōſtructū.
Sol ſeptimus. i. ſeptimo die exoriens. inuenit interdum: ideſt
aliquādo, uel interea dum feſta aguntur. iacentē. i. proſtratā
illic ſine lectica. luce: ideſt die, ac nocte. Aegyptus ē ſane: ideſt
ualde. horrida. i. inculta. ſed quantū ipſe. i. ego notaui. turba
(aliqui tamē legunt ripa) ſcilicet Aegyptiorum. barbara. i. fe
ra, & immanis, ac malis moribus. non cedit Canopo illi per
tui famoſo. i. maxime propter libidinem diffamato. luxuria
.i. in libidine & luxu illicito. eſt enim ablatiuus.

¶ Facilis

Adde quod & facilis victoria de madidis,&
Blæsis,atq; mero titubantibus,inde virorem
Saltatus nigro tibicine,qualiacunque
Vnguenta,& flores,multaq; in fronte coronæ,
Hinc ieiunum odium,sed iurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus.hæc tuba rixæ
Dehinc clamore pari concurritur,& vice teli
Sævit nuda manus,paucæ sine uulnere malæ
Vix cuiquam,aut nulli toto certamine nasus
Integer,aspiceres iam tota per agmina uultus
Dimidios,alias facies,& hiantia ruptis
Ossa genis,plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen,& pueriles
Exercere acies,quod nulla cadauera calcent,
Et sanæ,quod tot rixantis millia turbæ
Si uiuunt omnes,ergo acrior impetus,& iam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere,domestica seditione
Tela,nec hunc lapidem,quali se Turnus & Aiax,
Et quo Tydides percussit pondere coxam
Aeneæ,sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles,& nostro tempore natæ.
Nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat,atq; pusillos.
Ergo Deus quicunq; aspexit,ridet,& odit.

IOAN. BRIT. ¶ Facilis uictoria,subaudi est. ¶ Madidis:ebriis. unde superius:Madidis cantat quæ Sostratus alis. ¶ Blæsis:balbutientibus,& in sermone titubantibus. Hoc enim efficit temulentia:ut lingua obberret & uacillet:quod multis rationibus accidere docet Aristoteles in Problematis. ¶ Inde:ab altera parte dissidentium,sequitur enim:Hinc ieiunum odium: idest ex altera parte:aut(quod magis placet)inde:hoc est ex ebrietate è saltatus. vt sit sensus: Saltant,quia ebrii sunt. Vnde est illud Ciceronis: Nemo saltat sobrius,nisi idem insanus. ¶ Saltatus virorum:subaudi est. ¶ Nigro tibicine:Aethiope scilicet. ¶ Vnguenta:subaudi sunt. ¶ Qualiacunque:innuit Vnguenta Aegyptiorum non esse ea bonitate,qua fieri solent:quia rudes & agrestes sint. ¶ Hinc:ex ista lætitia & saltatione,aut ex altera parte. ¶ Ieiunum odium:rabidum,atrox,& insanabile:quasi quod nullo modo possit expleri:sumptum a ieiunantibus:qui quodammodo sunt insatiabiles contracta nimia fame. ¶ Iurgia prima:idest verborũ contentiones. Sensus est:Antequam mutuo se adoriantur,iurgiis se lacessunt,sicque exasperati pugnam ineunt:vt exponas prima pro primum vt sit nomen positum pro aduerbio. ¶ Animis ardentibus:animis ira æstuantibus. ¶ Hæc tuba:subaudi sunt:idest hæc iurgia sunt tuba & tanquam excitamentum. ¶ Rixæ:rixa(vt diximus superius illic Si rixa est vbi tu pulsas,ego vapulo tantum)est in factis & verbis. Altercatio in verbis. ¶ Vice:loco. ¶ Paucæ:subaudi sunt. ¶ Alias facies:a pristinis. ¶ Hiantia:detecta. ¶ Ludere se credunt ipsi:licet,inquit,acerrime inter se sæuiant:nisi tamen aliquem interimunt,putant rem iocularem agi. ¶ Et sanæ:ordo est:Et q; omnes sic viuant expositiue tot millia turbæ sanæ rixantis:idest quod nullus rixantium interficiatur:sed omnes sint sani. ¶ Ergo acrior impetus:subaudi est,aut fit. ¶ Tela domestica:contorquent,inquit,saxa quæ domi solent esse in promptum agentibus seditionem.est autem expositio. ¶ Nec hunc lapidem:idest nec talem lapidem torquent. ¶ Qualis:accusatiuus est pluralis. ¶ Turnus:scilicet torsit.nam Turnus(ut scribit Virgilius in duodecimo)in Aeneam singulari certamine secum pugnantem ingens saxum iecit. Tale est carmen:Vix illud lecti,vix sex ceruice subirent.Qualia nunc hominum producit corpora tellus. ¶ Et Aiax,nam & Aiax(auctore Homero in septimo Iliados)ingens saxum cõtorsit in Hectorẽ. Ita enim ait Home. Acrius in pugnã rursus cõsurgit in hostem Priamides:iam nec ferro Thelamone creatum:Sed magno saxi iactu petit:ac ferus Aiax Ingentem clypeo septemplici reppulit ictum:Et iuuenem saxo percussum strauit eodem. ¶ Quo:idest quali. ¶ Tydides:idest Diomedes filius Tydei & Argiæ Adrasti:qui(ut auctor est idem in quinto Iliados)in aeneam misit saxum,quantum septem homines tollerent:eo,nisi Venus mater affuisset,interemptus fuisset. ¶ Sed quem:pro qualem. ¶ Dissimiles illis:scilicet dextris Turni,Aiacis,& Diomedis. ¶ Nostro tempore:quasi quo iam omnia sunt deteriora. ¶ Nam genus:non est,inquit,mirum homines in dies fieri imbecilliores. Nam usque ab ætate Homeri genus humanum decrescebat. Hoc autem ait,quia Homerus sæpe in Iliade conqueritur corpora mortalium fieri minora, Cuius auctoritatem secutus Plinius in septimo ait:Cuncto mortalium generi minorem staturam in dies fieri,rarosque esse parentibus prociores cõsumente ubertatẽ seminũ exustione. In Creta terremotu rupto monte inuentũ est corpus stans.xlvi.cubitorũ. quod alii Oriõis:alii Etionis fuisse tradũt &c. ¶ Aspexit:tam malos & pusillos. Ridet:quod pusilli sint. ¶ Odit:q; mali.

Rixa. Altercatio.

ASCẽ. ¶ Adde q; & facilis &c. Ostẽdit facile esse victoriam in tali populo. Ordo est: Adde ad luxuriam Aegyptiorum:q; facilis ẽ victoria de madidis:idest vinosis. & blæsis:idest imperfecte loquentibus. atq; titubantibus:idest vacillãtibus.ex mero:idest puro vino assumpto.inde:idest a Copti incolis. est supple saltatus,idest tripudium.tibicine existente supple nigro:idest Aethiope aut Arabe. & vnguenta,& flores.& multę coronæ sunt supple in fronte:idest circum frontem. Vel in frontem vsque demissæ per saltationem. hinc,idest ex altera parte scilicet a Tentiritis.est odium ieiunum:idest quod eos vt magis noceat ieiunos & solicitos habet. sed iurgia incipiunt primum sonare inter vtrunque populum:animis ardentibus ira scilicet. Hæc turba supple est .s.rixę.dehinc.s.post rixas:cõcurritur ab utraq; parte pari clamore.& manus nuda.i.inermis sæuit.i.sæuitiam exercet. uice:idest loco teli:idest armorum:quæ de longe mitti possunt. paucæ malæ:idest maxillæ supple sunt sine uulnere:idest dilaceratione unguium. uix cuiquam,aut nulli est nasus integer in toto certamine:idest tota multitudine certantium. Aspiceres:idest uidere posses:aut quilibet aspiceret. vultus dimidios:idest facies dimidiatas.ablato,scilicet dimidio carne & aspiceres alias facies.& ossa hiantia:idest dissoluta.genis:idest finibus oculorum ruptis. & pugnos plenos sanguine oculorum.ipsi tamen credunt se ludere:& exercere acies:idest pugnas pueriles, q:idest quia nulla calcent cadauera:& q; tot millia turbæ rixantis,sint supple iam sanæ quantum ad vitam.licet sauciæ:hoc est si uiuunt omnes ergo impetus acrior supple fit.& incipiunt torquere:idest impellere,& inijcere saxa quæsita per humum.lacertis:idest brachiis.inclinatis:idest demissis.saxa dico existentia tela in domestica seditione. Vnde Virgilius in primo Aeneidos:Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio:sæuitque animis ignobile uulgus,Iamq; faces & saxa uolãt,furor arma ministrat. Nec supple incipiunt torquere hunc:idest talem lapidem:quali Turnus & aiax se supple defenderunt. & quo:idest quali Tydides:idest Diomedes percussit coxã Aeneæ.vt dicit Homerus.sed supple talem.quem:idest qualem.dextræ dissimiles supple i robore,& uiribus illis scilicet Turni,aiacis,& Diomedis brachiis. & natæ nostro tempore ualeant emittere. Non enim tam magnos lapides homines tunc,sicut tempore Homeri,emittere poterant. Nã hoc genus hominum decrescebat iam Homero uiuo. Terra educat:idest producit & nutrit nunc homines malos,atq; pusillos. Ergo quicunq; Deus aspexit talium pugnam:ridet,quia pusilli sunt.& odit,quia mali.

OAN. RIT.

Adiuerticulo repetatur fabula,postquam
Subsidiis auctis,pars altera promere ferrum
Audet,& infestis pugnam instaurate sagittis,
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus instant;
Qui vicina colunt umbrosæ Tentira palmæ.
Labitur hic quidam nimia formidine cursum
Præcipitans,capituq;,ast illum in plurima sectum
Frusta,ac particulas,vt multis,mortuus unus
Sufficeret,totum corrosis ossibus edit
Victrix turba,nec ardenti decoxit aheno,
Aut uerubus longum usq; adeo,tardumq; putauit
Expectare focos,contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet,quod non uiolauerit ignem.
Quem summa cæli raptum de parte Prometheus
Donauit terris,elemento gratulor,& te
Exultare reor,sed qui mordere cadauer
Sustinuit nihil unquam hac carne libentius edit.
Nam scelere in tanto ne quæras,& dubites,an
Prima voluptatem gula senserit,vltimus autem
Qui stetit absumpto iam toto corpore,ductis
Per terram digitis aliquid de sanguine gustat.
Vascones(fama est)alimentis talibus usi
Produxere animas.sed res diuersa,sed illic
Fortunæ inuidia est,bellorumq; ultima,casus
Extremi,longæ dira obsidionis egestas.
Huius enim,quod nunc agitur,miserabile debet
Exemplum esse cibi,sicut modo dicta mihi gens
Post omnes herbas,post cuncta animalia,quicquid
Cogebat vacui uentris furor,hostibus ipsis
Palloreni,ac maciem,& tenues miserantibus artus,
Membra aliena fame lacerabant,esse parati
Et sua.quisnam hominũ veniam dare,quis ue Deorũ
Viribus abnuerit dira,atq; immania passis,
Et quibus illorum poterant ignoscere manes,
Quorum corporibus uescebantur?sed melius nos
Zenonis præcepta monent,nec enim omnia,quædã
Pro vita facienda putat,sed Cantaber vnde
Stoicus,antiqui præsertim ætate Metelli?
Nunc totus graias,nostrasq; habet orbis Athenas.
Gallia causidicos docuit facunda Britannos,
De conducendo loquitur iam rhetore Thule.

Diuerticulum

Diuertere

Diuersorium

Prometheus

¶ A diuerticulo:a digressione,quam fecit commemorando hæc de Turno,Aiace,& Diomede.vt sit sensus:A digressiõe discedamus.i.digressionem omittamus:& fabulam cœptã repetamus:ut.s.mutuũ inter Aegyptios odium narremus. Est autem diuerticulum ubi iter deuia flectitur. Terẽtius in Eunucho.Vbi ad ipsum ueni diuerticulum.Est enim uocabulum deductum a diuerto:q a uia diuertamus. Diuertere etiam capitur pro hospitari.unde & diuersorium ꝑ quo libet hospitio:quo significatu accipit etiam diuerticulũ Valerius libro ũi ca.de abstinentia:Fertilissimę delitiarũ totius Grȩciæ urbes necessaria totius nauigationis diuerticula erant. ¶ Altera pars.i. Combitę.sẽsus est:Vbi a Cõbitis prælium instauratũ est, Tentiritæ insequuntur omnes conuersos in fugam. in qua trepidatione quidam lapsus interficitur. ¶ Qui uicinæ ordo est:Illi qui colũt Tentira uicina umbrosæ palmæ. instant.i.urgent,& premunt. ¶ Palmæ:nã illic plurima palma prouenit.unde Plin. loquens de palma ita scribit: Quędam in Syria & Aegypto in binos diuidũt se truncos. ¶ Ast illum in plurima sectum Frusta:ordo est:Ast uictrix turba edit illum sectũ in plurima frusta, & particulas ita sectum, ut vnus mortuus sufficeret multis. ¶ Hinc gaudere libet:scelus poeta his uerbis aggrauat.est enim sensus:Tam crudele,inquit,fuit hominem crudũ comederet ut mihi etiam lętari libeat:q feriẽt scelus non addiderũt.s.q ignem rẽ tam sacram eo quãdo mortuum non polluerũt. ¶ Hinc:ex hac re.s.q nõ violauerit ignem. ¶ Prometheus:filius fuit Iapeti ex Asia nympha,quem miræ prudẽtiæ fuisse tradũt.unde & Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας.i.a prudentia:eũ antiquitas finxit,cum Iuppiter mortalibus ignem eripuisset,idigne ferens se deceptũ a Prometheo in portione carnis immolatæ consuetum insidiari sui causa ereptum mortalibus ignem restituere cogitasse.Itaq; cæteris remotis deuenisse ad Iouis ignem,eoq; subrepto & in ferulam coniecto,currentem,iactantemq; ferulam ne spiritus interclusus vaporis extingueretur, ad homines detulisse Quare Deorum indignatione Pandoram immissam terris pœnæ causa, nam per eam mulierem patefacto dolio erupisse omnium pestium genera, quibus homines laborent. ¶ Elemento:i.idest igni,quem elementum appellat:quod cælesti elemento raptus fuerit:i.idest igne illo cælesti. ¶ Et te.s.o Volusi. ¶ Qui sustinuit:qui tolerauit.Nam rationem reddit quare tam libenter comederint. Est aũt ordo & sensus:Nam ille,qui stetit ultimus absumpto iam toto corpore,gustat aliquid de sanguine ductis digitis per terram,hoc dico ne quæras & ne dubites in tanto scelere an prima gula senserit uolupeatem:sicq; ostendit talem cibum suauem omnibus illis fuisse. ¶ Vascones. Vascones populi sunt ulterioris Hispaniæ,q in Gallicum & Britãnicum vergit Oceanum:qui olim a Sertorio obsessi cæteris deficientibus alimentis morsus in cadauera suorum intecerunt:ne scilicet fidem suam in populum Romanum uiolarent:quo tempore Pompeius & Qu.Metellus aduersus Sertorium bella gerebãt. De his Apianus,L.Florus,& Plutarchus. Illud autem obseruandum Vascones mediã habere correptam:sicuti diximus Britones & Lingones. Ausonius:Vasconis hoc saltus. eritque Vascones nominatiuus Græcus,qui corripitur in fine,sicut Britones in hac Satyra:Quã nec terribiles Cymbri,nec Britones unquã.Talia enim nomina græcã pariter & latinam accipiũt declinationem. Claudianus: Prospicerem dubiis uenturũ Saxona ventis.Sic Virgilius græce declinauit Troes:Iam uero & Rutuli certatim & Troes, & omnes tibi breuis est ea.& alibi:Aetnæi Cyclopes & huc aduertite mẽtem; Alibi:Et circum argento clari delphines in orbem. ¶ Sed res diuersa:idest dissimilis est Nam Vascones id urgẽte necessitate fecerunt:quod omnino veniam mereturiat Aegyptii solo quodam detestabili odio & feritate ¶ Sed illic Fortunę inuidia est:sensus est:id totum quod Vascones crudele fecerũt:Fortunæ omnino est imputandum:quæ piis inuidere cõsueuit. unde Statius:Inuida fata piis, & fors ingentibus ausis. ¶ Illic:i eo quod Vascones fecerũt. ¶ Bellorũq; ultima:idest extrema necessitas:qualis sæpe est in rebus bellicis:ut ultima accipias numero plurali. & subaudi sunt. ¶ Dira:magna. Virgilius:An sua cuique Deus sit dira cupido? ¶ Casus extremi:scilicet sunt:idest extrema & insuperabilis calamitas:quæ omnia factum excusant. ¶ Longę obsidionis:quia oppressi sunt a Sertorio. ¶ Huius enim.rationem affert Vascones omnino excusandos esse, Exemplum inquit huius cibi quod nunc agitur:idest de quo loquimur dignum est miseratione:quando impellente necessitate aliter non potuit fieri:idest si acciderit, ut aliqui urgente necessitate comedant carnes humanas ut fecerunt, Vascones digni omnino sunt uenia & miseratione. ¶ Huius cibi:idest talis cibi. ¶ Quod:pro quale. ¶ Miserabile:idest dignum cuius misereamur. ¶ Sicut modo. sensus est & ordo: idest quemadmodum gens dicta mihi modo:idest Vascones lacerabant quicquid cogebat furor vacui uentris post omnes herbas:& post cuncta animalia:idest post absumptionem herbarum:& animalium lacerabant,inquit,membra aliena:idest carnes humanas fame:idest instinctu famis hostibus ipsis

miserantibus

miserātibus pallorem. ſ Esse parati Et suas: ideſt parati etiam in carnes suas morsus inducere. Esse enī eſt ab edo non a sum. ſ Quisnam hominum, nemo, inquit, eſt nec hominum, nec Deorū, qui in huiusmodi delicto Vasconibus non ignoscat: quibus etiam manes cadauerum absumptorū possent ignoscere. ſ Abnuerit: recusauerit. ſ Immania passis: prudenter excusat talem factū: quando omnia extrema passi sunt. ſ Viribus. i. uiris tam fortibus. ſ Manes antiqui animas quæ e corporibus discessissent, manes uocauere. de quibus ex sententia Apulei plura diximus alibi. ſ Sed melius nos Zenonis pcepta: philosophi stoici docent pro tuenda uita nō omnia eē agēda, sed ea dumtaxat, quæ ab honesto nō resiliant. ut ostēdat id a Vasconibus nō fuisse faciendum, uel in extrema fortuna. Ait ergo poeta pręcepta Zenonis stoici (nam stoicæ sectę fuit princeps) monere humano generi non id faciendum pro conseruatione uitę: quod fecerunt Vascones cū omnino pugnet cum honesto. ſ Omnia: cū distinctione legendum, ut sit: Non putat omnia facienda pro uita, sed quædam tantū: hoc eſt quæ inhonesti nihil habeant. ſ Pro uita: pro conseruatione uitæ. ſ Sed Cātaber unde Stoicus: Cantabri populi sunt Hispanię in quorum regionibus sunt Vascones. eſt ergo sensus: Præcepta stoica optima sunt, sed unde Stoicus Vasco fuit, i. unde Vascones habuerunt præcepta philosophiæ? quasi dicat talia præcepta, vt barbari ignorauerunt, & ppterea comederūt carnes humanas. ſ Antiqui Metelli: nam quo tempore Vascones (ut diximus) Sertorio obsidebantur, Q. Metellus (auctore Apiano) bella aduersus Sertoriū gerebat. Antiqui ergo ad differentiam recentiorum: multi enim ab eo fuere Metelli: eſt enim hic ille Qu. Metellus, qui aduersus Iugurthinum bellum gessit. de quo multa Salluſtius. ſ Nunc totus graias: noſtra, inquit, ætate omnes scimus disciplinas & græcas & latinas philosophicas ita i vt nulla extet excusatio si hominem comedamus. ſ Athenas. i. disciplinas philosophicas atticas. ſ Et noſtras. i. latinas & Romanas. Athenis autē omnium disciplinarum floruere ſtudia. vnde Ci. pro L. Flacco. Adsunt athenienses: vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ: atq; in omnes terras distributę putantur. ſ Gallia causidicos in Gallia præclari fuere rhetores, Statius Tholosanus, de quo Eusebius de temporibus, Vatien⁹. Iulius Florus. de quo sic meminit Quintilianus, Is fuit Iuli⁹ Florus in eloquentia Galliarum: quoniam ibi demum exercuit eam princeps alioquin inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate: præterea Lugduni (vt diximus illic: Aut Lugdunēsem rhetor dicturus ad aram) exercebatur ars oratoria edicto certamine a Caligula græce, latineq; facūdię nō sine magno amittentium dedecore. Eſt ergo sensus: Studia, inquit, liberalium artium iam ad gentes barbaras & remotissimas peruenere: quatinus filii Britannorum sub Gallica disciplina rhetoricen discunt. Nam & supra in. vii. Satyra docuit in Gallia petitos existere causidicos, & magnis affici pręmiis illic: Nutricula causidicorum Gallia. Britannia aūt insula eſt gallici Oceani. De Britānis scribit sic Cor. Tacitus i vita Iulii Agricolæ: Iam vero agricola principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum ſtudiis Gallorum auferre: vt qui modo linguam Romanam abnuebāt eloquentia concupiscerent, unde etiam habitus noſtri honor & frequens toga. vnde recte sequitur: De conducendo loquitur iam rhetore Thule. Strabo docet Massiliæ ſtudia literarum floruisse. ſ Thule: hæc eſt insula de qua Virg. Tibi seruiat vltima Thule. eſt enim insula in vltima parte septētrionis. de qua sic Strabo libro quarto. De Thule item obscura eſt hiſtoria propter eius in vltima loca remotionem: hanc si quidem ad septentrionem expositam locant. Plin. Ex aduerso Hyberniæ & Britanniæ i mari Germanico locat vltimā oium, q̄ memorant. In qua solstitio nullas esse noctes idicat Cancri signum Sole trāseunte, nullosq; cōtra p brumā dies.

Cātabri

Statius Tholosanus Vatienus

Thule

ASCE. ¶ A diuerticulo. A digressiuncula redit ad narrationē inceptam. Ordo eſt. Fabula: ideſt narratio. nō eni fabulam, sed hiſtoriam prius se narrare dixerat. repetatur: ideſt resumatur. a diuerticulo: ideſt a digressiuncula. Poſtquā altera pars scilicet Tentiritarum, audet subsidiis. i. auxiliis auctis. promere: ideſt eripere e uagina, & thecis suis, ferrum: ideſt arma ferrea aut ferrata. & instaurare: ideſt quasi de nouo incipere: aut instantius facere pugnam. sagittis infeſtis: ideſt infeſtātibus, & damnū inferentibus. & ii qui colunt Tentyra uicina palmæ apud Thebem umbriferæ. instant: ideſt iminent aut ingerūt se omnibus reliquis præſtantibus: ideſt dantibus celeri fugæ terga: ideſt fugientibus, quidam ex fugientibus præcipitans ideſt nimis præcipitanter arripiens cursum. labitur hic: ideſt hoc loco. nimia formidine: ideſt propter nimiam formidinē. & capitur ab insequentibus scilicet. Aſt: ideſt sed, turba victrix: ideſt insequentium, & voti compotum. edit: ideſt deuorauit illum, qui ceciderat totum, sectum: ideſt minutim concisum in plurima fruſta: ac particulas: vt vnus sufficeret multis: & hoc ossibus corrosis. nec decoxit. i. bulliuit, aheno. i. cacabo, aut lebete. ardente: ideſt feruente. aut verubus. i. nō assauit. putauit enim turba. victrix. s. vsque adeo: ideo valde longum, & tardum expectare focos: existens contenta cadauere crudo, libet hic gaudere q̄ ipsa non violauerit ignem: quem ignem Prometheus donauit terris raptum per ferulā quandam, de summa parte cæli: ideſt aeris, ego gratulor elemento: scilicet igni: & ego reor te o Volusi exultare præ lætitia: q̄ ignis non sit violatus. sed qui sustinuit: ideſt semel ausus eſt i natura sua repugnante mordere cadauer, nihil edit: ideſt comedit vnq̄ libentius hac carne scilicet humana: quod ex coniecturis licet asserere. Nam ne quæras & dubites: ideſt non debes quærere & dubitare an prima gula: ideſt primus gulose comedens optimos bolos: senserit uoluptatem in tanto scelere: quia notum eſt, q̄ maximam, autem pro sedris qui ſtetit vltimus absumpto iam toto corpore: guſtat aliquid de sanguine: & hoc digitis sumptis per terram. Vascones & cæt. Fatetur idem alibi contigisse: sed non ex consimili causa: vnde aggrauatur scelus Aegyptiorum. Ordo eſt: Vascones qui sunt populi in Hyberia. vnde talibus alimētis: ideſt carnibus humanis. produxere: ideſt extenderunt, animas: ideſt uitas suas: vt fama eſt. quod addit quasi dubitet: cū de Aegyptiis exploratum habeat. sed inuidia: ideſt malignitas fortunæ eſt illic: ultima bellorūque: extremi casus: & dira egeſtas: ideſt inedia longæ obsidionis supple erat illic: hoc eſt illi fuerant in extrema necessitate conſtituti. Exemplum enim huius cibi quem Vascones assumpserunt: quod exemplum nunc agitur: debet esse miserabile: ideſt dignum miseratiōe, sicut gens dicta mihi. i. a me, modo: ideſt iam. nā: ideſt ipsi Vascones obsessi. lacerabant fame. i. propter famem. aliena membra: ideſt alterius hominis. existentes parati esse. i. comesse, siue comedere. &. i. etiam, sua membra poſt omnes herbas assumptas. s. poſt cuncta animalia, & quicquid furor vētris uacui. i. rabiosa fames, cogebat supple comedere. & hoc hoſtibus ipsis miserantibus, ideſt misericordia prosequentibus: pallorem, & maciē, & tenues artus ipsorum. s. Vasconum. Nam quis hominum, quiue Deorum, abnuerit. i. recusauerit: si peteretur dare veniā: ideſt ignoscere. viribus. i. uirilibus animis. passis dira: atq; imania: ideſt tam longam & immanem obsessionem? quasi dicat nullus. Et quis abnuerit dare ueniam illis supple quibus manes. i. animæ: aut umbræ illorum, quorū corporibus vescantur. poterant ignoscere. Sed præcepta Zenonis. i. illius optimi philosophi monēt nos melius. nec enim putāt omnia: sed quædam tantum facienda esse pro vita. i. pro salutatiōe uitæ: quod verū eſt. vnde Ouid. Summū crede nefas animā præferre pudori. & illud Virgilianū: Vsq; adeo ne mori miserum eſt. Malum siquidem culpæ non eſt adeundum p euitando malo pœnæ. Sed vnde Cantaber: ideſt Vasco sup. esse poterat ſtoicus: ideſt eruditus in dogmate ſtoicorū: præsertim ætate antiqui Metelli: quasi dicat non eſt verisimile: & ita concludit eos per ignorantiam peccasse. nunc autem habet totus orbis Athenas. i. philosophiam. Graias. i. græcam. & noſtras: ideſt latinam. Gallia facūda præsertim apud Lugdunum. docuit causidicos Britannos. i. ex Britānia: & Thule. i. vltima regio Britanniæ ultra scotiam. loquitur. i. agit nunc, de rhetore. i. doctore artis oratoriæ conducendo.

Nobilis ille tamen populus,quem diximus,& par
Virtute atq; fide,sed maior clade Saguntihus
Tale quid excusat.mæotide sæuior ara
Egyptus,quippe illa nefandi taurica sacri
Inuentrix,homines(ut iam quæ carmina tradunt,
Digna fide credas)tantum immolat,ulterius nil
Aut grauius cultro timet hostia.quis modo casus
Impulit hos?quæ tanta fames,infestaq; uallo
Arma coegerunt,tam detestabile monstrum
Audere?an ne aliam terra memphitide sicca
inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?
Qua nec terribiles Cymbri,nec Britones unq̃,
Sauromataeq; truces,aut immanes Agathyrsi
Hac sæuit rabie imbelle,& inutile uulgus
Paruula fictilibus solitum dare uela phaselis,
Et breuibus pictæ remis incumbere testæ.

IOAN. BRIT.

Nobilis ille populus: sensus est: Populus ille nobilis Vasconũ, & urbs Saguthus, licet impii uideri possint: alter q̃ comederit carnes humanas: altera q̃ se, suaq; omnia igni & ferro absumi, q̃ hosti tradere maluerit: habent tamẽ unde illud excusent scilicet extremam necessitatem. sed ægyptii nullam honestã habent excusationem: cũ per summã crudelitatẽ ultro id faciant. Saguthus aũt ciuitas est Hispaniæ: quæ q̃si media inter Romanorum & Carthaginẽsiũ fines iure fœderis in libertate relicta: postea Romanis addicta, initaq; societate Romani iperii aduersus se Hannibalẽ concitauit. a quo obsessa octauo demum mense capta est. Est autẽ ordo: Ille nobilis populus, quem diximus, & Saguthus par uirtute, atq; fide, sed clade maior excusat quid tale. Maior cla. æquiparat Saguthinos Vasconib' fide & uirtute: sed ait clade maiores fuisse Saguthinos: quippe qui & se, & oia sua penitus igni absumpserint: quod nõ fecerunt Vascones. maior ergo clades fuit Saguthinorum. Aegyptius sæuior, subaudi est. Ara mæotide: Mæotis palus est Scythiæ, quã efficit Tanais amnis, qui Europã ab Asia disterminat. illic in Cheronesso Taurica, q̃ hostio Mæotidis adhæret templũ fuit Dianæ, ad cuius aram uiui homines imolabant: de qua intellexit Valerius Flaccus libro secũdo loquẽs de Thoante sic: Taurorũq; locos, delubraq; sæua Dianæ Aduenit: hic illum tristi Dea præficis aræ Ense dato. De ea multa etiã Ouidius in Ponto cõmemorat. Qui Cheronessum ipsam icolũt, Tauroscythæ sunt appellati a monte Tauro, qui illic est. licet & in Cilicia alius sit eiusdẽ nominis. Ara autẽ Mæotide dixit pro mæotica: sicuti & paulo infra: Memphitide terra pro memphitica: hocq; necessitate metri nõ recipiẽtis ablatiuum memphitica. Quippe illa taurica: ordo est: Illa taurica inuentrix nefandi sacri imolat tm̃ hoies: ut credas iã digna esse fide, quæ carmina tradunt, i. quæ poetæ cecinerũt: quasi dicat potes iam credere & ea, q̃ a poetis referunt huiusmodi uera esse: quãdo & apud Aegyptios tam sæua agant. Vlterius nil timet: acsi dicat non timet ut cõmendat. Quis modo casus: acclamatio in detestatione tãtæ crudelitatis: cũ nulla ipellente causa tantũ scelus perpetrent. Monstrũ: ut homines comedant. An ne Inuidiam facerẽt: si Nilus, inquit, ut iratus Aegyptũ inundare nollet: nunqd Aegyptii ad eius indignationẽ possent aliquid crudelius facere: acsi dicat: Possent ne eũ grauiore contumelia irritare: hoc aũt iccirco dicit: q̃ solebãt accolæ fluminis aliquos imani crudelitate incrementa & inundationẽ irritare sumpto exẽplo a Busiride, q primus imolato hoie id instituit a Thrasylo edoctus: quem primum suo inuento imolauit. Cuius rei meminit Ouidius i arte amandi: Dicit Aegyptus caruisse iuuãtibus arua Imbribus, atq; annos sicca fuisse nouem. Cum Thrasylus Busirim adit, monstratq; piari Hospitis effuso sanguine posse Iouem. Illi Busiris fies Iouis hostia primus Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquã. Nã eũ (ut diximus) primũ imolauit. Ouidius i Ibin: Vt qui post annos sacri monstrator iniqui, Elicuit pluuias uictima cæsus aq̃s. Memphitide terra: forma patronymica dixit memphitide, p memphitica terra: hoc est ægypto. nam Memphis ciuitas est ægypti: quam sæpe poetæ pro ægypto ponũt, eã condidit Ogdous: qui Vchoreus cognominatus est. ambitus stadiorũ centum & quinquaginta urbem omniũ ægypti præclarissimam opportuniore totius eius orę loco: ubi Nilus in plures scissus partes efficit formam Deltæ ægyptiorũ autem regia est, ibi templum est Apidis, qui apud eos pro Deo habetur. Nolenti surgere Nilo: idest nolenti crescere & inundare Aegyptum: quæ quotannis crescente fluuio solet inundari. Nam Nilus solus inter reliqua flumina adeo (ut scribit Diodorus) æstate crescit, cum decrescant cætera: ut totã inundet ægyptum: hyeme minuatur cum reliqua augeãtur. Qua nec terribiles: p comparationem ægyptios crudelitate omnibus præfert barbaris & immanibus. ut sit ordo & sensus: Vulgus imbelle & inutile ægyptiorũ sæuit hac. i. tali rabie: qua pro quali. terribiles Cymbri non sæuierũt. Ii enim sunt Germaniæ proximi Oceano, qui animo & audacia præstãtissimi & manuum uirtute, ac celeritate, & impetu egregii in bello fulguri similes uidebãtur, itaq; ipsorum impetum nemo sustinere poterat. Nã multos magnosq; exercitus Romanos penitus deleuerũt. Vnde nũc a poeta terribiles nominant. Eos demum, cum in Italiam uenissent, Marius profligauit. Britones: populi sunt Germaniæ denominati a Britone filio terræ: cuius fuit filius Mannius. de quo diximus apud Persium: Præsto est mihi Mannius hæres Progenies terræ. Illud obseruandum est Britones ultimam corripere, quia inflexio sit græca: sicuti antea Vascones & fama est. Et Virgilium: Iam uero & Rutili certatim & Troes, & omnes. Et alibi: Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro. Sauromatæ: populi sunt Scythiæ circa Mæotim paludem. De quibus pluscula diximus in secunda Satyra: Vltra Sauromatas. Agathyrsi: populi sunt Scythiæ Gelonis contermini, dicti ab agathyrso filio Herculis: ora, artusq; pingũt, ut quiq; maioribus præstant, ita magis uel minus. Vnde poeta appellauit pictos agathyrsos. Hac rabie: idest tali, qualem ostendimus supra. Vulgus: ægyptiorum. Solitum dare uela: hinc maxime emergit indignatio: q̃ cum in reliquo uitæ genere sint nobilissimi & effœminati carnibus humanis uescantur: quod populi barbari & feri non faciunt. Tradit enim Strabo (ut paulo ante retulimus) ad canopica quędam solemnia ingentem turbam per fossam ex Alexandria descendere: quæ die ac nocte nauiculis plena est uirorum, ac mulierum impudenter canentium, ac salutantium cum omni dissolutione. ubi ait tanta facilitate nauigari: ut scaphis etiã testaceis utantur: idest fictilibus. Phaselis: pictis nauiculis. Virgil. Et circum pictis uehitur sua rura phaselis. Testæ: nauiculæ testaceæ.

Margin: Sagunthus. Mæotis. Diana taurica. Tauroscythæ. Nili inundatio. Agathyrsi.

AS CE.

Nobilis ille tamen populus, quem diximus, & par. Docet sæuitiam ægyptiorum non solum maiorem esse, q̃ Vasconum: sed etiam, sacerdotum Dianæ tauricæ: qui sacrificabant quidem homines: sed non manducabant. Ordo est: Tamen ille populus, quem diximus scilicet Vasconum est nobilis. & Sagunthus: idest ciuitas illa Hispaniæ confœderata Romanis existens supple par: idest æqualis scilicet Vasconibus uirtute atq; fide: sed maior clade, quia omnes interierunt in obsidione. excusat tale quid: idest factum. Vasconum: idest experta quẽ acris sit fames ignoscat eis. ægyptus autem est sæuior ara Mæotide: idest ipsius Dianæ tauricę ad Mæotim lacum Scythiæ. quippe: idest quia certe illa taurica. scilicet ara: aut Diana existens supple inuentrix sacrificii, sacrificii nefandi. ut credas ea quæ carmina tradũt esse digna fide: hoc est ut concedamus uera esse quod poetæ de ipsa taurica canunt. imolat tantum homines: & nõ comedit, & hostia quæ debet offerri scilicet seruus, nil timet ulterius aut grauius cultro: idest q̃ mactari, non enim timet dentibus deuorari. sed quis casus impulit hos scilicet Aegyptios? quæ

tanta

tanta fames? que pro &. quæ supple arma infesta vallo coegerunt audere tam detestabile monstrum: hoc est uesci crudo homine. An ne facerent aliam inuidiam .i. aliud signum inuidentiæ, ipsi Nilo nolenti surgere .i. inundare terram a quo dependet tota fertilitas Aegypti. & hoc terra Memphitide .i. aegyptiaca existente sicca: quasi dicat non possent. Vulgus per lachrymas interiorem pietatem ostēdimus. ergo, inquit, natura nobis dedit pietatem: quæ per lachrymas cognoscit. iubet enim nos aliena incommoda plorare. ¶ Squalorem rei: idest incōmodū, & aduersa rei squalentis & mœstū. Est enim squallor alta illa congeries sordis, quæ in corporibus humanis incultis, squāmosisq; apparet. deductumq; videtur vocabulum a squammis, quas situs ille inquinamentorum in corpore imitat. lege Macrobium & Gellium. Squalentē tamen etiam pro splendente poni apud auctores legimus. unde Virg. in. iiii. Georgicorum: Alter erit maculis auro squalentibus ardens. ¶ Pupillum, ploramus etiam, inquit, pupillum: qui in ius deceptorem & bonorum suorum raptorem vocat. ¶ Circumscriptorem: deceptorem ac rei scribo. de quo dictum est abdide illic: Quot Basilus socios, quot circūscripserit Hirrus. ¶ Cuius s. pupilli. ē autem ordo: Cuius capilli puellares faciunt ora manantia fletu incerta. ¶ Manantia: illud obseruandum apud auctores talē inueniri locutionem: Aqua dulcis manat ex fōte. Et fons manat aquam dulcem: ut hoc loco: & alibi in sexta Satyra: Et longum manantia labra saliuam. Et fons manat aqua dulci. Plinius libro. xxii. capi. xxii. Cauli fractus copioso lacte manat. Propertius: Leuis odorato ceruix manabat oliuo. Absolute etiam dicim? Vlcera quæ manant. ¶ Capilli puellares: idest crines longi, quales sunt puellis. ¶ Ora incerta: vt non facile discernas mas an fœmina sit. ¶ Naturæ imperio, quæ nobis pietatem indidit. ¶ Virginis adultæ: tunc enim maxime miseratione mouemur, cum iam adulta ætate virgo moritur. ¶ Et minor igne rogi: hoc autem dicit ex more veterum: qui (ut auctor est Plinius libro septimo) infantem nisi prius genito dente non cremabant. Infantem autem dentire tradit Plinius septimō mense postquam natus est. Minor ergo igne: idest minor q̄ vt comburi at cremari. Terra enim infantes condebantur: quod poeta his verbis innuit: Vel terra clauditur infans.

Squalor | Infātes non cremantur

Aegyptiorum immane .i. efferum, ac crudele. & inutile .i. ignauum ad bene agendum. solitū dare phasellis: idest nauiculis: fictilibus .i. testaceis paruula uela, & incūbere breuibus remis testæ pictæ: idest molliter ornatæ: hoc est illo: quin mollissimum vulgus fæuit hac rabie: qua nec Cymbri populi Germaniæ terribiles: regionem olim gallicam nunc Britanniam dictam incolunt. nec Sauromatæ populi ad Scythiā. truces: idest feroci aspectu, nec agathyrsi populi Scythiæ immanes: unquam sup. sæuierunt.

JOAN. BRIT. ¶ Nec pœnam: licet hoc ad Aegyptios pertineat: potest tamen & generale in omnes dictum uideri: ut sic sensus: illis populis, quorum mens ira pariter, atq; praua voluntate ad scelus mouet, paria supplicia & digna non inuenientur: vt ostendat eos omnino dignissimos esse omni cruciatu. ille enim, qui impulsu iræ aliquid crudele facit: leuius peccasse videtur, q̄ qui & impulsu iræ & consensu animi accedente turpitudinem cōmittit. primi enim illi mentis impetus in potestate nostra non sunt: ex quo digni uidemur venia. Sed cum iram sequatur & deliberata voluntas: tunc demum scelerati censemur, & omni supplicio dignissimi. ¶ Pœnam sceleri inuenies: subaudi a sequentibus dignam, & conuenientem. ¶ Ira atq; fames pares & similes: hoc est qui per iram & animi consensum: idest famem quandam & sæuam cupiditatem animum suum ad perficiendum scelus applicant: ut p famem rabidam quandam sæuiēdi cupiditatem intelligas: simulq; respicit ad id quod quasi per famem comederūt carnes humanas. ¶ Mollissima corda, hippophora est: quasi aliquis dixerit non esse mirum si tam crudelia committantur: quando ita natura hominem ad crudelitatem formauerit. Et ipse respondeat: naturam fateri non crudelitatem, sed pietatem homini ingenerasse: quando lachrymas dedit, quibus indicat incommodis se dolere alienis. ¶ Hæc nostri pars optima sensus: alii sunt, qui pars optima legunt: alii pars vltima. Ego autem legendum esse puto, & sic corrigendum. Hæc est pars intima nostri sensus: idest ipsæ lachrymæ sunt quæ interiorem partem nostri sensus patefaciunt, nam

Nec pœnam sceleri inuenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt,
Et similes ira, atq; fames, mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Quę lachrimas dedit, hæc nostri pars intima sensus,
Plorare ergo iubet causam lugentis amici,
Squaloremq; rei, pupillum ad iura uocantem
Circumscriptorem, cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio gemimus cum funus adultæ
Virginis occurit, uel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi. quis enim bonus, aut face dignus
Arcana, qualem Cereris uult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala? separat hæc nos
A grege mutorum, atq; ideo uenerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
Atq; exercendis, capiendisq; artibus apti
Sensum a cælesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram spectantia, mundi
Pincipio indulsit communis conditor illis
Tantū animas, nobis animū quoq;, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet,
Dispersos trahere in populum, & migrare uetusto
De nemore, & proauis habitatas linquere siluas
Ædificare domos, laribus coniungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino limine somnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem,
Communi dare signa tuba, defendier iisdem
Turribus, atq; una portarum claue teneri.
Sed iam serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera. quando Leoni
Fortior eripuit uitam Leo? quo nemore unquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam, sæuis inter se conuenit vrsis.
Ast homini ferrum letale incude nefanda
Produxisse parum est, cum rastra, & sarcula tantum
Assueti coquere, & marris, ac uomere lassi
Nescierint primi gladios excudere fabri,
Aspicimus populos, quorum non sufficit iræ
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, uultum
Crediderint genus esse cibi, quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra uideret
Pythagoras? cunctis animalibus abstinuit qui
Tanq̄ homine, & uentri indulsit non omne legumen?

¶ Quis enim bonus: hic sensus est: Quis est, inquit, bonus & natura bene informatus: qui aliena mala communia esse non putet? Iuxta illud Terentianum: Homo sum: nihil humani a me alienum puto. Est enim hominis bene instituti (vt docet Cicero in Catone maiore) & lætari bonis rebus, & dolere contrariis. ¶ Et face dignus arcana: periphrasis est hominis pii: quales oportebat sacris cereris interesse & ministrare: a quibus sacris impii etiam voce præconis submouebantur, vnde Suetonius in Nerone: Pe

regrinatione qdē Græciæ Eleusinis sacris, quoꝝ imitatione
impii, & scelerati voce pconis submouent̄ interesse non au/
sus est. M. Antonius: vt refert Iulius Capitolinus: vt se ino/
centē pbare Cereris tēplū adiit, sacrariūq; solus ingressus ē.
ſ Face arcana: hoc est mystica & secreta. Nā prisci appellaue/
re sacra ea arcana, q̄ mystica Græci hoc est secreta: q̄si quæ ob
Cereris sa cra sanctitatē aliquā habeant esse separata a nobis, qualia fuere
sacra Cereris, quę accensis facibus nocte celebrabant̄ a matro
nis in memoriam Cereris, q̄ Proserpinā filiā ardētibus facu
lis quæsiuit. Claudianus: Tēpliq; remugit Cecropidū, san/
ctasq; faces extollit Eleusis. Ouid. in Fastis: Hinc Cereris sa/
cris nunc quoq; teda datur. q̄ aūt nocte celebrarent̄ docet.
Iustinus lib. ii. his uerbis: Megarenses matronas Atheniēsiū
in Eleusiniis sacris nocte oppressuri, naues conscendunt. Ea
summo tegebant̄ silentio. vnde Apule. lib. vi. Metamo. Et cæ
tera q̄ silentio tegit Eleusis Atticæ sacrariū. ſ Separat hæc
nos: natura, inqt, q̄ nobis tātam humanitatē dedit, ut alienis
incōmodis doleamus: separat nos a brutis. i. ea est, q̄ nos dissi/
miles esse facit a brutis: cū nobis rōnem & intellectū tradidit
qbus malū & bonū cognoscimus. Bruta aūt nullā habentia,
nec rerū: nec tēporū discretionem sensu tm̄ mouentur. & ad
id solū qd̄ adest, quodq; præsens est accōmodant, paulū ad/
modū intelligētia pteritū, aut futurū: quę oia illuc tendunt
Aegyptios a brutis non differre: qui rōnis terminos obliti in
tātā rabiē ferunt̄ vt ea faciāt, q̄ ab oi humanitate sint penitus
auersa. ſ Atq; iō. i. ob eam rem. s. ut a bestiis differemus. ordo
aūt est. Atq; ideo nos soli sortiti ingenium venerabile tra/
ximus sensum a cælesti arce. ſ Sortiti ingenium: quo. s. omni
Ingeniū no bruta carent. Est. n. ingenium vis qdam animæ, qua se aia
explicat, atq; exercet ad oium rerū intelligētiā: vt p ingeniū
intelligas ipsum intellectū, & rōnem, quæ principales sunt ai
partes. ſ Capaces diuinoꝝ: hoc uult significare intellectū &
rōnem, quæ principales (ut diximus) sunt partes ai: q̄si cōmu
nes cum ipsis diis nos haberet: ac per hoc dixit nos eē capaces
diuinorū. Nam recta intelligentia est ipsoꝝ Deorum: qbus nos
pares esse vult cōmunione rōnis & intellectus: quo sensu aia
lia bruta carent. vnde est illud Ciceronis in Catone maiore:
Est. n. animus cęlestis ex altissimo domicilio, depressus & q̄si
demersus in terra locum diuinæ naturæ, æternitatiq; cōtra
rium. Pythagoras ēt affirmauit nos ex uniuersa mēte diuina
delibatos habere aios: eosq; immortales credidit Cice. hoc
argumēto: cū tāta sit celeritas eoꝝ, tanta memoria pteritorū:
futurorumq; puidentia: tot artes: tot scientiæ: tot inuenta.
vnde ait poeta: Atq; exercēdis, capiendisq; artibus apri. qd̄
hoi non accidit nisi beneficio animi, q (vt diximus) & cæle/
stis nos ad oēs artes facit aptos. ſ Indulsit: dedit. ſ Animas: q
bus tm̄ uiuunt. Nā animā dicimus esse, qua uiuimus: aium ve
ro, quo sapimus. quo aio ipsa bruta carēt cū nihil cognoscāt,
neq; discernant. ſ Illis. s. brutis. ſ Nobis aium quoq;: hoc dicit
nobis aias & aium quoq; esse datum. vt sit sensus: animas tm̄
brutis esse datas, sed nobis & animas & animos. ſ Mutuus af
Mutuꝰ affectus fectus: mutua caritas. mutuum affectum dicimus, cū par vo/
luntas accipitur & reddit̄. ſ Iuberet. i. uellet nos ab illis auxi/
lium peteret: & aliis nos subuenire: ob id enim ciuitates condi
tæ sunt, vt mutuis hoies uiuerent officiis. ſ Dispersos trahe
re in populum. nam hoies ab initio in agris passim more be/
stiarum vagabantur: uictumq; sibi pomis siluestribus q̄rebāt
verum natura monstrante intellexerunt sibi cōducibile esse,
si in vnū cōgregarentur locū. Itaq; cœperunt oppida ædifi
care: quo se relictis siluis reciperēt. Hora. Oppida cœperūt
munire, & ponere leges. Nequis fur esset, neu latro: neu quis
adulter. ſ Tutos uicino limine somnos. ordo est. Vt fiducia
Hora/ tius collata daret somnos tutos in uicino limine. ſ Collata cōium
cta. ſ Protegere armis. Ordo est: Mutuus affectus iuberet p/
tegere: hoc est in bellis ciuem ab hostibus conseruare: cum aut
lapsus, aut vulneratus fuisset. ſ Communi tuba: cōmuni clas/
sico: cum in expeditionem eundē est. ſ Sed iam serpentū: sen/
sus est: Maiore, inqt, cōcordia oia in suo genere animalia fer/
me viuunt, q̄ hoies. quod qdem Plin. lib. vii. tradit in hūc sen
sum: vt alter ab altero mutuatus esse uideatur. ait enim: De/
niq; cætera animantia in suo genere probe degunt, congre/
gare uidemus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas in/
ter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes,
nec maris qdem belluę ac pisces: nisi in diuersa genera sęuiūt.
At hercule, homini plura ex homine sunt mala. ſ Sæuis ursis Conue/
inter se conuenit. i. inter ursos concordia est. Dicimus. n. sic: nit
Mulieribus inter se conuenit, & inter mulieres cōuenit. Te/
rentius in Hecyra. Neq; cōuenturum inter nos post hac esse
arbitror. Et mihi tecum hoc conuenit. Cicero: interfectā esse
matrem ab Oreste conuenit mihi cū aduersariis. i. nulla mihi
de cęde matris est controuersia cū aduersariis. Et cōueni cum
mercenariis de precio. Fabius: Quanti veheret interrogaui,
de pretio cōueni. ſ Indica tigris: tigrin non solum Indi: sed
& Hircani ferunt animal uelocitatis tremendæ. Martia. Ti/
gris ab Hircano gloria rara iugo. ſ Ast homini: per compara
tionem priscæ ætatis, scelera sui temporis amplificat. Est. n.
sensus. Tanta inter se, inqt, hoies hoc tēpore impietate ruūt:
vt ab crudelitatem exercendam parum habeant gladios sibi
fabricasse, quos antea fabri assueti tantum instrumētis rusti/
cis excudere nesciuerūt: ut aspiciamus etiā populos, qui non
contenti hoium cęde in eorum etiā corpora morsus iniciāt
ac si diceret satis impiū uideri poterat gladiis rem agi: nisi ēt
hoies cæsi comederent̄. ſ Produxisse: cudendo extendisse.
ſ Rastra: a radēda terra sunt dicta. Sarcula, & marræ: instru
menta sunt rustica ad effodiendam terram. ſ Lassi marris ac
uomere. i. lassi cudendo marras & uomeres. ſ Nesciebāt exclu/
deret Virg. in Georgicis: Necdū etiam audierant inflari clas
sica, nec dum Impositos duris crepitare incudibus enses. ſ Po
pulos. s. Aegyptios. ſ Genus esse cibi, tanta est impietas & ra
bies. ſ Quid diceret: per amplificationem detestatur rem tā
nefandam. Est enim sensus: si Pythagoras inquit talia fieri ui/ pytha
deret, quid non diceret, aut quo sibi fugiēdum nō putaret in goras
tanta rei auctoritate? Pythagoram autem nominat: q̄ is cū
sentiret animas hoium post mortē in brutorum, vel hominū
corpora transire, carnibus abstinuit, ne scilicet edēdo in ani/
mas humanas sæuiret, fabis etiam abstinuit, vnde sequitur:
Et uentri indulsit non omne legumen. Tradit Gellius ex au
ctoritate Ciceronis lib. pri. de diuinatiōe: pythagoreis fabā
interdictam, q̄ inflationem afferat magnā, eamq; cibū tran/
quilitatē mentis quærentibus esse contrariū. quare Pythago
ras spiritalem esse asseuerans, uelut a cognata abstinuit. unde
est illud apud Horatiū in Satyris: O quādo faba Pythagorę
cognata. simulq; Vncta satis pingui ponent̄ oluscula lardo.
Sed Aristoxenus (auctore Gel.) scribit nullo Pythagorā le
gumine sæpius esse usum q̄ faba, q̄ sensim aluū subduceret:
gorgulia quoq; solitū uesci. scribit Cice. tamē, & Laertius te
stat̄ iis eū abstinuisse. Tradit Pli. fabā existimatā esse hebeta/
re sensus, insomnia quoq; facere. ob hoc Pythagorica sentē/
tia damnatā: vel (ut alii tradiderūt) quoniā mortuorū animę
sunt in ea: q̄ de causa parentādo utiq; assumit̄. De dogmate
pythagorico lege Ouidiū in ultimo Metamorphoseon. Pha
risæi uero philosophi Iudęi aiunt (auctore Iosepho de bello
Iudaico) animā oēm incorruptam esse: transire aūt i alia cor/
pora solas bonorū, iproboꝝ aūt in terminabili supplicio cru
ciari. ſ Hæc monstra: rē tam nefandam, ut carnibus humanis
uescant̄. ſ Cunctis animalibus: Nam eorū poeta sequitur opi
nionē, qui dixerunt pythagorā cunctis animalibus abstinuis
se: De Pythagora multa referunt̄ a phylostrato lib. viii. Is. n.
iquit aialia i terra degere pmittēs, q aūt ex terra nascunt̄ mū
da, puraq; esse: putās talib' ut uescerent̄ instituit: q̄ aię corpo
riq; ante nutriēdo pgruerēt. uestitū īsup quē pleriq; ex mor
ticina materia cōfectū gestāt, ipurū eē autumās linteis cōsti/
tuit, & calciamēta itidē ex arboreū corticibus fieri mādauit.
¶ Nec poenā &c. Concludit immanitatē Aegyptiorū omnē ASCē.
punitionem excedere. Ordo est: Nec tu inuenies huic sceleri
scilicet Aegyptiorum pœnam sup. satis magnā: nec parabis
supplicia digna his populis: in quorum mēte sunt ira, & fa/
mes pares & similes: quia per iram faciunt: quod per sum
mam inediam, & famem audere non deberent. natura fate
tur sedare humano generi mollissima: id est dementissima,

& mitissima

& mitissima corda.nã solus homo mansuetũ animal:cætera aut feræ:aut bruta dicunt:q̃ dedit lachrymas: vt nos mites significemus plorantes mortẽ,aut casum pximi nostri. Hæc aũt.s.lachrymarum.est optima.i.maxima pars nostri sensus. qa natura nihil nos docuit præter q̃ flere:& id statim a uitę principio.ut docet Pli.in prin.vii.lib.Ergo quia ꝓ maximo dono natura nobis lachrymas dedit:ipsa iubet plorare causam.i.lachrymis prosequi causam amici lugẽtis.& squalorem.i.abiectionem habitus & corporis. neglecti rei.i.accusati de aliquo crimine. & plorare iubet pupillũ.i.orbũ parentibus,uocantẽ.i.citantẽ.ad iura.i.ad iudicẽ iustitię & iuris ministrum.circũscriptorẽ.i.deceptorem per iniqua scripta.cuius pupilli ora manantia. fletu.i. lachrymis. capilli puellares.i. longi quales habent puellæ. faciunt incerta.i.indiscreta an maris an fœmellæ sint. Nos gemimus ĩperio naturæ.i.natura imperante:cũ funus virginis adultæ:iam scilicet nubilis occurrit:vel cum infans & minor igne rogi.i.q̃ ut solẽniter cõburatur.clauditur. terra.i. sepelit.Quis enim bonus sup. existens:& dignus arcana face .i castus & pius: & talis qualẽ sacerdos Cereris vult esse sup.vxorẽ eius si festis Cereris iterresse velit. credat vlla mala.i.incõmoda & aduersa esse aliena sibi.q.d.nullus. Et ẽst sensus:Nemo humanus & bonus põt uidere siccis oculis mala alterius tãq̃ nihil ad se ptinentia:quia naturaliter homo hoi cõdolet . unde dicit Chremes Terentianus in.iii.Comœdia : Homo sum,humani nihil a me alienum puto.Et diuus apostolus.ii. Corin.xi. Quis scandalizatur ut ego nõ uror . Si ergo naturaliter pii & cõdolentes sumus:& hoc sciẽtes rei oia faciũt , quibus animã mereantur: imanissimũ conuincet illud facinus Aegyptiorũ:nec uult dicere nunc nõ esse piũ aliquẽ,ut Mancinellus asserit:sed nullũ esse bonũ,q non idẽ pius sit.ꝙ aũt naturaliter pii sumus iterũ ꝓbat dicẽs:hæc.s.pietas separat nos a grege mutoꝝ.s.aialiũ:qdã legũt motoꝝ sed placet mutoꝝ lectio:atq; ideo nos soli hoies sortiti ingeniũ uenerabile: qa piũ & mansuetũ.& capaces diuinorũ.i.diuinarũ rerũ.& apti artibus exercendis & capiẽdis: traximus sensum demissum ab arce cælesti.Quia(ut dicit Virg.in.vi.)Igneus est ollis uigor & cælestis origo. Et Hora.uocat aiam Diuinæ particulã auræ.cuius.s.sensus:hoc est rationis:egent cætera aialia prona & cõspectãtia terrã. Vnde Ouid.primi.Met.Pronaq; cũ spectent aialia cętera terrã:Os hoi sublime dedit, cęlũq; videre iussit,& erectos ad sidera tollere vultus.Cõis cõditor mũdi .i. Deus pꝛincipio indulsit,i,de mẽter ꝯcessit.principio.i.cũ oia crearẽt.illis.s.aialib⁹ brutis.tñ aias.s.sensitiuas,& vitales.sed nobis ĩdulsit sup.quoq;.i.ẽt.aium.s.rõnalẽ.vt mutuus affect⁹.i.caritas mutua:iuberet nos petere a pximo: & pstare pximo: auxiliũ.& trahere in pplm.i. ꝯgregare in ciuitatẽ dispsos.s.sparsim i siluis,& speluncis degẽtes.& migrare.i. discedere cũ habitatiõe de vetusto nemore,& linquere.i,relinqre siluas habitatas.a patrib⁹.i.a maiorib⁹.ędificare domos: & ꝯiũgere nris laribus.i.domib⁹ aliud tectũ,vt fiducia collata limine vicino .i.ꝓp limẽ vicinũ,daret tutos.i.nõ piculosos sõnos.ꝓtegere ar

MILITIA HOS MORES DIROS HAEC CÕ MODA SERVA

Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Sextadecima.

Quis numerare queat felicis præmia Galle
Militiæ?nam si subeantur prospera castra,
Me pauidum excipiet tyronem porta secundo
Sidere.'plus etenim fati ualet hora benigni,
Quam si nos Veneris commẽdet epistola Marti,
Et Samia genitrix quæ delectatur arena.

mis ciuẽ.i.cõcinem.lapsum ab ĩpetu inimici.aut nutãtẽ.i.vacillantẽ:ingenti vulnere.s.postq̃ susceperit:hoc est dirimere litẽ:& litigantes separare:& læsos,ac succũbentẽs,ne amplius vulnerentur,ꝓtegere.Dare signa ad cõcurrendũ in arma cõmuni.i.oibus nota tuba.defendier.i.defendi:hoc ẽ protegi iisdẽ turribus.atq; teneri.i.includi una claue portarũ:hoc est ad hoc rationẽ hoibus solis dedit:ut inter se socialiter viuerent:sed tantũ abest vt sic uiuant:vt maior sit inter feras cõsensio,atq; concordia: quod & Pli. docet:ut recitat Manci.Ordo est:Sed iã maior concordia est sup.serpentum fera similis.i. eiusdẽ speciei : parcit maculis cognatis .i.per naturã cõmunicãtibus in specie exteriore. habẽt eni ut plurimũ ferocia aialia maculas.qñ Leo fortior eripuit Leoni sup.debiliori uitã:'q.si dicat nunq̃. In quo nemore expirauit unq̃ aper.i. porcus siluester,ictus.i.percussus dentibus maioris apri:'ac si dicat in nullo.tigris indica, licet ferox,agit perpetuã pacẽ cũ rabida tigride.conuenit.i.pax, cõcordia,& consensio est sæuis vrsis inter se. At.i. sed in cõtrariũ.parũ est.i.esse uidet homini.ꝑduxisse incude, nefanda.i.detestãda: pp abusũ. hoc est fabricasse ferrũ, letale .i.mortiferũ:hoc est arma ferrea.cũ sup.ita sit ꝙ primi fabri sueti.i, consueti. coquere .i.concludere tantũ rastra. & sarcula.i.instrumenta rustica ad colendos agros existentes lassi.i.fatigati uomere.& mineris.i.aliis instrumẽtis sup.cudẽdis,nescierint excudere gladios.i.enses & mucrones.nos sup.tamẽ aspicim⁹ populos.s. Aegyptios ut patuit:quoꝝ irę nõ sufficit occidisse aliquem:sed crediderit pectora:brachia:uultũ.i.singula membra humana eẽ gen⁹ cibi.qd diceret.Pythagoras:vel quo nõ fugeret:'q.d. ẽt i ignẽ fugeret:si ipse nunc videret hęc mõstra:q abstinuit cunctis aialibus tanq hoies:& nõ indulsit uentri oẽ legumen: quia etiam fabis abstinuit.de qua re tamen latius i Siluis nostris disputamus.vbi hanc Satyram fere exposuimus.

Satyra sextadecima.Quis numerare queat.

Quis numerare qat. Hac Satyra, quã nõnulli suspicant nõ eẽ Iuue.referunt cõmoda,q̃ multa,honorificaq; cũ leges, tum iperatores (vt est legi apud Iuriscõsultos)militãtibus amplicter idulserũt . Illud aũt nõ placet, ꝙ aliqui tradiderũt eũ scripsisse hãc Satyrã i Aegypto:cũ a Paride Pãtomimo illuc fuisset missus i exiliũ:cũ cõstet Paridẽ gratia,& auctoritate dũtaxat ualuisse apud Domitianũ,& Iuuenalẽ opus suũ sub Traiano (ut cõmemorauimus in vita eius)scripsisse: Est ergo sensus : Tãta eẽ militię pmia, & cõmoda,quãta numerari cõ facile queãt. ¶ Felicis:aut q̃ a bellis ciuilibus lõge absit (nã militia illa nullo mõ põt esse felix,q̃ belli ciuilis sanguine respersa fuerit)aut in q̃ nõ cõtigerit supari ab hoste:nec aliquã ferre calamitatem ¶ Nã si subeant:sensus ẽ:Si,inqt,deꝰ ut eamus i castra ꝓspa.i. q̃ a sanguine ciuili sint penitus remota:illud optarẽ ei,vt mihi prima militię stipẽdia auspicãti benignitas sideꝝ affulgeat hoc aũt dicit ex disciplina Aegyptiã:in q̃ plurimũ Petosiris & Necepsos laborauere.Nã plurimũ est ex astroꝝ motu pon

JOAN. BRIT.

Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat, immo & si pulsetur, dissimulet, nec
Audeat excussos praetori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atq; oculos medico nil promittente relictos.
Bardiacus iudex datur haec punire volenti
Calceus, & grandes magna ad subsellia surae,
Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
Seruato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul a signis. iustissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Vltio, si iustae defertur causa querelae.
Tota cohors tamen est inimica, omnesq; manipli
Consensu magno officiunt, curabitis, vt sit
Vindicta grauior, q̃ iniuria dignum erit ergo
Declamatoris Mutinensis corde Vagelli,
Cum duo crura habeas offendere tot caligatos,
Millia clauorum. quis tam procul absit ab vrbe?
Praeterea quis tam Pylades, mollem aggeris vltra
Vt veniat? lachrymae siccentur protinus, & se
Excusaturos non sollicitemus amicos.

mõ futura cognosci, sed felicitatẽ, infelicitatẽq; portẽdi. vñ
est illud Iuuenalis: Distat eni q̃ sidera te excipiant modo pri
mos incipientẽ edere uagitus. sicq; docet poeta oẽm i rebus
humanis felicitatẽ ab astris ipsis, & fatis pendere: nec iis ad/
uersantibus qcq̃ psperũ esse. posse Vñ seqtur: Plus & eni fati
ualet hora benigni. ¶ Excipiet optantis est. ¶ Pauidũ: epithe
ton tyronis. ¶ Tyronẽ tyro
dicitur nouus miles. ¶ Portas
nã in castris duae erãt portae
quarũ altera ptoria dicitur, q̃
ad orientem spectare debet,
aut illũ loci q ad hostes respi
cit, ea eni exercitus in pliũ
educit, q i initio ptores erãt,
q nunc cõsules, & n bella ad/
ministrabant: quorũ taberna
culũ quoq; dicebat ptorium.
Altera uero decumana appel
lat, q̃ post ptorium est: p quã
delinquẽtes milites educunt
ad poenã. auct. Vegetius de
re militari &c. ¶ Secundo si
dere benigno Deorũ nutu.
¶ Plus etenim: reddit rõnẽ, q̃
relicto tũ benignitas sit optã
da ingredietibus militiã: q a mo
mento ipsum sideris benigni
plus inqt ualet ad felicitatem
praestandã, q̃ si Venus p epi/
stolã cõmendet nos ipsi Mar
tiq; Deus est ipsius militiae:
& q in gratiã Veneris multa
faceret. Nã et cũ Venere con
suetudo stupri fuit. ¶ Genitrix quę delectatur: periphrasis ẽ
Iunonis, quę colitur in Samo. mater enim fuit Martis, quem
(vt scribit Ouidius in quĩto Fasto,) cõcepit cõtactis genita/
libus flore, quẽ Zephyrus ostenderat Chloridi vxori, quam
latini Florã vocant, vim generandi habere. ¶ Samia arena. i.
Samo ipsa arenosa & parũ foecũda. de q̃ sic Apuleius: Rura
tio ois est in sarculo & surculo: quorum prouentu magis fru/
ctuosa est insula, q̃ frugifera. insula. n. est Icarii maris ãtea Par
thenia nominata. q ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiã Ioui nu
pserit. illic enim est templum nobilissimum, atq; vetustissi/
mum, & simulachrum in habitu nubẽtis figuratũ: & sacra ei
Samos anniuersaria nuptiarũ ritu celebrantur. Eã Dea ualde dile/
xit. Vnde ẽ illud Virgilii: Posthabita coluisse Samo. Est etiã
alia Samos isula maris Ionii iter Dulychiũ, & Cephaleniam
de qua intellexit Ouidius iibi: Dulychiũ, Samũq;, & quos
tulit alta Zacynthos. ¶ Tractemus: ostendamus.

ASCE. QVis numerare &c. Videt poeta (ut i eius uita di
xi) hic potius irridere felicitatẽ militiae, q̃ ex aio
laudare. nihil eni laudis hẽt licentia nocendi. Or
do est: O Galle q̃s queat numerare pmia felicis
militiae. q. d. nullus. Nã si castra subeant psperã. i. pspero tpe.
porta. i. introitus castrorũ. excipiet me tyronẽ. i. nouũ militẽ
secundo. i. pspero sidere. hoc aũt opus est. Etenim i quia cer/
te hora benigni fati. i. bonae cõstellationis plus ualet ad euen
IOAN. BRIT. tũ belli, q̃ si epistola cõmendatiua Veneris. i. quã Venus ami
cã Martis scripserit. & genitrix Martis scilicet Iuno quae de
Toga lectatur Samia arena. cõmendet nos Marti. i. Deo belli
¶ Cõmoda cõmunia. i. q̃ oĩbus sunt communiter militib.
Offa ¶ Togatus: militiae nõ alienus. Nã toga semp armis oppo
nit. vñ Cicero: Cedãt arma togae. fuit eni toga Rõanorũ, q̃
ois sexus & cõditio utebat. vñ Virgilius appellauit Roma/
nos rerũ dños, gentẽq; togatã. ¶ Offam nigrã: tumore nigrũ
ex pcussione. Nã (vt diximus ante, & apud Persiũ: Aut quan
tis robusti carminis offas Ingeris.) offa appellat ois res in tu
morẽ excrescẽs, vñ frusta carnis dicimus offas. Varro in re ru
stica: Dicebat L. Volũnio senatori missam esse offulã cũ dua
bus costis. Plinius itẽ: Res cõtusas, & in vnũ conuolutas ap/
pellat offas, ut est illud lib. xiii. Pomũ purgatum tundunt, ser
uantq; eius offas. Et alibi: Amygdalinũ oleũ, qđ aliqui vocãt
neopũ arefactis, & in offam contusis exprimit. ¶ Liuoribus: Liuor
liuor pprie appellatur nigrũ illud, qđ apparet in corpore fla
gellato: metaphoricos aũt pro inuidia sumitur. ¶ Bardiacus
datur ut intendas, inquit, militantiũ cõmoda si uolueris ac
cusare militem a quo fueris Bardiacus
uerberatus: miles de milite
erit iudex. q. d. q militi faue/
bit & qui aduersabit. Vt sit
ordo: Bardiacus & calceus
& grandes surę dãtur tibi iu
dex uolenti punire haec: ut p
tria haec describat ipsum Cẽ
turionẽq; gestare solet in ca/
stris cucullũ bardiacũ, & cal/
ceũ clauatũ, & qui magnus,
procerusq; est. Nã ex Gallia
mittebatur uestis, quę Bardo
cucullus, siue cucullus Bardia Bardocucullus
cus appellatur. Erat q; uestis
utilis & apta militibus. in qua
etiã cubarent in castris: q̃ iq̃
& simus ob breuitatẽ & cras
situdinẽ cõueniret. uñ Mart.
in Distichis: Gallia sãtonico
uestit te bardocucullo, Cer/
copithecorum penula nuper
erat. Et in primo: Vrbica lin
gonicus tyrianthina bardocu
cullus. Alibi poeta: Tempo/
ra santonico uelas adoperta
cucullo. De ea sic & Iulius
Capitolinus in P. Heluio pertinaci: Auctio sane rerum Cõ
modi in his insignior fuit uestia sub tegmine serico, aureis fi/
lis insignior per tunicas, penulasq; lacernas, & chiridotas dal
matarum, & cuculli bardiaci. Ergo per bardiacum intelliges
cucullum crassioris lanae, quo maxime Galli utuntur. Nã bar
dinostro ẽ Gallorũ, quę maxime (vt docet Strabo lib. iiii.) lau
dationibus, rebusq; poeticis studet. De qbus Lucanus: Pluri
ma securi fudistis carmina bardi. Ex bardo igit & cucullo fit
bardocucullus, siue bardiacus cucullus. Absoluteq; quãdoq;
ponitur, ut hoc loco: sicut etiam apud Martialem in. iiii. Las
ii bardiacus quod euocati. sic etiam absolute laureã enuncia
mus: cum etiam dicamus coronã Laureã. & rosaceũ absolute
& oleũ rosaceũ. sic & multa alia. Bardi etiã dñr igenio tardi. Bardi
Nã apud graecos βραδὺς tardũ signat. Plautus i Persa: Ni
mis tãdẽ egdẽ p bardos & prustica reor habitã ẽẽ abs te. Idẽ
in epidico: Me aũt sic asst. mulabẽ q̃i stolidũ, cũ bardũ me fa/
ciebã. Cic. i libro de fato: Zophyrus physognomon, q se pfi
tebat hoium mores naturãq; ex corpe, oculis, vultu, fronte,
pnoscere stupidũ ẽẽ Socrate dixit & bardũ, q iugula cõcaua
nõ hẽret. ¶ Calceus: calceũ militarẽ itelligit, quẽ suo noie cali Calceus militaris
gã dixit, eaq; multis clauis suffigebat. vt diximus i. iii. Satyra.
De quo sic Iosephus i bello iudaico li. vii. scribẽs de cęde Iu
liani centurionis: Calceos nãq; hñs crebrrimis, atq; acutis
(vt cęteri solẽt milites) clauis hxos, dũ strato saxeis ciuilis so
lo occurreret, labit. ¶ Grãdes surae. i. magnę statuę Cẽturio.
Nã Cẽturiões eligebant q & pceri & magnis virib ẽẽnt. vñ
& i. iii. Saty. Magna mox vndiq; plãta Calcor: hoc ẽ plãtis
Tribunalia magnorũ militũ. ¶ Ad magna subsellia: tribunalia aũt dixit subsellia.
nã tribunalia maiorũ sũt magistratuũ vt cõsulis & ptoris. Sub
Subsellia sellia vero minorũ vt aedilũ, q̃storũ. ¶ Volẽti punire. i. rogato
Volẽti & cupiẽti militẽ castigari p iudicẽ. ¶ Legib ãtiqs: sub
audi a seq̃ntibus seruatis: vt sit sensus: Nõ ẽ mirũ si miles mili
ti dat iudex: q a volũt leges castrorũ antiq̃s suat uq nõ pmitte
bãt militẽ vocari ad iudicia extra vallũ neq; ad aliũ iudicẽ, q̃
ad Cẽturionẽ. ¶ More Camilli: ã Camill iubent ne miles ex
tra castra i ius vocaret sine mãdatis ipatoris pcta hostes dimi
catum pfio ẽẽt: hocq; iter alia militãtiũ erat cõmoda de qbus
multa

militarẽ apud iurisconsultos cõmemorant i Digestis. ſ Procul a signis.i.a vexillis, & castris ipsis. ſ Iustissima Centurionũ: ergo,inquit,iust: & merito dat iudex Centurio:qui q̃gdẽ ita & legibus & prudẽtia Camilli cautũ est ad cõmodũ respu. ne miles aliquã iudicii necessitate euocet̃ ex castris:ut fit veluti risiosũ: quũ nõ est si miles de milite iudicet. ſ Nec mihi deerit Vltor sensus ẽ: Licet,inquit,miles iudex nobis detur:tñ & ego puniar si peccauero: sed tñ hoc unũ erit illico accusatori incõmodũ:q tota cohors ei aduersabitur, & strepitu terrebit, ne grauius i militẽ q̃rat q̃ fuit in furia ipsius accusatoria perussi. ſ Cohors.decem cohortes erant in una q̃q legione i ut diximus i pri. Satyra ille: Cuncta sperare cohortis. ſ Manipuli: manipulũ,Varro exercitus minimã manũ ẽ tradit: q̃ unũ sequitur signũ de quo ita Ouidius in Fastis: Illa quidẽ fœno (federat reuerentia fœno) Quantã nũc aquilas cernis habere tuas. Pertica suspensos portabat lõga maniplos: Inde maniplaris noia miles hẽt. ſ Officiunt: conquerenti. ſ Curabitis ut sit: uerba cohortis & cæterorũ militũ eũ reprehensionẽ: uolentis ne ut grauius de milite sumat̃ supplicium, q̃ sit eius delictũ: Poeta philosophice ostẽdit iuxta mensurã delicti modũ ẽẽ adhibendũ plagarũ. unde Cic. in Officiis: Cauẽdũ est ẽẽ ne maior poena q̃ culpa sit. ſ Vindicta: illud obseruandum uindictã ẽẽ noĩatiuũ: & ultimam produci positiõe sequẽtis dictionis. ſ Dignum erit ergo: Vagellus Mutinensis fuit tẽporibus poetæ causidicus audacissimus:qui causas uel periculosas suscipiebat defendas.ait,ergo poeta: Poteris profecto diiudicari non minus temerarius,quam Vagellus:si ausus fueris tu togatus offendere accusando tot milites:ubi tñ tibi iminet periculum. ſ Cum duo habeas crura.i.cum possit aliq̃ corporis tui pars uiolari. solent,n. multi ulciscendo crura succidere aduersariis suis. ſ Declamatoris ꝑtoris. Declamare aũt est forẽses actiones meditari. ſ Tot caligatos.i.tot milites. Nã a caliga calciamẽto militari caligati milites dñr. Tranqui. in augusto: Coronas uallares ac murales, q̃ honore ꝑcellerẽt: sępe et caligatis tribuit. unde Caligula (auctore Tranquillo) cognomen a castrensi loco traxit: quia manipulario habitu inter milites educabatur. Ausonius: Caius cognomen caligæ, cui castra dederẽt. De caliga plura diximus in.iii. Satyra. ſ Millia clauorũ: expositio est. Nã caligæ clauis (ut mõ diximus) suffigebantur: & ob hoc caligares nuncupant̃. unde alibi poeta: Clauus mihi militis hæret In digito. Iusti. lib. xxxviii. de caliga mẽtionẽ sic facit, Argẽti, auriq̃ tñ fuit antiocho: ut etiã gregarii milites caligas auro figerẽt, ꝑculcarẽtq̃ materiã, cuius amore populi ferro dimicaret. ſ Quis tam ꝑcul absit ab urbe? Præterea, quis tã Pylades: sensus est: Quis est ille tã rudis, tãq̃ rusticus: aut tã amicus, q velit cãm agere aduersus militẽ: ut sit sensus: ille uere iprudẽs, & parũ peritus dici põt qui in mente sibi tanto periculo audet hoc agere. ſ Tã Pylades: tã amicus ut uelit subire periculũ ꝑ amico: ut Pylades fecit ꝑ Oreste: q eũ insanientẽ in Tauricam usq̃ regionem comitatus

Manipulus

Caligae milites

Da testem,iudex quem dixerit,audeat ille
Nescio quis,pugnos vidit qui dicere uidi,
Et credam dignum barba,dignumq capillis
Maiorum,citius falsum producere testem
Contra Paganum possis,q̃ vera loquentem,
Contra Fortunam armati contraq pudorem.
Præmia nunc alia,atq alia emolumenta notemus
Sacramentorum,conuallem ruris auiti
Improbus,aut campum mihi si uicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
Quod mea cum uetulo coluit plus annua libo,
Debitor aut sumptus pergit non reddere nummos
Vana superuacui dicens chirographa ligni,
Expectandus erit,qui lites inchoet,annus
Totius populi,sed tunc quoq mille ferenda
Tedia,mille moræ,toties subsellia tantum
Sternuntur,iam facundo ponente lacernas
Cæditio,& Fusco iam micturiente,parati
Digredimur,lentaq fori pugnamus arena.
Ast illis,quos arma tegunt,& balteus ambit,
Quod placitum est,illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo sufflamine litis.
Solis præterea testandi militibus ius
Viuo patre datur,nam quę sunt parta labore
Militiæ,placuit non esse in corpore census
Omne tenet cuius regimen pater.ergo Coranum
Signorum comitem,castrorumq æra merentem
Quamuis iã tremulus captat pater,húc labor æquus
Prouehit & pulchro reddi sua dona labori.
Ipsius certe ducis hoc referre videtur,
Vt qui fortis erit,sit felicissimus idem
Vt læti phaleris omnes,& torquibus omnes.

est, multa adiens pericula, ut amicum furore liberaret. nota est fabula. ſ Vt ueniat molẽ aggeris ultra.i.intra castra ad Centurionẽ. ſ Lachrimæ siccant: iudices solent, aut ꝑ lachrimas, aut ꝑ amicorũ potissimũ itercessionẽ placari. Ait ergo poeta hæc nõ esse parãda: q̃ nec lachrimæ sint ꝓfuturæ: nec amici quæãt inueniri. Est ergo sensus: Lachrimæ siccent̃ ꝓtinus .i.amoue statim lachrymas: q tibi nõ ꝓderũt. est aũt ipe ratiuus modus: Nec solicitemus amicos, q ne ueniant se excusabunt. Sicq poeta ostẽdit Paganum & togatũ omni genere fauoris esse destitutum, q aduersus militẽ agat.

¶ Comoda &cæ. Ordo est: ASC.
Tractemus primũ cõmunia cõmoda: quorum illud erat, haud.i,non minimũ. ne togatus.i.imunis a militia. audeat te pulsare. immo si pulset̃ a te dissimulet. nec audeat ostẽdere ꝑtori.i. iudici militantium dentes suos excussos a te, & offa.i.frustũ carnis. nigrũ.i. uibicosum & liuidũ in facie sua, cum sup. liuoribus.i. maculis plumbei coloris. tumidis.i.inflatis exitu; atq oculos relictos medico nil promittente de recuperando uisu. Iudex bardyacus.i.cilicio indutus. & rudis datur togato .s. uolenti punire hæc.i.hanc iniuriã & læsionẽ. Calceus sup. grãdis. & grãdes suræ.i.crure sura rũ grãdiũ sup. pendẽt ad subsellia.i. tribunalia: ubi cã audit. & hoc legibus antiquis & more Camilli dictatoris. seruato: ne.s. miles litiget extra uallũ castrorũ. & procul a signis.i. vexillis. Igit̃ cognitio iustissima de milite est centurionũ. Nec vltio deerit mihi s. læsori si causa iustæ querelæ deferẽ ad Centurione. s. quia ipse iniustus non est. tamẽ tota cohors. s. aliorum militũ est inimica: & oẽs manipuli: hoc est manipulares milites, officiũt.i. nocent petẽti ultionẽ magno consensu. Vos igit̃ togati: q uindictã petitis. curabitis.i. per curã facietis ut uindicta quam petitis sit uobis sup. grauior .i.damnosior, q̃ iniuria prius accepta. Ergo cũ habeas duo. crura sup. tñ offendere .i. obstantes habere. tot caligatos.i. manipulares milites. & tot sup. millia clauorũ q̃ sunt in tibialibus militum obstantium. erit dignum corde.i. ꝑuerso aĩo. Vagelli.i. illius causidici temerarii & iniqui declamatoris mutinensis idest qui Mutinis declamando docuit falsas causas defendere: q quæ dignæ sunt talem exitũ habere. Quis autem alius aduocatus, aut causidicus absit tã procul ab urbe. qs tã Pylades idest Pyladis similis q Orestem amicum nunq̃ dereliquit: ut veniet ultra molem aggeris idest intra vallum. & ad tribunal Centurionis? q.d. nullus. Ergo nos, inquit, togati si sumus læsi. lachrimæ nostræ siccentur protinus: & nõ solicitemus amicos excusaturos sup. se ne veniant.

¶ Da testẽ: esto, inquit, q̃ sit tibi dandus testis tuorum/uerberum: quem iudex dixerit se accepturum: neminem inuenias, qui audeat testificari, & aperte dicere se vidisse quod vidit. ſ Audeat ille: non cum interrogatione, sed ꝑ permissionem est legendum: q quasi dicat si audeat testificari credã illũ dignũ, qui inter auos & maiores nostros numeret̃, summæ fuere seueritate & animi cõstantia. Ordo autẽ est: Ille nescio IOAN. BRIT

quis, q vidit pugnos militis. s. percipiētis audeat dicere vidi &
credā dignū & cæteras. i. si audeat dicere credā illū esse antiq̄
illa seueritate. ſ Barba & capillis: prisci. n. tpibus intonsi &
demissa barba incedebāt. ſ Citius: sensus est: Facilius, inqt, in
uenias, q falsum dicat testimoniū aduersus hoiem non adferi
pā militiç. i. nō militantē, q̄ q verū dicat aduersus militē. ita
Pagan? & dignitatē & potētiā suscipiūt militis. Paganū aūt opposu
it hoi militāti: vt sint vocabula contraria. q̄d colligas ex iuris
scōsultis. Iustinian? in istitutiōibus lib. scdo de militari testa
mēto: Sed testari qdē & si filii familiç sint pp militiā ɔcedit,
iure tñ cōi eadē obseruatiōe & i eo q testamētis adhibēda, q̄ i
testamētis paganorum pxime exposuimus. Vulpia. titu. de mili
tari testamēto: Est rescriptū a diuo Pio i eo, q eū eēt paganus
f cit testamētū, mox militare cœpit. Tertullius: Oī mō post
humus rūpet testamētū illius, sed siqdē pagano iā illo facto
natus sit. Quin ēt Paulus sic scribit: Fiat testamētū exēplo ei?
q paganus fuit deide militare cœpi. Cor. Tacitus. Vñ & se
ditiosa collo, ia: & iter paganos corruptior miles. Pli. qdā epi
stola ad Traianū: Apud me & milites & pagani, a qbus iusti
tia eius, & hūanitas penitus inspecta est & cætera. Trāql. in
Galba: Atq in forum usq pcessit ibi equites qbus mādata cæ
des erat, cū per publicum dimota paganorum turba equos ade
gissent. Quibus exēplis liqdo apparet paganū militi opponi
uideturq ide origo Vocabuli orta(q Romæ vt scribit Dio
nysius Halycarnaseus lib. iiii.) diuisa erat in tribus q̄tuor, q̄s
pagos vocitabāt, in qbus habitātes pagani dicebant, q in nul
lā aliā habitationē trāsferri poterāt. Paganos itē appellam?
rusticanos. Nā Pagi dnr vici, siue villæ ἀπὸ τῆς πηγῆς, n. fontē signat
eo, q iuxta fontes pagi ɔstitui soliti sint. ſ Fortunā: potētiā.
ſ Pudorē: dignitatē. & cōtra id qd possit eē pudori, & decle
cori ipsi militi. ſ Sacramētorum. i. militū, q iureiurādo i militiā
sūt ascripti. hi aūt erāt iusti milites, q singuli iurabant p repu.
se eē facturos: nec a militia recedebāt nisi cōpletis stipendiis.
Sacra/
mentū
Tale genus militiç sacramētū appellabāt. lege Vegetiū. de sa
cramēto ita meminit. Valerius i scdo: Po. Ro. opera dabat ne
iperatoribus capite cēsos sacramēto rogari eēt necesse. Multi
aūt ne sacramēto militari astringerent, fugiebant ex vrbe, &
tanq̄ serui in ergastulis delitescebant. vñ Trāquillus in Tibe
rio: Supprimebat nō solū viatores, sed & quos sacramēti me
t? ad huiōi latebras cōpulisset. Sacramētū itē lōge alia signi
ficatiōe accipit. Nā (vt docet Varro) q in iudicio petebat: &
q inficiebat, de aliis rebus vtriq qngentos æris apud sacrū
pontificē deponebant. Qui iudicio vicerat suū sacramentū a
sacro auferebat, victi ad ærariū redibat. Ea igit pecunia, quç
apud sacrum pontificē deponebat ab vtroq ligatore, sacra
mentū dicebat. vnde locus ille apud Valeriū in septimo de te
Locus
Valerii
declara/
tus
stamentis rescissis a cōmentatoribus male est enarratus: Vbi
sic scriptū est: Sacramento cum adulescentulo cōtendere ausi
nō sunt. Nā sacramentū pro iureiurādo acceperūt. Tu vero
ita expone: Vt nos monuimus sacramēto. i. sponsiōe, & pecu
nia deposita apud sacrū pontificē. ſ Conuallē ruris auiti: si
forte, inqt, acciderit vt mihi togato, & nō scripto i militiā li
tigandū sit de fundo, siue finibus pturbatis, aut aliqua alia
re annus mihi expectandus est. Sed si miles litigati statim &
ni amota cūctatiōe a iudicibus audit, expediturq. Ordo est
Annus expectādus erit, q inchoet lites totius populi si vici
nus iprobus ademit mihi cōuallē ruris auiti &c. ſ Cōuallē:
conuallē appellamus planiciē, q̄ versum mōtibus circūseptē.
Cōual/
lis
Vallis
Vallē vero q̄ a duobus lateribus sit montibus pcincta. ſ Aut
saxū effodit. s. si terminū e confino euulsit. Nā lapis aut stipes
vel finiū discretionē defodiebat ita: vt supra terram extaret
quē terminū vt Deū & coronis & victimis uenerabant. vñ
Tibull?: Nā veneror seu stipes habet defossus i agro: Seu ve
tus i triuiis florida serta lapis. Agnus huic imolabat. Oui. in
Fastis: Spargit & cæso cōmunis terminus agno. Dionysius
tñ scribit ubi cūdo ex instituto Pōpilii: Termino quotānis
pultib?, & libis, atq aliis qbusdā fructuū primitiis sacrificari
ex q̄ consuetudine ait poeta: Mea puls annua. ſ Limites semi
ta q̄ est i cōfino agri. ſ Quod. s. saxum. ſ Puls: pulte lōgo tpe
Romani vsi sunt vice panis, ea conficiebat ex farina cocta cū
aq. ſ Debitor: subaudi a superioribus si. ſ Sūptos: aut fœno
re, aut mutuo. ſ Dicēs: cōcedēs. ſ Vana eē. i. mēdacia. Virgi.
Ni frustra augurium vani docuere parentes. Sallustius in Iugur
thino: Mauri gens vanū. ſ Chirographa: dnr a χειρὸς qd est
manus: & γραφὴ q scriptura. ſ Lignis: i. tabellis ligneis anti
qui scribebat. ſ Supuacui: supuacanei & nihil pficiētis, cum
scripta denegent & debita: hocq ex psona poetç ridētis mo
res sui tpis. supuacuū eni est tabellas in iudiciū pducere debi
tore scripta inficiāte. ſ Lites totius populi: hoc uidet dicere
ex cōsuetudine antiquorum: apud quos i ordine (ut docet Ser
uius exponēs illud: Si vno ordine habetis Achiuos) dicebāt
causç pp multitudinem & tumultū festinātiū. causç eni audie
bantur p sortē ordinatæ. cōueniebāt, n. oēs, & ex sorte dierum
ordinē accipiebant, Alii uero sententiā Seruii ut falsam ipro
bātes, talē afferunt sensum: Lōgū tps erit tibi expectādū qd
inchoet lites totius populi: hoc est diutissime tibi expectādū
erit anteq̄ cōueniant ad iudicādum centūuiri. Nā cētūuiri ex
triginta qnq tribubus i q̄s totus populus Ro. erat diuisus,
eligebant terni ex singulis tribubus, cētū dicti (ut scribit Pō
peius) q̄uis essent cētū & qnq. Hi iudicabāt de tutelis, agna
tionibus, deposito, finibus, aliisq ciuilibus causis, q̄les hic cō
memorant a Iuuenale: sed lōgis interuallis ad iudicādū cōue
niebāt, nec eni facile centū iudices cogebātur oēs, nec ppetuo
ius dicebāt. Iccirco lites, q̄ apud eos agebant in multā differe
bant diē. ſ Sed tunc quoq mille ferenda: cum tps ēt uenerit
agēdæ causæ. ſ Mille moræ: mille cunctatiōes, cū difficile sit
tot iudices cōgregari. ſ Subsellia: (ut diximus) minorum sunt
magistratuū. auctore Pædiano. ſ Toties tñ sternuntur: ster
nunt, inqt, sæpe subsellia tanūmō. nā iudices nō sedēt, cū ma
ior pars absit. ſ Iā facundo ponēte lacernas Cçditio: sensus
est: Rari ueniūt iudices, & q ueniunt sedēt otiosi, nec nos au
diūt ita ut iā nos parati ad dicēdū discedamus nō audita cā.
ſ Cçditio: nomē est iudicis. ſ Ponēt lacernas: deponēte la
cernas dū alios expectat iudices, ueluti uestiū onere grauaret.
tur. Sic. n. i iudiciis iudices uestes depōebāt. qd factū fuisse a
Cic. docet Vale. lib. ix. de moribus nō inguibribus sic. C. Lici
nus repetūdarum reus dū sniæ dicerent, i Meniāe cōscēdit si
g ié cū M. Cicerone, qd iudiciū cogebāt pretexta ponētem
uidisset: misit ad eū, q diceret se nō dānatū, sed reū pisse. Fu
sco micturiēte: q̄si longa sedēdi & expectādi mora urinā cō
tractā emittente. Id. n. fieri solitū docet C. Titus i oratione: q̄
legē fanniā suasit notās mores sui tpis: ut tradit Macrob. li. iii.
his uerbis: Iudex testes poscit. Ipsus it mictū, ubi redit, ait se
oia audiuisse, tabulas poscit, lrās ispicit, uix p̄ uino sustinet
palpebras. ſ Pugnamus: sumptū a gladiatoribus, q in arena
dimicāt. ut sit sensus: Descēdimus, inqt, ad certamē & causas
agēdas: sed res i lōgū pducit. Nā ut testat i scdo declamationū
Arena p foro ponit iudiciaria: Et ille ideo q i foro primū di
cturus Tyro dictus ē. pōt ēt ad illud referri q q litigāt mu
tuis, multiplicibusq cōtumeliis se uerberāt. sed prior sensus
magis placet. ſ Arena: theatrū appellatur arena. q āt eam sper
geret. quo facilius ludi celebrarent. ſ Lentaq: Lēto iudicio
cāæ pagani. ſ Ast illis: sed milites, inqt, ilico ubi uolūt audiū
Balteus
tur a iudicibus. ſ Quos arma tegūt: piphrasis militum. ſ Bal
te?: cingulū proprie ē militare ex corio: licet ab Apuleio capiat
p quocūq cingulo ēt muliebri: ide militis depēdebāt arma,
bullis aureis plerumq ornabatur. vñ est illud Persii: Sed lato
balteus auro prætegit. Diuus Hieronymus ad Saluinam: Ni
hil nocuit militāri paludamentū, & balteus. ſ Nec res atterit
. i. nec cā progat, nec i lōgū ducit, sed statim expedit. aut res
Suffla/
men
. i. pximoniū nō absumit lōga litis mora. ſ Longo sufflamine:
lōga mora. nā sufflamē appellat qd rotæ obiicit ne currus re
tro currat: sed sistat. de quo dixim? plura i. viii. Saty. Ipse ro
tā strigit multo sufflamine cōsul. ſ Solis pterea: aliud militis
affert cōmodū. Licet, inqt, militi viuo pre testari, eū cçteris fi
liis familiç hoc nō liceat. Nā lege puisum ērat q̄ i militia eēnt
p filiū acqsita, i arbitrio eēnt & ptāte filii: idq peculiū castrē
se dicebat. vñ ita legit apud Iustinianū de militari testō: Sed
testari qdē, & si filii familiç sint, ppter militiā ɔcedit. Et pau
lo infra: Ex pcipue militibus q̄ in potestate parētū sunt, qb? de

eo quod

eo q̃ in castris acquisiuerũt promissum est ex constitutionibus principũ testamẽtũ facere. quod quidẽ ius ab initio tm̃ militantibus datũ est, tam ex auctoritate Augusti, q̃ Neruæ, nec nõ optimi Imperatoris Traiani. ¶ Nõ esse in corpore census: nõ connumerari iter bona pr̃is. ¶ Ergo ecce ergo, inq̃t, pater cognoscit in arbitrio filii sui Corani eẽ, quę p labores militares acquisiuit, blãditiis tentat eũ captare, ut ab eo scribaẽ hęres: alluditq; ad illũ Coranũ, de quo Horatius i sermonibus: Captatorq; dabit risus Nasica Corano. ¶ Signorũ: vexillorum. ¶ Merẽtẽ æra. i. stipẽdia facientẽ. ¶ Quãuis iã tremulus: auaritiã sui tẽporis notat. licet, inquit, etiã in extrema sit senectute, tamẽ captat filium. ¶ Hunc labor æquus Prouehit: nõ est, inq̃t, mirũ tanto honore militẽ decorari: æquũ enĩ est parta labori p̃mia reddi. ergo labor æquus. i. iustus prouehit hunc. s. militem. i. extollit & decorat. Iustũ aũt appellat laborẽ, q̃a iustũ est unicuiq; p patria laborare. ¶ Et pulchro reddit sua dona labori: hũc ego locũ emẽdandũ sic puto, ut dicaẽ Reddi & nõ reddit. vt sit ordo & sensus: Et hoc videẽ referre ipsi⁹ duci sua dona reddi pulchro labori. i. vt p̃mia sua habeat pulcher ipsæ militiæ labor. ea rõne. s. vt idẽ sit felicissimus, q erit fortis, ut oẽs lęti sint phaleris & torquibus, nisi velimus ita dicere: Labor reddit sua p̃mia labori: quod michi satis inscitum videtur: vt dicas labor labori reddit præmia. sensus prior magis placet. ¶ Sua dona: pp̃ria præmia. ¶ Ipsius certe ducis: hoc referre videẽ. Dux, inquit, in rem suã putat esse, ut sui milites, qui fortes sint: iidem sint & felicissimi & ornatissimi. q. d. Imperator ipse gaudet cõmodis militum, quos & phaleris & torquibus studet, vultq; ornari. ¶ Qui fortis erit. s. miles ualidus & strenuus. ¶ Idẽ sit felicissimus: paribus remuneretẽ præmiis sicq; se in felicitate sentiat. ¶ Vt oẽs. s. milites. ¶ Læti: subaudi extrinsecus sint. ¶ Phaleris: phaleræ ornamenta sunt equorũ: declinanturq; numero tm̃ plurali. græce τὰ φάλαρα dr̃ genere neutro. mutata a i, sicut τάλαντον latine talentũ dicit. de phaleris Virgi. Primus equũ phaleris insignẽ victor habeto. Et ante Iuuenalis: Vt phaleris gaudet equus. Falluntẽ aũt q̃ phaleras non solũ equorũ, sed etiã equitũ, nobiliũq; ornamẽta esse crediderũt: fulti tum dicto illo Pliniano: q ita scribit li. b. xxxiii. ca. pri. Ab ordine eq̃stri phaleras positas fuisse ex idignatiõe: cũ Cn. Flauius creatus esset ædilis curulis: cũ illo Liuii scribentis in septimo: Domitia Flauii ædilitia tm̃ habuisse indignatis, vt pleriq; nobiliũ aureos annulos & phaleras deponerẽt: q̃si ipsæ phalerę eẽnt etiã ornamenta hoiũm, cũ oino tm̃ essent equorũ. q̃ iã. ambiguitatẽ Vale. lib. ix. tollit his verbis: Offensi annulos aureos sibimet ipsis, & phaleras equis sui detractas abiicerũt. a phaleris deducit phaleratus, Terẽtius: Dictis phaleratis seducia me. Quæcunq; igit̃ sunt ad ornamentum equi phaleras appellari docet Serui. in. vii. illic: Aurea pectorib⁹ demissa monilia pendent. ¶ Torquibus: torques ornamenta erant militum aurea, quę circa collum gestabat sumpto more a Gallis. vnde Manlius Torquatus cognominatus est. Ouidius de Pon. Nec torquem collo, nec habens crinale capillis. genere autem masculino & fœminino inuenitur.

Phaleræ

¶ Da testẽ. Impunitatẽ militũ rursus poti⁹ notat, q̃ laudet. ASCẽ.

Ordo est: Da tu, q offẽsus es testẽ sup. fide dignũ, quẽ iudex dixerit. audeat ille nescio qs, q vidit pugnos sup. i te iactos dicere: ego vidi pugnos. s. & ego credã illũ dignũ barba & capillis maiorũ. i. seueritate, quã prisci tenuerũt. tu miles possis citius producere testẽ falsum cõtra paganũ. i. rusticum ipsum, q̃ loquentẽ vera, cõtra fortunã. i. in prę iudiciũ bonorũ. armati. s. militis: aut cõtra pudorẽ. i. famã eius. Notemus uel hoc verbũ irrisionis notã habet. Notemus nunc alia pręmia atq; alia emolumenta. i. lucra sacramẽtorũ. i. iuratorũ militũ. Si iprobus vicinus ademit mihi nõ militanti conuallẽ. i. partẽ in valle positã ruris auiti: qd bona fide diu etiã maiores mei possederũt. aut si ademit mihi campũ. i. locum capacẽ & planũ. aut si effodit de medio limite. i. de cõfinio & termino. sacrũ saxum. i. religiose cultum. qd mea annua puls coluit cũ vetulo libo. i. quod annuo sacrificio psecutus sum. aut si debitor pergit. i. pseuerat nõ reddere nũmos sumptos a me. dicẽs chirographa. i. manu pp̃ria scripta. ligni. i. tabellę ligneę & ceratæ. supuacui. i. ad nil seruientis. esse sup. vana. i. mẽdacia & nullius fidei. annus qui inchoet lites totius populi erit mihi expectãdus: in vrbe. s. sed mille. i. inumera tędia. erunt ferenda. i. toleranda. quoq;. i. etiã tunc: cũ annus venerit. & mille morę. i. dilationes erunt sup. ferendę. subsellia. i. loca in quibus iudices sedeãt: sternuntẽ toties tm̃. i. ita q nihil agaẽ, cũ iudices desint. & hoc Ceditio. i. illo causidico facũdo. ponente. i. deponẽte lucernas: quas adduxerat: vt vel noctu audiaẽ. vel ponẽte lucernas. i. nõ amplius vigilãte: vt bene oret cũ nõ sit locus dicẽdi: sed meli⁹ priori modo. & Fusco. i. alio causidico iã micturiẽte. i. exeunte vt mingat. nos ergo parati agere causas digredimur. & pugnamus. i. certamus. in arena. i. exercitio fori. lenta. i. lente pcedente & sæpe differẽte. Ast. i. sed. tẽpus agendi p̃staẽ illis: quos arma tegunt. & quos balteus. s. militaris ambit. i. cingit: hoc est militibus: qd placitũ est illis. nec res atteritẽ. i. cõsumitẽ. sufflamine. i. dilatiõe lõgę litis: sicut sufflamẽ atteritẽ lõgo tractu, aut descensu rotarũ. est enĩ quod sub rotis ponit in descensu. Præterea ius testandi. i. faciendi testamentũ de peculio castrensi datur solis militibus. viuo p̃re. i. existentibus etiã sub potestate patris. Nã placuit sup. legislatoribus ea q̃ sunt parta labore militię, nõ esse in corpore census. i. matrimonii: cuius pater tenet cẽ regimẽ. ergo q̃uis pater iã tremulus. i. vetulus captat Coranũ (sicut apud Horatiũ Nasica captauit Coranũ) Coranũ dico cõitẽ signorũ: & merentẽ ęra castrorũ. i. militãtẽ. ęquus. i. iustus. labor. prouehit. i. ad diuitias uehit: hunc. s. Coranũ quia pater nõ põt ipsi inuito auferre. & reddit suum. i. debita dona pulchro labori. Certe hæc uidentẽ referre. i. interesse ipsius ducis: vt is idẽ, qui erit fortis. i. strenuus i bello, sit felicissimus. i. ditissimus. ut omnes sub eo militantes, sint læti phaleris: id est ornamẽtis equorum suorũ. & torquibus: id est cathenis ex auro intorto: qui equitibus iuratis dantur.

Hæc sunt lector optime: quæ quanta maxime potuimus facilitate, atque breuitate literarum tyroni explicuimus: ad quem sic perorare iubet.

¶ Ascensius ad literariæ militiæ tyrunculum.

Claude puer faciles (sat prata bibere) canales:
Arida iam toto non sitit herba solo.
Vis manifesta loquar? satis explanasse poetam
Arbitror: ut desit quod dubitare queas.
Acria mellifluo, diluta falerna liquore
Promimus: & liquidis cecuba fluminibus.
Quid dubitas? claris obscura volumina verbis
Explicui: iam me credo nouelle capis.
Cretica cui nullo sapiunt diluta fluento
Ebibat: his nulli demimus cœnophorum.
Tarde quid hic hæres? facilis si nostra Minerua est
Plus æquo: alterius perlege scripta, licet.
Bina tuis posui (si nescis) pocula mensis:
Hæc præbent liquidum flumen: at illa merum.
Dilue fonte merum, ne sit tibi sinciput ægrum:
Singula ve ut sapiunt illa, vel illa bibe.
Nil capies unquam? duo commentaria iunxi:
Ve vel utrunq; legas: alter utrumue, Vale.

Venetiis per Bernardinum de Bindonis. Anno Dñi. M. D. XXXIX.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes [illegible] aternii præter ✠ Ternus. V Quinternus. Quinterni. XVI. cartarũ.

